


THE NEW YORK BOTANICAL GARDEN
PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
1891
LIBRARY


GENEVA BOTANICAL GARDEN
Septemb 1899
R W Gibson Inv

Familiarum naturalium regni vegetabilis

Synopses monographicae

seu

Enumeratio omnium plantarum hucusque detectarum secundum ordines naturales, genera et species digestarum, additis diagnosibus, synonymis, novarumque vel minus cognitarum descriptionibus

curante

M. J. Roemer.

Fasc. III.

Rosiflorae.

Vimariae.

Landes-Industrie-Comptoir.

1847.

Familiarum naturalium regni vegetabilis

Synopses monographicae

seu

Enumeratio omnium plantarum hucusque detectarum secundum ordines naturales, genera et species digestarum, additis diagnosibus, synonymis, novarumque vel minus cognitarum descriptionibus

curante

M. J. Roemer.

Fasc. III.

R o s i f l o r a e.

Vimariae.

Landes-Industrie-Comptoir.

1 8 4 7.

Synopsis monographica

Rosiflorarum

familias naturales

Amygdalacearum et Pomacearum

continens

secundum genera et species digestas.

Introductio.

Rosiflorarum classis, cujus in tertio hoc fasciculo partem synoptice proponimus comparatam, non modo secundum formarum suarum elegantiam symmetriamque inter universi regni vegetabilis classes maxime mentem capit et attrahit, sed etiam, quod attinet ad commoda, rebus domesticis praesertim allata, adnumeranda est notatu dignissimis, ut et alterâ ex parte ob physiologicam evolutionem morphologicamque inter perfectissimas obtinet locum et cum Leguminosarum classe vastissimâ omni quo par est jure in dispositione plantarum tribuum naturali Dicotyledoneis est anteponenda vegetabilibus.

Cl. *Meisner* (gen. pl. vasc. 101.) eam *ordinem* Rosacearum habitam in octo: Chrysobalanearum, Amygdalearum, Spiraeacearum, Dryadearum, Sanguisorbearum, Neuradearum, Rosearum et Pomacearum, dividit tribus; cl. *Endlicher* (Ench. bot. 655) eam, justiore sane ratione, *classem* habitam, in quinque: Pomacearum, Calycanthearum, Rosacearum, Amygdalearum et Chrysobalanearum, ordines vel familias, et ordinem Rosacearum iterum in quatuor subordines: Rosearum, Dryadearum, Spiraeacearum et Neuradearum sejungit, quorum maximus, Dryadearum, rursus in sex tribus disponitur: Dalibardeae (quae tribus nostrâ opinione a genere vastissimo eam pro maximâ parte formante melius nomine Rubearum erit significanda), Fragarieae, Chamaerhodeae, Sanguisorbeae, Cercocarpeae, Eudryadeae. Classi toti hunc communem tribuit characterem:

> Herbae, frutices v. arbores, foliis sparsis aut rarius oppositis, simplicibus v. saepius compositis, stipulis saepissime petiolo adnatis, rarissime nullis; floribus regularibus, calyce libero aut rarius cum germine connato, aestivatione valvato, corollae petalis calyci insertis liberis, staminibus plerumque indefinitis, germinibus pluribus, rarissime solitariis, liberis vel inter se et cum calyce coalitis, uni—multiovulatis, fructu nucamentaceo, drupaceo, baccato v. rarius folliculari, mono—polyspermo, embryone exalbuminoso orthotropo.

Sagaci cl. *Kirbyi* quinariae omnium tribuum naturalium dispositionis ideâ, in aliâ scientiae naturalis parte summo explicatâ successu, in hanc plantarum classem adhibitâ, ad quod quinque ordinibus ipsis prae aliis adducit, Pomacearum, Rosacearum et Amygdalacearum ordines hujus classis typici, Chrysobalanearum Calycanthearumque aberrantes essent appellandi. Rosacearum ordo tum in quinque iterum dividendus esset

subordines, Sanguisorbeis (Agrimoniâ forsan exceptâ) cum Dryadeis conjunctis jam externo suo adspectu tantam offerentibus declinationem, ut earum cum Dryadeis conjunctio coacta dicenda sit: in his Roseae, Dryadeae, Spiraeaceaeque tum typici, Neuradeae Sanguisorbeaeque essent aberrantes. Dryadeae item tum in quinque dividerentur tribus, quarum Rubeae, Fragarieae atque Eudryadeae valerent typici, Chamaerhodeae Cercocarpeaeque habendae essent aberrantes. — Quae dispositio maxime nobis videtur naturalis. Numerorum vero rationes in mundo universo gravissimum obtinere locum, et in dispositione corporum naturalium organicorum nostri planetae concinante sine ullâ dubitatione non minus esse valituras, quam in distantiis mutuis motibusque astrorum, ii, qui plurium rerum naturalium perscrutatorum experimentis, in numerorum rationibus non mutandis systema collocandi naturale, inter quos praeter Kirbyum clarissimi viri *Oken* praesertim, ***Elias Fries*** et ***Kaup*** memoratu sunt digni, adimere gravitatem eaque reddere deridicula, dederunt operam, secum revera non consideravere.

In quâ vero dispositione, ut naturam in externis positam formis omittamus, et legis momentum adhuc quidem obscurae, sed tamen jam evidenter manifestatae distributionis geographicae est demonstrandum. Plantarum ad hanc classem pertinentium species secundum geographicam suam habitationem comparandi operam non fugiens partem earum longe majorem hemisphaerio septentrionali et temperatae quidem propriam esse zonae, et pro ratâ parte paucas inter tropicos crescentes provenire in stationibus, quae secundum relativam suam super aequora elevationem regionibus temperatis pares sunt censendae, inveniet. Solâ vero plantarum geographiâ proxime respectâ inter boreale hemisphaerium et australe contrarium est memoratu dignum, plantarum familias in hoc hemisphaerio praevalentes in altero aut numero maxime diminuto, aut in formis plane desciscentibus iterum emergi, sed haud raro, ut exemplo illustri confirmant Proteaceae, penitus evanescere. In Rosiflorarum igitur classe, quum in boreali eas praevalere constet hemisphaerio, familiae, tribus et genera typica praecipue in hemisphaerio quaerenda sunt boreali, aberrantia vero, ut secundum specierum numerum earum longe minima, sub tropicis et in hemisphaerio habitabunt australi, quod revera ita se habet. Pomaceae, Amygdalaceae Rosaceaeque essentialiter et imprimis hemisphaerio propriae sunt boreali, et Calycantheas, quarum in systemate locus caeterum nondum est perfecte stabilitus, ibidem habent aberrantes; Chrysobalaneae vero sub tropicis provenientes in formis solitariis etiam in hemisphaerio occurrunt australi. In Rosacearum ordine subordines iterum sunt Rosearum, Dryadearum Spiraeacearumque speciebus longe ditissimae, quorum pars longissime amplior hemisphaerium habitat boreale; item magnae aberrantis Sanguisorbearum tribus parti in eodem adhuc regno est patria, et in australi crescentes hemisphaerio Acaena, Ancistrum, Margyricarpus, Cliffortia, Grielum, habitu plane abhorrente externo, secundum numerum in magnâ manent minoritate *). Subordine tandem Dryadearum spectato, qui universae classis quodammodo centrum habendus est, omnes quinque ejus tribus majorem in partem boreali attributae sunt hemisphaerio, formaeque tantum pro ratâ parte paucae sub tropicis occurrunt et in hemisphaerio australi (ut et genus „Rubus" iis paucis videtur adnumerandum, quae cosmopoliticae verius possunt dici, nisi formae minus notae australes unum

*) Sanguisorbearum familia secundum formam externam geographicamque distributionem in quinque iterum subtribus accuratissime et exacte definitas potest dividi, Agrimonieas (Agrimoniam, Aremoniam et Leucosideam fortasse), Adenostomeas (Adenostoma), Alchemilleas (Alchemillam et Aphanem), Poterieas (Sanguisorbam, Poterium, Acaenam, Ancistrum, Margyricarpum, Tetraglochinem, Polylepin) et Cliffortieas (Cliffortiam amplectentem), quarum Poteriearum rursus in formarum cyclum borealem (Poterii atque Sanguisorbae) et australem (antarctico-neogaeum) evolvitur.

forsan vel plura propria sistunt genera), plures vero arcticas antiqui novique orbis attingunt regiones. Sane quidem normarum harum communium, quae geographicae Rosiflorarum subsunt distributioni, sunt exceptiones; sed partim quoad numerum suum relativum momenti sunt tam exigui, ut universas hasce leges nequeant demovere, partim ad problematicas formas in systemate naturali nondum definite spectant constitutas, ut e. gr. nequaquam cognitum est et perspectum, utrum Quillajeae australi orbis novi hemisphaerio propriae cum Spiraeaceis manere possint conjunctae, an propriam potius sibi constantem ipsis sistant familiam.

Duas interim Pomacearum Amygdalacearumque ex hac classe familias in hoc fasciculo tractavimus. Quae familiae quamquam sunt naturalissimae tamen tractatu sunt difficillimae secundum genera ad eas pertinentia et species. Quod attinet ad genera, auctor fere quisque systematicus de hac re propriam suam consecutus est opinionem, quod, qualicunque indulgeat aliquis, latam longamque profecto maximeque intricatam adduxit synonymiam. Quod praecipue accidit in Pomaceis, cui familiae idoneus maxime esset cupiendus monographus. Nos in generibus earum describendis doctissimos sagacissimosque *Lindleyum* praesertim atque *Ed. Spachium* sumus secuti, qui in hujusce familiae descriptione procul dubio, quae hucusque tractata sunt, scripserunt optima. Prioris de hoc ordine dissertatio *) cum excellenti suâ Orchidearum synopsi certe inter praeclara opera a viro hoc docto egregio in botanice edita primarium obtinet locum, primo intuitu simplicissimam quamvis se offerens et modestissimam. *Spachius*, qui in monographicis suis dissertationibus praeclaris in „*Annales des sciences naturelles*“ generi describendo viam eodem modo sagacem quam originalem praescripsit et explicationem quodammodo physiologico-morphologicam ac momentum essentiale in eam recepit, animique intentionem vitae cursui generis in conceptione suâ abstractâ praecipuam attribuit, in suâ Pomacearum descriptione **) excellenti quidem monographicas indicavit dissertationes, quae adhuc vero, quantum scimus, nondum prodiere in lucem. Interea detectiones nuperrime factae huc illuc immutandi horum virorum systematis aut interclusionum necessitatem provocarunt et utilitatem; dies enim docet diem, et si cuique botanico, opiniones suas ut proposita saltem licet aperire, et arrogantiae in nos, declinationem interdum nobis sumentes seu immutationem, non conjicietur vituperatio.

Minorem difficultatem generis in Amygdalaceis constituenda affert perceptio. Quae Amygdalus et Persica, Prunus, Armeniaca, Cerasus, Padus Laurocerasusque sint intelligenda, de eo botanici fere consentiunt omnes, et de hoc modo in diversas discedunt sententias, utrum et quoad harum conceptionum tanquam generum sit excusata separatio. In qua re characteri data generico est respicienda extensio; per se vero horum formarum cyclorum homini ipsi profano accuratissime notorum separatio tot auctorum longe principum exemplo praeeunte vix ullâ indiget excusatione, quum tamen postremo, utrum subdivisiones certe necessariae genera, subgenera, sectiones, an quovis alio nominentur modo, parum differat.

Immensam vero difficultatem profectoque haud vincendam in his familiis ambabus accurata speciei constitutio perhibet et definitio. Eae enim partem longe maximam nostrarum amplectuntur arborum frugiferarum, quas in culturae viâ in innumeram varietatum lusuumque copiam dissolutas esse constat, ut forma primitiva pura in plurimis earum omnino videatur exstincta, et ne ullâ quidem verisimilitudine, utrum multae ullius speciei pomariae varietates, e. gr. Mali, Pyri, Cerasi etc. ex unâ pluribusve primitivis originem ducant speciebus, sit exquirendum. Quae quaestio absque dubio in aeternum non certius explorabitur, quam illa tam saepe excussa, utrum diversae hominum stirpes uni an pluribus hominum paribus ab initio

*) Transact. of the Linn. Soc. XII. 1. 88—106.

**) Nouvelles suites à Buffon, 5. Livr. Hist. nat. des Vég. Phanérogames II. 49—160.

creatis debeant originem. Quum rebus ita se habentibus sperare nobis non liceat, ipsam perscrutando nos investigaturos esse veritatem, nil nisi ineunda ratio, quâ quis proxime ad eam possit accedere, relinquit. Quare formas diversas sub certos typos principales criterio secundum universas experientiae leges magis essentiali insignes nomine attributo communi, singuli cujusque opinione species seu formas sic dictas vel varietates habendas, comprehendere tentavimus. Ab opinione enim illorum qui censent, in formarum maxime variarum relatione quam plurima complectente ad ullum typum quam maxime vastum summam litterarum inveniendam esse salutem, aeque ac a sententiâ, in minimâ differentiâ novas species novaque ponenda esse genera, arbitrantium abhorremus. In medio plerumque veritas, et quo quis magis modum in contrarias excedit partes, eo longius ab eâ discedit.

Omnium specierum pomariarum in hoc fasciculo descriptarum varietatum enumeratio aeque inutilis esset et hic non suum haberet locum, ac fasciculi inique adauxisset volumen. Quarum varietatum numerus in nonnullis speciebus complura expleret millia, quum ex. gr. quaeque terra, imo quaeque regio poma colens proprias malorum pyrorumque habeat formas, adspectu quidem recognoscendas et distinguendas, quarum vero discrimina vix verbis essent exprimenda. Ita *G.Don* pyrorum 677, malorumque 1400 enumerat formas, quae plerumque in Angliâ coluntur et Francogalliâ. Quarum numerus additis Germaniae, Helvetiae, Italiae etc. formis certe triplicandus minime adhuc esset completus. Varietates praecipuas tum praesertim, si aliquae systematice comparatae sunt et descriptae, ubique indicavimus.

Hujusmodi synopsis magnas reverâ affert difficultates, si quis aliter ad synopsin ad litteras redactam et secundum certas compositam regulas intendit animum. Quae praesertim in Prunis fere Cerasisque est vix ac ne vix superanda. Aeque enim crebro auctores sub eodem nomine formas prae se habuere plane diversas et descripsere, ac sub nominibus diversis formam indicavere eandem. Eo, quod praeterea omnium fere auctorum alius aliud sequens systema ab aliis dividendi profiscitur principiis, haec augetur difficultas, ut saepe ex accuratissimâ quamquam diversi, quod indicaverunt, comparatione rectum certe offendi nequeat et inveniri, nisi quis omnia opera originalia prae se habeat pertinentia. Quare, ut in enumerandis harum formarum varietatibus et describendis huc illuc irrepserit error, aut, synonymiâ non plane accurate indicatâ, haec illave forma bis sit citata, potuit fieri. Singulos hujusmodi lapsus, qui aequae est mentis, excusabit eo magis, quo hic agatur de formis, quae culturae producta scientiae inferioris sunt pretii. De quo interea is, quem et hae magis tenent varietates, accuratius opera consulere potest pomologica, quorum celeberrima loco suo sunt citata.

Chrysobalaneae Rosaceaeque, faventibus lectoribus incepto nostro idque adjuvantibus, unum Dryadeaeque alterum fasciculorum explebunt sequentium. Perfectionem quoad specierum omnium descriptarum enumerationem, cujus defectio plurimis hujusmodi operibus systematicis fieri potest vituperio, quam summam assequendi studium auctor in fasciculis antecedentibus jam satis ostendisse arbitratur.

Opera principalia

in hoc fasciculo citata ad familias arborum fructiferarum spectantia.

Christ = Christ Handbuch der Pomologie.
Diel = Diel Versuch einer systematischen Beschreibung aller Obstsorten in Deutschland.
Dierb. = Dierbach Grundriss der allgemeinen ökonomisch-technischen Botanik.
Duh. arb. v. *Duh.* = Duhamel du Monceau Traité des arbres et arbustes qui se cultivent en France en pleine terre.
Lois. in *Duh.* ed. nov., v. *Lois.* in *Duh.* = Ejusdem operis edition nouvelle par Loiseleur-Deslongchamps.
J. St. Hil., *Jeaume St. Hil.* = Jeaume St. Hilaire Flore et Pomone Française.
Lg., *Lgl.* = Liegel Systematische Anleitung zur Kenntniss der Pflaumen.
Nois. = Noisette, le Jardin fruitier.
Pom. austr. = Kraft Pomona austriaca.
Pom. Franc. v. *Fr.* = Mayer Pomona Franconica.
Risso = Risso histoire naturelle des principales productions de l'Europe méridionale, et particulièrement de celles des environs de Nice et des Alpes maritimes.
Sickl. = Sickler, der deutsche Obstgärtner.
Schübl. & *Mart.* = Schübler und Martens Flora von Würtemberg.

Fam. I. Amygdalaceae.

G.Don gen. syst. of Gard. and Bot. II. 481.
Amygdaleae *Endl.* gen. pl. 1250. Ench. bot. 662. — *Spach* hist. nat. des Vég. Phanerog. I. 377.
Rosacearum trib. Amygdaleae *Juss.* gen. 140. — Trib. II. *DC* Prodr. II. 529. — *Meisn.* gen. pl. vasc. 101. 102. (72.)
Bartl. ord. nat. 404. — *Lindl.* Introd. ed. 2. 146. — Drupaceae *DC.* Fl. Fr. IV. 479.

Character ordinis.

Calyx liber, post anthesin deciduus, tubulosus v. campanulatus, limbo 5fido: laciniis aestivatione imbricatis.
Discus laminaris, parietibus tubi calycini adnatus.
Corollae petala 5 perigyna, annulo carnoso interdum fere obsoleto calycis tubum vestienti (disco) inserta, interpositiva, aequalia (isometra *Sp.*), breviter unguiculata, aestivatione convolutiva, in unico genere nulla.
Stamina cum petalis (disci apici) inserta, multiplo eorum numero, subdefinita (plerumque 20) aequalia, omnia fertilia, interpositiva: **filamenta** libera, filiformi-subulata, rectilinea, aestivatione inflexa; **antherae** introrsae, subrotundae vel ovatae, biloculares, locellis utrinque liberis, lateraliter dehiscentibus.
Pistillum solitarium. **Ovarium** uniloculare, biovulatum, (rarissime plura, libera *Endl.*, an per deformationem?): **ovula** gemina, ex apice cavitatis collateraliter pendula. **Stylus** terminalis v. rarius sublateralis, simplicissimus, tenuis. **Stigma** capitatum v. subpeltatum.
Pericarpium: Drupa sarcocarpio carnoso v. coriaceo-fibroso, putamine osseo v. lignoso (rarius quasi suberoso) bivalvi, abortu plerumque monosperma.
Semen pendulum, funiculo elongato e basi loculi adscendenti appensum, testâ membranaceâ vel subcoriaceâ. Perispermium (endopleura) subpelliculare.
Embryo exalbuminosus, orthotropus (rectilineus *Sp.*); **cotyledones** magnae, carnosae, ovatae, integrae, plano-convexae, germinatione foliaceae; **radicula** brevissima, supera; **plumula** manifesta.

Habitus.

Frutices vel **arbores**, inermes v. ramulis spinescentibus armatae, ramis teretibus. **Folia** alterna, simplicia, integra, serrata, penninervia, petiolata, petiolo cum laminâ continuo, saepissime basi v. apice glandulâ depressâ instructo. **Stipulae** liberae, caducae. **Flores** regulares, hermaphroditi (v. rarius abortu unisexuales *E.*), praecoces v. foliis coaetanei, gemini v. solitarii, vel in racemos, corymbos s. umbellas dispositi. Inflorescentia terminalis v. abortu ramulorum lateralis. Pedicelli basi bracteati. Corollae albae v. rubrae.

Affinitas.

Amygdalaceae proxime affines sunt **Chrysobalaneis** et **Rosaceis.** Ab illis differunt flore regulari, stylo semper terminali nunquam

laterali et semine inverso; ab hisce fructus indole et foliatione. A **Pomaceis** quoque fructus drupaceus longe recedit, habitus sane maxime appropinquatur. Praesentia acidi hydrocyanici quidem hunc ordinem ab omnibus affinibus optime distinguit; differentia autem mere chemica vix in characterem erit recipienda.

Distributio geographica.

Patria plurimarum specierum cultarum ignota est vel incerta, siquidem species humanâ indole per zonas temperatas amplissime sint divulgatae. Caeterum fere omnes zonam temperatam hemisphaerae borealis incolunt. Asia media, inclusis Persiâ, Arabiâ, Himalayanis regionibus, Mongoliâ et Chinâ boreali, nobilissimarum videtur patria et hucusque e speciebus circiter 180 notis sextam continet partem. Regio mediterranea gerontogaea circiter 15 species certas alit et aequalem numerum China australior cum Japonicis insulis. Europae mediae et boreali 12—15 species forsan, Americae boreali temperatae 30 circiter indigenae sunt, pro maximâ parte ex viliore tribu Cerasorum et Padorum. E regionibus tropicis et subtropicis utriusque orbis perpaucae hucusque innotuerunt, 4—5 Indiae orientalis, 5—6 Mexici regionisque Texanae et Floridanae seu mediterraneae neogaeae, pauciores adhuc Indiae occidentalis v. Americae aequinoctialis. Trans aequatorem in hemisphaerâ australi nulla fere occurrit, si unam v. alteram peruvianam et brasiliensem adhuc incertam excipias. Regiones arcticae et antarcticae nullas producunt, Pado vulgari, in Lapponiâ adhuc crescente, exceptâ. Africa australis extratropica (regio capensis), Australasia (species unica nempe timorensis adhuc dubia est) et Nova Hollandia Amygdalacearum omnino sunt expertes. Totus ordo expressione universali inter ordines amphigaeos boreales potest enumerari.

Vires et usus.

Ordo Amygdalacearum arborum fructiferarum nostratium magnam amplectitur copiam et quidem omnes Drupaceas, Steinfrüchte, Steinobst germanicâ linguâ dictas, Prunos, Cerasos, Amygdalos, Persicas, Armeniacas. Propter fructus per omnes regiones temperatas et subtropicas, passim quoque tropicas cultae, innumeris fere varietatibus culturâ ortis hortos exornant et in multis regionibus vastis plantationibus pomariisque commercii objectum haud minoris efficiunt valoris. Fructus v. drupae nunc nobiliores (Armeniacae, Persicae, Amygdali, Prunorum pars), saporis atque formae indole excellentes, dulcedine atque succositate insignes, in regionibus calidioribus v. mediterraneis luxuriant, frigidioris climatis vix patientes, — nunc viliores, minus saccharati, utplurimum grate nihilominus aciduli, pro parte adstringentes et acerbi vel amari (Prunorum major pars, Cerasi, Padi) in regionibus septentrionalibus quoque vigent et formis nonnullis ad arcticum fere circulum pertingunt.

Praesentia acidi hydrocyanici (Blausäure) praeprimis vires plantarum hujus familiae causat. Hoc praecipue in putaminibus druparum sane omnium, in foliis et corticibus juvenilibus plurium est obvium; illis amaritudinem communicat, quare e. g. amygdala amara pluribus animalibus minoribus lethalia sunt. Ex eodem principio qualitates venenatae derivantur Cerasi capricidae, in Nepaliâ capras, quae plantae partibus vescuntur, necantis, et Cerasi (Padi) virginianae, in Americâ boreali pro noxiâ habitae. Usus quoque satis notus Laurocerasi et aquae e foliis ejus praeparatae eidem substantiae debetur. Praeter hanc Amygdalaceae partim quoque saccharum, tanninam (Gerbestoff) et gummiresinam continent, e truncis vetustioribus effluentem, Tragacanthae similem et ejus loco usitatam. Semina aliarum oleo pingui miti scatent, ut amygdala dulcia. Cerasi Capollin Mexicanorum et C. (Padi) virgi-

nianae cortices inter remedia febrifuga laudantur. Eadem virtus quoque cortici Pruni spinosae, apud nos vulgatissimae, tribuitur, dum flores purgant, fructus autem maxime acerbi maceratione frigoris tantum edules redduntur. Cortex Padi vulgaris ramulorum juniorum, vere solutus, saporem amarum acrem et odorem amygdalinum perhibet et destillatus aquam suppeditat acidi hydrocyanici instar efficacem; vetustior, principio adstringente amaro repletus, roborans habetur. Folia Pruni spinosae et Cerasi avium etiam Theae loco commendata sunt. Cortex Cerasi Capollin a Mexicanis quoque contra dysenteriam adhibetur. Prunorum plurium drupas magnâ copiâ siccari et humano generi alimentum tam salubre quam gratum praebere constat, et in quâvis regione fere aliâ hujus fructus varietate aut specie hujusmodi utuntur. E nucleis Cerasorum, C. avium inprimis, in pluribus regionibus montanis, in specie in Vogesis, Silvâ nigrâ, Tyroli etc. spiritus (Kirschwasser) praeparatur, commercio in remotissimas terras evectus. Plura de usu Amygdalacearum vario sub speciebus singulis adjungam.

Florum et fructus structura in omnibus Amygdalacearum speciebus tam conformis est, ut vix ac ne vix characteres artificiales ad genera distinguenda reperiantur. *Linnaeus* omnes sub duobus, Amygdalo et Pruno, comprehendit, a recentioribus plura, maxime naturalia quidem, sed minime notis scientificis diversa recepta sunt genera. Habitu hic solo ad genera divellenda botanicos esse usos manifestum est; forma enim, indumentum et superficies drupae seu putaminis in nullo alio ordine ad genus separandum sufficiens est habita. Distinctio popularis, quae Persicas ab Amygdalis, Armeniacas et Cerasos a Prunis sejungit, in hac familiâ locum separationis scientificae obtinuit, quae hic erat omittenda, ne scientia universali linguae usui resisteret. Quamobrem vix vituperandum est, si generibus hisce mere habitualibus aliqua plura subjunguntur, a reliquis magis recedentia, quam quae hucusque condita sunt; et partim jam a sagacissimo *Tournefortio* admissa.

In systemate sexuali omnia Amygdalacearum genera in classe duodecimâ *Linnaei* Icosandriâ et quidem ordine Monogyniâ locum tenent.

Synopsis generum.

I. **Petala** calycis fauci inserta, interpositiva,

1. 6. **Stamina** 12—40, subaequalia. **Ovarium** sessile, uniloc. **Stigma** peltatum. **Drupa** sicca, monosperma. **Semen** inversum. **Cotyledones** crassissimae.

Arbores **Asiae tropicae;** foliis oblongis integerrimis, basi subtus plerumque biglandulosis, racemis axillaribus et lateralibus, solitariis aut confertis, saepe tomentosis; floribus parvis unibracteatis. (Polyodontieae *m.*)

1) **Calyx** tubo cyathiformi, limbo 6dentato, basi annuliformi persistente. **Stamina** 30—40: **filamenta** capillaria. **Drupa** transverse oblonga putamine subreniformi, medio contracto. . . . . . 1. **Pygeum** *Gaertn.*

2) **Calyx** campanulatus, limbo 6fido deciduo. **Petala** minutissima. **Stamina** 12—18. **Drupa** reniformis. — Folia exstipulata. . . . . 2. **Polyodontia** *Blume.*

2. 5. **Calycis** limbus 5partitus. **Stamina** petalorum numero tripla ad sextupla usque (15—30),

raro plura, rarissime aequalia: **filamenta** filiformia. **Ovarium** sessile; **ovula** 2, ex apice loculi collateraliter pendula, anatropa. **Stigma** integrum. **Semen** inversum.

1) **Calycis** tubus urceolato - subcampanulatus. **Stigma** capitato-subpeltatum. **Drupa** coriaceo-fibrosa v. carnosa, putamine rugoso-foraminuloso, abortu monospermo.

Frutices v. arbusculae regionum temperatarum calidiorum. Folia stipulata, interdum integerrima, vernatione conduplicata. Gemmae floriferae solitariae v. geminae, aphyllae, secus ramos annotinos dispositae; flores subsessiles, solitarii v. gemini, e gemmâ squamosâ ante folia vel cum iis erumpentes. (Amygdaleae *m.*) *Amygdalus* L.

(1) **Drupa** pubescenti-velutina (vix aliquando glabra), sarcocarpio fibroso exsucco irregulariter secedente; nucleo osseo, (interdum suberoso et fragili,) rugoso v. laevi, interdum poroso v. sulcato. **Stamina**

a. 20—35 (utplurimum 30), omnia exserta, calycis fauci inserta. **Calyx** basi haud ventricosus. . . . . 3. **Amygdalus** *L.*

a) **Stigma** capitatum. **Drupa** compressa. — Frutices v. arbores gerontogaeae, mediterraneo-orientales.

Calycis tubus

(a) campanulatus. Pedunculi fructiferi

α. longiusculi, graciles, plerumque patentes v. cernui. . . . Sect. 1. Leptopus *Sp.*

β. brevissimi crassi. Gemmae florales

α) solitariae, nonnisi in ramulis annotinis obviae, nunquam gemmis foliiferis comitatae. . . . Sect. 2. Spartioides *Sp.*

β) solitariae v. geminae; plerumque gemmâ foliiferâ comitatae. Sect. 3. Euamygdalus *Sp.*

(b) cylindraceus, basi angustatus; laciniae limbi glanduloso-pectinatae. Sect. 4. Chamaemygdalus *Sp.*

b) **Stigma** peltatum. **Drupa** globosa. — Fruticuli neogaeo-mediterranei. Sect. 5. Microcarya.

b. 10—17, summa (5—10) sola exserta et calycis fauci inserta, caetera (2—10) calycis tubo altitudine inaequali inserta inclusa. **Calyx** (unicâ specie exceptâ) basi ventricosus. — Frutices gerontogaei orientales, ramulis divaricatis spinescentibus, annotinis et veterioribus ramillulos abortivos gemmiparos emittentibus. **Calyx** sub anthesi hypocrateriformis. **Stamina** in calycis fauce . . . . 4. **Amygdalopsis.**

a) 10, alterna interpositiva et oppositiva. Sect. 1. Lycioides *Sp.*

b) 5—7, omnia oppositiva caetera inclusa. Sect. 2. Scorpius *Sp.*

(2) **Drupa** velutina v. glaberrima, sarcocarpio carnoso succoso; nucleo osseo valde anfractuoso hinc inde foraminulato. . . . . 5. **Persica** *Tourn.*

2) **Calycis** tubus urceolato - hemisphaericus. **Stigma** subpeltato - reniforme. **Drupa** carnosa, putamine laevi v. sulcato, nec rugoso-foraminuloso, abortu monospermo.

Arbores vel frutices, in temperatis et calidioribus hemisphaerae borealis obvii, foliis stipulatis, basi saepe glandulosis. *Prunus* L.

(1) **Drupa** carnosa, **putamine** compressiusculo, ad margines utrinque sulcato, suturis prominulis, alterâ tricarinatâ, caeterum laevi. — Folia vernatione convolutiva. (Pruneae.)

a. **Drupa** extus velutina, subglobosa, **putamine** hinc obtuso illinc acuto, subcompresso, nec sulcato nec poroso.
Folia ampla, supra nitida. Flores solitarii v. gemini, subsessiles, secus ramulos annotinos loco foliorum praeteritorum e gemmis squamosis orti, foliis novellis praecociores. . . . . 6. **Armeniaca** *Tourn.*

b. **Drupa** extus pruinosa, glabra, plerumque oblonga; **putamine** compressiusculo, rarius subgloboso, utrinque acuto, laevi v. rugoso, nec sulcato nec poroso, suturis acutiusculis, alterâ sulco excavatâ, alterâ tricarinatâ.
Flores solitarii v. gemini, fasciculati v. in umbellâ sessili, secus ramulos annotinos foliorum loco anni praeteriti orti, et ante v. post folia novella evoluti. 7. **Prunus** *Tourn.*
Pedunculi
a) solitarii; calyces campanulati; drupae subglobosae. . . . . Sect. 1. Spinus.
b) subgemini v. terni aut fasciculati v. corymbosi; calyces urceolati; drupae oblongae v. globosae pruinosae. . . . . Sect. 2. Prune *Griseb.*
c) umbellati. Drupae (unicâ specie exceptâ) haud pruinosae; putamen vix compressum. Species boreali-americana . . . . Sect. 3. Chicasa.

(2) **Drupa** carnosa, glaberrima, nec velutina nec pruinosa, subglobosa v. basi umbilicata, **putamine** subgloboso laevi, suturis magis v. minus prominulis. — Folia vernatione conduplicata. Flores albi v. rubri; gemmae floriferae plerumque aphyllae, secus ramulos annotinos loco foliorum anni praeteriti dispositi. (Ceraseae.)

a. **Calyx** campanulatus. — Flores in pedicellis unifloris e gemmâ squamosâ orti, foliis praecociores vel coaetanei. . . . . 8. **Cerasus** *Tourn.*

a) Pedicelli umbellati; folia brevi-petiolata, cum floribus coaetanea v. seriora. Nucleus laevis. . . Sect. 1. Cerasophora *Neck.*
b) Corymbi laterales, basi foliati v. aphylli. . . . Sect. 2. Mahaleb.

b. **Calyx** cyathi- v. cupuliformis. — Flores post folia evoluti, e ramo orti, racemosi; racemi
a) terminales basi foliati. — Folia decidua, plerumque membranacea et serrulata. Nucleus rugis exasperatus. Pedunculus communis exinvolucratus. 9. **Padus** *Mill.*
b) axillares nudi. Folia sempervirentia, plerumque coriacea et integerrima. . . . . 10. **Laurocerasus** *Tourn.*

c. **Calyx** tubulosus subcylindraceus. — Gemmae floriferae solitariae, geminae v. ternae, ad utrumque latus gemmae foliiferae. Flores in singulis gemmis solitarii v. gemini, sessiles v. subsessiles, cum foliis coaetanei. . . . . 11. **Microcerasus** *Webb.*

a) Folia subsessilia v. breviter petiolata. Pedunculi brevissimi, (calyce breviores,) rarius elongati. Corolla rosea. Sect. 1. Rhodocerasus.
b) Folia longiuscule petiolata. Pedunculi calycem aequantes v. superantes. Corolla alba. . . . . . . Sect. 2. Microcerasus.

II. **Petala** nulla.

Calyx infundibuliformis, tubo cylindrico, limbo 5fido: laciniis ovatis acutis serrulatis reticulato-venosis tubo brevioribus. **Stamina** 24—30, calycis tubo ad faucem inserta: **filamenta** inaequilonga, 5 interpositiva brevissima; **antherae** dorso affixae, ellipticae, utrinque emarginatae. **Discus** in fundo calycis nectarifer. **Ovarium** ovatum, uniloculare: **ovula** 2 e vertice loculi pendula, anatropa. **Stylus** filiformis, glaber. **Stigma** capitato-depressum. 12. **Ceraseidos** *Sieb. & Zucc.*

Synopsis specierum.

1. Pygeum.

Gaertn. fr. I. 218. — Colebrooke in Linn. Trs. XII. 2. 360. — *Endl.* gen. 1250. 6404. — *Meisn.* gen. 102. (72.)

1. Drupa subglobosa v. rotundato-gibbosa, compressa.

1. **P. zeylanicum** *Gaertn.* l. c. t. 46. f. 4. In *Ceylon.* Gul-Morre incolarum.
Drupa sicciuscula, uniloc. evalvis. Semen exalbuminosum; embryo flavescens, inversus; cotyledones crassissimae, hinc planae illinc convexae, in apiculum terminatae, sub quo radicula supera conica minima sita est. Praeter fructum nil notum est, planta ideo dubia.

2. Drupa transverse oblonga, nuce subreniformi medio contractâ, lobis subaequalibus, crustaceâ.

2. **P. acuminatum** *Colebr.* l. c. t. 18. — *Wlp.* Rep. bot. II. 8. — *Sprg. S. V.* C. p. 193.
In regionibus montosis *Silhet* finitimis, ubi dicitur Ghorma. ♄.
Arbor magna (ramulis subflexuosis teretibus glabris. Folia breviter petiolata, ovata ad lato-lanceolata (interdum inaequalia) acuminata, integerrima, glabra, nitida, 4—6poll., 1½—3'' lata; petioli semipollicares, infra teretes, supra canaliculati. Racemi longitudine folii, erecti, simplices, cylindrici: pedunculi quadranguli, graciles, villosi; pedicelli longitudine florum (ebracteati, villosi, sparsi, patentes, 3—4''' longi). Flores flavescenti-virides, inodori. Perianthium cyathiforme, 6dentatum, deciduum, ad basin germinis foecundati annulum parvum integrum relinquens, dentibus subulatis (villosum, 3''' longum). Petala ovata, villosa (rotundata patentia, 3''' lg., 2''' lata). Filamenta margini cyathi calycini inserta (petalis paulo longiora); antherae subrotundae. Germen subrotundum, villosum. Stylus filiformis, longitudine staminum. Stigma truncatum. Drupa matura sicca, magnitudine olivae, obscure purpurea. Semen nuci conforme, dorso paulo infra apicem affixum: integumentum simplex, chartaceum. Embryo semini conformis, ochroleucus. Cotyledones crassae, lateribus contiguis planae, externe hemisphaericae, amygdaloideae. Radicula minutissima, conica. (*Colebr.* et, quae uncis inclusa sunt, ex ic.)
Eandem forsan esse speciem cum P. zeylanico, suspicatur *Colebr.* l. c., sed patria dissuadet.

2. Polyodontia.

Blume Bijdr. 1104. — *Meisn.* gen. 102. (72.) — *G.Don* l. c. 516. (nomine minus correcto Polydontia.) — Pygeum *Endl.* l. c. p. p. — *Wlp.* l. c. — Polystorthia *Bl.* Fl. Jav. Praef. VIII.

Folia oblonga, integerrima.

P. arborea *Bl.* l. c. — *G.Don* l. c. In silvis montanis *Javae.* ♄.
Arbor 30—50pedalis.

3. Amygdalus.

L. gen. 619. — *Juss.* gen. 341. — *DC.* l. c. 530. — *G.Don* l. c. 482. — *Meisn.* ll. cc. — *Spach* Hist. 379. et in Ann. des sc. nat. XIX. 107. (excl. ser. II.) — Amygdalophora *Neck.* elem. 717. — Amygdalus a. Amygdalophora *Endl.* gen. 1250. 6405.

Sect. I. Leptopus.

Spach in A. sc. nat.

Frutex inermis dumosus. Ramuli virgati suberecti, annotini et veteriores

1. **A. pedunculata** *Pall.* nov. act. Petrop. VII. 355. t. 8, 9. — *Sp.* ll. cc. 382. 113 *). *Ledeb.* Fl. ross. II. 2.

*) In citato cl. *Spachio* numerus primus indicat paginam correlativam in „Hist. nat. des Vég. etc.,“ secundus in „Ann. des sc. nat.“ volum. XIX. — Ubi species enumerata in

ramillulis (!) abortivis gemmiparis copiosis instructi. Gemmae florales modo geminae et gemmâ foliari interpositâ comitatae, modo solitariae et altero latere v. utrinque gemmâ foliari comitatae, modo (at rarius) geminae v. ternae absque comitante gemmâ foliari. Folia glabra v. pilosiuscula breviter petiolata, floribus coaetanea, ramillularia fasciculata. Stipulae foliorum turionalium persistentes. Calycis laciniae parce serrulatae v. fimbriolatae.

Ramuli novelli puberuli; folia lanceolato-oblonga v. oblongo- aut ovato-lanceolata, serrata v. crenato-dentata; discus margine tomentosus; drupae ovato-subglobosae acutae incano-pubescentes, putamine acuminulato eforaminato laevigato carinulato.

A. Pallasii *Turcz.* pl. exs. (olim.)
In *Sibiriâ orientali* pr. *Irkutzk* ad *Angarae* ripas, ad *Selengam* in *Dauriâ;* in hortis *Chinae* borealis frequenter culta. ♄.

Arbuscula ramosissima, 2—3pedalis, ramis patulis, cortice laevi fuscescente. Folia vix pollicaria, obovato-cuneata, saepius retusa, subtus pilosiuscula, argute et profunde serrata, basi integerrima. Pedunculi calycis tubum subaequantes, demum superantes. Flores parvi, petalis albis lanceolatis.

Bunge (En. pl. Chin. bor. 96. 126.) sequentes enumerat varietates, in hortis chinensibus cultas, omnes fructiferas:

α. simplex, floribus majoribus, foliis junioribus pubescentibus.

β. multiplex, floribus maximis pulcherrimis rosaeformibus multiplicibus.

γ. polygyna, floribus polygynis multiplicibus, petalis abbreviatis.

Sect. II. Spartioides.

Sp. in A. sc. n. 107.

Frutices inermes habitu Spartii monospermi (orientales). Ramuli erecti v. suberecti, stricti, virgati, omnes (v. saltem plerique) ramillulis gemmiparis orbati, cortice (simul ac ramorum) viridi. Folia tenuia, subsessilia, glabra, floribus seriora, omnia v. saltem pleraque sparsa. Stipulae deciduae.

Folia

1) spathulato- v. lanceolato-oblonga eroso-crenulata serrulatave, (rami ramulique angulosi,

(1) subfastigiati), acuminulata; drupae ovoideae, acutae subcompressae glabriusculae; putamen acuminatum eforaminatum exsulcum laevigatum carinulatum.

2. A. spartioides *Sp.* A. sc. n. l. c. 108. — *Wlp.* Rp. II. 907.
In *Libano*, *Mesopotamiâ* et *Persiâ.* ♄.

(2) folia obtusa mucronata; drupae subglobosae mucronatae incano-puberulae; putamen ecarinatum eforaminatum laevigatum vix compressum.

3. A. arabica *Oliv.* voy. III. 460. t. 47. — *DC.* l. c. 530. 1. — *G.Don* l. c. 482. 1. — *Sp.* ll. cc. 384. et 108. — *Wlp.* l. c.
In deserto *arabico-syrico* ad *Euphratem.* ♄.

Ramuli rigidi, speciem fruticulo genistoideam praebentes. Folia parva, glaberrima, subsessilia, (lanceolata Sp. in V. Ph., oblongo-linearia crenata *DC.*). Drupas *Sp.* l. c. ovali-ellipticas acuminatas glabras, *DC.* ovato-globosas breve obtuseque acuminatas dicit: sarcocarpium tenuissimum; putamen volumine Avellanae, ellipsoideum, mucronatum, osseum (porosum *Sp.* l. c.), hinc rotundatum, illinc subcarinatum.

2) . . . . ; rami ramulique teretes subfastigiati; drupae ovoi-

4. A. scoparia *Sp.* A. sc. n. 109. — *Wlp.* l. c.
In provinciâ *Laristan Persiae* australis. ♄.

---

uno tantum v. altero opere occurrit, illud litteris „*V. Ph.*“, hoc „*A. sc. n.*“ significatur.

deae, acutiusculae, vix compressae, tandem glabriusculae; putamen mucronulatum, laevigatum, subexsulcum, eforaminatum, obsolete carinulatum.

Sect. III. Euamygdalus.

Sp. l. c. 114.

Arbores vel frutices. Ramuli saepissime divaricati, annotini et veteriores ramillulis abbreviatis v. abortivis gemmiparis instructi. Folia floribus seriora, ramillularia fasciculata. Stipulae deciduae. Sepala integerrima.

1. Ramuli mutici.

1) Arboreae. Folia

(1) oblonga v. oblongo-lanceolata, acuta v. cuspidato-acuminulata, longe petiolata, glabra, serrata v. crenulata; drupae ovales v. ovatae, compressae, acuminulatae, incano-velutinae; putamen foraminatum laevigatum carinatum. Rami subdivaricati. Flores solitarii; petala

a. calycem aequantia; serraturae foliorum basilares eglandulosae, petioli crassi glandulosi; putamen crustaceum acuminatum compressum profunde sulcatum suberosum fragile.

5. **Amygdalus fragilis** *Borkh.* — *Heller* Fl. Wirceb. I. 500. — *Nois.* Jard. fruit. t. 3. f. 2. — *Sp.* V. Ph. 380.
A. dulcis *Mill.*
A. amygdalina *Ok n.*
A. communis *L.* p. p.
A. communis γ. fragilis (floribus coaetaneis, petalis latioribus valde emarginatis, foliis brevioribus, petiolis crassis, fructibus acuminatis dulcibus, putamine molli) *DC.* l. c. 531. ad 4. — *G.Don* l. c. 482. — *Sp.* A. sc. n. 115. — *Wlp.* l. c. 909.
Amandier des Dames *Duh.* arb. ed. IV. 113.
In *Oriente*; in *Europâ australi* frequens culta. ♄.
Nom. vernac.: Coque molle, Amandes en coques gall., Mandorle in scorza molle Ital., Krachmandel, Jordansmandel, Prinzessinnen-, Damen-Mandel germ.

Folia brevia, conferta. Flores magni, albo-rosei (carnei, basi purpurei *Rchb.*). Stylus lanatus, staminibus interioribus longior.

Cl. *Dierbach**) sequentes indicat varietates:

α. macrocarpa: testâ maximâ serotinâ laevi.
A. communis *δ.* macrocarpa (foliis latioribus acuminatis vix cinereis, pedunculis brevioribus turgidis, fructibus majoribus umbilicatis apice acuminatis, putamine duro). *DC.* l. c. — *G.Don* l. c. — *Bot. Rg.* t. 1160.
Amandier à gros fruits. *Duh.* l. c. 112. — *Nois.* l. c. 7. t. 3.
A. communis maximus (a) *Risso* hist. nat. de l'Eur. merid. II. 325. **) (fructu maximo subrotundato acuto friabili; amygdalâ dulcissimâ).
Sickl. Obstg. XVIII. t. 5. (major.)

---

*) Oekonomisch-technische Botanik, citabitur = *Dierb.*
**) Citabitur: *Risso* II. et pag.

Flores albo-rosei, magni, ante folia erumpentes, petalis late obcordatis undulatis.

* Fructu minore. Amandier Sultane, Sultans-Mandel.

** Fructu minimo. Amandier Pistache *DC.*

β. rugosa: testâ magnâ ovatâ rugosâ. *Pom. Franc.* I. 68. t. 5.

γ. elongata, lange Krachmandel: nucleo maximo, longo acuto.

A. comm. elongata: fr. maximo elongato depresso acuto friabili; amygdalâ dulci. *Risso* l. c. 326. 10.

Arbor magna, grandifolia, Jan. florens.

δ. sphaerica, runde Krachmandel: fructu maximo subrotundo, nucleo dulcissimo.

ε. Pistacia, Pistacien-Mandel: fructu magno subrotundato friabili, amygdalâ dulcissimâ. *Risso* l. c. 11.

Insignis ramis numerosis, foliis parvis, putamine tenerrimo, sapore Pistaciae.

ζ. serotina, späte Krachmandel: fructu medio glabro friabili; amygdalâ sapidâ tardâ. *Risso* l. c. 325. 7.

Arbor maxima, foliis brevioribus, fructu cinereo in apice ramorum conglomerato. *Fl. DC.*

η. tristis, Trauermandel: fructu magno oblongo subcorymboso, cortice (putamine) tenui, amygdalâ dulcissimâ. *Risso* l. c. 8.

Arbuscula ramulis pendulis, foliis laete viridibus, fructibus biennibus.

ϑ. pyramidalis, Pyramidenmandel: fructu magno oblongo parum acuto, amygdalâ dulcissimâ, foliis parvis. *Risso* 326. 9.

Truncus rectus, ramis verticalibus; folia tenuia, albidoviridia; flores vagi; fructus distantes, solitarii.

ι. tenuis: fructu maximo acuto glabro friabili, amygdalâ dulci (interdum intus rubrâ). *Risso* 324. 4.

Folia longe petiolata, fruct. oblongi.

b. calyce longiora; foliorum serraturae inferiores glandulosae; stylus

a) stamina aequans; petioli non glandulosi; putamen osseum, rugosum, porosum.

6. **A. amara** *Hayne* Arzn. Gew. IV. t. 39. f. 1. — *Sp.* V. Ph. 381. — *DC.* Fl. Fr. IV. 486.

A. communis γ. amara *L.* — *Wlld.* Sp. pl. II. 983.

A. communis α. amara (stylis fere longitudine staminum infra tomentosis, seminibus amaris) *DC.* l. c. 530. — *G. Don* l. c. — *Duh.* l. c. 114. — *Sp.* A. sc. n. 115.

A. cerasina *Oken.*

In *Oriente*, in *Europâ australi* et *mediâ* culta. 5.

Folia minora; fructus mediocres, testâ tenerâ, nucleo acuto amarissimo. Amygdala amara majorem continent acidi hydrocyanici copiam, quam ulla alia species ex ordine Amygdalacearum, inde animalibus pluribus lethalia. Cl. *Metzger* *) sequentes enumerat varietates:

α. minor: fructu parvo subrotundo, testâ durâ.

β. media: fructu mediocri subrotundo, testâ durâ.

γ. major: fructu magno subrotundo, testâ durâ.

Arbor magna, cortice albido.

δ. fragilis: fructu mediocri subcompresso.

A. prunaria *Oken.*

Hisce accedunt:

ε. friabilis: fructu magno friabili.

A. communis amara. *Risso* 328. 17.

Folia tenuia; amygdala acuminata.

ζ. amarula: fructu maximo duriusculo, amygdalâ amarulâ. *Risso* 329. 18.

Folia ac in praecedente magis evoluta; fructus major, putamine duro.

b) stamina interiora superans; petioli glandulosi; putamen durissimum po-

7. **A. communis** *L.* Sp. pl. 677. — *Wlld.* l. c. 982. (excl. var. γ.) — *Sprg. S. V.* II. 475. 2. — *Sp.* V. Ph. 379. — *Lam.* Ill. t. 430. f. 2. — *Blackw.* hb. t. 10. — *Guimp.* Holz. t. 141. — *Nois.* l. c. t. 3. — *Bot. Rg.* t. 1160. — *Duh.* l. c. t. 29.

*) Landwirthschaftliche Pflanzenkunde, 799, 800. Citabitur *Metzg.*

rosum, nucleo dulci.

Amygdalus communis *β.* dulcis (foliis cinereo-viridibus, floribus praecocioribus, stylis stamina multo superantibus, fructibus ovato-compressis acuminatis, seminibus dulcibus) *DC.* l. c. — *G.Don* l. c. — *Sp.* A. sc. n. 115.
A. armeniacaria *Oken.*
A. sativa *Mill.* ic. t. 28. f. 1. — *Knorr* del. I. t. M. 1.
A. dulcis et A. silvestris *C. Bauh.* Pin.
In *Oriente*, *Syriâ*, *Persiâ*, *Asiâ minore*, in *Mauritaniae* sepibus; in *Europâ australi* et *mediâ* culta; in prov. *Caucasicis.* ♄.
Süsse Mandel germ., Amande douce, Amandier à petits fruits gall.

Arbor 20—30pedalis: rami flexiles, novelli dilute virides. Folia cinereo-viridia, supra glabriuscula nitida, serraturis aequalibus obtusis. Flores albi v. leviter rosei. Sarcocarpium irregulariter bivalve; nucleus suturâ alterâ obtusâ, alterâ carinatâ.

Lignum durissimum, interdum pulchre undulatum. E trunco effluit species gummiresinae. Semina (Mandeln, amandes) cruda, condita et varie parata comeduntur et adhibentur in culinis et officinis. Oleum pingue ex illis elicitur (Mandelöl).

Varietates enumerantur sequentes:

α. macrocarpa *Dierb.:* fructibus ovalibus crassis porosis, 1—2pollicaribus. *Sickl.* Obstg. XV. t. 25. (paulo minor.) — *Mayer* Pom. franc. I. 66. t. 2.

β. turonensis, grosse Mandel von Tours *Metzg.:* fructu maximo oblongo, putamine tenui.
Arbor mediocris ramis laxis.

γ. duracina: fructu magno subrotundato duro, amygdalâ dulcissimâ. *Risso* 323. 1.
Arbor magna, fructibus in apice ramorum conglomeratis laete viridibus.

δ. duriuscula: fructu minimo oblongo acuto duriusculo, amygdalâ sapidâ. *Risso* l. c. 2.
Rami distantes; folia parva, ovalia, fructus valde tomentosi, saepe dispersi, apiculati.

ε. cordiformis: fructu magno oblongo subcordiformi semiduro, amygdalâ dulci. *Risso* 324. 3.
Statura procera, folia conferta, fructus incurvo-attenuati; nucleus arcte inclusus.

ζ. rugosa: fructu magno ovato rugoso, amygdalâ dulci. *Risso* l. c. 5.
Fructus constanter granulosi rugosi, epicarpio firmo.

η. stenocarpa *Dierb.:* fructibus oblongis acutiusculis circ. pollicaribus, nunc compressis nunc subventricosis.

ϑ. sphaerica *Dierb.:* fructibus subrotundis utrinque obtusis ventricosis testâ durissimâ.

ι. subrotundata *Risso* 327. 12.: fructu medio subrotundato, amygd. dulci.
Rami patuli, folia majuscula, fructus semper nucleos duos continent et copia eorum sub maturitate in arbore sponte exsiccatur.

κ. rubra *Risso* l. c. 14.: flore rubro, fructu magno elongato depresso duriusculo, amygd. dulci.
Folia longa conferta, fructus pulchre cinereo-virides.

λ. microcarpa *Dierb.:* fruct. semipollicaribus v. adhuc minoribus, mox oblongis, mox subrotundis.
Arbor magna, foliis angustis.

μ. sericea, Atlasmandel *Metzg.:* fructu parvo subrotundo, floribus rubris.
Arbor parva, frigoris impatiens.

ν. latifolia *Metzg.:* fructu compresso oblongo mediocri.
Arbor media, ramis patentibus.

ο. salicifolia *Metzg.:* fructu subrotundo parvo, foliis lanceolatis.
Arbor elegans, ramis erectis.

π. duplex: flore duplici paululum odorato.
A. comm. flore duplici. *Risso* 328. 15.

ρ. nana: foliis elongatis strictis virescentibus. *Risso* l. c. 16.

c. calyce triplo longiora; styli stamina exteriora superantes; petioli glandulosi; drupa compressa subcarnosa; putamen osseum porosum anfractuosum, nucleo dulci.

8. **Amygdalus Persico-Amygdala** *Dalech.* — *Sp.* V. Ph. 381.
A. communis *ε.* persicoides (foliis fere Persicae, fructibus ovatis obtusis, sarcocarpio vix succulento, putamine flavo-atro,

seminibus dulcibus) *Ser.* in *DC.* l. c. 531. — *G.Don* l. c.
A. communis *δ.* (?) Amygdalo - Persica *Sp.* A. sc. n. 115. — *Duh.* l. c. 114.
Amygdalo-Persica *Duh.* arb. fruit. t. 4.
A. hybrida *Dierb.*
Persica amygdaloides *C. Bauh.*
Amandier - Pêcher *Nois.* l. c. 7. t. 3. f. 1. — *Jaume St. Hil.* Fl. & Pom. franc. t. 363.
In hortis culta, verosimiliter hybrida ex A. *communi* et *Persicâ.* ♄.

Folia fere Persicae. Flores magni, rosei, basi profunde rubri, coaetanei. Drupae teste *Duh.* in eodem ramo variant ovatae obtusae subcarnosae et ovato - compressae acuminatae siccae. — Ramos ubique ferre fructus duplices: alios crassos rotundos, Persicae instar carnosos et succosos, at succo acerbo; alios longos testis duris siccis viridibus versus finem Octobris, ut in Amygdalis, dehiscentibus, utrosque nucleo crasso absque tuberculis nuclei Persicarum, semine dulci, affirmat *Christ.* (Cf. Pom. franc. I. 71. t. 8.)

Formae pumilae meminit *Noisette* l. c.

Hujus videtur loci A. communis Persica *Risso* 327. 13: fructu magno rotundato, cortice crassimo, amygdalâ sapidâ, — quam describit ac Persicam viridem quasi, intra epicarpium crassissimum amygdalam dulcem sapidam includentem.

(2) ovata,

a. subserrata; flores gemini laterales; drupa ovata coriacea.

9. **A. chinensis.**
A. communis *Lour.* Fl. Cochinch. 316. ed. *Wlld.* 387. (non *L.* nec aliorum.)
In *Chinâ.* ♄.

Arbor mediocris, ramis subpatentibus. Folia acuta, glabra, petiolata, sparsa. Flores albi, corollâ patente, staminibus corollâ brevioribus. Nucleus oblongus, acutus, edulis, dulcis v. amarus.

b. integerrima; racemi parvi, subterminales; drupa ovato - ventricosa acuta.

10. **A. cochinchinensis** *Lour.* ll. cc. — *DC.* l. c. 531. 5. — *G.Don* l. c. 483. 6. — *Sp.* V. Ph. 383.
In vastis silvis *Cochinchinae.* ♄.

Arbor magna, ramis patentibus. Folia acuminata, undulata, nitida. Flores albi. Calycis laciniae ovatae, reflexae. Petala subrotunda, concava, patentia, calyce longiora. Filamenta circ. 30, subulata, corollâ duplo longiora. Antherae subrotundae, minimae. Germen ovatum. Stylus filiformis, staminibus aequalis. Stigma planiusculum, scabrum. Drupa semipollicaris, fusca: nuce reticulato-foraminosâ, nucleo simplici; formâ et odore Amygdalae simili. *(Lour.)*

2) Fruticosae,

(1) ramosissima; folia late elliptica, argute serrata, adpresse pilosa; flores subsolitarii sessiles; calycis dentes pilosi, glanduloso-serrati; drupae (immaturae) subglobosae.

11. **A. pilosa** *Turcz.* Dec. pl. chin. 10. — *Wlp.* l. c. II. 8.
In *Mongoliâ chinensi.* ♄.

(2) ramulis erectis; folia lanceolata v. lanceolato-oblonga, crenata v. serrulata, mucronata, breviter petiolata, cum ramulis novellis incano-tomentosa; drupae ovales, subcompressae, apiculatae, incano-velutinae: putamen foraminatum laevigatum carinulatum.

12. **A. Kotschyi** *Hohenack.* MS. ex *Sp.* A. sc. n. 117. — *Wlp.* l. c. 909.
In monte *Gara Kurdistaniae.* ♄.

2. Ramuli spinescentes, divaricati. Folia breviter petiolata

1) obtusa v. acuminata, lanceolato-oblonga vel

(1) oblonga, crenulata v. serrulata cum ramulis glabra; drupae ovales v.

13. **A. Webbii** *Sp.* l. c. 117. — *Wlp.* l. c.
In *Troade Asiae minoris.* ♄.

ovatae v. ovato-oblongae, acuminulatae, incano-velutinae, putamine foraminulato anguste carinulato laevigato.

(2) spathulato-oblonga v. obovata v. ovalia, integerrima v. obsolete eroso-denticulata, eglandulosa, cum ramulis novellis drupisque flocccoso-tomentosa incana, tandem calvescentia; drupae ovatae v. ovato-oblongae, acuminatae, subcompressae, putamine laevigato v. obsolete reticulato eforaminato carinulato.

14. **Amygdalus orientalis** *Mill.* Dict. ex *Ait.* Kew. ed. 1. I. 162. ed. 2. III. 195. — *DC.* l. c. 530. 3. — *G.Don* l. c. 482. 3. — *Wlld.* l. c. 984. 6. — *Sprg.* l. c. 476. 6. *Sp.* II. cc. 382. et 118.

A. argentea *Lam.* Enc. méth. I. 103. — *Duh.* ed. 2. III. 115.

In *Oriente*, *Persiâ*. ♄.

Arbuscula 8—12pedalis, ramis patulis vel inclinatis. Flores diametro semipollicares, laete rosei; petala obovata. Folia utrinque sericeo-tomentosa, argentea, subperennantia, vix uncialia, utrinque acuta *(W.)* variant elliptica.

2) acuminulata eglandulosa, ovalia v. obovata v. oblonga v. subspathulata, integerrima v. obsolete eroso-crenulata, incano-tomentosa; drupae ovales, obtusae, compressae, incano-subvelutinae, putamine foraminato laevigato carinulato.

15. **A. elaeagnifolia** *Sp.* A. sc. n. 120. — *Wlp.* l. c.

In monte *Pire-zend Persiae* australis. ♄.

3) retusa v. emarginata, caeterum integerrima, obovata v. oblongo-obovata, supra glabra viridia subreticulata, subtus albo-tomentosa. Reliqua ut in A. orientali.

16. **A. discolor.**

A. orientalis β (?) discolor *Sp.* l. c. 118. — *Wlp.* l. c.

In *Syriâ*. ♄.

Sect. IV. Chamaemygdalus.

Sp. l. c. 109.

Frutices inermes, dumosi, radice repente. Ramuli erecti v. suberecti, flexuosi, virgati, annotini et veteriores ramillulis abbreviatis gemmiparis instructi. Gemmae florales modo geminae et gemmâ foliari interpositâ comitatae, modo (at rarius) geminae v. ternae absque comitante gemmâ foliari. Folia tenuia, breviter petiolata, glabra, floribus coaetanea v. vix seriora, ramillularia fasciculata. Stipulae deciduae. Pedunculi fructiferi brevissimi, crassi. — Drupae hirsuto-tomentosae,

1. ovatae (v. in A. nanâ subrotundae) compressae, ventricosae, acutiusculae, putamine mucronato eforaminato

1) subreticulatim ruguloso, late carinato; folia

(1) lanceolata (v. lineari-oblonga basi attenuata) serrulata v. serrata, mucronata; calycis laciniae tubo dimidio v. plus breviores.

17. **A. nana** *L.* Sp. pl. I. 677. — *Wlld.* l. c. 983. 4. — *Sprg.* l. c. 475. 4. — *DC.* l. c. 530. 2. (*α. vulgaris*, lobis calycinis ovoideis obtusis rugosis tubo brevioribus, stylis valde tomentosis exsertis, excl. varr. *β.* et *γ.*) — *G.Don* l. c. — *Led.* Fl. alt. II. 209. Fl. ross. II. 1. (excl. var. *β.*) —

Sp. ll. cc. 383. 110. (excl. var. *δ.*) — *Wlp.* l. c. 907.
Pall. Fl. ross. I. 12. t. 6. — *Duh.* l. c. t. 30. — *Curt.* Bot. Mg. t. 161.
Persica nana *Mill.* Dict.
Prunus inermis, foliis ex lineari-lanceolatis, calycum laciniis oblongis. *Gmel.* Sib. III. 171. n. 2.
A. indica nana *Pluk.* Alm. 28. t. 11. f. 3. — *Mill.* t. 28. f. 2.
Armeniaca Persicae foliis, fructu exsucco villoso. *Amm.* Ruth. 194. 273. t. 30.
In *Calmuckiâ, Sibiriâ altaicâ*, ad flum. *Irtisch* et *Buchtorma*, in *Rossiâ* mediâ, *Volhyniâ, Hungariâ*, ad *Haemum*, per *Austriam* secus *Danubium* in *Bavariam* usque. ♄.

Frutex 2—3pedalis, dumosus, elegans. Rami virgati, fuscescentes, 1—3pedales. Folia circ. bipollicaria, serraturis acutis, glabra. Flores praecoces, amoene rosei: petala obovata v. obcordata, infra medium angustata. Stamina rubicunda. Germen ovatum. Stylus infra medium lanatus.

β. biserrata *Sp.*: foliis duplicato-serratis.

γ. angustifolia *Sp.*: foliis lanceolato-linearibus cuspidato-acuminatis argute-que denticulatis.

(2) spathulato-obovata, obtuse serrata glabra; stipulae lanceolatae; flores fasciculati, calycum bracteae lanceolatae patulae; petala obovata, emarginata; drupae suborbiculatae (haud acuminatae).

18. **A. sibirica** *Tsch.* Dendroth. exot. boh. exs. et in Flora 1834. II. 491.
A. nana *δ.* latifolia *Sp.* A. sc. n. l. c.
In *Sibiriâ;* in hortis Pragensibus ornamenti causa culta. ♄.

A. nanâ 3—4plo altior, radice multo minus repente, ramulis glabris. Folia adulta multo majora latioraque, mox obtusa, mox acuta, basin versus semper decurrentia. Stipulae parce serratae, nec ut in A. nanâ lineares et glanduloso-serratae. Fasciculi 3—4flori, saepius subverticillatim congesti. Calycis dentes ovati, tubo breviores. Bracteae 2 ad basin calycis lanceolatae patulae (in A. nanâ ovatae et accumbentes). Petala lacte rosea, erecta, dimidio fere breviora quam in A. nanâ. Stylus basi villosus, superne nudus, variae longitudinis. Flores suaveolentes, plures masculi.

2) sublaevigato crasse bicarinato; folia lanceolato-oblonga, serrata, glaberrima; calycis laciniae tubum aequantes; petala lineari-oblonga.

19. **A. campestris** *Bess.* En. pl. Volh. 46. 58. — *Sp.* ll. cc. 384. 112. — *Wlp.* l. c. 908.
A. Besseriana *Schott.* in Cat. ht. Vdb. 1818.
A. nana *δ.* campestris (foliis latioribus, lobis calycinis tubi longitudine, petalis angustioribus longioribus albis, stylis basi tomentosis) *Ser.* in *DC.* l. c. — *G.Don* l. c.
A. nana *β.* latifolia *Led.* ll. cc.
In *Rossiâ mediâ, Sibiriâ altaicâ, Volhyniâ, Hungariâ.* ♄.

Radix valde repens. Fruticulus primo virgaeformis, in paucos ramos divisus, dein crassior, altior, ramosissimus. Folia in petiolum angustata, serrata, acuta, laevia, juniora lanceolata v. lanceolato-ovata, perfecte evoluta obovata. Petioli basi insertae sunt stipulae duae, lineari-lanceolatae, denticulatae, in petiolum item denticulatum decurrentes. Flores sessiles, basi squamis cincti. Calycis tubus angulatus; laciniae breves, concavae, obtusae, serrulatae. Petala alba, duplo minora ac in A. nanâ, obovata, brevi ungue instructa. Germen ovatum. Stylus infra medium pilis tectus. Fructus ovatus, denso tomento tectus. *(Host* Fl. austr. II. 2, 3.)

2. ovales; folia lanceolata v. lanceolato-oblonga, serrata v. serrulata, obtusiuscula mucronata; lobi calycini tubo paullo breviores, oblongi, obtusi, glandulosi; petala obovata, denticulata; stylus staminibus brevior.

20. **Amygdalus georgica** *Desf.* arb. II. 221. — *Jaume St. Hil.* Fl. & Pom. Fr. t. 364. — *Sp.* ll. cc. 384. et 113. — *Wlp.* l. c. 908.
A. nana *β.* georgica (lobis calyc. lanceolatis, lgt. tubi, stylis vix basi tomentosis inclusis). *Ser.* in *DC.* l. c. — *G.Don* l. c.
In *Georgiâ* et ad *Caucasum.* ♄.
Frutex dumosus, 3—4pedalis. Gemmae florales solitariae v. geminae. Folia et flores coaetanei. Corolla eleganter rosea, major ac in A. nanâ.

3. subcarnosae acidae; folia lanceolata, serrata; calycis laciniae rotundatae ciliatae.

21. (?) **A. pumila** *Lour.* Coch. ed. *W.* 387. (nec *L.*)
In *Cochinchinâ.* ♄.
Arbuscula 5pedalis, ramis patentibus glabris fusco-rubentibus. Flores rubro-purpurei, majusculi, laterales, subsolitarii. Petala expansa, obtusa. Fructus Persicae. *(Lour.)*

4. . . .; folia oblonga, acuta, basi attenuata, utrinque glabra, obtuse subcartilagineo-dentata; flores coaetanei.

22. **A. fruticosa** *Wdr.* in Schr. d. Ges. z. Beförd. der Naturw. zu Marb. I. 2. 252.
Hab. . . . . ♄.
Frutex radice repente, 6—8pedalis. Cortex trunci epidermide fuscogriseâ subcinerascente, ramuli argenteâ tecti. Flores praecociores ac in A. nanâ, majores, minus laete rubri, petala latiora.

Sect. V. Microcarya *m.*

1. Folia oblonga, acuta, mucronata, crenato-serrata, glabra; lobi calycini obtusi mucronati reflexi.

23. **A. microphylla** *HBK.* VI. 245. t. 564. — *Kth.* Syn. pl. aeq. nov. orb. III. 482. — *Sprg.* l. c. 476. 5. — *DC.* l. c. 531. 6. — *G.Don* l. c. 483. 8. — *Sp.* V. Ph. 383.
In *Mexici* collibus aridis inter *Pachuca* et *Moran*, alt. 1300 hexap., in porphyriticis reg. *Mineral del Monte*, *Cerro ventoso* et ad *Reglam.* ♄.
Fruticulus 3pedalis ramosissimus. Folia floresque subsessiles minimi, hi rosei. Stipulae petiolo duplo longiores.

2. Folia elliptico-lanceolata cum calycibus pubescenti-tomentosa, marginibus glanduloso-dentatis; flores solitarii, aggregati, breviter pedunculati.

24. **A. glandulosa** *Hook.* Ic. pl. t. 513. — *Wlp.* l. c. II. 8.
In *Texas.* ♄.
Folia parva. (Quomodo flores solitarii simulque aggregati congruant, non intelligo. *Hookeri* opus mihi haud suppetit.)

Species quoad fructum modo notae:

Drupae ovales, obtusae, glabrescentes, subcompressae, putamine foraminulato laevigato exsulco anguste carinulato apiculato, suturâ dorsali obliteratâ.

25. **A. Bovei** *Sp.* A. sc. n. 124. — *Wlp.* l. c. 910. 18.
In montibus circ. *Baalbek* in *Syriâ.* ♄.

Putamen ovatum, compressum, mucronato-foraminatum, bullato-rugosissimum, late carinatum, basi et juxta carinam profunde sulcatum.

26. **A. Fischeriana** *Sp.* l. c. 125. — *Wlp.* l. c. 19.
Hab. . . . . (?) ♄.

Species nomine tantum notae:

Amygdalus collina *Wall.* L. Indiâ orient. ♄.
— sibirica *Lodd.* Cat. (an eadem ac *Tsch.*?)
— sinensis *ht.* ♄.
— tomentosula *ht.* ♄.

Species e genere exclusae:

A. eburnea *Sp.* = Amygdalopsis eburnea.
— furcata *Sp.* = — furcata.

A. horrida *Sp.*	= Amygdalopsis horrida.
— incana *Pall.*	= Microcerasus incana.
— lycioides *Sp.*	= Amygdalopsis lycioides.
— nana *Thb.*	= Armeniaca Mume.
— Persica *L.*	= Persicae genus.
— prostrata *Sweet*	= Microcerasus prostrata.
— pumila *L.*	= — sinensis.
— Scorpius *Sp.*	= Amygdalopsis Scorpius.

4. Amygdalopsis *m.*

Amygdalus ser. II. Dodecandrae *Sp.* A. sc. n.

Sect. I. Lycioides.

Sp. l. c.

Folia tenuia, subsessilia, plana, uninervia, venulosa, ramillularia fasciculata, anguste lanceolata, cuspidato-acuminulata, repando- v. cren(ul)ato-denticulata; calycis limbi laciniae lineari-oblongae obtusissimae, tubo basi

1. ventricoso, laciniis sub-4plo longiore; flores 11—15andri; stamina inferiora inclusa; petala oblonga obtusa; drupae ovato-subglobosae parum compressae, acuminulatae, subvelutinae, putamine eforaminato acuto parce subreticulatim insculpto lateque carinato; corticis epidermis tandem albida.

1. A. horrida.
Amygdalus horrida *Sp.* l. c. 121. — *Wlp.* l. c. 909. 14.
In *Persiâ.* ♄.

2. non ventricoso, laciniis 3plo longiore; flores 15andri; stamina inferiora subexserta; drupae ovales v. oblongae, obtusae, velutinae, compressae, putamine obtusissimo undique reticulatim insculpto eforaminato anguste carinulato; corticis epidermis tandem fuscocinerea.

2. A. lycioides.
Amygdalus lycioides *Sp.* l. c. 120. — *Wlp.* l. c. 909. 13.
In *Asiâ minori* et *Syriâ.* ♄.

Sect. II. Scorpius.

Sp. l. c. 122.

Gemmae florales (tam in ramulis bimis et trimis quam in annotinis obviae) plerumque subfasciculatae, haud raro gemmâ foliari comitatae. Folia coriacea, crassa, minima, subsessilia, supra enervia et subconcava, subtus convexa et nervo medio impresso percursa, ramillularia fasciculata. Calyx basi ventricosus. Corticis epidermis tandem

1. albida; rami ramulique

1) retusi, plerumque arcuati (modo decurvi, modo incurvi); folia lineari- v. oblongo-spathulata, integerrima v. obsolete denticulata, apiculata; flores ennean-

3. A. Scorpius.
Amygdalus Scorpius *Sp.* l. c. — *Wlp.* l. c. 910. 15.
In *Laristan* prov. *Persiae* australis. ♄.

dri; sepala (calyc. laciniae) brevissima, lineari-lanceolata, acutiuscula; drupae ovoideae, acuminulatae, subcompressae, velutinae, putamine eforaminato late carinato exceptâ basi laevigato.

2) recti, rami paniculati; folia spathulato- v. lanceolato-oblonga, obtusa, remote crenulata; flores 15—17andri; sepala oblonga, obtusissima, tubo 4plo breviora; petala oblonga, emarginata; drupae . . . . . (?)

4. **Amygdalopsis eburnea.**
Amygdalus eburnea *Sp.* l. c. 123. — *Wlp.* l. c. 16.
In monte *Pire-Zend Persiae* australis. ♄.

2. cinerea v. glauco-cinerea; rami subdichotomi ramulique recti; folia oblongo- v. obovato-spathulata, integerrima v. obsolete crenulata, apiculata; flores 17andri; sepala ovata, obtusa, brevissima; petala ovalia v. obovata, emarginata; drupae . . . . . . (?)

5. **A. furcata.**
Amygdalus furcata *Sp.* l. c. 124. — *Wlp.* l. c. 17.
Hab. cum praecedente. ♄.

5. Persica.

Tourn. Inst. 400. — *DC.* l. c. 531. — *G.Don* l. c. 483. — *Meisn.* l. c. 102. (72.) — *Spach* V. Ph. 385. — Amygdalus Persica *L.* Sp. pl. 677. — *Lam.* Dict. I. 99. n. 1—20. et 28—42. — *Wlld.* Sp. pl. II. 982. 1. — *Sprg.* S. V. II. 475. 1. — Amygdalus b. Persica *Endl.* l. c. — Trichocarpus *Neck.* elem. 718.

Plures auctores unicam tantum accipiunt speciem, P. vulgaris *Mill.* nomine; alii duas distinguunt, drupâ tomentosâ et laevi distinctas, alii adhuc 4 admittunt, praeter hanc distinctionem carne drupae nucleo adhaerente vel ab eo secedente diversas. Secundum hanc ulteriorem distinctionem varietates Persicarum enumerans dubia super specierum aut varietatum valorem haerentia vix unquam solvenda peritioribus relinquo botanicis.

Folia lanceolata,

1. duplicato-serrata; drupae tomentosae: (P. vulgaris *Mill.* Dict. 1. — *DC* l. c. 1. et Fl. Fr. IV. 487. — *G.Don* l. c 1. f. 63. — *Sp.* l. c. 386. — *Lois.* in *Duh.* l. c. VI. t. 1—8. — *Nois* jard. fruit. 1—16. 22—35. — Amygdalus Persica *L.* var. *α.*)

Arbor 15—20pedalis, ramulis glabris, virgatis, viridibus v. rubescentibus. Foliorum serraturae inaequales, acutae, inferiores interdum glandulosae; petiolus eglandulosus. Flores solitarii v. gemini, subsessiles, paulo infra gemmas foliiferas secus ramulos annotinos orti. Petala rosea (persicina); tubus calycis campanulatus. Drupa subglobosa; carne

1) a nucleo secedente.

1. **P. domestica** *Risso* hist. nat. & II. 104.
P. vulgaris *a.* *DC.* l. c. — *G.Don* l. c.
P. vulgaris I. Aganopersica *Dierb.* l. c.
Amygdalus Persica a. Aganopersica *Rchb.* fl. germ. exc. n. 4155.
In *Persiâ*, ut sequentes in *Europae* praesertim *australis* hortis frequenter culta, hinc inde efferata. ♄.

(Persica domestica) Pêches gall., Freestone-, Melting-Peaches angl., Persico ital., Pfirschen, Pfirschinge etc. germ.

a. leucocarpa Dierb.: drupis subrotundis, rarius oblongis, carne albâ.

Amygd. Persica a. vulgaris I. Aganopersica *a.* Leucopersica. *Mart. & Schübl.* Fl. von Würtemb. 304.

α) admirabilis *Risso* l. c. 113. 43. — (Pêche admirable, la belle de Vitry, wunderschöne Pfirsche): drupâ magnâ villosâ lutescente ad solem purpurascente; carne submolli dulci vinosâ. Matur. Sept. — Pom. Franc. II. t. 16. — *Kern.* ökon. Pfl. t. 408.

Subvarietas minus tenera est „die graue Spätpfirsche, Pêche tardive" *Kern.* t. 411.

β) praecox: kleine Frühpfirsche, Avant-Pêche (*Duh.* t. 10.), Early Anne: foliis eglandulosis, floribus magnis, drupâ mediocri vel parvâ aut albâ subobiongâ (alba, Avant-pêche blanche *Nois.* t. 17.) aut nitide rubrâ rotundâ valde succosâ (rubra, Avantpêche de Troyes *Duh.* t. 3. Red, brown, early red Nutmeg Angl.) Pom. Franc. II. t. 7. f. 1, 2.

γ) Mignonna: foliorum glandulis reniformibus, floribus parvis, fructu mediocri rotundo, subinde oblongo, flavescenti-albo rubro-punctato, hinc laete rubro, carne tenui firmâ dulci. Kleine Lieblingspfirsche, — petite Mignonne (*Duh.* t. 4.), Double de Troyes, Pêche de Troyes, — small, early Mignonne, Mignonette.

δ) Rosanna: foliorum glandulis reniformibus, floribus mediocribus, drupâ mediocri subovali hinc purpureâ illinc flavâ, carne vinosâ sapidâ. Rosanne, petite R., Alberge jaune (*Duh.* t. 3.), Pêche jaune, St. Laurent jaune. (*Nois.* t. 17.)

ε) fragrans *Risso* l. c. 111. 38: drupâ parvâ subcordiformi paulo rugosâ, carne molli dulci submoschatâ.

Ramuli breves; folia longa, glandulis reniformibus. Drupa pallide flava hinc rubescens, punctis excavatis viridibus adspersa, umbone minuto terminata; pedunculo excavationi profundae immerso; nucleus subrotundus.

ζ) oblonga *Risso* l. c. 114. 45: drupâ magnâ ovato-oblongâ luteâ, pallide virescente tinctâ, carne molli albidâ dulci.

η) hyemalis *Risso* 116. 49: drupâ magnâ sphaericâ albidâ (basin versus subpurpurascente); carne firmâ inodorâ fatuo-dulci.

Arbor parva, foliis tenuibus laete viridibus; drupae sulco profundo cavitate parvâ terminato, ineunte Dec. maturantes.

ϑ) semiduplex (flore semiduplici) *Risso* l. c. 50: flore magno semiduplici, drupâ mediâ ovato-oblongâ, carne paulo sapidâ. *Duh.* 15, 32.

Petala intense rosea. Flores pauci tantum fructus proferunt. Ornamenti causâ culta.

ι) suaveolens *Risso* l. c. 117. 51: foliis elongatis, drupâ maximâ subsphaericâ albidâ, carne firmâ moschatâ dulcissimâ.

Folia revoluta, nervo glandulisque rubris; drupa flavescenti-alba, parum tomentosa, matur. Oct.

β. bicolor Dierb.: drupis rotundis, rarius oblongis, carne albâ circa nucleum rubrâ.

α) albida *Risso* l. c. 104. 25: glandulis ovatis, drupâ mediâ sphaericâ inaequali albidâ, carne molli albâ (circa nucleum rubro-maculatâ).

Drupa flavescenti-alba, hinc rubro-venosa.

β) Magdalena alba *Risso* l. c. 105. 26: foliis eglandulosis, drupâ magnâ tomentosâ pallidâ submammillatâ, carne molli.

Drupa subrotunda, hinc purpureo-venosa, interdum tota alba, succosa, dulcis, gratissima.

Weisse Magdalenen-Pfirsche *Kern.* t. 402. — Pom. Franc. II. t. 8. f. 5. Madeleine blanche *Duh.* t. 6, *Nois.* t. 17. — White Magdalen Angl.

γ) Magdalena rubra *Risso* l. c. 27: foliis eglandulosis, drupâ magnâ tomentosâ rubrâ submammillatâ, carne molli pallidâ.

Folia profunde serrata; flores magni; fructus rotundi, gratissimi. — Grosse Magdalenen-Pf., rothe

(Persica domestica) Magdalene, Pom. Fr. II. t. 10. f. 9. t. 15. — *Kern.* t. 403. 404. — Madeleine rouge, M. de Courson (*Duh.* t. 10.), rouge Paysanne (*Nois.* t. 18.). — Red Magdalene, french M. Angl.

δ) regalis *Risso* 106. 29: foliorum glandulis rotundatis; drupâ maximâ ovato-oblongâ mammillatâ, carne molli dulci.

Folia ampla. Fructus dilute flavi, latere exposito rubro-variegati, nucleo inflato.

Königspfirsche, maxima, rotunda, plerumque tota rubra, hinc obscurior, sapidissima gratissimaque, serotina, — Pêche royale *Nois.* t. 23, late Admirable, Judd's Melting Angl., a var. Rissoana differre videtur.

ε) Galanda *Risso* 109. 34: flore parvo, fructu magno purpurascente, ad solem atro-rubente, carne firmâ.

Inter majores et pulchriores, carne in centro et peripheriâ rubro-venosâ, succo dulcissimo aromatico repletâ; nucleo intense rubro. — Pêche Galande, Bellegarde (*Nois.* t. 23.), Swoller Pf. Pom. Franc. II. t. 11. *Kern.* t. 410. — Bellegarde, early Galand, Brentford Mignonne, French royal George Angl. (*Hook.* t. 8, 41.)

ζ) Bordina *Risso* l. c. 35: flore parvo, drupâ magnâ saturate rubente apice umbilicatâ, carne molli saccharatâ.

Drupa subrotunda, sulco amplo, hinc magis elevata, epidermide coriaceâ, carne valde liquescente; nucleus subrotundus, areolâ rubrâ cinctus, fibris pluribus. Narbonner Pfirsche, Pêche Bourdine, Boudine *Nois.* t. 20.

η) pigra *Risso* 110. 36: drupâ maximâ inaequali subrotundatâ ad solem rubente, carne molli albâ.

Glandulae foliorum subreniformes; flores rosei; drupa sulco distincto, mammillâ acutâ terminata, hinc laete rubra, illinc pallide flava; carne subsaccharatâ circa nucleum profunde sulcatum longe acutatum sanguineâ.

Späte Peru-Pfirsche *Dierb.* — *Kern.* t. 412. — Chevreuse tardive *Nois.* t. 21.

ϑ) Prunus *Risso* l. c. 37: drupâ minimâ sphaericâ glaberrimâ rubro-purpurascente, carne molli saccharatâ.

Arbuscula elegans, ramis separatis (!); foliis confertis elongatis subreclinatis laete viridibus. Drupae in fundo flavescente pulchre purpureae; carne albâ, hinc rubrâ; nucleus subrotundus, pallide roseus.

ι) purpurea *Risso* 111. 39: drupâ magnâ rubro-purpureâ villosâ apice umbilicatâ, carne molli albâ.

Arbor mediocris, foliis floribusque magnis: fructus subrotundus, albo-tomentosus, sulco ampliusculo parum profundo, umbilico terminatus et hinc tuberculo obtuso superatus; carne circa nucleum rubro-filamentosâ, succo gratissimo repletâ.

Frühe Purpurpfirsche *Dierb.* — Pom. Fr. II. t. 9. f. 6. — *Kern.* t. 101. — Pêche pourprée hâtive, Vineuse *Nois.* t. 18. — Early avant Angl.

κ) verrucosa *Risso* 112. 40: drupâ magnâ sphaericâ purpureâ verrucosâ mammillatâ, carne dulci (circa nucleum laete carmineâ.).

λ) tarda *Risso* l. c. 42: flore amplo, drupâ magnâ submammillatâ ad solem rubente; carne molli albâ.

Mignonne tardive *Lois.* l. c. 6, 8, 2, 1.

μ) ponderosa *Risso* 114. 46: drupâ maximâ rotundatâ albo-lutescente, carne albidâ molli sapidâ.

Folia ampla, viridia, glandulis variis; drupae sulcus distinctus, at non profundus, apice marginibus protuberantiâ subrotundâ terminatus, pedunculo brevi profunde immerso; carne in centro paulo rubro-venosâ. Fructus pondus librae attingit; nucleus maximus.

ν) nana *Risso* 115. 48: foliis minutissime serrulatis; drupâ magnâ subvillosâ purpureo-rubrâ.

Arbor humilis, floribus confertis. Fructus subrotundi, apice umbilicati, super fundum flavum purpurei, carne tenerâ liquescente gratissimâ, albâ, circa nucleum inflatum acuminatum roseâ.

ο) Noisettii: floribus magnis, drupis paulo oblongis nitide rubris.

Kanzler-Pfirsche *Dierb.*, Lackpfirsche, dop-

(Persica domestica) pelte Bergpfirsche; Chancellière *Duh.*, Chancellor, late Ch. Angl.

π) alba *Lindl.* Bot. Rg. t. 1586: floribus fructibusque magnis albis.
White-blossomed Incomparable Angl.

ρ) nobilis: drupâ maximâ subrotundâ extus purpureâ tenuissime marmoratâ, carne gratissimâ.
Edelpfirsche *Dierb.*

σ) peruviana: glandulis reniformibus, floribus majoribus, drupâ oblongâ flavâ rubrâque, carne sapidissimâ.
Perupfirsche *Dierb.* — Chevreuse hâtive *Nois.* t. 21.
Fructu paulo majore magisque oblongo: la belle Chevreuse *Duh.* t. 13. — Die Schöne von Peru.

τ) velutina: drupâ oblongâ magnâ, flavescente-viridi, latere soli exposito obscure purpureâ, floribus parvis, glandulis foliorum globosis.
Spizpfirsche, späte Sammetpfirsche, wollige Nivette *Dierb.*, Pêche Nivette, Veloutée tardive *Nois.* t. 25. — Aestatibus modo calidissimis maturescit.

υ) serotina: drupâ magnâ ruberrimâ longiusculâ, carne dulcissimâ.
Späte Peru-Pfirsche *Dierb.* — *Kern.* t. 412. — Chevreuse tardive *Nois.* t. 21. — Matur. Oct.

φ) ruberrima: drupâ magnâ ruberrimâ rotundâ, carne dulcissimâ; foliis latioribus.
Späte Purpurpfirsche *Dierb.* — Pom. Fr. II. t. 22. f. 26. — Pourprée tardive *Nois.*

γ. *speciosa* s. *Amathusia* Dierb. (Brust-Pfirschen): drupis sulcatis, saepius umbonatis, carne albâ v. flavâ.

α) Veneris *Risso* l. c. 107. 30: glandulis foliorum globosis; drupâ maximâ ovatâ mammillatâ purpureâ, carne saccharatâ.
Flores parvi; fructus ovato-subrotundi, fere absque sulco, mammillâ magnâ obtusâ terminati, subinde curvati, latere obumbrato paullo flavo-tincti, carne albâ liquescente ad nucleum rubrâ sapidissimâ; nucleo oblongo, areolâ roseâ cincto.
Venusbrust Pom. Fr. II. t. 22. f. 24. — Téton de Venus *Nois.* t. 22.

β) lutea *Risso* 107. 31: glandulis subreniformibus; drupâ magnâ ovatâ mammillatâ, carne molli luteâ.
Drupa sulco lgt. parum profundo, umbone acuto recurvo terminata, pulchre flava, ad solem rubro-tincta; carne saccharatâ, ad nucleum haud rubescente; putamine acuto. Matur. Jul.

γ) pulchella *Risso* 108. 32: glandulis globosis; drupâ maximâ umbilicatâ ad solem rubente; carne molli albâ dulcissimâ.
Folia ampla; flores magni, amoene rosei; drupae rotundatae, hinc flavescenti-virides illinc rubrae, sulco lato impressae et quasi bipartitae, carne tenerâ ad nucleum suave roseâ, succosâ.
Grosse Lieblingspfirsche *Dierb.* Grosse Prinzessin Pom. Fr. II. 7. t. 9. — Grosse Mignonne *Nois.* t. 19. *Duh.* t. 10. — Grimwood's royal George, large french Mignonne Angl.

δ) vinosa *Risso* 113. 44: drupâ magnâ rotundâ rubrâ villosâ, carne molli vinosâ dulciori.
Folia parva, angusta, glandulis ovalibus; drupa apicem versus subattenuata, scrobiculo et altero sulci margine magis elevato terminata, flavescens rubro mixta dense tomentosa, carne vinoso-rubellâ gratâ, nucleo magno inflato acuto.
Weinpfirsche *Kern.* t. 105. — Pêche vineuse de Fromentin.

ε) montana: drupâ mediocri rotundâ albidâ hinc sulcatâ, carne molli dulci vinosâ.
Bergpfirsche *Dierb.* — la Montagne *Nois.* — Mountaineer Angl.

ζ) montalbanensis: drupâ majusculâ subrotundâ medio profunde fissâ, fere totâ purpureâ, carne flavâ ad nucleum purpureâ, gratâ, dulci.
Pfirsche von Montauban *Dierb.*

(Persica domestica) η) Georgii: drupâ magnâ subrotundâ profunde sulcatâ hinc purpureâ illinc albâ, punctatâ; carne flavâ suavissimâ.

König Georgs Pfirsche Pom. Fr. II. t. 20. f. 24.

ϑ) erythroxantha: drupâ magnâ subrotundâ umbone parvo flavescente latere exposito rubrâ, carne pallide flavâ, ad nucleum rubrâ.

Persische Pfirsche, la Persique Pom. Fr. II. t. 22. f. 27.

ι) sulcata: drupâ magnâ, oblongo-rotundâ profunde sulcatâ, hinc laete rubrâ illinc flavâ, carne flavâ ad nucleum rubrâ vinoso-sapidâ.

κ) vernalis: drupâ mediocri supra sulco lato impressâ planiusculâ, hinc obscure rubrâ illinc flavâ, non raro umbonatâ, carne tenerâ dulci succosâ.

Frühe Mignonne; Mignonne hâtive *Poit.* — Subvarietates exstant foliis crispis (Mignonne frisée *Poit.*) et fructu majore (Belle Beauce).

λ) chinensis: drupâ magnâ suboblongâ, latere exposito rubrâ, valde umbonatâ, carne albâ vinosâ sapidissimâ.

Arbor tenera, floribus maximis semiplenis purpureis. E Chinâ accepit *Noisette*.

μ) rubra: drupâ subrotundâ, profunde canaliculatâ subinde umbonatâ, carne dulci moschatâ.

Rothe Brustpfirsche *Dierb.*

ν) meridionalis: drupâ magnâ subrotundâ, umbone magno recurvo terminatâ, flavescente, carne virescenti-albâ.

Pfirsche von Peru *Dierb.* — In regionibus calidioribus tantum maturat.

δ. *xanthocarpa* Dierb.: drupâ rotundâ vel oblongâ, carne flavâ, ad nucleum interdum rubellâ.

Amygd. Persica a. vulgaris I. Aganopersica β. Xanthopersica *Mart.* & *Schübl.* l. c. 305.

α) flava *Risso* l. c. 106. 28: flore parvo, fructu medio flavo mammillato ad solem saturate purpureo, carne molli flavescente.

Avant-pêche jaune *Duh.* l. c. 6, 6.

Fructus subrotundi, inaequales, hinc flavido-tomentosi, illinc rubro tincti; carne flavescenti-albâ, circa nucleum rubro-venosâ.

β) armeniaca *Risso* l. c. 112. 41: fructu magno villoso flavescente ad solem rubente; carne luteâ submolli dulci.

Glandulae reniformes. Drupae complanatae, sulco parum profundo percursae, carne firmâ gratâ sapore Armeniacarum. Nucleus bipartibilis.

Aprikosen-Pfirsche, gelbe Orangen-Pf. *Dierb.* — Abricotée, Abricotée à noyau partagé, grosse jaune, grosse Pêche jaune tardive, Pêche d'Abricot de Burai, d'Orange, Sandalie hérmaphrodite *Nois.* t. 22. — *Duh.* n. 13.

γ) Thouini *Risso* 115. 47: fructu magno rotundato saturate luteo, carne molli flavâ saccharatâ moschatâ.

Arbor maxima; foliorum glandulae reniformes. Drupa latior quam longa, pulchre flava, basin versus subrubicunda, odoratissima, carne deliquescente intense flavâ succosâ, nucleo maximo.

δ) Jacobi: drupâ sapidâ gratâ, carne flavâ ad nucleum albâ.

Jakobspfirsche et subvar. fructu minore flavo „Annenpfirsche.“ Exeunte Jul. et ineunte Aug. matur.

ε) miranda: fructu suboblongo, latere exposito obscure fusco-rubro, carne ad nucleum rubellâ, deliquescente, dulci gratâ,

αα) praecox, et

ββ) serotina, flavescenti-viridis, Oct. mat.

Wunderschöne gelbe Pf., Admirable jaune.

ζ) crocea: floribus parvis, fructu suboblongo, carne croceâ.

Safranpfirsche, Pêche Alberge jaune, St. Laurent jaune, Petite Rosanne *Nois.* t. 17.

η) lugdunensis: drupâ magnâ rotundâ, albo-flavâ, latere exposito rubrâ, carne dulci sapidâ flavâ, ad nucleum rubrâ.

Lyoner Pfirsche *Dierb.*

(Persica domestica) ϑ) violacea: drupâ mediocri, latere exposito violaceâ v. atropurpureâ, carne flavâ ad nucleum obscure rubrâ vinoso-dulci gratâ.
Gelbe Herzpfirsche, Violette Alberge.

ε. *haematocarpa* Dierb.: drupis carne rubrâ.
Amygd. Persica a. vulgaris I. Aganopersica γ. Haematopersica *Mart. & Schübl.* l. c.
α) sanguinea: drupâ mediocri serotinâ, carne obscure rubrâ v. sanguineâ.
Blutpfirsche, Maulbeerpfirsche, rothe Rübenpfirsche Pom. Fr. II. t. 25. f. 31.
Exstat subvar. major et minor, aliaque carne sicciusculâ amaricante.
β) cardinalis: drupâ inferne compressâ, carne dilute rubrâ v. rubro-marmoratâ.
Cardinalpfirsche *Dierb.* — Cardinal Fürstenberg *Christ.* — Pom. Fr. II. t. 13. f. 12.

ζ. *tristis*: ramulis verticaliter pendulis.
Trauer-Pfirsich, Catros-Pfirsche.
A *Catros* ad littora maris mediterranei in *Galliâ* detecta.

η. *salicifolia:* foliis angustis lineari-lanceolatis; fructibus mediocribus subrotundis virescentibus.
In *Galliâ australi* tantum fructus maturans.
Huc pertinere videtur „Pêche d'Ispahan" fructu parvo, virescente et rubro.

ϑ. *plena:* floribus magnis plenis pulcherrimis; drupâ flavescenti-viridi, latere exposito subrubescente mediocri, carne subfirmâ, succo sapido vinoso.
Gefüllter Pf., Rosenpfirsich Pom. Fr. II. 30. t. 24.
Propter flores elegantissimos in hortis culta et ibi quoque exorta.

ι. *semiplena* Nois.: drupis subrotundis mediocribus parum coloratis, floribus semiplenis.
Arbor tenera, parva, fructus copiosos Sept. maturans.

κ. *nana*: pumila, foliis magnis dentatis, floribus pallide rubris, fructibus serotinis (Nov. matur.).
Zwerg-Pfirsich. — Ornamenti causa in ollis culta. Exstat subvar. floribus plenis, Rosulas elegantissimas aemulantibus. Pom. Franc. II. t. 26. f. 32.

λ. *amygdalina.*
Hybrida, polline Persicae in Amygdali dulcis flores sparso exorta. Drupae sphaericae, epicarpio densiuscule villoso flavescente, latere soli exposito pallide rubescente, obscurius marmorato; carne citrinâ, circa nucleum laete carmineâ, dulci, deliquescente, succosâ; nucleus crassus, subrotundus, hinc acutus, superficie sulcatus, farinosus, solubilis, filis aliquot dependentibus. *Knight* in Trs. Hortic. Soc. . . . .

Praeter hasce varietates et 84 alias nominatim tantum indicatas *G. Don* in opere citato sequentes adhuc enumerat:

1. Foliorum glandulae reniformes.
1) Flores majores.
Melting Sanguinole, flor. laxis, fr. magno.
Pitmaston Sanguinole, fr. sordide rubro parvo.
Flat-Peach Sinensium, Chinese P., Peen-to P., Java P., fr. parvo, violaceo-viridi et rubro. (Hortic. Trs. IV. t. 19.)
Huc pertinent varr. armeniaca, praecox, alba, purpurea, semiduplex.
2) Flores mediocres.
Var. Rosanna.
3) Flores parvi.
Braddick's Newyork v. B. South American, fr. mediocri pallide viridi et rubro.
Steward's late Galande, fr. magno, pallide flavo et rubro.
Hoffmann's Favourite, fr. mediocri, albo et rubro.
American Mignonne, fr. magno, pallide flavo et rubro.
Dorsetshire Mignonne, fr. magno, pallide flavo et obscure rubro.
Yellow Mignonne, fr. parvo, pallide viridi et pallide rubro, carne flavissimâ.
Ord's Peach, fr. magno, flavo viridi et rubro.
Early yellow, Rare ripe, Yellow rare ripe, fr. mediocri, flavo et rubro, carne flavâ.

(Persica domestica) White luscious rare ripe, fr. mediocri, pallide viridi et rubro.

2. Foliorum glandulae globosae.

1) Flores magni.

Acton Scot Hort. Trs. II. t. 10., fr. mediocri, pallide flavo et rubro.

Ansley's Colonel, fr. magno, pallide flavo et rubro.

Barrington, Buckingham Mignonne, fr. magno, pallide flavo et rubro.

Early Downton, fr. mediocri, pallide flavo et rubro. Medio Aug.

Early red, fr. mediocri, pallide flavo et rubro. Fine Aug.

Knight's early, Knight's early Seedling, fr. mediocri, pallide viridi et sordide rubro.

Spring-grove, fr. mediocri, pallide viridi et rubro.

Huc quoque spectant varr. montana et pulchella et Pêche belle Beauté *Spach.*

2) Flores mediocres.

Var. admirabilis.

3) Flores parvi

Varr. regalis, Bordina, Veneris, Galanda, Georgii, velutina; porro:

Yellow Alberge, purple A., red A., golden Mignonne, Goldfleshed, fr. mediocri, flavo et obscure rubescente, carne flavâ.

Swainson's black, fr. mediocri atropurpureo.

Braddick's Summer, fr. magno, pallide viridi et rubro.

Green Catharine, fr. mediocri, pallide viridi et rubro.

Yellow Chevreuse.

Craavey's, fr. mediocri, pallide flavo et rubro.

Incomparable en beauté, fr. magno, pallide flavo-virescente et rubro.

Kew Seedling, Kew royal S., fr. mediocri, pallide flavo et obscure rubro.

Morrisonia, Morrison's pound, fr. magno, pallide viridi et rubro.

President, fr. magno, pallide flavo-virescente et rubro.

3. Folia eglandulosa.

1) Flores magni.

Almond Peach, fr. mediocri, pallide flavo et rubro.

Braddick's red, fr. magno, viridi et obscure rubro.

Cambray, fr. magno, pallide viridi et rubro.

Dunnington Beauty, fr. magno, pallide viridi et rubro.

Early Anne, Anne, white Avant, fr. mediocri, albo et rubro.

Ford's Seedling, fr. magno, pallide viridi et rubro.

Hemskirke, fr. mediocri, pallide viridi et rubro.

Knapp castle Seedling, fr. magno, pallide viridi et rubro.

Madeleine de Bollwiller, fr. mediocri, pallide viridi et obscure rubro.

Malta, Italian, Pêche de Malte, Belle de Paris, Malte de Normandie, fr. mediocri, pallide virescente et rubro.

Noblesse (*Hook.* t. 2.), Mellish's Favourite, Vanguard, fr. magno, pallide viridi et rubro.

White Nutmeg, early wh. N., white Avant, fr. parvo, albo, mense Jul. matur.

Southampton, fr. magno, pallide viridi et rubro.

Sweet water, early sw. w., fr. mediocri, viridulo et rubro.

Twyford's, Holmes's, Rickett's, fr. magno pallide viridi et rubro.

Huc quoque varr. cardinalis, montalbanensis, Magdalena rubra et alba, nana, erythroxantha pertinent.

2) Flores mediocres.

Royal Charlotte, early purple of Kew, Madeleine rouge tardive, Mad. rouge à petits fleurs, M. r. à moyennes fleurs, Lord Nelson's, new royal Charlotte, Grimwood's royal Ch. — fr. magno, pallide viridi et obscure rubro.

3) Flores parvi.

Low's large Melting, fr. magno, pallide flavo-virescente et rubro.

Lord Fauconberg's Mignonne, fr. praecedentis.

Royal George, Millet's Mignonne, red Magdalen, French Chancellor, Lockyer's Mignonne, fr. magno, pallide virescenti-albo et rubro.

Royal George Mignonne, new R. G. M., fr. magno, pallide flavescenti-albo et rubro.
William's early purple, fr. magno, pallide viridi et obscure rubro.

2) nucleo adhaerente, duriusculâ.

2. **Persica vulgaris** *Risso* l. c. 94.
P. vulgaris *β. DC.* l. c. — *G.Don* l. c. 486.
P. vulgaris *β.* Scleropersica *Dierb.* — *Rchb.* l. c.
Amygd. Persica a. vulgaris II. duracina *Mart. & Schübl.* l. c.
Hab. cum praec. 5.
Pavies gall., Clingstone-Peaches angl., Härtlinge, Lederpfirsiche germ.

a. leucoduracina Dierb.: carne albâ *Mart. & Schübl.* l. c.

α) meridionalis *Risso* 95. 3.: flore parvo, fr. magno lutescente ad solem ruberrimo. *Duh.* 17, 38.
Caro grata; nucleus areolâ rubrâ cinctus.

β) alba *Risso* l. c. 4.: flore amplo, fr. maximo submammillato pallido, carne dulci. *Duh.* 15, 34.
Fructus albidi, latere soli exposito magis colorati, sulco profundo in cavitatem peduncularem desinente percursi, carne saccharatâ.

γ) Loiseleuri *Risso* 96. 5.: fr. maximo sphaerico luteo ad solem rubro-punctato, carne saccharatâ odoratâ.
Folia laete viridia, glandulis ovalibus; flores pulchri, rosei; drupae sulco obsoleto, carne moschatâ, nucleo rotundato.

δ) muscata *Risso* 97. 8.: fr. medio rotundato albo-flavescente umbilicato, carne dulci odoratâ.
Truncus elatus, folia ampla revoluta, flores intense colorati; fructus sulcati, latere pedunculi et circa nucleum leviter purpurascentes.

ε) apiana *Risso* 98. 9.: fr. maximò albo-lutescente, ad solem rosaceo, carne dulcissimâ odoratâ.
Fructus paullo saturatius coloratus ac praecedentis.

ζ) autumnalis *Risso* 99. 12.: fr. magno rotundato lutescente basi rubro, carne odoratâ, dulci et sapidâ.
Fructus sulco obsoleto, pedunculi scrobiculo profundo, apice umbilicatus, Oct. matur.

η) carnea *Risso* l. c. 101. 18.: fr. medio subrotundato inaequali umbilicato rubro-carneo lutescente, carne dulci.
Arbor magna, foliis elongatis, glandulis parvis subrotundis. Drupae sulcus distinctissimus, margine altero elevatiore; caro dura, saccharata.

ϑ) tristis *Risso* 102. 19.: fr. medio sphaerico aequali umbilicato, basi laete roseo, superne flavescenti-albo; carne paulo sapidâ.
Rami inclinati, penduli, obscure virides. Sulcus drupae vix conspicuus, scrobiculus peduncularis valde profundus.

ι) ruberrima *Risso* l. c. 20.: fr. magno ovato-rotundato (intense) ruberrimo (nigricante) umbilicato; carne firmâ sapidâ.
Folia ampliora, saepe eglandulosa. Drupa sulco parum conspicuo, tomento albo obducta, carne circa nucleum sanguineâ.

κ) gibbosa *Risso* l. c. 21.: fr. magno inaequali gibboso luteo-rubescente, carne firmâ sapidâ.
Arbor elata, ramosissima, folia magna, laete viridia, eglandulosa; fructus rotundatus, tuberculosus, carne sicciusculâ.

λ) bipartita *Risso* 103. 22.: fr. medio rotundato, (maturitate sulco profundissimo) bipartito, (virescenti-) luteo ad solem paulo rubente; carne durâ.
Arbor minus elata, ramosissima, hemisphaerica, foliis confertis, glandulis ovalibus; caro drupae parum sapida, nucleus minimus.

μ) odorata *Risso* 104. 24.: fr. magno, subsphaerico, subangulato (pallide) lutescente, carne firmâ molli moschatâ dulci.
Arbor pulchra, foliis amplis; drupa sulco obsoleto, profunde umbilicata, carne deliquescente, succosâ, maturitate (Nov.) emollitâ.

ν) lusitanica: fr. magno rotundo flavo-virescente, ad solem obscure rubro, punctato, carne firmâ gratissimâ.
Portugiesische Pfirsche *Dierb.* — Portugal Alberge *G.Don.*

ο) Pomponia: fr. maximo, hinc pallide, illinc obscure rubro; floribus magnis, foliorum glandulis reniformibus.

(Persica vulgaris) Riesenpfirsche *Dierb.* — Pom. Fr. II. t. 23. f. 28. — *Kern.* t. 409. — Pêche Pavie de Pompone, Pavie monstrueuse, Gros Persèque rouge, Gros Mêlecoton. *Nois.* t. 24. — Pavie rouge de Pompone, Pavie rouge, Pavie camu.

π) Catharinae: fr. maximo specioso, pallide viridi, hinc nitide rubro, flor. parvis, gland. fol. reniformibus, carne succosâ deliciosâ.

Englische Katharinenpfirsche *Dierb.* — Catharine *G.Don.* Exeunte Sept. matur.

ρ) Magdalenae: fr. magno, ad solem leviter rubescente, carne tenerâ succosâ aromaticâ.

Magdalenen-Härtling. Pom. Franc. II. t. 12. — Pêche Pavie Madeleine, Pavie blanche.

σ) Perseca: fr. oblongo magno flavo et rubro, carne saccharatâ.

Weisse Persèque-Pfirsche *Dierb.* — Pêche Persèque, gros Persèque, Persèque allongé. *Nois.* t. 25.

β. *xanthoduracina* Dierb.: carne flavâ. *Mart.* & *Schübl.* l. c.

α) praecox *Risso* 94. 1: fr. magno rotundato inaequali (ad $^2/_3$) flavo (tunc) ruberrimo, carne moschatâ dulcissimâ.

Fructus secus sulcum longitudinalem hinc magis gibbosi, apice umbilicati, pedunculo valido scrobiculo profundo inserto, carne firmâ saccharatâ.

β) flava *Risso* l. c. 2.: fr. magno rotundato mammillato flavo ad solem rubente, carne dulci.

Fructus aureus, paululum sanguineo tinctus, umbilicatus, carne firmâ moschatâ. — Occurrit subvar. fr. minore.

Gelbe Persèque-Pfirsche. — Pavie jaune, Persèque jaune. *Duh.* 16, 36, 2, 2.

γ) rotundata *Risso* 96. 6.: fr. magno rotundato profunde sulcato rubro-purpureo, carne luteâ dulci.

Folia revoluta, laete viridia, glandulis ovalibus. Caro firma, succulenta, circa nucleum bipartibilem rubella.

δ) minuta *Risso* 97. 7.: fr. minimo rotundato mammillato super fundum (albido) flavum rubro-purpureo; carne durâ tenerâ luteâ dulci.

Arbor parva, ramis elongatis, gemmis rubris, foliis amplis longis viridibus, glandulis reniformibus. Fructus numerosi, profunde sulcati, umbone saepius acuto, nucleo sphaerico.

ε) jucunda *Risso* 98. 10.: fr. magno sphaerico flavo tomentoso, carne durâ odoratâ.

Fructus subinde mammillâ minimâ terminatus, fragrantissimus, sulco laterali distincto, colore eleganter et intense flavo, carne flavâ firmâ succulentâ.

ζ) fulva *Risso* l. c. 11.: fr. parvo sphaerico fulvo tomentoso, carne firmâ sapidâ.

Differt a praecedente fructu minore, magis fulvo atque tomentoso, sulco laterali profundiore umbilico terminato, altero latere magis elevato; carne firmiore minus aromaticâ.

η) ovata *Risso* 100. 16.: fr. magno ovato luteo ad solem purpurascente, carne durâ (intense) flavâ dulci.

Fructus sulco obsoleto, scrobiculo pedunculi profundo. Folia parva, glandulis ovalibus.

ϑ) Cydonia *Risso* 103. 23.: fr. magno subsphaerico luteo-flavo, carne firmâ durâ parum sapidâ.

Arbor mediocris, foliis laete viridibus. Fructus cavitate pedunculari profundissimâ, sulco superficiali cavitate levi terminato. Fructus Nov. colliguntur, et sub finem Dec. maturantur, Cydoniarum instar duri.

Quittenpfirsche *Dierb.* — Pêcher Coïgnassier.

ι) violacea: fr. ovali-subrotundo, ad solem violaceo, carne flavâ ad nucleum rubrâ, minus succosâ.

Violette Frühpfirsche *Dierb.*

κ) serotina: praecedenti simillima, sed multo serius (fine Oct.) maturans.

Violette Spätpfirsche *Dierb.*

λ) Ananassa: fr. rotundo flavo, carne firmâ.

Ananas-Pfirsche *Dierb.*

γ. *erythroduracina:* carne rubrâ.

α) sanguinea *Risso* 99. 13.: fr. magno rotundato inae-

(Persica vulgaris)

quali (in fundo rubicundo-albo) rubro striato villoso; carne purpureâ parum sapidâ.

Arbor pulchra, foliis pallidioribus, glandulis reniformibus. Flores ampli; fructus praeduri, altero latere tumidiores, sulco laterali satis profundo.

β) intermedia *Risso* l. c. 14.: fr. magno subrotundato inaequali, carne rubrâ luteâ dulci.

Fructus altero latere semper magis tumidus, flavus, rubro fasciatus, parum villosus; carne rubrâ, in centro luteâ, sapidâ, cum nucleo bipartibili.

γ) sanguinolenta *Risso* 100. 15.: fr. parvo subrotundato anguloso villoso rubro picto, carne sanguineâ parum sapidâ.

Folia ovalia, minora quam in var. sanguineâ, glandulis subreniformibus, flores minores, fructus durissimi, sulco longitudinali basi profundo umbilico terminato, lateritius.

δ) mammosa *Risso* 101. 17.: fr. maximo ruberrimo (praesertim versus pedunculum) apice mammillato; carne durâ dulci sanguineâ, nucleo laeviusculo.

Fructus speciosus, umbone magno acuto coronatus, ad latera carneus tenuiter purpureo-punctatus, sulco mox nullo mox profundo; carne firmâ, saccharatâ, albâ, versus nucleum sensim sensimque magis sanguineâ, nucleo oblongo subcomplanato. Arbor maxima, foliis confertis laete viridibus, glandulis ovalibus.

G.Don l. c. sequentes enumerat varietates:

1. Glandulae foliorum globosae, flores parvi.
   - Braddick's North American, American Clingstone, fr. magno, flavo et rubro, carne firmâ flavâ rudi.
   - Catline, fr. mediocri, pallide flavo et rubro.
   - Cooper's early, fr. mediocri, pallide flavo et rubro.
   - Hoyte's Limon Clingstone, fr. magno, flavo et obscure rubro.
   - Newington of the Americans, fr. magno, pallide flavo et obscure rubro.
   - Tonbridge, fr. mediocri, flavo et obscure rubro.
2. Glandulae reniformes.
   1) Floribus magnis.
      - Var. Pomponia.
      - Sanguinole à chair adhérente, fr. mediocri obscure rubro.
   2) Floribus parvis.
      - Kennedy's Caroline, fr. mediocri, flavo et rubro, carne flavâ.
      - William's Catharine.
      - Congress, fr. magno, pallide flavo et rubro.
      - Golden purple, fr. mediocri, flavo et obscure rubro.
      - Heath, fine H., H. Clingstone, red Heath, fr. magno, pallide flavo et rubro.
      - Incomparable, Pavie admirable, fr. magno, pallide flavo et rubro.
      - Kennedy's Lemon Clingstone, Pine-apple Clingstone, red Melacoton, fr. magno, flavo et rubro.
      - Washington Clingstone, fr. mediocri, pallide flavovirescente et rubro.
      - Pavie tardive. —
      - Et varr. Catharinae, Perseca, lusitanica, flava.
3. Glandulae nullae; flores magni.
   - Blood Clingstone, Claret Cl., fr. mediocri, intense rubro.
   - Old Newington, Newington, fr. magno, pallide viridi et rubro.
   - Smith's Newington, early N., fr. mediocri, pallide viridi et rubro.

2. simpliciter serrata; drupae laeves. (Amygdalus Persica β. Nucipersica *L. Wlld.* — P. laevis *DC.* l. c. 2. — *G.Don* l. c. 493. — P. Nucipersica *C. Bauh. Wett.* Fl. — Amygd.

Nucipersica *Rchb.* l. c. 4156. — Amygd. Persica Nectarina *Ait.* Kew. ed. 2. III. 194. — *Lam.* l. c. 100. n. 21—27. — *Nois.* l. c. 89. 90. n. 17—22. t. 20. f. 23, t. 21. f. 3. 4.)

1) carne a nucleo secedente, molli, succulentâ; folia elongata, glandulis reniformibus; drupae rotundatae, glaberrimae.

3. **Persica violacea** *Risso* l. c. 119.
P. laevis *α. DC.* l. c. (excl. nom. vernaculo, cum var. *β.* confuso). — *G.Don* l. c.
Amygd. Persica b. Nucipersica *ζ.* Aganonucipersica *Mart. & Schübl.* l. c.
Hab. cum praec. 5.
Nusspfirschen germ., Pêches violettes gall., Freestone v. melting Nectarines angl.

Varietates:

1. Glandulis foliorum globosis.
α. aurantiaca: floribus magnis, fr. magno, aurantiaco et obscure rubro.
Pitmaston Orange, Williams's O., W.'s Seedling.
β. bostonensis: floribus parvis, fr. mediocri, aurantiaco, ad solem obscure rubro.
Boston *G.Don.*

2. Glandulis reniformibus;
1) floribus magnis.
γ. Desprezii: fr. mediocri praecociore flavescenti-albo, ad solem rubicundo.
Despris-Pfirsche *Dierb.* — Pêche Desprès *Poit.*
δ. microcarpa: fr. flavo parvo serotino (Oct.)
Gelbe Nusspfirsche *Dierb.* — Pom. Fr. II. t. 18. f. 20. — Jaune lisse, J. l. tardive, Rousanne, Maufrin.
ε. bicolor: fr. mediocri, hinc viridi illinc rubro.
Vermash, true V. *G.Don.*
ζ. batava: fr. magno albo. (Ineunte Sept.)
New white, Neat's white, White, Flanders (*Hook.* t. 30), Emmerton's new white, Cowdray white, large white.
η. alba: fr. magno albo, praecoci (ineunte Aug.)
Old white *G.Don.*

2) floribus parvis.
(1) Fructus pallide flavus, latere exposito ruber, ineunte Sept. matur.
ϑ. rubrinuclea: fr. magno, carne ad nucleum rubrâ.
Brinion, Brugnon red at the stone, Violet red at the stone.
ι. aromatica: fr. mediocri.
Aromatic *G.Don.*

(2) Fr. albidus, ad solem cerasinus, parvus, mucronatus.
κ. cerasina: magnit. fructûs Reginae Claudiae. — Kirschenpfirsche Pom. Fr. II. t. 13. f. 12.
Cerise Pêche *Nois.* t. 31. — Cherry Nectarine.

(3) Fr. pallide virens, latere exposito ruber.
λ. Balgonea: fr. magno, ineunte Sept.
Balgone *G.Don.*
μ. Claremontia: fr. magno. — Claremont l. c.
ν. Tellieri: fr. magno, ineunte Sept.
Du Tellier's, Duc de Tello, du Tilly's.
ο. Downtonia: fr. magno, exeunte Aug.
Downton *G.Don.*
π. Elrugia: fr. mediocri, carne ad nucleum albâ, ineunte Sept.
Elruge, common E., Claremont, Oatlands, Temple's.
ρ. genuensis: fr. mediocri.
Genoa, late G., Genoese.
σ. semiviridis: fr. mediocri serotino. (Fine Sept.)
Greenshield's late.
τ. Hoyi: fr. mediocri, ineunte Sept.
Hoy's new Seedling.

(Persica violacea)

υ. Murreyi: fr. mediocri, exeunte Aug.
Murrey, Murry, black M.
φ. Templei: fr. mediocri, ineunte Sept.
Temple, Temple's (*Lang* t. 30).
χ. Fairchildii: fr. parvo, praecoci (Aug.).
Fairchild's, F.'s early.
(4) Fr. viridis, mediocris, serotinus. (Medio Oct.)
ψ. Forsythii. — Peterborough, late green, Vermash.
(5) Fr. laete coccineus et pallide ruber, parvus.
ω. coccinea. — Scarlet Forsyth.
(6) Fr. hinc viridis, illinc violaceo-purpureus, magnus.
αα. Coursonia: carne ad nucleum ruberrimâ.
Violette grosse, grosse V. hâtive, V. de Courson. *Nois.* t. 21.
ββ. purpurea *Risso* 119. 55.: fr. submedio rubro-violaceo, carne molli albâ.
Fructus rotundati, inaequales, intense purpurei, apice hinc magis elevati, carne deliquescente saccharatâ, circa nucleum laete rubrâ. Fine Jul.
Violette hâtive (*Hook.* t. 15), Violet, early V., Lord Selsey's Elrudge, Hamptoncourt, large Scarlet, new Scarlet, petite V. hâtive. — Violette Nusspfirsche *Dierb.* — Pom. Fr. II. t. 14. f. 14, 15.
γγ. marmorata *Risso* l. c. 56.: fr. medio, flavescente, rubro-violaceo marmorato, carne molli flavescente.
Flores pallide rubri. Fructus subirregulares, carne deliquescente gratissimâ.
Violette tardive, V. marbrée, panachée.

3. Glandulis nullis, floribus parvis.
δδ. Huntii: fructu mediocri, aurantiaco et obscure rubro, praecoci (Aug.).
Hunt's tawny, Hunt's early tawny.
εε. Milleri. — Elrudge Milleri.
ζζ. chinensis: fr. superne et inferne compresso, utrinque concavo, sulcato, nucleo parvo sublaevi.
Chinesische Nusspfirsche *Dierb.*

2) carne nucleo adhaerente durâ succulentâ; folia ovato-elongata; drupae sphaericae, diaphanae.

4. **Persica laevis** (levis) *Risso* l. c. 117.
P. laevis *β. DC.* l. c. (excl. nom. vernac.) — *G.Don* l. c. 494.
Amygd. Persica b. Nucipersica η. Scleronucipersica. *Mart. & Schübl.* l. c.
Hab. cum praec. 5.
Nusspfirschen germ., Brugnons gall., Clingstone-Nectarines angl.
Folia plus minus intense viridia; flores speciosissimi; drupae odore peculiari, carne fragili, nucleo minus quam in praecedentibus sulcato.

1. Glandulis foliorum reniformibus,
1) floribus magnis.
α. odorata: fr. mediocri, pallide flavo, ad solem rubro violaceo, carne subflavâ dulci.
P. l. violacea *Risso* l. c. 117. 52.
Bisampfirsche *Dierb.* — Pom. Fr. II. t. 17. — Brugnon musqué, Br. violet musqué. *Duh.* t. 26, *Nois.* t. 20.
Folia ovato-oblonga, saepius rubro-marginata; fructus nitidi, carne flavescenti-albâ, saccharatâ, gratissimâ, circa nucleum rubrâ.
β. aurea: fr. magno, aurantiaco, hinc rubro, serotino (Sept.).
Pince's golden *G.Don.*
γ. romana: fr. magno viridi fusco hinc rubro praecoci (Aug.).
Roman, red R. — Rothe römische Nusspfirsche *Dierb.* subvar. drupâ flavescente et rubrâ.
δ. acidula *Risso* 118. 53.: fr. medio viridi-flavescente (versus pedunculum) parum rubro, carne dulci acidulâ.
Folia ampla, longa, acuta; flores pallidi; fructus carne firmâ, saccharatâ acidulo mixtâ, circa nucleum dilute roseâ.
2) floribus parvis.
ε. Aitoni: fr. magno obscure fusco ad solem rubro.
Aiton's Seedling. Sept.
ζ. fuscorubra: fr. mediocri obscure fusco, ad solem rubro, subrotundo, carne gratâ succosâ.
Gerberlohfarbige und dunkelbraune Nusspfirsche *Dierb.* Tawny, late Tawny, Murrey.

(Persica laevis) η. italica: fr. magno, flavescente v. virescente, ad solem obscure rubro, carne firmâ sapidâ.
Brugnon, Italian. *Lang.* t. 29. — Italienische Nusspfirsche *Dierb.*
ϑ. praecocior: praec. prius (Aug.) maturans.
Brugnon hâtif, early Brugnon.
ι. aurantia *Risso* 118. 54.: fr. medio globoso saturate luteo, carne dulci odoratâ.
Folia longa, laete viridia, glandulis subrotundis. Fructus laevissimi, saturate aurantii, nitidi, carne durâ succosâ saccharatâ.
ϰ. fulva: fr. mediocri rotundo aureo, ad solem opaco-rubro, carne flavâ, ad nucleum rubicundâ, gratâ.
Goldgelbe Nusspfirsche *Dierb.* — Golden (*Lang.* t. 29.), fine goldfleshed, Orange.
λ. Imperatrix: fr. magno obscure rubro.
Imperatrice.
2. Glandulis nullis, floribus magnis.
μ. verna. — Early Pavie, Forsyth 57.
ν. obscura: fr. magno obscuro, hinc flavo illinc rubro nitido, carne firmâ gratissimâ, flavâ, ad nucleum obscure rubrâ.
Newington, late N. (*Lang* t. 29.), scarlet N., old N., Smith's N., French N., Brugnon de N. de l'Angleterre, rough Roman, red R., Sion hill, Anderdon's, Anderson's round. — Englische Pfirsche *Dierb.*
ο. helvola: fr. magno, flavescenti-brunneo, latere exposito rubro, praecoci (Aug.).
Tawny Newington.
π. deanensis. — West Dean Newington.
ρ. Buckfastia. — Royal Buckfast.
Praeter hasce aliae varietates 18 nomine tantum indicantur a *G.Don*, ad P. violaceam et laevem pertinentes; a pomologis porro plures aliae adhuc enumerantur, quas inter memoratu digna videtur
σ. pumila *Christ:* fructu volumine tantum nucis moschatae, succoso quidem sed minus sapido.

Species exclusa:

Persica nana *Mill.* = Amygdalus nana.

6. Armeniaca.

Tourn. Inst. t. 400. — *Mill.* Dict. — *DC.* l. c. 531. — *G.Don* l. c. 495. — *Spach* l. c. 388. — *Meisn.* l. c. 102. (72.)

Prunus a. Armeniaca *Endl.* gen. 1251. 6406.

1. Flores solitarii v. gemini; pedicelli
1) filiformes gemmâ longiores; petioli glandulosi; folia acuminata duplicato-serrata glabra,
(1) ovata v. ovato-elliptica; drupa globosa, pubescens.

1. **A. dasycarpa** *Pers.* Ench. II. 36. — *DC.* l. c. 532. 2. — *G.Don* l. c. 497. 2. — *Sp.* l. c. 390. — *Rchb.* Fl. germ. exc. 646. 4148. — *Sickl.* Obstg. XVIII. t. 6.
A. atropurpurea *Lois.* in *Duh.* l. c. V. t. 51. f. 1. — *Risso* l. c. 129.
Prunus dasycarpa *Ehrh.* Beitr. VI. 90. — *Wlld.* l. c. 990. 15. — *Sprg.* l. c. 476. 12. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 1250. — *Bot. Rg.* t. 1243.
Prunus Armeniaca nigra *Desf.* Cat. ht. Par. ed. 2. 206.
In *Oriente* (?) in hortis *Europae australis* et *mediae* culta. ♄.
Abricot noir, Abricotier du Pape gall. Schwarze Aprikose germ.
Frutex 5—6pedalis, trunco utplurimum tortuoso ramoso, cortice cinereo rimoso. Folia acuta, tenuiter denticulata, supra nitida, petiolo canaliculato. Flores albi, diametro pollicares, calyce purpureo (in specim. genev. 6lobo, petala 6, stamin. 24 *DC.*). Filamenta violacea, petalis breviora. Stylus longitudine staminum. Drupa diametro 13—14''', subrotunda, parum

compressa, sulco longitudinali percursa, epidermide nigro-violaceâ; carne molli, nucleo arcte adhaerente, rubellâ, centro fusco-fulvescente, dulciusculâ, fere insipidâ.

(2) ovata abbreviata v. lanceolata lobulata.

2. **A. persicaefolia** *G.Don* l. c. 498. 3.
A. dasycarpa *β.* persicifolia *Lois.* l. c. 172. t. 552. f. 1. — *DC.* l. c.
Hab. . . . . . ♄.
Abricot noir à feuilles du Pêcher ht. gall.
Flores albi. Fructus edulis, carne rubrâ flavo-variegatâ.

2) gemmae inclusi ideoque flores quasi sessiles;

(1) calyces dimidiâ parte inclusi; folia duplicato-denticulata margine pubescentia, dentibus inferioribus glandulosis, petiolis tenuibus eglandulosis, ovata v. ovali-rotundata, longe acuminata; drupae coriaceae compressae.

3. **A. sibirica** *Pers.* l. c. — *DC.* l. c. 532. 3. — *G.Don* l. c. 498. 4. — *Sp.* l. c.
Prunus sibirica *L.* Sp. pl. 679. — *Pall.* Fl. Ross. I. 15. t. 8. — *Wlld.* l. c. 989. 14. — *Sprg.* l. c. 15.
Prunus (Armeniaca) sibirica *Led.* Ross. II. 3.
Armeniaca Betulae folio et facie, fructu exsucco. *Amm.* Ruth. 272. t. 29.
Prunus inermis, foliis exovato-cordatis longe mucronatis, fructu exsucco. *Gmel.* Sib. III. 172. 4.
In *Da'uriâ,* tempore florescentiae declivia montium meridionalia exornans. ♄.
Frutex vix ultra 6pedalis, trunco tortuoso, ramis rigidis patulis apice floriferis. Folia obscure viridia, utrinque glabra, petiolis rubicundis, interdum apice glandulis duabus instructis aut folia ipsa basi biglandulosa. Flores minimi, albi. Calyx rubescens, lobis ovatis acutis ciliatis reflexis. Stamina 30, corollâ breviora. Stylus villosus, staminibus paulo brevior. Drupa subsessilis, magnitudine nucis Avellanae, immatura tomentosa, subrotunda, lateribus compressa, epidermide glabrâ flavo-rubicundâ, carne siccâ acerbâ tenaci exsuccâ, nucleo parvo laevi, semine eduli amaro.
β. angustifolia: foliis lineari-lanceolatis.
A cl. Persoonio tantum indicata.

(2) pedicelli brevissimi, squamis gemmae occultati; folia acuminata, duplicato-crenulata, glabra, petiolis glandulosis,

a. ovalia; drupa subduriuscula acerba; nucleo utplurimum amaro.

4. **A. Amarella.**
Prunus (Armeniaca) Amarella *Rchb.* l. c. 4146.
Prunus Armeniaca *α.* minor (foliis ovatis, fructibus globosis tomentosis, carne croceâ duriusculâ acerbâ, semine amaro) *Mart.* & *Schübl.* l. c. 306. — *Kern.* t. 201. f. 8.
Armeniaca cerasioides var. duracina *Dierb.*
Prunus Armeniaca Misimisi *Forsk.* — Malus armeniaca minor *Bauh.* Pin. 442.
In *Liguriâ* occidentali, *Transsilvaniâ, Aegypto,* in *Germaniâ,* praesertim *Würtembergico* regno, frequens culta. ♄.
Möllele, Marillen, Moletten; gelber Sommerpfersing, Tucacinum (*Trag.*), Amarellen (*Gesn.*).
Fructus minor, ochroleucus, subrubens, magnitudine Juglandis. Forsan matrix sequentis.

b. subcordata; drupa mollis succosa.

5. **A. vulgaris** *Lam.* Dict. I. 2. — *DC.* l. c. 1. — *G.Don* l. c. 495. 1. — *Sp.* l. c. 389. — *Lois.* l. c. V. t. 49 et 50. f. 6.
A. epirotica *Wett. Fl.*
Prunus Armeniaca *L.* Sp. pl. 679. — *Wlld.* l. c. 989. 13. — *Sprg.* l. c. 13. — *Rchb.* l. c. 4147. — *Mart.* & *Schübl.* l. c.
Armeniaca *Blackw.* t. 281.
Mala armeniaca majora, nucleo dulci. *Bauh.* Pin. 442. — *Knorr* del. I. t. A. 2.
In *Armeniâ, Asiâ minore, Persiâ, Epiro,* in hortis *Europae* mediae et australis frequenter culta. ♄.
Arbor 15—20pedalis, comâ rotundatâ, ramis tortuosis. Folia elliptica, v. ovata, v. ovato-subrotunda, basi subcordata v. angustata, laete viridia, subrevoluta. Flores solitarii v. gemini, pallide rubicundi v. albi, praecoces, sessiles, laterales; calyx rubellus; petala subrotunda, concava, lobis calycinis dimidio majora. Drupa globosa v. ovata, flava v. aurantiaca, rubro suffusa, carnosa, epidermide pubescente; putamen durum, compressum, hinc acutum, illinc obtusum, ad margines sulcatum, laeve; semen nunc dulce, nunc amarum.

(Armeniaca vulgaris) Semina dulcia eodem adhibentur modo ac amygdala. Lignum cinereum, rufo et flavo venosum, ad opera artificialia aptissimum.

Inter varietates numerosas cultas forsan plures latent species, eodem modo ac Persicae et Amygdali nucleis dulcibus et amaris, carne solubili v. nucleo adhaerente separandae. Eae in modum cl. *Dierbachii* enumerentur:

I. *Microcarpae* v. *Juglandiformes:* foliis plerumque ovatis angustioribus et fructibus minoribus, volumine circiter Juglandis majoris.

A. vulgaris *α.* ovalifolia *Ser.* in *DC.* l. c.

1. A. cerasoides *Dierb.*: nuclei amari, sapore illorum Cerasi. — Forsan ex A. Amarellâ ortae

α. praecox *Risso* 121. 1.: fr. parvo sphaerico praecoci flavo, carne sapidâ.

Folia subrotunda, cordata. Drupa sulco longitudinali distincto, epidermide opaco melleo - flavo hinc rubescente, carne pallide flavâ succosâ tenerâ. Ineunte Jun. matura.

Kleine Frühaprikose, frühe Zimmt-A. Pom. Fr. I. 29. t. 2. f. 1. — *Kern.* t. 501. — Abricot hâtif musqué *Duh.* I. 133. 169, 1. — *Nois.* t. 1. — Red masculine Apricot, early red masculine, brown masculine, Abricot précoce, Abricotin.

β. persicina: fr. parvo aureo parum rubro, carne tenerrimâ succulentâ gratissimâ.

Aprikose von Nancy, Pfirschen-A.

γ. lusitanica *Risso* 122. 2.: fr. parvo rotundato subcompresso flavo hinc rubescente, carne dulci.

Arbor minor, tenella; folia parva, angusta; flores rubicundi; fructus hinc fusco rubroque maculatus, carne obscure flavâ, gratissimâ, nucleo paulo adhaerente. Exeunte Jun.

Portugiesische A. Pom. Fr. I. t. 8. f. 11.

δ. alba *Risso* l. c. 3.: fr. medio subrotundato albido, carne dulci minus sapidâ.

Fructus sulco satis profundo, cereo-albi, circa pedunculum plerumque areolâ coccineâ picti, carne tenerâ albidâ, saporis persicini, nucleo paulo adhaerente. Ineunte Jul.

Weisse A. Pom. Fr. I. 30. t. 2. f. 2. — Abricot blanc *Duh.* 169. 2. A. Pêche. — White masculine, early white masc. Angl.

ε. Alberga: fr. mediocri subcompresso superne angustato virescenti-flavo, ad solem obscure flavo v. lignicolore rubro-punctato.

Alberger A. Pom. Fr. I. t. 8. f. 12. — Albergier ordinaire, cum subvarr. à fruit long et à fruit rond. — Turiones fere toti rubri. Folia parva, nervo medio obscure rubro.

2. A. avellanoides *Dierb.:* nucleis dulcibus, sapore Avellanarum.

Prunus Armeniaca *γ.* dulcis *Mart.* & *Schübl.* l. c. (p. p.)

ζ. Alexandriae *Risso* 126. 11.: fr. parvo subrotundo praecocissimo lutescente intus rubello.

Arbor elegans; fructus hinc flavi, illinc laete rubri, carne saccharatâ rubro-venosâ. Jun.

η. provincialis *Risso* l. c. 12.: fr. mediocri rotundato subcompresso luteo-rubro, pulpâ dulci odoratâ.

Folia parva, subrotunda, petiolis rubris; fructus parvi (majusculos dicit *Risso*), complanati, pulchre aurantii rubro - punctati, carne obscure flavâ molli deliquescente vinosâ aromaticâ.

Provencer Aprikose, die kleine Oranien - A. *Diel.* — Pom. Fr. I. t. 5. f. 7.

ϑ. Hollandiae: fr. parvo rotundato, carne albidâ sapidâ dulci.

Fructus interdum mediocris, sulco profundo margine altero magis prominulo, ad solem purpureo-punctatus, carne albidâ liquescente vinosâ gratissimâ. Medio Jun.

Holländische A., Haselnusskern-A. Pom. Fr. I. 33. t. 3. — *Kern.* t. 502.

Subvarietas occurrit foliis aureo-striatis maculatisque.

ι. Dierbachii: fr. parvo, epidermide crassâ durâ hinc fuscâ scabrâ, carne firmâ vinosâ sapidâ.

Haselnuss-A. *Dierb.* — Huc spectant quoque „Morgameler A.“ et „Alberge A.“ *Nois.*

(Armeniaca vulgaris) κ. albida *Risso* 127. 15.: fr. parvo rotundo praecoci albido moschato; carne sapidâ.

Fructus ac in praecoci paulo major, fragrantissimus.

λ. farinosa *Risso* 128. 17.: fr. parvo rotundato lutescente, pulpâ firmâ subsapidâ.

Caro farinacea, illi Solani tuberosi similis, dulcis, nec saccharata. Ineunte Jul.

μ. rubra: fr. subrotundo, flavo, ad solem saturate rubrofusco, carne rubro-aurantiacâ succosâ acidulo-dulci gratissimâ.

Arbor parva, foliis parvis ovalibus utrinque attenuatis.

Rothe A. von Angoumois. Pom. Fr. I. 32. t. 3. f. 4. — Angoumois Abricot *Duh.* 137. t. 3.

ν. violacea: fr. subrotundo flavo ad solem violaceo, carne praecedentis.

Violette A. Pom. Fr. I. t. 5. f. 8.

ο. bruxellensis: fr. subrotundato, ad lucem fuscescente, carne intense aurantiacâ succosâ sapidissimâ, a nucleo solubili.

Folia late cordata, acuminata. Medio Aug.

Brussels, Breda, Breda Apricot (Pom. Mag. t. 146.), Abricot de Hollande, Amande Aveline (*Duh.* I. 138. t. 4.).

An eadem ac ϑ?

π. aegyptiaca: fr. subrotundo compresso subtomentoso hinc stramineo illinc intense aurantiaco, carne tenerâ dulcissimâ semipellucidâ, a nucleo solubili.

Folia subrotunda, subcordata, acuminata, duplicato-serrata. Fructus volumine illius var. α.

Musch-musch (Hort. Trs. II., 72. t. 1.). — Abricot d'Alexandrie *Kraft* Pom. austr. 29. t. 58. f. 1.

II. *Macrocarpae* v. *Pomiformes*: foliis plerumque cordatis latioribus, fructibus magnis, volumine circiter pomi mediocris. „Grosse oder Apfel-Aprikosen" *Dierb.*
A. vulgaris *β.* cordifolia *Ser.* in *DC.* l. c.

3. A. persicoides: semine amaro, sapore nucleorum Persicarum.
Prunus Armeniaca δ. persicoides: foliis cordatis, fructibus oblongis compressiusculis, carne flavâ, semine amaro. *Mart.* & *Schübl.* l. c.

ρ. communis: fr. magno suboblongo aureo saepius scabro crustoso, ad solem rufo-maculato, carne dilute flavâ plus minus succosâ.

Arbor magna, patula, foliis amplis latis longe petiolatis basi attenuatis.

Gemeine grosse Früh-A. Pom. Fr. I. t. 3. f. 3. — *Kern.* t. 503. — Abricot gros précoce, A. de Jaen, A. de St. Jean rouge in Occitaniâ, Abricot gros d'Alexandrie. — Large early Apricot (Pom. Mag. t. 142.). — *Sickl.* XII. t. 12.

Omnium vulgatissima. Subvarr. „die Ransleber Früh-A." foliis minoribus, fr. magis rotundo, — foliis flavo maculatis.

σ. Persica *Risso* 122. 4.: fr. magno vix compresso subfulvo rubescente, carne saccharatâ.

Fructus ovalis, parum compressus, fulvo-luteus, rubromixtus.

τ. romana: fr. mediocri, obscure stramineo, ad solem aurantiaco rubro-punctato, subovali, carne pallide stramineâ molli solubili maturitate farinaceâ; foliis latis cordatis.

Abricot commun *Duh.* I. 135. t. 2. *Nois.* t. 1. — Roman Apricot *Langl.* Pom. 89. t. 15. f. 4. Pom. Mg. t. 13. — Roman, Common Angl.

υ. variegata: foliis pallide flavo v. aureo maculatis, striatis, variegatis, fr. praecedentis.

Bunte, gefleckte A. (Pom. Fr. I. 34. t. 4.) — Abricotier à feuilles panachées (*Duh.*), A. commun à feuilles panachées de jaune *Nois.* — Blotched-leaved roman Apricot (Hortic. Trs. l. c. 62), blotched, variegated, striped Turkey.

φ. regalis: fr. subovali sordide flavo, ad solem leviter rubescente, carne pallide aurantiacâ firmâ succosâ acidulo-dulci sapidissimâ.

Folia ampla, subrotundo-cordata v. ovata. Fructus versus pedunculum virescens.

(Armeniaca vulgaris) Königs-A. — Abricot royal Bon Jard. 1827. 288. *Nois.* Man. II. 490. — Royal Apricot Pom. Mg. I. t. 2. Hortic. Trs. l. c. 63.

χ. Noisettiana: fr. ovali compresso pallide aurantiaco, ad solem rubro-fusco sanguineo-punctato, carne solubili rubicundo-flavâ dulci succosâ.
Arbor omnium maxima, foliis latis pendulis, fructu pulcherrimo eximio.
Brüssler A., Noisette's Pfirsch-A., A. von Nancy Pom. Fr. I. t. 7. — Brussels Apricot Hort. Trs. l. c. 64.

ψ. Shipleyae: fr. ovali compresso tomentoso, dilute flavo, fusco minute punctato, carne laetissime obscure aurantiacâ succosâ acidulo-dulci moschatâ, solubili.
Shipley's Apricot Ht. Trs. l. c. 64. — Blenheim, Shipley's large, Miss Shipley's.

ω. rotundata: foliis latis apice acuminatis basi rotundatis; fr. pallide dilute flavo, ad solem leviter rubescente, carne firmâ aquosâ succosâ nucleo adhaerente.
Montgamet Apricot (Ht. Trs. l. c. 65.), Albergier de Montgamet.

αα. amygdalina: fr. romanae, pallide stramineo, ad solem rubro-punctato, carne solubili pallide flavâ siccâ parum sapidâ.
Almond Apricot Hort. Trs. l. c. 65. — Abricot Amandier.

ββ. turonensis: foliis amplis subrotundis acuminatis; fr. magno subrotundo compresso fusco-aurantiaco, carne obscure rubro-aurantiacâ succosâ sapidissimâ.
Abricot de Nancy *Duh.* 144. t. 6., A. Pêche, A. de Nieremberg, de Würtemberg, de Piemont, — Moorpark Apricot *Brookshaw* Pom. brit. t. 23. Anson's, Dunmore's, Dunmore's Breda, Temple's imperial Anson, Oldaker's Moorpark, Ludlow's Moorpark, Abricot de Tours.

γγ. Hemskirkii: foliis latis praecedentis, fr. magno subrotundo subcompresso, carne laete aurantiacâ tenerâ succosâ sapidâ.
Hemskirke Apricot Hortc. Trs. l. c. 69.

δδ. lutetiana: fr. citrino ad solem fusco-punctato, carne flavâ dulci sapidâ subdeliquescente.
Pariser A. *Dierb.*

εε. Ananassa: fr. maximo rotundo ad solem rubro illinc flavo, carne flavâ aromaticâ.
Ananas-A. *Dierb.*

ζζ. dulcissima: fr. magno griseo flavo, carne aureâ dulcissimâ saccharatâ.
Grosse Zucker-A. *Dierb.*

ηη. depressa *Risso* 123. 5.: fr. magno oblongo depresso lutescente rubro guttato, carne dulci flavâ.
Folia ampla, saturate viridia, saepe in petiolum longum attenuata. Drupae sulcus profundus, marginibus inaequalibus. Putamen compressum, acutum. Ineunte Jul.

ϑϑ. aurantia *Risso* l. c. 6.: fr. maximo rotundato luteo rubro punctato, carne dulcissimâ.
Folia subcordiformia, aequilonga lataque. Fructus totus rubro-punctatus, carne liquescente saccharatâ sapidissimâ, putamine ovali rotundato acuto dispermo.
Pomeranzen-A. *Dierb.*

ιι. rugosa *Risso* 124. 7.: fructu maximo subcordiformi inaequali rubro-aurantio fusco-guttato, carne saccharatâ.
Arbor magna, ramis divergentibus, folia parva, fasciculata; fructus rotundatus, subcompressus: parte auroreotinctâ rugosâ fusco-maculatâ magis inflatâ, alterâ maturitate tantum rubescente; carne firmâ, grate dulci.

κκ. scaberrima *Risso* l. c. 8.: fr. medio subrotundato compresso rubro-fusco scaberrimo (piloso), carne firmâ parum sapidâ.
Arbor praecedente minor, foliis majoribus; fructus apice complanati, in fundo flavescenti-viridi obscure rubri.

λλ. conspurcata *Risso* 125. 9.: fr. parvo rubro-luteo obscure conspurcato, carne dulci.
Fructus rufescenti-flavi, obscuro maculati et rubro-punctati, in parte coloratâ rugosi, carne deliquescente grate dulci subacidulâ.

(Armeniaca vulgaris) μμ. cordata: fructu cordato depresso luteo, carne dulci subinsipidâ.

Folia mediocria, acuta, petiolo rubro. Fructus magni, complanati, versus pedunculum crassiores rotundati, apice attenuati obtuse acuminati, carne dulci liquescente.

4. A. amygdaloides *Dierb.* seminibus dulcibus, sapore Amygdalorum dulcium.

Prunus Armeniaca *β.* dulcis *Schübl. & Mart.* (p. p.)

νν. alboflavescens: fr. oblongo planiusculo sulcato alboflavescente, carne succosâ sapidâ.

Grosse weisse A. *Dierb.*

οο. alexandrina: fr. maximo oblongo lateribus compresso profunde canaliculato flavo ad solem rubro-punctato, carne flavescenti-albâ deliquescente dulci aromaticâ.

Alexandrinische A., Wein-A., A. von Algier *Dierb.*

ππ. bicolor: fr. magno ad solem intense rubescente vel maculato, carne aureâ succosâ tenerâ aromaticâ.

A. von Breda, A. von Rotterdam, Mandel-A. *Dierb.*

ρρ. persica: fr. subsphaerico tomentoso intense aurantiaco ad solem laete rubro, maculis minutis; carne tenerâ laete aurantiacâ.

Orangen-A. *Dierb.* — Orange Apricot Hort. Trs. l. c. 74. — Early Orange, royal O., royal George, royal Persian.

Folia plana, pendula, angustata.

σσ. turcica: fr. majusculo subsphaerico intense luteo, non compresso, ad solem rubro aurantio-maculato; carne pallide flavâ firmâ succosâ dulci subacidulâ.

Folia mediocria, subrotunda, acuminata.

Turkey-Apricot Hort. Trs. l. c. 73. Large Turkey.

ττ. saccharata *Risso* 127. 16.: fr. magno oblongo luteo et ruberrimo, carne saccharatâ, deliquescente.

Putamen oblongum.

υυ. subcordiformis *Risso* 128. 18.: fr. magno subcordiformi compresso luteo-albo, hinc magis elevato rubropunctato, carne pulposâ dulci.

Fructus sulco valde profundo, maturitate facillime fisso

φφ. oblonga: fr. maximo elongato luteo ruberrimo, carne et amygdalâ dulcissimis.

Fructus oblongi, rotundati, hinc purpureo-rubri, illinc laete flavi, sulco distincto, pedunculo profunde immerso; carne flavâ deliquescente, nucleo longe acuto non adhaerente.

χχ. duplex: flore duplici. *Risso* l. c. 127. 14.

2. Flores agglomerati subsessiles subcoaetanei; folia ovalia subcordata acuminata subdentata, dentibus numerosis imbricatis; drupae subglobosae glabrae, putamine compresso.

6. **Armeniaca brigantiaca** *Pers.* l. c. 36. — *DC.* l. c. 532. 4. — *G.Don* l. c. 498. 5. — *Jaume St. Hil.* l. c. t. 219.

Prunus brigantiaca *Vill.* Delph. III. 535. — *Lois.* l. c. V. t. 59. — *Sprg.* l. c. 14. — *Sp.* l. c. 396. — *Risso* l. c. 84.

In *Delphinatus* montibus, praesertim in agro *Brigantiaco (Briançonnois).* ♄ Prunier des Alpes incolarum.

Frutex 8—10pedalis, ramulis glaberrimis virescentibus. Folia subtus ad nervos pubescentia. Petala calyce duplo longiora. Stamina 16—20, corollâ dimidio longiora. Drupae ovato-subglobosae, glaberrimae, dilute flavae, magnitudine fructus Pruni claudianae, carne acidâ, nucleo laevi rotundato adhaerente, semine amaro.

E nucleis incolae oleum exprimunt, „Huile de Marmotte" nuncupatum et magis quam oleum olivarum aestimatum, paullo amarum.

Risso hanc plantam typum credit omnium Prunorum fructus albidos, flavos aut virescentes gerentium, vix tamen recte. Duae varietates ab illo enumeratae huc pertinere videntur, nempe:

β. praecox *Risso* l. c. 84. 19.: fr. minuto ovato virescente subdepresso, carne dulci paulo acidulâ.

Maturescit fructus ineunte Junio.

(Armeniaca brigantiaca)

γ. nucleata *Risso* l. c. 85. 20. (excl. syn. *Duh.*): fr. parvo ovali-subrotundo luteo, carne dulciusculâ molli solubili, nucleo complanato.

Arbor parva, foliis laete viridibus; fructus nitidus, pedunculo longo tenui. Exeunte Majo maturescens.

3. Flores sessiles subgemini,

1) praecoces; folia e basi rotundatâ obovata v. late elliptica longe cuspidata argute duplicato-serrata, glabra v. praesertim subtus pubescenti-scabra; drupae globosae, tenuissime velutinae, putamine ovali convexo foveolato.

7. **Armeniaca Mume.**

Prunus Mume *Sieb. & Zucc.* Fl. Jap. I. 29. t. 11. — *Wlp.* Rp. II. 9. 6.

Amygdalus nana *Thb.* Fl. Jap. 199.

In *Japoniâ.* ♄.

Haec et sequens species Prunos Armeniacasque inter et Amygdalos intermediae subgenus quasi sistunt, forsan Amygdaloprunus nuncupandum. — Mume Japonensibus sancta est arbor.

2) folia obovato-oblonga in petiolum attenuata, grosse subduplicato-serrata, subtus villosa, supra demum glabra; calyces cylindraceo-campanulati; drupae oblongae pilosae.

8. **A. trichocarpa.**

Prunus trichocarpa *Bge.* in Mém. des sav. étr. prés. à l'Acad. de St. Petersb. II. 96. — *Wlp.* l. c. 8.

In montosis *Chinae borealis.* ♄.

Flores albi, vix rubore suffusi. Drupae pallide rubentes v. albidae, ceraso dimidio minores, pilis patentibus raris obsitae, edules.

7. Prunus.

Tourn. Inst. t. 398. — *Juss.* gen. 341. *DC.* l. c. 532. — *G.Don* l. c. 498. — *Meisn.* 102. (72.) — *Spach* l. c. 391.

Prunus b. Prunus *Endl.* gen. 1250. 6406.

Prunophora *Neck.* elem. 719.

(Cf. *Liegel* Systemat. Anleit. zur Kenntniss der Pflaumen. = *Lgl.*)

Sect. I. Spinus. *Virgil.*

Species omnes gerontogaeae, europaeo-orientales.

1. Rami spinosi; calycis lobi obtusi, tubo longiores; folia subtus pubescentia argute duplicato-dentata,

1) obovato-elliptica v. elliptico-lanceolata acuta; drupae globosae atropurpureae.

1. **P. spinosa** *L.* Sp. pl. 681. — *Wlld.* Sp. pl. II. 997. 32. — *Sprg. S. V.* II. 476. 1. — *DC.* l. c. 1. — *G.Don* l. c. 1. — *Sp.* l. c. 394. — *Fl. Dan.* t. 926. — *Schk.* Hdb. t. 132. — *E. B.* t. 824. — *Duh.* arb. ed. 2. *Lois.* l. c. V. t. 54. f. 1. — *Jaume St. Hil.* l. c. t. 217. — *Guimp. & Wlld.* 87. t. 66. — *Hayne* Arzn. Gw. IV. t. 44. — *Sturm* Dtschl. Fl. I. 9.

P. Acacia *Crtz.* Austr. 193.

P. silvestris *Bauh.* Pin. 444. — *Tabern.* ic. 992.

In *Europae* collibus apricis, ad *Caucasum* et *mare Caspium*; in *Americâ boreali* introducta. ♄.

Schwarzdorn, Schlehen germ., Prunelier, Epine noire, Prunelles, Senelles, Chelosses gall., Sloe, Blackthorn angl.

Rami divaricati, pubescentes, cortice atrofusco v. cinerascente. Gemmae floriferae solitariae v. fasciculatae, uniflorae; flores parvi, ante folia exorti, pedicellis glabris, calycem aequantibus v. paulo superantibus. Lobi calycini ovales, obtusi, denticulati, patuli, petala iis duplo longiora, elliptica, acutiuscula, alba. Drupae erectae, nigricantes, glauco-pruinosae; putamine subgloboso rugoso, marginibus obtusis.

Fructus adstringentes, gelu macerati edules, ad potum quoque acidulum usurpantur;

(Prunus spinosa) cortex febrifugus, solutione alcalinâ decoctus rubro colore tingit. Frutice spinoso 3—5pedali ad sepes construendas aliaque similia opera hinc inde utuntur.

α. vulgaris *Ser.* in *DC.* l. c.: foliis obovato-ellipticis, fructibus atropurpureis.

* floribus plenis.

Frutex elegantissimus in hortis ornamenti causa cultus.

** foliis variegatis.

β. microcarpa *Wallr.* Sched. crit. 216.: foliis petalisque elliptico-lanceolatis acutis, drupis ovalibus, stylis nudis. *DC.* l. c. — *G.Don* l. c.

Fruticulus 1—3pedalis, cortice cinerascente. Pedunculi tenuiter pubescentes. Folia angusta, utrinque acuta. Calycis laciniae brevissimae.

γ. ovata *Ser.* in *DC.* l. c. (ε.) — *G.Don* l. c. foliis ovato-subrotundis. *Blackw.* t. 494.

δ. Wallrothii: foliis oblongo-lanceolatis acuminatis inciso-serratis.

In dumetis umbrosis passim *Wallr.* l. c. 218.

ε. serotina: floribus rarioribus coaetaneis, foliis glabris basi ciliatis.

P. spinosa *Guimp.* t. 66.

Flores viriduli. Stamina inclusa. Fructus abortivi. An status morbosus?

ζ. leucocarpa: drupis albis.

η. chlorocarpa: drupis viridibus.

Hinc inde curiositatis causâ cultae.

2) lanceolato-obovata ciliata inaequaliter argute serrata, supra subtusque ad venas pilosa; flores coaetanei; drupae brevi-pedicellatae nigro-violaceae serotinae.

2. **P. fruticans** *Whe.* in Flora 1826. II. 748. — *Rchb.* Fl. exc. germ. 644. 4136.

P. insititia *Fries (?)*.

P. sphaerica *W. Guimp.* frmd. Holz. t. 128. (sec. *Rchb.*).

P. spinosa β. macrocarpa: foliis petalisque obovatis obtusis, stylis basi pilis patentissimis hirsutis, drupâ subrotundâ. *Wallr.* l. c. 218 (?). — *DC.* l. c. (δ.) — *G.Don* l. c.

In *Germaniae* sepibus et dumetis passim, in principatu *Mindensi* pr. *Mennighüffen* et *Herford (Whe.)*, pr. *Halam* Saxoniae, auf der *Steinklippe (Wallr.)*. ♄.

Rusticis westphalicis: Baumschlehen.

Frutex P. spinosâ major, 5—8pedalis, ramulis rarioribus, brevioribus et crassioribus, cortice laevigato fuscescente subnitido. Folia subrugosa, basi elongatâ cuneatâ, petiolis eglandulosis, utrinque cum petiolis ramulisque breve pilosis. Pedunculi calycesque glabri: horum laciniae subrotundae, margine submembranaceo ciliatae. Flores ac in P. spinosâ duplo majores. Drupae quoque duplo majores.

2. Rami inermes; folia serrata,

1) ovata acuta supra villosa subtus cum petiolis tomentosa.

3. **P. tomentosa** *Thb.* Jap. 203. — *Wlld.* l. c. 995. 28. — *Sprg.* l. c. 8. — *DC.* l. c. 533. 5. — *G.Don* l. c. 5. — *Sieb. & Zucc.* l c. 51. t. 22.

β. drupis oblongis.

In *Japoniâ*. ♄.

Arbor ramosa, ramis glabris erectis, ramulis alternis patulis tomentosis. Folia petiolata, patentia, venosa, subpollicaria, petiolis ½ lin. longis. Flores pedunculati, albi. Drupae magnitudine pisi.

Forsan ad eandem cum Arm. Mume et trichocarpâ pertinens sectionem.

2) oblongo-elliptica utrinque attenuata convoluta glabra, costâ mediâ subtus longitudinaliter bar-

4. **P. divaricata** *Led.* Ic. Fl. ross. Alt. t. 13. Fl. Alt. II. 211. Fl. ross. II. 5. — *DC.* l. c. 534. 10. — *G.Don* l. c. 504. 10.

In *Caucaso*, *Macedoniâ*, pr. *Byzantium*. ♄.

batâ; calyces reflexi; drupae ellipticae flavae.

Frutex 8—10pedalis: rami divaricati, inferiores prostrati, adulti fusci, valde elongati. Folia parva P. spinosae, $1\frac{1}{2}$—2'' longa, 9—10''' lata, praeter costam mediam subtus albovillosam glabra, serraturis subacutis, inferioribus nonnunquam apice glandulosis. Petioli 5''' longi, semper eglandulosi. Flores albi, copiosissimi, majores ac in P. spinosâ. Corolla Cerasi. Drupa ellipsoideo-oblonga.

Grisebach Spicil. Fl. rumel. et bithyn. I. 85. ramos spinescentes dicit.

3) elliptica, ovalia v. elliptico-obovata acuminata, inaequaliter denticulata, subtus ad venas leviter pubescentia; drupae ovato-subglobosae pendulae, putamine acuminato.

5. **Prunus cerasifera** *Ehrh.* Beitr. IV. 17. — *Willd.* l. c. 997. 31. — *Sprg.* l. c. 2. — *Lgl.* l. c. II. 130.
P. Myrobalana *Lois.* & *Duh.* l. c. II. 111. n. 46. t. 2. f. 15. et V. 184. t. 57. f. 11. — *Sp.* l. c. 395.
P. domestica ζ. Myrobalana *L.* Sp. pl. 680.
P. domestica γ. Myrobalana (fructibus globosis basi depressis rubris, umbilico depresso, nucleo mucronulato, sepalis angustis). *Ser.* in *DC.* l. c. 533. — *G.Don* l. c. 500.
Hab. . . . . . *America borealis* quidem patria indicatur, sed minus recte monentibus *T.* & *A.Gr.* l. c. I. 408. In hortis europaeis ubique culta. ♄.
Kirschpflaume, türkische Weichsel, Marunkel; Prune Cerise, Cerisette; Cherry Plum, Virginian Cherry.

Arbor 15—20pedalis, flores numerosissimos albos, at semper fructus paucos proferens, ramulis hornotinis rectis glabris; gemmis confertis subadpressis. Pedunculi subsolitarii, longi, glabri. Petioli parce pilosi, breves, eglandulosi. Fructus depressi, succulenti, aquoso-dulces, magnitudine illius P. claudianae, putamine carni adhaerente subovali superne vix acutiusculo, inferne rectiuscule abscisso.

α. fructu majore cerasino.
β. fructu minore cerasino.
Cerisette *Lois.* l. c. 190. n. 58. t. 5.
γ. xanthocarpa: fructu flavo ad latera rubro-tincto *Lgl.* l. c. 133.

Locus hujus speciei in serie prunorum tam incertus est, quam ejus patria. Speciem esse typicam, et non varietatem P. domesticae, tamen certum esse videtur.

Sect. II. Prune. *Theophr.*

Species pro maximâ parte gerontogaeae orientales.

1. Flores subsolitarii

1. subsessiles; folia ovata crassiuscula rotundata v. breviter acuminata, vix pubescentia, inaequaliter dentata, petiolis pubescentibus brevibus; drupae ovales.

6. **P. pubescens** *Poir.* Enc. méth. Suppl. IV. 584. — *DC.* l. c. 533. 8. — *G.Don* l. c. 499. 8. (non *Pursh.*).
Hab. . . . . . ♄.
Flores albi.

2) pedunculis folio brevioribus.

(1) Subspinosa; folia pubescentia ovalia obtusa, basi saepius angustata, serraturis laciniisque calycinis patulis glandulosis; ovarium pubescens; stylus elongatus; drupa . . . .

7. **P. glandulosa** *Hook.* ic. t. 288. — *T.* & *A.Gr.* l. c. I. 408.
Pr. texana *Dietr.* Syn. pl. III. 45. 58.
In *Texas.* Drummond. ♄.

Frutex pedalis v. minor, ramis pubescentibus, valde tortuosis. Folia vix pollicaria, supra glabriuscula. Umbellae 1—2florae. Flores parvi.

(2) Inermes; folia
a. obovata acuminata glabra glanduloso-denticulata, petiolis eglandulosis; stipulae subulatae, glandulosae, longitudine petioli.

8. **P. salicina** *Lindl.* in Hortic. Soc. Lond. Trs. VII. 239. — *Sp.* l. c. 396.
Cerasus salicina *G.Don* in *Loud.* Ht. brit. 480. et l. c. 514. 26.
In *Chinâ*, ubi dicitur *Tsching-Tcho-Lî* v. *Tsing-Tchok-Lî.* ♄.
Ramuli hornotini glauci, graciles, inermes. Folia tenuiora quam Pr. domesticae, serraturis glandulâ minimâ semipellucidâ flavescente instructis, subtus glabriuscula, leviter venoso-reticulata, supra nitida subrugosa; petiolis brevibus; stipulae persistentes, saepe basi pinnatifidae, glandulis illis foliorum similibus ciliatae. Flores parvi, albi, solitarii v. plures aggregati, pedunculis brevibus glaberrimis. Laciniae calycinae ovatae, eglandulosae. Fructus formâ et adspectu eorum Pr. cerasiferae.

b. ovato- v. elliptico-oblonga, denticulata, acuminata, subtus pubescentia; rami adscendentes, pyramidales; petala elliptica angusta distantia; drupae ellipsoideae, oblongo-ovatae v. oblongo-obovatae, plus minus obtusae v. elongatae, umbilico elevato; nucleus (putamen) valde compressus elongatus basi prominulus, apice plus minus acutus. (P. domestica ι. Pruneauliana *Ser.* in *DC.* l. c. 534. — *G.Don* l. c. 502. (p. p.) — P. sativa *Fuchs. Dierb.* (p. p.) — Zwetschen *Lgl.* l. c. 287. — P. domestica *L.* Sp. pl. 680. (p. p.) — *Wlld.* l. c. 995. 29. (p. p.) — *Sprg.* l. c. 9. — P. damascena *Dierb.* (p. p.) Ramuli hornotini
a) plus minus flexuosi;
(a) glabri, folia pilosa, petiolis pilosis eglandulosis; drupae utrinque compressae, dorso convexae, pedicellis longis pilosis, putamine solubili superne breveacuto inferne
a. longe producto obtusiusculo oblique lanceolato-ovali; gemmae confertae subadpressae; folia ovato-acuta, profunde duplicato-serrata; drupae oblique oblongo-obovatae ventre rectiusculo, obscure caeruleae.

9. **P. austriaca** *Lgl.* l. c. II. 10.
P. domestica γ. hungarica *L.* — *Wlld.* l. c.
Dattel-, Feigenzwetsche *Dierb.*
Lange violette Dattelpflaume, Prune Datte violette.
Türkische Zwetsche *Sickl.* — *Pom. Fr.* I. 136. t. 11. f. 17.
β. hungarica: fr. purpureis albo-pruinosis, clavatis, basi angustatis, putamine elongato subcurvato.
Pr. domestica γ. hungarica Dattelpflaume *Mart. & Schübl.* l. c. 309.
Ungarische Zwetsche *Dierb.*
Hungarian Prune, Austrian Quetsche Angl.
γ. mammillaris: minor, fr. purpureis caesio-pruinosis, basi angustatis, carne molli aureâ solubili.
P. domestica *β.* mammillaris *Mart. & Schübl.*
Tittlespflaume.
δ. indica: foliis elongatis cuneato-obovatis, fr. virescentibus albo-pruinosis clavatis, putamine acutissimo.
P. domestica δ. indica *Schübl. & Mart.* l. c.
Fructus albovirides, ante maturitatem frequenter decidui, fere insipidi.
ε. Imperatrix: fr. maximo ovato violaceo-caerulescente, carne duriusculâ sapidâ solubili.
P. domestica 10. Imperatrix *Risso* l. c. 79.
Impératrice violette *Lois.* l. c. t. 18.
P. dom. Imperatricis violaceae *Lgl.* l. c. 104.
Blaue Kaiserpflaume *Sickl.* Obstg. XIII. t. 9.

Haec et sequentes species v. varietates ex *Oriente* verisimiliter ortae; in *Europae* hortis coluntur. ♄.

β. obtuse acutato spurie subangulato ovali; gemmae patentes subconfertae; folia lanceolato-ovata subacuminata; drupae oblique ovatae, atrocaeruleae mediocres.

10. **Prunus domestica** *Lgl.* l. c. 24.
P. damascena *Rchb.* l. c. 646. 4145. (excl. var. b, c, et d.).
P. damascena cyanocarpa et haematocarpa *Dierb.* (p. p.)
P. oeconomica *Borkh.* — P. dom. δ. juliana L.
P. dom. α. germanica (elata, ramis pyramidatis, fructibus atropurpureis cyaneo-pruinosis utrinque obtusis) *Schübl.* & *Mart.* l. c.
Quetsche, Zwetsche, *Lois.* t. 55. f. 6. — *Nois.* l. c. 144. n. 2.
Common Quetsche, german Prune Angl.

Arbor mediocris, ramis muticis. Pedunculi subsolitarii, petala albo-virescentia. Praecipue in *Germaniâ* ubique colitur et fructus ejus, Zwetschen, Zwetschgen, crudi et cocti frequentissime alimento inserviunt, exsiccati et conditi quoque in commercium veniunt.

α. vulgaris: carne obscure flavâ, solubili.
Gemeine Zwetschge *Sickl.* XIII. 3. — *Plenck* offic. Gew. 379. f. a.
Subvarietates exstant fructu longiore et breviore, praecoci et serotino, flore semipleno et pleno foliisque variegatis.

β. major: fr. majore, magis aromatico praecociore, carne viridulâ subadhaerente.
Grosse Früh- oder Zucker-Zw. *Pom. Franc.* I. 11. f. 17. — *Sickl.* XIV. 2, XX. 22.

γ. minor: vix major fructu P. syriacae (Mirabelle) oblonga, dulcis.
Kleine Zucker-Zw. *Diel.*

δ. Ransleben i: fr. mediocri ovali rubicundo-caeruleo, carne adhaerente flavescente succosâ vinoso-acidulâ.
Ransleben's Zw. *Lgl.* 89.

ε. versicolor: fr. mediocri ovali obscure caeruleo, flavescenti griseo-punctato, carne albo-flavâ duriusculâ saccharatâ adhaerente.
Nikitaner blaue Früh-Zw. *Lgl.* l. c. 2.

ζ. praecox: fr. mediocri oblique ovali obscure caeruleo, carne viridulo-flavâ firmâ dulci-vinosâ adhaerente.
Wahre Früh-Zw. *Lgl.* l. c. 6.

η. anglicana major: fr. magno, fere obovato, dorso valde convexo, atrocaeruleo flavo-punctato, carne solubili virescenti-flavâ.
Grosse englische Zw. *Lgl.* l. c. 16.

ϑ. transsilvanica: fr. ovali inferne subattenuato mediocri atrocaeruleo, carne albido-flavâ duriusculâ, dulcivinosâ adhaerente.
Siebenbürger Zw. *Lgl.* l. c. 21.

ι. anglicana: fr. mediocri breve ovali obscure violaceo, carne aureâ firmâ saccharatâ solubili.
Englische Zw. *Lgl.* l. c. 28. — Englische Pflaumenzw. *Dierb.*

κ. incomparabilis: fr. ovali mediocri obscure caeruleo, carne aureâ firmâ succosâ dulci adhaerente.
Unvergleichliche Zw. *Lgl.* l. c. 31.

λ. acuminata: fr. ovato acutiusculo rubro-caeruleo magno, carne flavâ firmâ vinoso-acidulâ succosâ adhaerente.
Spitzzw. *Lgl.* l. c. 33.

μ. mediolanensis: fr. magno depresso-ovali obscure violaceo, carne ochroleucâ v. aureâ adhaerente firmâ tenerâ succosâ aromaticâ.
Mailändische Kaiserpflaume *Lgl.* l. c. 52.

ν. hierosolymitana: fr. longe ovato magno violaceo, carne subsolubili flavescente firmâ dulci-vinosâ.
Violette Jerusalemspflaume *Lgl.* l. c. 54.

ο. orleanea (*Lgl.* l. c. 59. gelbe Frühzwetsche): fr. magno difformi ovali utrinque compresso luteo.

G. Don adhuc alias enumerat varietates absque ulteriori descriptione: Quetsche de Brème, Early Leipzig Q., long green Q., St. Martin's Q., Q. précoce, Turkish Q. et Quetsche verte.

(b) pubescentes; gemmae distantes patentes; pedunculi subgemini; folia lato-

11. **P. oxycarpa** *Bechst.* Forstb. 159 et 458. — *Bluff* & *Fght.* Comp. Fl. Germ. ed. 1. I. 598. 1268. — *Lgl.* l. c. 96.
P. damascena b. haematocarpa *Rchb.* l. c. (p. p.) — *Dierb.* (p. p.)
In calcareis *Franconiae*, *Thuringiae* (*Meinungen*). ♄.

lanceolata pilosa arcte duplicato-serrata, petiolis longis pilosis biglandulosis; drupae mediocres compressae ovali-obovatae fusco-rubrae, pedicellis longis pilosis, putamine solubili oblique oblongo-ovali superne rotundato inferne inciso-acuto.

Folia rotundato-ovata, obtuse serrata, glabra, atrovirentia. Flores 2—3ni, viridulo-albi, calycibus glabris. Drupae basi attenuato-acuminatae, rubro-variegatae. Gemmae castaneae.

α. vulgaris: fr. mediocri compresso ovali-obovato fuscescenti-rubro griseo-punctato, caerulescenti-pruinoso, carne flavâ siccâ subpulposâ acidulo-dulci vinosâ.
Rothe Zwetsche *Lgl.* l. c. 96. — Spitzpflaume, Rosinenpfl., spitzige rothe Pfl. *Bechst.*

β. burgundica: fr. mediocri obovato obscure violaceo aureo-striato punctatoque, carne flavescente duriusculâ succosâ saccharatâ subadhaerente.
Burgunder Zwetsche, Prune de Bourgogne *Lgl.* l. c.

γ. Isabellae: fr. magno cylindraceo-ovali basi subattenuato caeruleo-rubro fulvescenti-variegato; carne flavescenti-albâ nitidâ radiante duriusculâ solubili dulci.
Isabelle *Lgl.* l. c. 102. — Pomol. Mag. III. n. 150.

δ. variegata: fr. magno difformiter ovali rubro-caeruleo; floribus minutis, foliis parvis albo- et flavescenti-variegatis.

b) recti, glabriusculi, gemmae remotae patentes v. erectae, pedunculi subsolitarii; folia serrata acuminata subtus pubescentia supra glabra,

(a) oblongo-ovata

α. grosse et profunde duplicato-serrata, sublanceolata, petiolis longis supra pilosis, biglandulosis,

a) drupae maximae, obovatae v. ovales rubro-caeruleae, pedicellis longis pilosis: putamen solubile lanceolato-obovatum, inferne longe superne obtuse acutatum.

12. **P. imperialis** *Lgl.* l. c. 35.
P. domestica b. erythrocarpa *Rchb.* l. c.
In hortis culta. ♄.

Arbor magna, ramosissima, ramis erecto-patentibus. Folia obscure viridia, longa, angusta, pendula, plana, rigida, crassiuscula, valde rugosa, interdum lanceolata, petiolis pollicaribus crassis.

α. rubra: fr. maximo ovato-oblongo dilute violaceo, carne duriusculâ dulci sapidâ solubili.
P. domestica 12. imperialis *Risso* l. c. 80.
Impériale violette *Lois.* l. c. 201, 42. t. 15.
Rothe Kaiserpflaume *Lgl.* l. c. 35.
Blaue Kaiserpflaume *Sickl.* Dtsch. Obstg. IV. 104. XIII. t. 9.
Blaue Eierpflaume *Christ.* 91. — Red Magnum bonum Angl.
Risso describit folia pallide viridia, fructum sulco distincto percursum, epidermide coriaceâ.

β. pseudocerasifera: fr. parvo regulariter ovali, obscure rubro, carne alboflavâ molli tenerâ succosâ dulci vix acidulâ subsolubili.
Rothes Zeiberl *Lgl.* l. c. 38.

γ. cypria: fr. maximo compresse obovato rubro-striato, carne dilute flavâ fibrosâ succulentissimâ duriusculâ dulci-vinosâ solubili.
Rothe Eierpflaume *Lgl.* l. c. 40. — cyprische Pfl., rothe Marunke, Amaliapfl., Hoheits-, Prinzessinpfl. Damas-Aubert rouge. *Sickl.* VIII. t. 10.

δ. Dörrelli purpurea: *Lgl.* l. c. 42. subvar. praec.

ε. agenensis: fr. adhuc majore, ad pedunculum magis producto.
Agener Pfl. *Lg.* l. c. 43. — Prune d'Agen.

ζ. Hulingi superba: fr. mediocri obovato obscure rubro flavo-punctato, carne adhaerente flavâ duriusculâ dulci gratissime aromaticâ.
Die rothe prachtvolle Huling, Huling superbe rouge *Lgl.* l. c. 43.

η. rubella: fr. parvo ovali utrinque acuto fusco-rubello, carne aureâ molli succosâ adhaerente.
Hahnenhode, Rognon de Coq. *Lgl.* l. c. 46.

ϑ. violacea: fr. magno brevi obovato-ovali rubro-violaceo

(Prunus imperialis) aureo - punctato, carne firmâ albo - flavescente diaphanâ dulci gratissimâ solubili.

Violette Kaiserpflaume *Lgl.* l. c. 47. — Grosser Mogul, blaue Kaiserpflaume Pom. Austr. t. 178.

ι. Diaprea rubra: fr. majore subovato rubro - caeruleo flavescente-punctato, carne albo-flavescente firmâ dulcissimâ gratissimâ solubili.

Rothe Diaprée *Lgl.* l. c. 50. — Diaprée rouge *Duh.* ed. *Lois.* l. c. 102. n. 37. t. 20. f 12. — Roche Corbon v. Courbon; glühende Kohle qrd. (p. p.).

κ. major: fr. obovato rubescenti - caeruleo maximo, carne subaureâ firmâ succulentissimâ gratissimâ fere totâ solubili.

Blaue Eierpflaume *Lgl.* l. c. 57.

β) subtus ad nervos et venas pilosa; drupae majusculae ovales flavescenti-virides, pedicellis longis tenuiter pilosis; putamen adhaerens, oblique lanceolatum, utrinque subaequaliter acutum.

13. **Prunus italica** *Lgl.* 75. (non *Borkh.*)

P. damascena c. chlorocarpa *Rchb.* l. c. — *Dierb.*

In *Europâ australi* praesertim culta. ♄.

Arbor magna, ramis erecto-patentibus. Ramuli hornotini tenues, cinereo-fusci, basin versus pilis sparsis vix conspicuis, gemmis erectis distantibus brevissimis obtuse acutis subimmersis. Folia mediocria, 3″ longa, 1½″ lata, pendula, plana, crassa, rigida, dilute viridia, serraturis obtusis, undulata, petiolis pollicaribus crassiusculis supra obscure rubris.

α. viridis: fr. majore ovali flavescenti - viridi cano - interdum rubro-punctato albido-pruinoso, carne viridi firmulâ tenerrimâ succosâ saccharatâ nucleo adhaerente.

Italienische grüne Zwetsche, Verdage d'Italie *Lgl.* l. c. 75. — Grüne Zw. Pom. austr. t. 183.

β. cylindracea: fr. subcylindraceo-ovali mediocri flavescenti-viridi, carne flavescenti-viridi tenerâ succulentissimâ saccharatâ adhaerente.

Grosse grüne Weinpflaume *Lgl.* l. c. 71. — *Sickl.* X. t. 15.

γ. insulana: fr. mediocri obovato informi inferne acuminato viridi incano-punctato, carne flavoviridi succosâ saccharatâ adhaerente.

Grüne Inselpflaume *Lgl.* l. c. 73. — Grüne Savoyer Pfl. *Dierb.* — Isle verte *Lois.* l. c. t. 20. f. 9.

δ. gracilis: fr. minimo ovali viridi caesio-pruinoso rubropunctato, carne solubili virescenti-flavâ molli tenerâ succosâ grate dulci-vinosâ.

Kleine grüne Zwetsche *Lgl.* l. c. 77.

β. denticulata; rami arrecti pyramidati; pedunculi subsolitarii: petala elliptica angusta disjuncta; drupae oblongo-ellipticae serotinae saturate violaceae.

14. **P. pyramidalis** *DC.* Fl. Fr. IV. 485. — *Sp.* l. c. 393. (excl. varr. plur.). — *Rchb.* l. c. 645. 4144.

P. sativa erythrocarpa *Dierb.* (p. p.)

In *Galliâ*, *Helvetiâ* meridionali, *Italiâ superiore* frequens culta. ♄.

Prunelle vulgo.

Huc pertinere videntur:

α. ignea: fr. subrotundo-oblongo mediocri laete igneo-rubente, carne adhaerente.

Wheat, Wheaton, Whitton, great W. *G.Don.*

β. Jamesii: fr. oblongo purpureo, carne adhaerente.

St. James's Quetsche *G.Don.*

γ. Wetherellii: fr. parvo rotundo purpureo, carne solubili.

Wetherell's sweet *G.Don.*

δ. rubro-violacea *Risso* 78. 7.: fr. magno ovato rubroviolaceo punctato, carne firmâ dulci solubili.

Diaprée violette *Duh.* 111. n. 36. t. 17. — Cheston, Matchless angl.

ε. hyacinthina: fr. mediocri subrotundo-ovali caeruleorubro, carne solubili.

Jacinthe *Duh.* l. c. 100. n. 34. t. 16.

ζ. feriarum *Risso* 81. 14: fr. medio subgloboso saturate azureo violaceo, carne duriusculâ parum sapidâ subacidulâ, solubili.

Arbor mediocris, ramis elongatis pendulis; foliis amplis crassiusculis; fr. pedunculo longiusculo, sulco parum distincto, carne viridulo-flavâ.

Prune des vacances *Lois.* l. c. V. 192. n. 10. t. 56 f. 3.

η. autumnalis: fr. magno subgloboso dilute violascenterubro serotino, carne duriusculâ luteâ dulci solubili.

Prune de St. Martin *Duh.* — *Risso* l. c. 82. 15.

(Prunus pyramidalis) ϑ. oblonga *Risso* l. c. 16: fr. magno oblongo apice curvo atroviolaceo, carne duriusculâ parum sapidâ flavâ adhaerente.

Arbor elata; fr. pedunculo longo tenui sublaterali, sulco obsoleto.

ι. sussina *Risso* l. c. 83. 17: fr. magno subgloboso inaequali nigro-violaceo, carne luteâ dulci adhaerente.

Arbor pyramidalis foliis elongatis. Drupa pedicello brevi, cavitati profunde immerso, sulco profunde fere bipartita, epidermide durâ, carne dulci gratâ, nucleo elongato complanato acuto.

Praeterea nominantur Prunellier petit, Prunier Haricot, Prune d'Ast, Ashridge black, d'Amérique noire, Black ball v. black hill, Bonne rouge, Damatie rouge, French Prune, Elfreth's Prune, Horse Plum etc.

(b) ovali-elliptica discoloria; drupa ex ovato-globosa latere definite unisulca, violacea aut caeruleo-purpurea, pruinosa; putamen subrotundum, obtusiusculum v. mucronatum.

15. **P. damascena** *Camer.*

P. domestica β. damascena *L.* l. c. — *Wlld.* l. c.
P. sativa I. cyanocarpa *Dierb.* p. p. et II. erythrocarpa p. p.
P. domestica α. cyanocarpa *Rchb.* l. c. n. 4143.
P. domestica δ. damascena (fructibus globoso-depressis violaceis, nucleo brevi, carinâ prominulâ, apice obtuso) *DC.* l. c. 533. — *G.Don* l. c. 500. (p. p. majore.)
Pruna majora dulcia et parva atro-caerulea *Bauh.* Pin. 443. n. 23. — *Blackw.* t. 305. — *Knorr.* del. I. t. P. 2.
In *Europâ australi* et *Asiâ* culta; in *Caucaso (M.B.)* et regione *Kirghisorum (Falk.)* spontanea. ♄.

Rami spinescentes, culturâ inermes; truncus mediocris, cortice fusco v. griseo, ligno rubro-venoso. Folia breviter petiolata, subtus pilosula. Flores paullo ante folia evoluti, sordide albi, solitarii v. gemini, rarius terni. Stylus et pedunculi fructiferi inferne patenter pilosi. Fructus vulgo „Pflaumen" dicuntur.

α. hispanica: fr. ovali violaceo hinc rubro maculato mediocri, carne dulci aromaticâ solubili.
Spanische Pflaume *Dierb.*

β. Ficus: fr. maximo violaceo suboblongo minus sapido.
Feigenpflaume *Dierb.*

γ. helvetica: fr. rotundo violaceo, carne firmâ succosâ suavissimâ albido-flavâ *Lgl.* l. c. 150.
Schweizer Pfl., Martins Pfl., Prune Suisse. Pom. Franc. I. t. 13. f. 22. — *Duh.* l. c. 82. n. 19. t. 20. f. 7.

δ. regalis *Lgl.* (243): fr. mediocri v. majusculo, complanato-subrotundo, obscure rubicundo-caeruleo albo-pruinoso, carne succosâ dulci suavi solubili albo-flavescente.
P. domestica ι. augustana *L.* l. c. — *Wlld.* l. c. 996.
Königs Pfl. Pom. Fr. I. 121. t. 3. f. 2, t. 4. f. 3. — Prune royale *Duh.* l. c. 88. n. 24. t. 10.
Exstat subvar. praecocior: frühe K.Pfl.

ε. turonensis *Lgl.* 241: fr. ovali-subrotundo inferne subattenuato compresso rubello-caeruleo majusculo, carne alboflavâ duriusculâ succosâ gratissimâ solubili.
Königspfl. von Tours Pom. austr. t. 184. — Royale de Tours *Duh.* l. c. t. 20. f. 8.

ζ. dominicalis *Lgl.* 213: fr. parvo subcomplanato-subrotundo nigro caeruleo variegato, carne solubili flavescenti-viridi molli succosâ.
Herrenpflaume Pom. Fr. I. t. 15. f. 26. — Prune Monsieur *Duh.* l. c. 78. n. 15. t. 7.

η. praecox: fr. breve ovali utrinque depresso obscure violaceo, carne ochroleucâ fragili succosâ duriusculâ dulci.
P. dam. dominicalis praecox *Lgl.* l. c. 211.
Prune Monsieur hâtive *Duh.* 111.
Subvarr. occurrunt serotina et carne flavâ subacerbâ: Surpasse-Monsieur *Nois.*

ϑ. moschata *Lgl.* 227: fr. parvo atro-caeruleo depresse subrotundo, carne solubili vi escenti-flavâ duriusculâ dulci subaromaticâ.
Bisam-, Muskateller Pfl., müskirte schwarze Damascene Pom. austr. t. 180. — Damas musqué *Duh.* II. 74. n. 10. t. 20. f. 3.

ι. Mongeronia: fr. magno subrotundo complanato caerulescenti-rubro punctato, carne ochroleucâ duriusculâ dulci gratissimâ minus succosâ solubili.
Damascene von Maugerau *Lgl.* 139. — Damas

(Prunus damascena) de Mongeron *Duh.* l. c. 76. n. 13. t. 5. — Pom. austr. t. 195. Pom. Franc. I. t. 16. f. 29.

κ. globosa (rubra) *Lgl.* 135: fr. mediocri complanato-subrotundo violaceo, carne ochroleucâ subvirescente sicciusculâ fragili durâ solubili, circa nucleum subrubescente.
Runde rothe Damascene. — Subvarr. occurrunt fr. magis ovalibus, praecocibus v. serotinis: Gros-Damas rouge tardif. *Lois.* l. c. 198. n. 33. t. 58. f. 1. — Petit Damas rouge *Lois.* l. c. n. 32. t. 56. f. 8.

λ. rubra: fr. magno ovato-oblongo hinc saturate inde pallide rubro, carne dulci solubili, flavidâ saccharatâ deliquescente.
P. domestica damascena. Damas rouge *Risso* l. c. 77. 4.

μ. phiolaeformis (rubra) *Lg.* 137: fr. parvo subrotundo supra depresso inferne attenuato violaceo, carne adhaerente aureâ succosissimâ grate vinoso-acidulâ.
Damas ballon rouge *Lgl.*

ν. cypria: fr. maximo ovali-subrotundo, rubicundo et violaceo, carne solubili, dulci.
Prune de Chypre *Duh.* l. c. 82. n. 18. — Cyprische Pfl. Pom. Fr. I. t. 14. f. 24.

ο. Lieglii: fr. medriocri breve ovali inferne vix subattenuato obscure caeruleo, carne subadhaerente.
P. d. St. Joannis nova, Braunauer neue Johannispfl. *Lgl.* 218.

π. major: fr. mediocri breve ovali atro-caeruleo, carne dilute flavâ nitidâ saccharatâ firmâ minus succosâ solubili.
Grosse Damascene von Tours, P. d. turonensis major *Lgl.* — Gros-Damas de Tours et subvar. précoce *Duh.*

ρ. oviformis: fr. maximo ovato dilute violaceo, carne flavâ gratâ.
Grosse blaue Eierpflaume Pom. Fr. I. t. 10. f. 15.
Subvarr. occurrunt: minor — foliis fructibusque variegatis, — et carne albâ (weisse Eierpflaume).

Praeterea huc pertinent der blaue Spilling *Sickl.* (XV. t. 19.), die kleine Damascener Pfl. *Sickl.* (VIII. t. 14.) cum subvar. majore (XII. t. 2.) et apyrenâ (XII. t. 6. A.), Azure hâtive, Coe's fine late red, Kirke's etc.

(c) ovalia pilosa, petiolis pilosis subinde biglandulosis,

α. acutiuscula, obiter et grosse duplicato-serrato-crenata longe petiolata; gemmae distantes patentes; pedunculi subgemini; drupae parvae, subrotundae, flavescenti-virides rubro-variegatae, pedicellis glabris; putamen adhaerens, oblique ovale, inferne rotundatum, superne acutiusculum.

16. **Prunus vinaria** *Bechst.* l. c. 159. et 462. — *Bl. & Fght.* l. c. 599. 1272. — *Rchb.* l. c. 645. 4138. — *Lgl.* l. c. 187.
In *Franconiâ* et *Thuringiâ*, ad pagorum sepes et in pomariis. 5.

Habitus P. domesticae; rami turionum subspinescentes. Folia ovali-rhombea, basi inaequalia, obtuse biserrata, basi plerumque biglandulosa, glandulâ alterâ in petiolo, juniora subtus in venarum axillis villosa, utrinque rugosa, pilosella, demum fere glabrescentia, obscurius virentia. Pedunculi $^2/_3$poll. longi, glabri. Flores magni, candidi, approximati, praecoces; laciniae calycis ciliatae, subglandulosae; petala subrotunda. Fructus illis P. insititiae paulo minores, rubicundo-marmorati, caeruleo-pruinosi, praecoces, dulces.

α. viridis: fructibus parvis flavoviridibus rubro-variegatis, carne molli viridulo-flavâ succosâ grate acidulo-dulci.
Grüne Weinpflaume *Lgl.* l. c., grüne Krieche, deutsche Mirabelle.

β. pellucida: fr. majusculo, breve ovali, dorso depresso, flavo-viridulo, carne subadhaerente flavâ firmiore pellucidâ dulcissimâ.
P. damascena pellucida, Prune transparente *Lgl.* 189.

γ. Admiralis Rigny *Lgl.* 191: fr. mediocri ovali flavescenti-viridi punctato striatoque, carne virescenti-flavâ succosâ saccharatâ aromaticâ.

β. late ovalia subacuminata utplurimum duplicato-serrata; gemmae distantes, erectae; drupae maximae, ovales cereo-fla-

17. **P. grandissima** *Lgl.* l. c. 62.
P. sativa xanthocarpa *Dierb.*
Arbor magnitudine P. domesticae, gracilis, cortice laeviusculo. Folia obsolete nervosa, crenis mucrone calloso terminatis, glandularum baseos alterâ saepe petiolari. Petioli semipollicares, superne ciliati; ramuli juniores vix conspicue glandulosi. Folia obscurius viridia et magis nitida quam in affinibus. Flores candidissimi, 2—10ni ante folia e gemmis orti et arbor florens igitur quasi nive suffusa. Pedunculi circ. $^2/_3$″ longi, cum calycibus glabri; calycis laciniae subrotundae, margine glandulosae. Fructus ac in P. insititiâ minores, rubicundo marmorati, caerulescenti-pruinosi, dulciusculi, cum Avenâ maturescunt.

Cl. *Rchb.* l. c. n. 4138. hanc cum P. vinariâ *Bechst.* identicam censet.

(3) Folia ovato- v. ovali-lanceolata margine revoluta, utrinque (subtus villoso-) pubescentia; pedicelli gemini pubescentes; drupae globosae cernuae.

40. **P. insititia** *L.* Sp. pl. 680. — *Wlld.* l. c. 996. 30. — *Sprg.* l. c. 10. — *DC.* l. c. 532. 2. — *G.Don* l. c. 2. — *Sp.* l. c. 394. — *E. B.* t. 841. — *Guimp.* t. 65. — *Rchb.* l. c. 644. 4137.

(Prunus insititia) P. insititia α. avenaria *Schübl. & Mart.* l. c. 307.
P. insititia praecox *Dierb.*
P. domestica η. acinaria *L.* l. c. (p. p.) — *Wlld.* l. c.
Pruna silvestria praecocia *Bauh.* Pin. 444.
Pruna avenaria, Haberschlehen. *Tabern.* 1403. ic.
In pomariis, ad sepes et margines silvarum in *Europâ australi* et mediâ, *Angliâ, Barbariâ*, ad *Caucasum*. ♄.
Kriechen, Kriecheln, Haberschlehen germ.

Arbor v. frutex. Ramuli velutini. Folia ovata, ovato-lanceolata, elliptica, subcuneiformia, obtuse serrulata. Calycis laciniae glandulosae. Drupae nigrescentes, glauco-pruinosae, oblongo-globosae, praecoces.

β. avenaria *Lgl.* l. c. 5.: foliis oblongo-ovatis acutis supra glabris subtus leviter et tenue pilosis serrulatis, petiolis supra pilosis eglandulosis; fructibus parvis ovalibus nigro-caeruleis longe pedunculatis, pedunc. breviter pilosis, putamine adhaerente lanceolato-ovali superne acutissimo.

In hortis rusticorum *Austriae* et *Bavariae*, arbor P. domesticâ major dense frondosa, ramis copiosis sparsis longis.

γ. fructu albo.
δ. — cereo-flavo.
ε. — rubello.

2) **Inermes.** Pedunculi breves, pubescentes

(1) approximati; folia late ovata dentata subtus candicantia; stipulae angustissimae dentato-incisae longitudine petiolorum; calyces campanulati.

41. **P. candicans** *Balb.* Cat. Taur. 1813. 62. — *DC.* l. c. 3. — *G.Don* l. c. 3. — *Wlld.* En. Suppl. 32. — *Sp.* l. c. 399. — *Bot. Rg.* t. 1135.
Hab. . . . . . (?). ♄.

Frutex 4—5pedalis, ramulis pubescentibus. Folia mollia, leviter pubescentia. Flores albi, magnitudine illorum P. domesticae, copiosissimi. Petala oblongo-obovata, unguiculata.

(2) Folia ovalia, ovata v. fere obovata (lanceolato-ovata *DC.*, ovali-oblonga *Sp.*) acuminata, tenuiter acuteque serrata, petiolis utplurimum biglandulosis; drupae subglobosae atro-caeruleae pruinosae.

42. **P. maritima** *Wgh.* Amer. 103. — *Wlld.* En. I. 519. — *DC.* l. c. 533. 6. — *G.Don* l. c. 499. 6. — *Sp.* l. c. 397. — *T. & A. Gr.* N. A. 1. 408.
P. littoralis *Bigel.* Fl. Bost. ed. 2. 193.
In littore arenoso maris a *Massachusetts* ad *Novam Caesaream* usque. ♄.
Beach Plum, Sand Plum incolarum.

Frutex humilis, ramis raro spinescentibus tortuosis robustis. Folia saepius obtusa v. vix acuminata, frequenter acuta simpliciter v. duplicato-serrata. Fructus magnitudine ovi columbini, sapidus, saepius in eâdem stirpe minor, acerbus et adstringens.

(3) folia brevi-ovalia serrulata, basi plerumque biglandulosa; calyces pubescentes; drupae globosae.

43. **P. pubescens** *Pursh* l. c. 331. — *Sprg.* l. c. 477. 23.
P. sphaerocarpa *Michx.* l. c. I. 284. (non *Sw.*)
P. sphaerica *Wlld.*
Cerasus pubescens *Ser.* l. c. 538. 21. — *G. Don* l. c. 514. 22.
In *Novâ Angliâ* et *Pensylvaniâ*. ♄.

Rami juniores pubescentes. Umbellae sessiles, 2—3florae. Drupa breviter pedunculata, fusco-purpurea, acerba (*DC.*). A cl. *Torr.* & *A.Gr.* cum praecedente conjuncta, an recte?

4. **Flores fasciculati, subumbellati; folia**

1) **acuminata, basi biglandulosa,**

(1) oblonga, inaequaliter glanduloso-serrulata glabra, subtus in axillis ve-

44. **P. chinensis** *Blume* Bijdr. 1104. — *G.Don* l. c. 504. 12. — *Wlp.* l. c. 9. 13.

narum pubescentia; calycis laciniae glanduloso-serrulatae; drupae subrotundae flavescenti-rubrae.

(2) ovata, duplicato-serrata, basi acuta, utrinque ad costam puberula; corymbi pedunculati aphylli subquadriflori: pedicelli elongati erecti villosi; drupa ovata acuta.

2) obtusa argute serrata, serraturis eglandulosis, glaberrima, conduplicata, ovato-elliptica v. oblonga; calyx tubulosus; drupa et putamen oblonga.

3) basi eglandulosa, oblonga v. obovato-oblonga, tenuissime subdentata, puberula subtus rugosa; pedunculi folia subaequantes erecti; calyces campanulati; drupae oblongae, acutae.

Pr. Blumii *Dietr.* Syn. pl. III. 45. 57.
In *Chinâ.* ♄.
Flores e gemmis umbellato-fasciculati.

45. **Prunus pauciflora** *Bge.* in Mém. des sav. étr. etc. l. c. 97. — *Wlp.* l. c. 9. 9.
In montosis *Zui-wey-schan Chinae borealis* rarior. Fl. Apr., fr. matur. Majo. ♄.
Fructus piso majores, pallide rubentes, edules.

46. **P. microcarpa** *Meyer* Verz. Pfl. 166. — *G.Don* l. c. 11.
In monte *Beschparmak Caucasi.* ♄.
Inermis. Umbellae multiflorae.

47. **P. humilis** *Bge.* l. c. 97.
P. (Cerasus) Bungei *Wlp.* l. c. 9. 12.
In *Chinâ boreali.* ♄.
Fruticulus vix pedem altus, floribundus; floribus gemmaceis.
α. glabrata: foliis demum glabris subtus glaucescentibus.
In montibus *Zui-wey-schan, Tan-dshe* etc.
β. villosula: foliis obovatis subtus villosis.
Ad vias pr. *Ssi-yui-ssy.*
Obs. Cur cl. *Walpers* hanc speciem Cerasis adnumeraverit, vix est intelligendum, cum auctor drupas maturas haud vidisset, forma immaturarum vero Prunum genuinam indigitare videatur.

Sectio III. Chicasa.

Species omnes boreali-americanae, inter Prunos genuinas et Cerasos ambiguae, quasi intermediae, hisce formâ putaminis et pruinâ drupae utplurimum deficiente propiores.

Flores umbellati; umbellae pauci (2—5-) florae,

1. pedunculatae,

1) aggregatae (3—4florae): pedicelli (calycesque) glabri,

(1) breves; rami spinescentes; folia oblongo-lanceolata v. oblanceolata acuta serrulata, serraturis inflexo-glanduloso-apiculatis, glabriuscula; petioli utplurimum glandulosi; drupa globosa vix pruinosa (rubra v. fulvescens).

48. **P. Chicasa** *Michx.* Fl. bor. am. I. 284. — *T. & A.Gr.* N. A. l. c. 407. — *Spach* l. c. 397. — *Sprg.* l. c. 476. 11.
Cerasus Chicasa *Ser.* in *DC.* l. c. 538. 20. — *G.Don* l. c. 514. 21.
In *Americae borealis* statibus australi-occidentalibus et *Arkansas;* e regione ultra flum. *Mississippi* sitâ, ut Indi ferunt, in respublicas atlanticas meridionales introducta ibidemque frequenter culta. ♄.
Chickasaw Plum incolis.
Flores subgemini, pedunculis brevissimis *(DC.).* Folia (oblongo-ovalia *DC.)* acuta v. acuminata, breve petiolata, glabra, nitida. Calycis laciniae obtusae, subciliatae. Corolla alba longitudine staminum. Drupa in stirpe culta diametro semipollicari et ultra, epidermide tenui, carne tenerâ sapidissimâ.
β. angustifolia: foliis lanceolatis.
P. angustifolia *Marsh.* Arb. 111.
γ. normalis *T. & A.Gr.:* pedicellis calycibusque plus minus pubescentibus, foliis ovalibus subtus tomentoso-pubescentibus, serraturis (argutioribus) saepius patulis.
In *Texas* et *Arkansas.*
Frutex 3—4pedalis, fructibus minoribus sapore adstringentibus; versimiliter forma spontanea.

(2) filiformes; rami inermes; folia oblongo- v. lanceolato-obovata cuspidata duplicato-serrata glabra: serra-

49. **P. reclinata** *Bosc* in Ht. Par. — *Sp.* l. c. 398.
In *Americâ boreali.* ♄.

turis petioloque eglandulosis; stylus staminibus brevior.

Arbuscula ramulis reclinatis, cortice rufofusco, ramulorum griseo. Folia obscure viridia, subtus pallida, 3—4″ longa, 15—30‴ lata. Flores copiosissimi, coaetanei. Petala oblonga, angusta, alba, longitudine staminum.

2) solitariae, 2—5florae.

(1) Rami subspinescentes; folia ovato-oblonga v. ovata, obovatave conspicue acuminata, argute serrata, subtus exquisite venosa tomentosaque, demum glabrescentia; drupae subrotundo-ovales subpruinosae.

50. **P. americana** *T.* & *A.Gr.* l. c. (excl. plerisq. syn.). — *Darlingt.* in Ann. Lyc. Newy. III. 87. t. 1.
Cerasus nigra *Hook.* & *Arn.* in Comp. Bot. Mg. I. 24. (?).
Ad fluviorum ripas et in sepibus a *Canadâ* (a *Saskatchawan* inde) et rebuspublicis *Novae Angliae* ad *Georgiam* usque *Louisianam* et prov. *Texanam.* Saepe culta. Apr., Majo. ♄.
Red Plum, yellow Plum incolis.
Truncus 8—15pedalis, ramis vetustis asperis et subspinescentibus. Folia grossiuscule serrata. Drupa diametro ½—1pollicaris, matura plerumque rubicundo-aurantiaca, pulpâ succosâ flavâ, epidermide crassâ tenaci.

(2) Rami inermes; folia elliptica v. elliptico-obovata (oblongo-ovalia obovaliave *DC.*) duplicato-dentata v. crenulata abrupte acuminata, subtus ad venas pubescentia, petiolo brevi apice biglanduloso; pedicelli breves glabri; stylus ante anthesin exsertus.

51. **P. hyemalis** *Mickx.* l. c. 284. — *Sp.* l. c. 398.
P. (Cerasus) hyemalis *Sprg.* l. c. 477. 22.
Cerasus hyemalis *Ser.* l. c. 18. — *G.Don* l. c. 18.
C. americana *Hook.* & *Arn.* l. c.
Prunus (mollis) ramis junioribus, foliis pedunculisque pubescentibus; umbellis sessilibus 2—3floris; foliis ovatis longe acuminatis duplicato-dentato-serratis; stipulis setaceis denticulatis; calycibus subglabris: segmentis lineari-lanceolatis serratis. *Torr.* Fl. of the unit. Stat. I. 470. — *Sprg.* S. V. C. p. 192.
Pr. americana *β.* mollis: foliis praesertim junioribus pedicellisque pubescentibus; drupâ maturâ nigrâ. *T.* & *A.Gr.* l. c.
In *Massachusetts (Dewey)*, *Canadâ* et statibus septentrionalibus. ♄.
Arbor altior, ramis patulis griseis. Folia obscure viridia, 2—3poll., 1½—3″ lata. Stipulae setaceae, denticulatae. Umbellae numerosae. Flores magni, valde praecoces; petala alba, elliptica, obtusa, staminibus dimidio longiora. Drupae ovales, acerbae, nigrae, hyeme edules.

2. sessiles, solitariae; rami inermes; folia

1) ovata acuminata, petiolis biglandulosis; lobi calycini obtusi margine glandulosi.

52. **P. nigra** *Ait.* Ht. Kew. ed. 2. III. 198. — *Wlld.* l. c. 993. 23. — *Sprg.* l. c. 21. — *Sp.* l. c. 399. — *Sims* Bot. Mg. t. 1117.
Cerasus nigra *Lois.* in *Duh.* arb. ed. nov. V. 32. n. 22. — *Ser.* l. c. 12. — *G.Don* l. c. 513. 12.
In *Canadâ* et aliis *Americae borealis* regionibus. ♄.
Rami cortice glabro nigricante hinc cinereo, tuberculis albis verrucosis. Flores foliis praecociores, odoratissimi. Pedicelli rubri, verrucosi, glaberrimi, semipollicares, post anthesin elongati. Calyx (fuscescenti-) ruber, laciniis angustis glanduloso-dentatis patentibus. Petala suborbiculata, concava, venosa, alba, unguibus apicibusque carneis. Filamenta alba, longitudine corollae, antherae flavae. Germen ovale; stylus adscendens, staminibus longior; stigma obliquum. Folia duplicato-serrata, petiolata; petioli prope folium glandulis 2, interdum tertiâ inferiore, et juniores pari stipularum linearium glanduloso-ciliatarum. *(Sims.)*

Torr. & A.Gr. Pr. nigram et hyemalem cum Pr. americanâ conjungunt et ne varietate quidem distinguunt.

2) ovato-elliptica acutiuscula utrinque glabra argute serrata basi attenuata biglandulosa.

53. **Prunus pygmaea** *Wlld.* l. c. 22. — *Sprg.* l. c. 26. — *Sp.* l. c.
Cerasus pygmaea *Lois.* l. c. 32. 21. — *Ser.* l. c. 11. — *G.Don* l. c. 11.
Pr. maritima β. foliis adultis utrinque glabriusculis, fructu minore rubro v. purpureo. *T. & A.Gr.* l. c. 408.
Pr. declinata *Marsh (?)*.
In littoribus arenosis *Americae borealis, Long Island*, *Novacaesareâ*, ad *Virginiam* usque et in *Alabamâ*. ♄.
Frutex 3 – 4pedalis. Folia dente ultimo utrinque glandulâ instructo. Umbellae 4—5-florae, confertae; flores magnitudine illorum P. spinosae. Drupae nigricantes, parum carnosae, magnitudine pisi majoris (vix diametro semipollicari).

3) oblongo - ovalia longiuscule acuteque acuminata; calyx glaber; drupae longiuscule pedunculatae ovatae acuminatae.

54. **P. acuminata** *Michx.* l. c. 284. — *Ser.* l. c. 533. 7. — *G.Don* l. c. 499. 7.
Pr. maritima *T. & A.Gr.* l. c. (p. p.) — *Sprg.* l. c. 476. 3. (p. p.)
In *Virginiâ*. ♄.

Species nomine tantum notae:

Prunus latifolia *Raeusch*, — montana *ht.*, — nana *Duroi*: *America borealis.*
— pendula *Desf.* (?).
— triflora *Raf.* *America borealis.*

Species e genere exclusae:

Pr. acida *Ehrh.*	=	Cerasus acida.
— — *Host.*	=	— Caproniana.
— acuminata *Wall.*	=	Laurocerasus acuminata.
— Amarella *Rchb.*	=	Armeniaca Amarella.
— arguta *Bigel*	=	Padus virginiana.
— Armeniaca *L.*	=	Armeniaca vulgaris.
— — nigra *Desf.*	=	— dasycarpa.
— avium *L.*	=	Cerasus avium.
— aspera *Thb.*	=	Microcerasus aspera.
— borealis *Poir.*	=	Cerasus borealis.
— brachybotrys *Zucc.*	=	Laurocerasus brachybotrys.
— brasiliensis *Ch. Schl.*	=	— brasiliensis.
— brigantiaca *Vill.*	=	Armeniaca brigantiaca.
— canadensis *Fl. Mex.*	=	Padus Capollin.
— — *L.*	=	— canadensis.
— Capollin *Zucc.*	=	— Capollin.
— capricida *Wall.*	=	Laurocerasus undulata.
— Capuli *Cav.*	=	Padus Capollin.
— carolina *Mill.*	=	Laurocerasus caroliniana.
— caroliniana *Ait.*	=	— —
— cartilaginea *Lhm.*	=	Padus cartilaginea.
— caucasica *Pall.*	=	— vulgaris λ. macrocarpa.
— cerasoides *D.Don*	=	Microcerasus Phoshia.
— Cerasus *L. & auct.*	=	Cerasus pl. spec.
— Chamaecerasus *Jacq.*	=	— Chamaecerasus.
— dasycarpa *Ehrh.*	=	Armeniaca dasycarpa.
— depressa *Pursh*	=	Cerasus pumila.
— elliptica *Thb.*	=	Padus elliptica.
— fruticosa *Pall.*	=	Cerasus Chamaecerasus.
— — *Reum.*	=	— macedonica.
— glandulosa *Thb.*	=	Microcerasus glandulosa.
— graeca *Desf.*	=	Padus Fontanesiana.
— hirsuta *Ell.*	=	— hirsuta.
— Hixa *Brouss.*	=	Laurocerasus Hixa.
— humilis *Moris*	=	Microcerasus humilis.
— japonica *Thb.*	=	— japonica.
— incana *Stev.*	=	— incana.
— incisa *Thb.*	=	— incisa.
— intermedia *Poir.*	=	Cerasus Chamaecerasus.

Pr. intermedia *Rchb.*	= Cerasus intermedia.
— Kerii *Steud.*	= Microcerasus japonica.
— lanceolata *W.*	= Cerasus pensylvanica.
— laurifolia *Dcsn.*	= Laurocerasus laurifolia.
— — *Schlcht.*	= — mexicana.
— Laurocerasus *L.*	= — officinalis.
— lusitanica *L.*	= — lusitanica.
— — *Walt.*	= — caroliniana.
— macrophylla *Poir.*	= Cerasus avium.
— Mahaleb *L.*	= — Mahaleb.
— Marasca *Rchb.*	= — Marasca.
— multiglandulosa *Cav.*	= Laurocerasus multiglandulosa.
— Mume *Sieb. & Zucc.*	= Armeniaca Mume.
— nana *Duroi*	= Padus virginiana *β.*
— nigra *Mill.*	= Cerasus avium.
— nigricans *Ehrh.*	= — —
— obovata *Beck*	= Padus obovata.
— occidentalis *Sw.*	= Laurocerasus occidentalis.
— opaca *Bth.*	= — opaca.
— orientalis *Wlp.*	= Microcerasus orientalis.
— Padus *L.*	= Padus vulgaris.
— paniculata *Ker.*	= Cerasus Pseudocerasus.
— — *Thb.*	= — paniculata.
— pectinata *Wlp.*	= Microcerasus pectinata.
— pensylvanica *L. fil.*	= Cerasus pensylvanica.
— persicifolia *Desf.*	= — persicaefolia.
— petraea *Tsch.*	= Padus petraea.
— prostrata *Labill.*	= Microcerasus prostrata.
— Pseudocerasus *Lindl.*	= Cerasus Pseudocerasus.
— pumila *L.*	= — pumila.
— reflexa *Gardn.*	= Laurocerasus reflexa.
— rubra *Ait.*	= Padus rubra.
— — *W.*	= — vulgaris *δ.* rubra.
— salicifolia *HBK.*	= Laurocerasus salicifolia.
— samydoides *Schlcht.*	= — samydoides.
— semperflorens *Ehrh.*	= Cerasus semperflorens.
— serotina *Ehrh.*	= Padus serotina.
— — *Pursh.*	= — virginiana.
— — *Roth*	= Cerasus semperflorens.
— serrulata *Lindl.*	= — serrulata.
— sibirica *L.*	= Armeniaca sibirica.
— silvatica *Roxb.*	= Cerasus Puddum.
— sinensis *P.*	= Microcerasus sinensis.
— sphaerocarpa *Sw.*	= Laurocerasus sphaerocarpa.
— — *Michx.*	= Cerasus pubescens.
— Susquehannae *W.*	= — depressa.
— trichocarpa *Bge.*	= Armeniaca trichocarpa.
— triflora *Roxb.*	= Cerasus triflora.
— umbellata *Ell.*	= — umbellata.
— undulata *Ham.*	= Laurocerasus undulata.
— virginalis *Wdr.*	= Padus virginalis.
— virginiana *Fl. Mex.*	= — Capollin.
— — *Mill.*	= — serotina.
— — *L.*	= — virginiana.

8. Cerasus.

Tourn. — *Juss.* gen. 340. — *Spach* l. c. 400. (excl. sect. III. et IV.). — *Meisn.* gen. 102. (72.)
Cerasus Sect. I. Cerasophora *DC.* MS. *Ser.* in *DC.* Prodr. II. 535. (excl. spec. plur.). — *G.Don* l. c. 504. — *T. & A.Gr.* N. A. I. 409. (Eucerasus).
Prunus c. Cerasus *a.* Cerasophora *Endl.* gen. 1251. — Cerasophora *Neck.* Elem. 720. *)

Sect. I. Cerasophora *(Neck.)*. Eucerasus.

1. Flores subcoaetanei, i. e. ante folia v. cum foliis evoluti.
1) Umbellae sessiles, pauciflorae, (rami patentes,)
(1) fasciculatae, 2—4florae, pedicellis tenuibus; rami validi, divaricati; gemmae florales oblongae acutae; drupae ovato-

*) Huic generi genera nostra Padi, Laurocerasi et Microcerasi, quâ subgenera vel sectiones, si magis placet, annecti possunt, cum haec genera, maxime quidem naturalia, mere habitualia sint et in systemate, prout jacet, vix admittenda.

globosae depressae, nucleo adhaerente; folia acuminata, duplicato-serrata, supra glabra, subtus

a. rugosa subpubescentia, albida, ovata v. elliptico-obovata; calyces superne acuti; drupae nigrae dulces.

1. **Cerasus avium** *Mch.* Meth. 672. — Ser. in *DC.* l. c. 2. — *DC.* Fl. Fr. IV. 482. — *G.Don* l. c. 505. 2. — *Sp.* l. c. 401.
Prunus avium *L.* Sp. pl. 679. — *Wlld.* l. c. 991. 19. — *Sprg.* l. c. 477. 18. — *Ludw.* ect. t. 108. — *Blackw.* t. 425. — *Fl. Dan.* t. 1617. — *Reit. & Abel* t. 17. — *Kern* ökon. Pfl. t. 30.
Pr. Cerasus *Scop.* Carn. n. 587.
Pr. macrophylla *Poir.*
Cerasus nigra *Mill.* Dict. 2.
C. dulcis *Borkh.* II. 1414. — *Wett. Fl.*
Cerasa actiana *Plin.*
In silvis *Europae mediae* et *borealis* usque ad latit. 63—64° in *Ostrobottniâ* et *Nordlandiâ* norwegicâ, 55—56° in *Russiâ*. ♄.

Arbor magna, speciosa, 20 ad 70 pedes alta. Radix non prolifera. Rami adscendentes vel retroflexi, numerosi, cortice laevi nitido fusco-cinereo. Folia ovata v. ovali-oblonga, acuminata, profunde et inaequaliter serrata, mollia, laete viridia, subtus pallidiora rugosa et praesertim ad venas plus minus pilosa, petiolis apice bi- et serraturis infimis saepius apice glandulosis. Stipulae lineares, inciso-dentatae. Gemmarum floralium squamae exteriores scariosae, breves, fuscescentes, interiores foliaceae rufescentes denticulatae. Flores albi, magni, post anthesin leviter roseo-tincti, foliis coaetanei v. paulo praecociores. Calycis decidui laciniae ovales, obtusae, denticulatae. Petala ovalia, concava, emarginata, calyce fere duplo longiora. Drupa globosa, carnosa, laevis, parva, dilute v. atro-rubra, dulcis, carne succulentâ saccharatâ, succo saepissime colorato. — Lignum tenax, durum, pulchre venosum. Gummiresina e trunco effluens atramento inservit; e fructibus spiritus (Kirschenwasser) paratur; nuclei oleum pingue praebent.

Nom. vern. Vogelkirschen, Waldkirschen germ., Merisier, Merises gall., Bird's Corone, Merise, Merisier Cherry Angl.

Culta in hortis varietates numerosas haec species edidit, sequenti modo disponendas:

I. silvestris *Ser.* l. c.: fructibus minoribus nigro-purpureis, suturâ vix depressâ, carne tenui vix dulci.
Pr. nigricans *Ehrh.* Beitr. VII. 126.
Merisier à petits fruits *Duh.* arb. fruit. I. 156.
α. nigra: fr. parvo rotundo nigro.
Kleine runde Vogelkirsche *Sickl.* Obstg. XI. t. 4.
Merise petite ronde.
β. oblonga: fr. parvo oblongo nigro.
Kleine lange schwarze V. *Sickl.* l. c.
γ. major: fr. majore rotundo nigro.
Grosse schwarze Waldkirsche Pom. Franc. II. t. 7.

II. sativa *Rchb.* (Fl. germ. exc. 644. 4132.) *α.* melanocarpa: fr. sapido majore succoque atropurpureis.
C. dulcis *Mill. & Wett. Fl.*
C. avium *β.* macrocarpa: arbor mediocris, nervis foliorum rubris, pedunculis longioribus, fructibus magnis nigro-purpureis, nucleo rubro. *Ser.* in *DC.* l. c. — *G. Don* l. c.
δ. lusitanica: fr. magno atrorubro dulci grate sapido, Jun. matur.
Portugiesische, Erzherzogs Kirsche *Dierb.*
ε. regalis: fr. magno atrorubro dulci.
Grosse Königskirsche, Cerise royale, Cherry Duk.
Grosse schwarze Süsskirsche *Nois.* (?).
ζ. majalis: pedunculo longo cavitati levi immerso, epidermide densâ subnigrâ interdum leviter canaliculatâ, carne rubro-nigricante molli, succo tingente dulci aromatico plenâ.
Süsse Mai-Herzkirsche, var. major et minor, *Sickl.* l. c. XXII. t. 14, 15.
Huc spectat: „die Werdersche frühe schwarze Herzk. *Lgl.*
η. macrocarpa: fr. magno atro nitido, carne rubrâ succosâ sapidâ.

Grosse glänzendschwarze Süsskirsche *Dierb.* cum var. longe et brevius pedunculatâ.
Merisier à gros fruit noir *Duh.* l. c. I. 180. et *Lois.* in *Duh.* ed. nov. I. 12. n. 2. t. 4. f. D.
Huc spectant: Büttner's schwarze Herzkirsche *Lgl.*, Spitzens, Fromm's et Bettenburger schw. H. K. ejusdem, omnes nigrae, Jun. maturescentes.

ϑ. tatarica: fr. subtriangulo brevi-pedunculato.
Fraser's tatarische schw. Herzk. *Dierb.*

ι. gaibergensis: fr. magno subangulato obscure nigro, succo dulci viscoso sapidissimo, Aug. matur.
Späte Maulbeerkirsche, Gaiberger Kirsche (in pago Gaiberg pr. Heidelberg frequenter culta).

κ. serotina: fr. magno atropurpureo serotino (Sept.)
Fürst's schwarze Septemberkirsche *Lgl.*

λ. hertfordensis: fr. magno subrotundo nigropurpureo, carne tenerâ, Jul. matur.
Corone, large wild black, Hertford-shire black Angl.

μ. atra: fr. magno subgloboso nigro.
Merise grosse noire.

ν. multiplex *Ser.* l. c.: minor, foliis ovatis parvis basi 2—3glandulosis, floribus plenis.
Gefüllte Vogelkirsche; Merisier à fleurs doubles *Duh.* l. c. I. 157. — Double flowering Cherry angl. — C. hortensis flore pleno *Bauh.*
In hortis ornamenti causa culta, trunco semper humili tenui.

ο. amara: fructibus amaris.
Pr. Helenendorf in *Russiâ* caucasicâ. (*Hohenacker* in Bull. de la soc. des Nat. de Mosc. VI. 234.)

b. villosa, ovato-lanceolata; calyces superne latiores laciniis acutiusculis; drupae rubrae minimae.

2. **C. rubicunda** *Bechst.* Forstb. 160 et 355. — *Bluff & Fgh.* Comp. Fl. germ. ed. 1. I. 596. 1261. (excl. plerisque synon.)
C. avium β. erythrocarpa *Dierb.* in Flora 1831. II. 772.
Rothe Vogelkirsche *Schübl. & Mart.* l. c. 311. — Merise rouge gall.
Hab. cum praec. sed rarior. ♄.

Floribus fructibusque minoribus a C. avium diversa, ab auctoribus mirum in modum ut videtur cum diversis aliis speciebus aut varietatibus confusa.

α. rotunda: fr. parvo rotundo.
Kleine rothe runde Vogelkirsche *Sickl.* l. c. V. t. 26.

β. oblonga: fr. parvo oblongo.
Kleine rothe lange V. *Sickl.* l. c.

γ. rosea: fr. oblongo roseo hinc purpureo.
Merise grosse rose oblongue gall.

?δ. lutea *Risso* l. c. 56: fr. rotundato luteo paulo sapido.
Merisier à fruit jaune.

(2) solitariae, 2—5florae subfoliatae, pedunculis fructiferis folio longioribus; folia ovato-oblonga, obovata v. lanceolato-oblonga, duplicato-crenata obtusiuscula glaberrima subcoriacea, subtus petiolisque

a. eglandulosa; drupae sphaericae, rubropurpureae, acidissimae; caulis decumbens adscendens, ramis subpatulis.

3. **C. Chamaecerasus** *Lois.* l. c. 29. t. 5. f. A. — *Ser.* in *DC.* l. c. 537. 7. — *G.Don* l. c. 513. 7. — *Sp.* l. c. 408.
C. intermedia *Lois.* l. c. 30.
C. pumila *Pall.* l. c. var. locis. — *Bauh.* Pin. 450.
C. silvestris *S. G. Gmel.* it. I. 102.
C. campestris *Güldenst.* it. var. loc.
C. fruticosa *Borkh.* II. 1421.
Prunus Cerasus α. Chamaecerasus *Schübl. & Mart.* l. c. 312.
Prunus Chamaecerasus *Wlld.* l. c. 990. 17. — *Sprg.* l. c. 477. 27. — *Jacq.* Ic. rar. t. 90. Fl. Austr. t. 227.
Pr. Chamaecerasus α. silvestris *Rchb.* l. c. 643. 4125.
Pr. pumila *Lumn.* Poson. 201. — *Georgi* Beschr. russ. R. III. 4. 1004.
Pr. intermedia *Poir.* Dict. V. 674.
Pr. Cerasus nana *Güldenst.* it. I. 110.

(Cerasus) Pr. Chamaecerasus fruticosa *Pers.* Ench. II. 34.
Pr. Cerasus ϑ. pumila *L.* Sp. pl. 679.
β. sibirica.
Prunus fruticosa: umbellis sessilibus, foliis obovatis glabris serratis, serraturis infimis glandulosis *Pall.* Ross. I. 19. t. 8. B. — Pr. Chamaecerasus β. *Wlld.* l. c.
Pr. (Chamaecerasus) umbellis solitariis sessilibus, squamis gemmarum floriferarum interioribus foliiferis, foliis planis glabris nitidis subcoriaceis, superioribus oblongis ellipticisve acuminatis, gemmarum lateralium obovatis rotundato-obtusis, petiolo eglanduloso, radice stoloniferâ. *Ledeb.* Fl. Ross. II. 6. Fl. Alt. II. 211.
γ. isetensis: drupâ paulo majore dulciore oblongâ subdidymâ, nucleo oblongo acuto exiguo.
In silvis montanis ad rupes in *Germaniâ australi*, *Austriâ*; β. in *Rossiâ* mediâ orientali, *Sibiriâ* et regionibus *Altaicis*; γ. in campis *Isetensibus (Pall.)*. ♄.

Frutex 1—3pedalis, in ramos breves, saepe terrae adpressos divisus, radice repente. Folia parva, nitida, ramulorum obovata v. lanceolato-obovata obtusa, turionum lanceolata v. lanceolato-oblonga acuminata. Stipulae minimae, denticulatae. Foliola involucri intima ovata, crenata, exteriora membranacea, denticulata, aliqua integra, alia trifida: laciniâ intermediâ foliiformi. Flores albi, mediocres, copiosissimi. Calycis laciniae concavae, subdenticulatae. Petala parva, obovata. Germen ovatum. Stylus ad basin pilosus. Drupae magnitudine pisorum. — In β. folia, flores et fructus majores sunt.

b. glandulosa; drupae subrotundae, succosae, obscure rubrae, suaviter acidulae; truncus erectus, subarborescens, ramis adscendentibus.

4. **Cerasus macedonica** *Plin.* — *Dierb.*
Pr. Caproniana *Gaud.* Fl. Helv. III. 307. (p. p.)
Pr. fruticosa *Reum.*
Pr. Chamaecerasus β. sativa *Rchb.* l. c.
Kern. l. c. t. 771.
In *Germaniae* montibus hinc inde, e. g. circa *Heidelbergam* non rara, frequentius in hortis culta. ♄.
Zwergweichsel, Zwergkirsche vulgo.

Frutex 4—10pedalis, ramis erectis, foliis obovatis glabris serratis, subtus et ad petiolos saepe glandulosis, floribus fructibusque ac in praecedente duplo majoribus.

α. ostheimensis: fr. obscure rubro, gratissime acidulo.
Ostheimer Weichsel, fränkische kleine Ostheimer Kirsche *Sickl.* l. c. VI. t. 27.
Frequentissime in hortis culta.

β. sibirica: fr. parvo rubro serotino (Aug.).
Sibirische Weichsel.
Frutex parvus, elegans, ornamenti causa cultus. Exstat subvarietas fructibus majoribus.

γ. praecox: fruct. parvis rubris praecocissimis.
Frühe Zwergkirsche, frühe Zwergweichsel.
Fructus in tepidariis jam exeunte Aprili et ineunte Majo maturescunt.

2) **Umbellae sessiles multiflorae; truncus arborescens, inde a basi in ramos subhorizontales breves abiens; folia obovata serrata glabra; laciniae calycinae ovatae obtusae crenatae; drupae globosae brevi pedunculatae, carne acidulâ.**

5. **C. acida** *Bechst.* l. c. 161. et 450. — *Bluff & Fgh.* l. c. 596. 1263.
Prunus Cerasus α. caproniana *L.* — *Wlld.* l. c. 991.
Prunus acida *Ehrh.* Beitr. VII. 130. — *Wallr.* Sched. crit. 212. 198.
Prunus Cerasus γ. acida *Schübl.* & *Mart.* l. c. 313. — β. erythrocarpa *Rchb.* l. c. 644. (p. p.)
C. Caproniana β. Gobetta (fructibus rubris depressis, suturâ depressâ, carne albidâ, pedunculis brevibus) *Ser.* l. c. 536. — *G.Don* l. c. 508.
C. (Caproniana) ramis patulis, foliis mediis ovato-lanceolatis acutis dentatis, floribus subcoaetaneis, calycibus campanulatis, fructu sphaerico subdepresso rubro, carne molli acerbâ et acidulâ *Risso* l. c. 70.
Ad colles hinc inde in *Germaniâ mediâ* et *australi*, *Helvetiâ*, *Italiâ superiore*; in hortis culta. ♄.
Amarellen, Ammern, Amelbeeren germ., Gobets gall.

Radix longa, repens. Truncus arborescens, humilis, ramis divergentibus patulis, ramulis virgatis subpendulis apice tantum foliosis. Flores fructusque breve pedunculati; drupae magnae, nitidae, sphaericae, subdepressae, diametro transversali paullo longiore, dilute rubrae, pedunculis nucleo firmiter adhaerentibus, carne molli deliquescente flavescente nucleo parum adhaerente, succo acidulo grate sapido repletâ.

(Cerasus acida)

Varietatum cultarum sequentes enumerantur:

β. Montmorencyana *Risso* l. c. 71. 32: foliis mediis, fr. magno rotundo rubro lucido grate acidulo, carne albâ.
Arbor mediocris; folia intense viridia. Fructus Julio maturans.
Grosse Montmorency, Kentische Kirsche. Cerise de Montmorency à gros fruit *Duh.* l. c. I. 180. t. 8. — Montmorency à courte queue, Cerise à courte queue, gros Gobet, Gobet à courte queue gall. — double Volgers batav. Flemish, Kentish, yellow Romande angl. Cerise de Kent *Lois.* l. c. t. 12. f. A.

γ. subpediculata *Risso* l. c. 33: foliis parvis, fructu rotundato rubro brevi pedunculato, carne acidâ.
Arbor parva dense comosa; folia laete viridia, tenuiserrulata; fructus mediocres, nigrescenti-obscure rubri, medio Jun. matur.

δ. rubra *Risso* l. c. 34: foliis saepe acutis, fructu maximo rotundato rubro gratissimo, sapore vix acidulo.
Folia saepius elongato-acuminata; fr. nitidus, puncto excavato terminatus, pedunculo brevi suffultus, carne molli albâ succulentâ gratâ, nucleo inflato.

ε. regalis: fr. mediocri breviter pedunculato rubro, carne albâ molli succosâ grate acidulâ.
Frühe königliche Amarelle *Dierb.*
Occurrit varietas minus acidula: „süsse A."

ζ. praecox: fr. parvo rotundo rubro longius pedunculato, carne albidâ aquosâ.
Frühe Amarelle Pom. Franc. II. 17. — *Sickl.* VIII. 11. f. B. — Early May, Griotte naine précoce.
Arbor parva, feracissima.

η. pedunculâris: fr. mediocri rotundo rubro longe pedunculato, carne aquosâ.
Montmorency, M. à longue queue, commune à crochet, — Kentish, common red, Virginian May, early Richmond, Kentish red or pie Cherry, Sussex.

ϑ. cantiaca: fr. mediocri rotundo rubro, carne aquosâ.
Kentish Drier Angl.

ι. silvestris: fr. parvo globoso rubro, carne aquosâ.
Wild Rossshire Angl.

κ. grandis: fr. magno breve pedunculato rubro profunde sulcato.
Grosse Amarelle Pom. Fr. II. 24. — *Sickl.* IV. 14. XXII. 7.

λ. plena: floribus plenis.
Ornamenti causâ culta.

μ. polygyna: floribus numerosis saepissime polygynis, fructibus 2—3—5 in eodem pedunculo, carne albidâ (?), foliis basi glandulosis. *Ser.* l. c. 537.
C. polygyna *DC.* hb.
Cerise à bouquet *Duh.* l. c. 173. t. 53.
Cluster Cherry, Chevreuse Angl.
Bouquetkirsche, Buschweichsel, flandrische W. *Sickl.* XXI. t. 11. — Pom. Fr. II. t. 20.

3) subsessiles; folia denticulata, conduplicata glabra; drupae

(1) subcordiformes, carne dulci fragili, adhaerente, nucleo ovoideo;

a. rami erecti vel adscendentes; folia obovata; drupae ovales, carne adhaerente; folia

a) minora, abbreviata, crassiuscula.

6. **C. juliana** *DC.* Fl. Fr. IV. 482. — *Ser.* l. c. 536. 4. (excl. var. β.) — *G.Don* l. c. 506. (excl. var. β.) — *Sp.* l. c. 403. — *Risso* l. c. 56.
Prunus (Cerasus) juliana *Rchb.* l. c. 643. 4128.
Pr. Cerasus ε. juliana, carne tenerâ et aquosâ (*Bauh.* Pin. 450.) *L.* l. c. — *Wlld.* l. c.
Pr. avium β. juliana *Schübl. & Mart.* l. c. 311.
Cerasa juliana *Plin.*
C. juliana, rother Süsskirschenbaum *Dierb.*

(Cerasus juliana) In *Europâ mediâ* et *australi* ubique culta; an e C. avium culturâ sit orta, an ex Oriente introducta, adhuc sub judice lis est. ♄.

Süsskirschen, Herzkirschen (p. p.) germ.; Guigniers gall.; Geans angl.

Arbor magna; rami juniores adscendentes, adulti vix patuli. Folia acuminato-elongata, laete viridia; glandulae petiolorum, si adsunt, minutae, saepe obsoletae. Drupae semper paululum elongatae, i. e. diametro longitudinali majore, longius pedunculatae, laete rubrae, (in cultis quoque flavae, bicolores v. variegatae,) carne molli aquosâ dulci, epicarpio adhaerente.

Varietates cultae numerosissimae sunt, quas inter sequentes fusius descriptae:

I. Drupae concolores, aut unius aut in latere soli exposito alterius coloris.

α. Winkleri: fr. alboflavo hinc rubicundo, carne albâ dulci succosâ, subserotina.
Winkler's weisse Herzkirsche, Fleischkirsche, Eierkirsche, Bernsteinkirsche Pom. Fr. II. t. 10. — Guignier à gros fruit blanc *Duh.* l. c. I. 161. t. 1. f. 3. (?) — Guigne blanche *Lois.* l. c. 13. n. 7. (?)

β. saccharata: fr. rubro, hinc obscuriore, carne molli albâ dulcissimâ.
Rothe Molkenk., rothe Weink., Zuckerkirsche pr. Heidelberg *(Dierb.) Sickl.* XXII. t. 24.

γ. hispanica: cordiformis magna serotina sordide flava rubro-tincta, carne alboflavâ molli succosâ dulcissimâ.
Süsse spanische Kirsche *Dierb.*

δ. margaritacea: cordiformis, magna, sulco profundo percursa, epidermide laevi nitidâ tenaci albo-flavescente, dilute rubro-tinctâ, obumbratâ saepius totâ margaritaceâ.
Perlkirsche *Dierb.* Inter gratissimas omnium.

ε. rosea: mediocris, eleganter rosea, carne albâ minus sapidâ.
Frühe rosenfarbene Süsskirsche *Dierb.*

ζ. verna: parva, alba et rubra, tandem obscure rubra, carne aquosâ dulci; exeunte Majo matura.
Frühkirsche *Sickl.* II. t. 9. f. II.

η. aterrima: parva, nigerrima, dulcissima, fortiter tingens, pedunculo rubro.
Rothstielige K. Pom. Fr. II. 9. — *Sickl.* XVII. 9.

ϑ. cordiformis: magna, nigra, succo obscure rubro.
Schwarze Herzkirsche *Plenck* 379. f. c. — Pom. Fr. II. 8. — *Sickl.* IV. 15.
Inter vulgatissimas.

ι. bovina: major, fusco-rubra, obtuse rotundata.
Ochsenherz K. *Sickl.* XVII. 12.

κ. matutina *Risso* l. c. 57. 2: foliis mediis, fr. magno elongato ruberrimo, carne dulcissimâ.

λ. minuta *Risso* l. c. 3: foliis strictis, fr. minuto subrotundato pallide rubescente, carne paulo sapidâ.

μ. rotundata *Risso* l. c. 4: foliis mediis, fr. rotundato ruberrimo, carne lutescente saccharatâ.
Arbor maxima, ramis longis lateralibus, foliis numerosis, floribus subracemosis, pedicellis longissimis 2—3nis. Fructus apicem versus subattenuatus.

ν. serotina *Risso* l. c. 58. 5: foliis parvis, fr. minuto subcordiformi rubescente, carne paulo sapidâ.
Pyramidalis, ramis longis flexibilibus; drupae longiuscule pedunculatae, carne flavescenti-albâ.
Guignier à fruit rouge tardif *Duh.* l. c. 162. (?)

ο. praecox *Risso* l. c. 6: foliis parvis, fr. medio subdepresso pulchre albido-rubescente praecocissimo.
Arbor alta; fr. ad latera paulo compressus, sinu terminatus, carne firmâ sapidâ; exeunte Aprili matur.
Guignier précoce, G. de Pentecôte *Lois.* l. c. V. 12. n. 5. t. 15. f. A. (?)

π. rubra *Risso* l. c. 59. 7: foliis mediis acutis, fr. ovato-oblongo intense rubro, carne molli parum sapidâ.
Fructus acumine parvo desinens, medio Majo matur.
Guignier rouge *Lois.* l. c. 12. n. 6.

ρ. oblonga *Risso* l. c. 8: foliis mediis, fr. magno subcor-

(Cerasus juliana) dato oblongo hinc carneo illinc rubro, carne dulci albâ firmulâ. (Ineunte Jun.)

Guignier oblong *Lois.* l. c. 13. n. 7.

σ. alba *Risso* l. c. 9: foliis elongatis, fr. rotundato longe pedunculato, carne albâ molli saccharatâ.

Arbor amplissima, ramis fortissimis; fr. apicem versus attenuatus, laete ruber, nitidus, pedunculo longissimo tenui, carne gratissima, nucleo crasso.

τ. meridionalis *Risso* l. c. 60. 10: foliis parvis; fr. mediocri subcordiformi subdepresso ruberrimo longiusculo pedunculato, carne saccharatâ albâ firmâ.

Arbor mediocris, ramis patulis horizontalibus, ramulis rectis distantibus parce foliosis.

υ. pulchella *Risso* l. c. 11: foliis parvis; fructu maximo rotundato albo-luteo rubro tincto, carne firmâ dulci albâ, nucleo parvo.

Arbor elata, recta, parum ramosa, foliis numerosis laete viridibus.

φ. uncialis *Risso* l. c. 61. 12: foliis viridissimis; fr. maximo subcordiformi (pulchre corallino-) rubro, carne firmâ dulci subacidulâ, albâ, sapidâ, fragili.

Rami deflexi, fere penduli; pedunculi fructus breves.

χ. Marasca *Risso* l. c. 13: foliis parvis; fr. minuto rotundato nigro, carne rubrâ dulci acidulâ paulo amarâ.

Arbor maxima, ramis divergentibus, foliis laete viridibus; drupae nitidae, pedunculis cavitati profundae immersis viridibus hinc rubris, epidermide firmâ amarulâ, nucleo ventricoso rotundato.

ψ. nigra *Risso* l. c. 62. 14: foliis mediis acutis, fr. nigro, carne rubrâ tenerâ dulci.

Fructus ruber, denique lucide niger, cavitate pedunculari profundâ amplâ.

Guignier à fruit noir *Duh.* l. c. 158. t. 1. f. 1. et (subvar. minor) à petit fruit noir: 160. t. 1. f. 2.

ω. maxima *Risso* l. c. 15: foliis longe petiolatis; fr. maximo cordiformi nigro splendente, carne tenerâ rubrâ sapidissimâ, nucleo rotundato.

Guignier à gros fruit noir luisant *Duh.* l. c. 162. var. 5.

αα. media *Risso* l. c. 16: foliis latis, fr. medio rubro-nigrescente, carne tenerâ rubrâ.

Drupae distincte umbilicatae; carne molli intense rubrâ, nucleo magno.

ββ. magna *Risso* l. c. 63. 17: foliis strictis acutis, fr. magno rotundato inaequali nigerrimo, carne tenerâ dulcissimâ, nucleo molli (parvo).

Arbor magna, ramis distantibus, foliis densis. Drupae superficie excavatâ gibbosâque, carne molli vinosâ.

γγ. maura *Risso* l. c. 18: foliis parvis, fr. magno oblongo longe pedunculato nigerrimo, carne tenerâ saccharatâ.

Rami approximati, ramuli brevissimi; fructus in eodem pedunculo longissimo tenui 2—3ni, basi lati, apice attenuati, lucidi, epidermide tenerâ, carne nigrâ, nucleo longo cordiformi.

δδ. caffra *Risso* l. c. 64. 19: foliis virescentibus, fr. maximo oblongo nigro breve pedunculato, carne firmâ amarulâ dulci.

Arbor maxima, comâ amplâ densâ, ramulis brevibus, foliis dilute viridibus, serius florens. Fructus solitarii, firmi, lucidi, carne vinosâ, nucleo longo acuto compresso.

εε. Bigaudella *Risso* l. c. 20: foliis mediis, fr. rotundato rubro-fusco, carne firmâ aquosâ dulcissimâ.

Fructus tandem fere nigrescens, carne intense rubrâ, succulentissimâ, suavi.

Guignier Bigaudelle *Le Berr.* Trait. jard. I. 231. — *Lois.* l. c. 13. n. 10.

ζζ. Muscatella *Risso* l. c. 65. 21: fr. elongato striato (?*) rubro-nigrescente, carne firmâ acerbâ acidulâ dulci.

In montibus circa Nizzam spontanea; arbor magna, elegans, foliis mediocribus; fructus carne rubicundo-albâ, nucleo elongato complanato parum adhaerente.

---

*) *Risso* saepius verba: „stricta“ et „angusta,“ e vocabulo francogallico „étroit,“ quod angustum significat, confundere videtur. Quid sit fructus strictus, vix intelligendum est.

(Cerasus juliana) ηη. **anglica** *Risso* l. c. 22: fr. magno rubro subcordato nigricante suavissimo.

Folia oblonga, acuta, conferta; flores magni; fructus ad latera subcomplanati, breve pedunculati, carne rubrâ.

Guignier d'Angleterre *Duh.* l. c. 28. 32.

ϑϑ. **muscata** *Risso* l. c. 66. 23: fr. magno rotundato subcordiformi intense rubro, carne durâ dulcissimâ.

Rami laterales proceri; folia parva, petiolis longis rubris; drupae apicem versus subattenuatae, pedunculis brevibus.

ιι. **marrona** *Risso* l. c. 24: fr. magno nigrescente-rubro utrinque umbilicato, carne durâ.

Arbor procera; folia magna, petiolis crassissimis rubicundis; druparum pedunculi longiusculi, carne albâ gratissimâ.

κκ. **aquilina**: fr. cordiformi mediocri obtuso nigro, carne tenerâ.

Black Eagle *G.Don.*

λλ. **Bowyeri**: fr. cordiformi mediocri obtuso nigro, carne tenerâ sapidissimâ.

Bowyer's early heart *G.Don.*

μμ. **pallida**: fr. parvo cordiformi obtuso pallide rubro, carne tenerâ.

Amber Gean *G.Don.*

νν. **belgica**: fr. parvo cordiformi obtuso rubro, carne semitenerâ.

Flemish Gean *G.Don.*

οο. **hungarica**: fr. mediocri cordiformi succineo obtuso, carne semitenerâ.

Hungarian Gean *id.*

ππ. **succinea**: fr. simili praec., carne tenerâ pellucidâ.

White Hungarian Gean *id.*

ρρ. **atra**: fr. parvo cordiformi nigro.

Late Gean *id.*

σσ. **firma**: fr. mediocri cordiformi nigro, carne firmâ.

Large black Gean *id.*

ττ. **Lundiea**: fr. mediocri cordif. nigro.

Lundie Gean *id.*

υυ. **hertfordensis**: fr. cordif. nigro obtuso, carne tenerâ.

Hertfordshire black *id.*

φφ. **rotunda**: fr. subrotundo mediocri nigro, carne tenerâ.

Black Hungarian Gean *id.*

χχ. **coccinea**: fr. ovali mediocri rubro, carne firmâ.

Guigne écarlate *id.*

ψψ. **pendula**: ramis pendulis, fr. parvo subrotundo rubro aquoso.

C. juliana γ. pendula *Ser.* l. c.

Guignier à rameaux pendans *Lois.* l. c. V. 15. n. 16.

Allsaints, weeping Cherry *Angl.*

Plures aliae adhuc varietates enumerantur ab auctoribus citatae, hic omissae.

II. Drupae variegatae.

Prunus varia *Ehrh.* Beitr. VII. 127.

ωω. **variegata**: fr. albo-flavo striis plagisque rubicundis, carne succosâ dulci albo-flavescente.

Bunte Herzkirsche.

* praecocissima, Majo maturans.

** serior, Julio matur.

*** serotina, fr. majore magis serotino.

Grosse bunte H. — Pom. Fr. II. t. 15.

ααα. **flamentina**: fr. flavescente, altero latere obscure rubro, carne albâ succosissimâ dulci sapidâ.

Flamentiner Kirsche, flämische K., gesprengte Weichsel.

βββ. **punctata**: fr. obscure rubro, punctis lineolisque multis diaphanis albis variegato, carne albâ dulci valde succosâ.

Tilgner's rothe Herzkirsche *Dierb.*

γγγ. **Luciae**: fr. breve pedunculato cordiformi obtuso ochroleuco et rubro marmorato, carne griseo-flavâ mollissimâ dulci succosâ gratâ, nucleo minuto.

Luzienkirsche *Dierb.*

δδδ. **gigantea**: fr. maximo cordiformi rubro, hinc inde albo-punctato et marmorato, carne tenerâ, nucleo parvo.

Grosse Mogulkirsche *Dierb.*

b) ampliora, tenuia, elongata, tenue serrulata; drupae carne haud fragili.

7. C. Heaumiana.
C. juliana *β* (?) Heaumiana *Ser.* l. c. — *G.Don* l. c.
In hortis *Galliae* culta. ♄.
Arbor praecedente elatior, Heaumier vulgo dicta.
α. alba: fr. pallide flavo.
Heaumier blanc *Lois.* l. c. V. 17. n. 28.
β. rubra: fr. rubro.
Heaumier rouge *Lois.* l. c. n. 29. t. 19. f. B.
γ. nigra: fr. nigro.
Heaumier noir *Lois.* l. c. n. 30. t. 19. f. A.

b. rami validi divaricati; folia subtus albida, basi biglandulosa, ovato-lanceolata; drupae albocereae, in latere exposito rubescentes.

8. C. pallida.
C. avium *γ.* pallida *Ser.* l. c. 535. — *G.Don* l. c. 505.
C. juliana II. pallida *Dierb.* (gelbe oder weissgelbe weiche Süsskirschen, Wachskirschen).
Prunus juliana *β.* ochroleucocarpa *Rchb.* l. c.
In hortis *Europae* culta. ♄.
α. alba: fr. ochroleuco v. albido.
Merisier à fruit blanc *Lois.* l. c. V. 12. n. 3. t. 4. f. B, C.
β. cerea: fr. cerino, foliis eglandulosis.
Merisier à fruit jaune *Lois.* l. c. n. 4. t. 4. f. A.
γ. flava: fr. pallide flavo, carne succosâ aquoso-dulci.
Wachskirsche, gelbe K., Lederk., Goldkirsche. *Plenck* 378. f. b. — Pom. Fr. II. t. 11.
δ. cordiformis: fr. toto ochroleuco longe pedunculato leviter canaliculato hinc subcomplanato.
Gelbe Herzkirsche *Sickl.* VIII. t. 13.
ε. sulfurea: fr. sulfureo, carne pellucidâ amarulo-dulci, nucleo perlucente.
Arbor alta, ramis longis rectis, foliis longis amplis.
Schwefelkirsche *Christ.*.
ζ. praecox: fr. parvo albido praecoci.
Kleine weisse Frühkirsche *Sickl.* II. t. 9. f. sup.

c. rami adscendentes v. patuli; folia ovalia; pedicelli elongati tenues; drupae carne duriusculâ subfragili dulci adhaerente,

a) ovatae, apice plus minus bilobae, suturâ valde depressâ.

9. C. Bigarella.
Prunus avium *γ.* Bigarella *L.* l. c. — *Wlld.* l. c. 992.
C. duracina *α.* cordigera *Ser.* l. c. 535. — *G.Don* l. c. 505.
C. duracina *Dierb.*, *Rchb.*, *Risso* et aliorum (p. p.).
In *Europâ* mediâ et australi, praesertim in Galliâ et *Angliâ* culta. ♄.
Bigarreautier gall. et angl., Herzkirschen germ. (p. p.)

Arbor pyramidalis, ramis longis, junioribus adscendentibus, adultis vix patulis. Folia magna, laete viridia petiolis longis rubicundis. Drupae mediocres, longe pedunculatae, carne firmâ durâ compactâ flavescenti-albâ, nucleo oblongo.

Inter varietates cultas hic enumerantur:
α. Cor columbinum: fr. mediocri cartilagineo, epidermide nitidâ marmoratâ.
Schöne Rocmonter Herzkirsche, Taubenherz Pom. Fr. II. t. 16. — *Sickl.* XVIII. t. 9. — Bigarreau commun, B. belle de Rocmont, Coeur de Pigeon *Lois.* l. c. 15. n. 20. t. 18. f. D.
Subvar. elegantissima est „die Türkine" *Sickl.* XV. t. 8.
β. hildesheimensis: fr. mediocri longe pedunculato nitido dilute rubro, carne durissimâ sapidissimâ.
Hildesheimer Kirsche *Dierb.* — Bigarreau blanc tardif de Hildesheim.
γ. incarnata: fr. magno pallide flavo et rubro.
Bigarreau couleur de chair *Lois.* l. c. 16. n. 24.
δ. gottorpensis: fr. cordiformi obtuso laete rubro flavo-marmorato, epidermide tenaci, carne albo-flava succosâ gratissimâ.
Gottorper Kirsche *Dierb.*
ε. leucocarpa: fr. pallide flavo et rubro magno, carne tenerâ.
Bigarreau à gros fruit blanc *Duh.* l. c. 165.
ζ. monstrosa: fr. cordiformi oblongo rubro, carne firmâ.
Bigarreau gros monstrueux.

(Cerasus Bigarella) η. minuta: fr. parvo pallide flavo.
Big. à petit fruit blanc.
ϑ. Eltonia: fr. magno pallide flavo et rubro praecoci, carne semitenerâ.
Elton *G.Don.*
ι. florentina: fr. magno pallide flavo et rubro serotino, carne firmâ.
Florence Angl.
κ. Guignea: fr. pallide flavo et rubro, carne firmâ.
Guigne grosse blanche *Duh.* l. c. 161. t. 1. f. 3.
λ. purpurea: fr. magno rubro praecoci, carne firmâ.
Guigne grosse rouge hâtive.
μ. Krugeri: fr. rubro et pallide flavo, carne firmâ.
Kruger's Herzkirsche.
ν. aurea: fr. flavo, carne firmâ.
Lady Southampton's yellow, L. S. duke cherry or golden drop, yellow or golden Cherry Angl.
ο. livida: fr. livido, carne semitenerâ.
Lukeward's heart. Angl.
π. Shaileri: fr. flavo et rubro, carne durâ.
Shailer's new grizzly Angl.
ρ. praecox *Risso* l. c. 67. 26.: foliis oblongis acutis, fr. subcordato hinc albo inde dilute rubro, carne durâ dulci.
Arbor maxima, valde frondosa. Fructus fasciculati, roseo-albidi dilute rubro-tincti, valde praecoces (exeunte Maj.), carne fragili sapidâ.
Hujus loci forsan sunt: Big. à petit fruit hâtif *Duh.* I. 163., B. à fruit rouge hâtif l. c. 166.
σ. tarda *Risso* l. c. 68. 28.: foliis mediis, fr. magno subcordiformi ruberrimo, carne durâ dulci.
Gros Big. tardif *Lois.* l. c. 16. n. 25. t. 18. f. C. (?)
τ. Büttneri: fr. cordiformi longe pedunculato albo, carne firmâ suaviter dulci gratâ, nucleo parvo.
Büttner's gelbe Knorpelkirsche *Dierb.* — Hujus loci quoque „Dennison's gelbe Knorpelkirsche" et „harte gelbe Herzkirsche."
υ. neapolitana: fr. maximo turbinato citrino, carne duriusculâ dulciusculâ sapidâ.
Neapolitanische Herzkirsche *Dierb.*
φ. coriacea: fr. magno obscure fusco, carne gratissimâ.
Lederkirsche *Dierb.*
Huic accedunt: „die schwarze Herzkirsche" *Sickl.* IV. t. 15, „die ungarische Herzkirsche," „die grosse schwarze Glanzkirsche" Pom. Fr. II. t. 12. „die kleine schwarze Frühherzkirsche" *Sickl.* XVII. t. 9.
A cl. *G.Don* in toto 50 hujus subspeciei varietates enumerantur.

b) ovatae, apice obtusae v. mamillatae, suturâ vix depressâ.

10. **Cerasus duracina** *DC.* Fl. Fr. IV. 483.
C. duracina *β.* et *γ.* *Ser.* l. c. 535. — *G.Don* l. c. — *Spach* l. c. 402.
C. duracina *Rchb.*, *Dierb.*, *Risso* aliorumque. (p. p.)
Prunus avium *β.* duracina *L.* l. c. — *Wlld.* l. c.
In hortis culta. ♄.

Arbor 20—25pedalis, recta, absque sarmentis radicalibus, ramis verticillatis, comâ pyramidatâ, cortice laevi transversim secedente. Gemmae foliiferae terminales, floriferae laterales. Flores majusculi.

Knorpelkirschen, Hart-, Glaskirschen, Herzkirschen (p. p.) germ., Bigarreaux, Guignes, Cerises (p. p.) gall.

I. Drupae apice obtusae, subcordiformes. C. d. *α.* obtusata *Ser.*
α. batava: fr. pallide flavo et rubro magno, carne firmâ.
Bigarreau, Graffion, Big. gros, B. d'Hollande, Italian heart, Harrison's heart, West's white heart.
β. rubra: fr. magno flavo et rubro obtuso, carne firmâ.
Bigarreau rouge.
γ. Lauermanni: fr. breve pedunculato intense rubro flavopunctato, carne durâ albâ aromatico-dulci, nucleo parvo rubicundo.
Lauermann's Kirsche, Big. Napoleon, B. Lauermann.
Inter pulcherrimas et maxime aestimatas.

(Cerasus duracina) δ. nitida: ramis pendulis, fr. mediocri sanguineo obtuso, carne firmâ.
Guigne grosse noire luisante.
ε. Fraseri: fr. magno sanguineo obtuso, carne semitenerâ.
Tartarian, black T., Fraser's T., Fraser's black, Fr. black heart, Ronalds's black heart, Circassian, black Russian Angl.
ζ. diaphana: fr. mediocri pallide flavo obtuso, carne semitenerâ pellucidâ.
White Tartarian, Fraser's wh. T., Fr. white transparent Angl.
η. seckbachensis: fr. parvo globoso nitide atro, carne suavissimâ dulci, nucleo majusculo.
Seckbacher Kirsche *Sickl.* XXII. t. 23.
ϑ. balearica: fr. longe pedunculato nigro v. obscure fusco-rubro, carne obscure rubrâ, firmâ sapidissimâ.
Thränen-Muskatellerkirsche aus Minorca *Dierb.*
ι. hispanica: fr. breve pedunculato, ceterum prioris, carne molliori.
Schwarze spanische Kirsche *Dierb.*
κ. cartilaginea: fr. subtriangulo sulcato nigro, carne atro-rubrâ succosâ compactâ sapidissimâ.
Grosse schwarze Knorpelkirsche, Krümmelkirsche Austrorum. — Pom. Fr. II. t. 12. — *Sickl.* VI. t. 25.
λ. bovina: fr. maximo albo rubroque marmorato et punctato, carne suavi succosâ durâ.
Ochsenherzkirsche *Dierb.*
Subvar. nigra dulcis mollis est „Liegel's Ochsenh."
μ. majalis: fr. fere toto rubro, carne ochroleucâ dulci durâ.
Rothe Mai-Knorpelkirsche.
ν. albida: fr. longe pedunculato subrotundo ochroleuco rubro-tincto, carne albâ succosâ suaviter dulci.
Weisse spanische Kirsche *Dierb.*
ο. eximia: fr. maximo serotino dilute rubro flavescenti-marmorato, carne ochroleucâ firmâ dulci grate aromaticâ.
Holländische grosse Prinzessinkirsche *Dierb.*
Pulcherrima, omnium facile maxima.
π. marmorea: fr. oblongo profunde canaliculato rubro, carne albâ durâ grate dulci.
Lange Marmorkirsche *Dierb.*
ρ. erythraea: fr. subrotundo profunde canaliculato rubro v. subalbido, carne albâ durâ.
Grosse rothe Marmorkirsche Pom. Fr. II. t. 13. et 14.
σ. latifolia *Risso* l. c. 68. 27: foliis latis, fr. subrotundato lato ruberrimo, carne saccharatâ.
Arbor aequabiliter pyramidalis, foliis amplis acutis longe petiolatis. Fructus magni, intense rubri, carne firmâ albâ fragili, ineunte Jun. maturi.
τ. fulva: fr. ochroleuco hinc rubello, succo albo.
Rothgelbe Knorpelkirsche *Plenck.* 318. f. f. — *Sickl.* X. t. 19.
Huc quoque pertinent Bigarreau noir, Cerise de Norwège *Lois.* in *Duh.* l. c. V. 17. n. 36. t. 18. f. B, Big. noir tardif *Lois.* l. c. 17. n. 27. t. 18. f. A. etc.

II. Drupae apice mammillatae, suturâ basin versus profundâ.
C. d. γ. mammillaris *Ser.* l. c. 536.

υ. nicotianaefolia: foliis amplissimis, fr. magno mammillato subrotundato rubro, carne dulci.
Prunus macrophylla *Poir.* Enc. méth. Suppl. V. 584.
C. nicotianaefolia hortul.
C. decumana Delaun.
C. juliana decumana *Risso* l. c. 66. 25.
Bigarreau à grandes feuilles *Nois.* l. c. 17. n. 6.
Cerisier de quatre à la livre, Guigne à feuilles de Tabac. Four to the pound Angl. — Tabaksblättrige späte Herzkirsche, Pfundkirsche *Sickl.* XIV. t. 18.
Folia pendula, laete viridia. Drupae maximae, long. 0,024.
φ. parvifolia: foliis minoribus.
Bigarreau piquant, Guigne piquante, Guigne à piquet *Lois.* l. c. 13. n. 12. t. 16. f. A.

(Cerasus duracina) χ. gasconica: fr. mediocri obscure rubro, carne semitenerâ. Gascoigne's heart, red heart, bleeding heart, Herefordshire's heart, Guigne rouge hâtive.

d. rami pyramidatim adscendentes; folia elongata breve petiolata; pedicelli mediocres; drupae parvae rotundatae rubrae, carne firmâ amarulâ.

11. **Cerasus vulgaris** *Risso* l. c. 68.
In *Italiâ superiore* prope Nizzam. ♄.
Arbor comâ elongatâ pyramidali; folia ampla, petiolis rubris. Drupae pedunculis mediocribus insidentes, carne tenerâ fragili aquoso-dulci, leviter amaricante.
An C. duracina efferata? *Dierbach* eam cum hac eandem censet.

β. acidula *Risso* l. c. 69. 29: foliis elongatis acutis, fr. magno rotundato ruberrimo longe pedunculato, carne acidulâ.
Arbor elata, comâ hemisphaericâ; fructus laete rubri, albo-mixti, pedunculis longissimis profunde immersis, carne albidâ.

γ. dulcis *Risso* l. c. 30: foliis elongatis acutis; fr. medio subrotundo subdepresso rubro longe pedunculato, carne firmâ dulci.
Arbor maxima, ramis fragilibus; foliis longe acuminatis. Drupae laete rubrae, carne durâ fragili albidâ.

δ. albida *Risso* l. c. 70. 31: foliis amplis acuminato-productis, fr. magno subcordiformi albido corallino-tincto, carne firmâ sapidâ (durâ dulci.).

(2) ovoideae; rami inermes; folia glabra, supra nitida, subtus albida (glauca *DC.*), leviter et sparse serrata

a. oblanceolata, obovato-lanceolata v. interdum ovalia (obovato-oblonga *DC.*) acuta v. obtusa.

12. **C. pumila** *Michx.* l. c. 286. — *Ser.* l. c. 537. 10. — *G. Don* l. c. 513. 10. — *T.* & *A. Gr.* l. c. 409.
C. glauca *Mch.* Meth. 672.
Prunus pumila *L.* Mt. 75. — *Wlld.* Bmz. 244. Sp. pl. II. 990. 16. — *Pursh* Fl. Am. sept. I. 538. — *Spach* l. c. 400. — *Sprg.* l. c. 477. 24. — *Guimp.*, *Otto* & *Hayne* Hlz. t. 119.
Cerasus canadensis *Mill.* ic. t. 89. f. 2. — *Duh.* arb. 149. n. 17.
Ad ripas rupestres v. arenosas lacuum et fluviorum *Canadae* ad *Saskatchawan* usque, a sinu *Hudsonio* ad *Virginiam* et occidentem versus ad *Missouri* et *Arkansas* usque. ♄. Sand Cherry, Ragouminier vulgo.
Frutex facie Amygdali nanae 3—7pedalis, radice repente, caulibus decumbentibus, ramis virgatis, adscendentibus purpurascentibus, 3—4 usque ad 20pollicaribus infimis humifusis immo radicantibus. Flores pedunculati, terni e gemmis lateralibus; calyces campanulati, breves. Drupae magnitudine illorum Cerasi serotinae obscure rubrae (nigrae *DC.*), edules, acidulo-amarae, avibus gratissimae.
β. C. cuneata *Raf.* Ann. nat. XI. — foliis basi cuneatis.

b. (cuneato- *DC.*) lanceolata v. lanceolato-oblonga acuta; pedicelli filiformes glabri; rami angulati, depresso-prostrati.

13. **C. depressa** *Ser.* l. c. 538. 17. — *G. Don* l. c. 514. 17. — *Hook.* Fl. bor. Am. I. 168.
Prunus depressa *Pursh* l. c. 232. — *Sprg.* l. c. 25.
Prunus Susquehannae *Wlld.* En. 519. — *Sp.* l. c. 399.
A *Canadâ* ad *Virginiam.* ♄.
Frutex 2—3pedalis, dumosus, ramulis rubellis. Folia eglandulosa, firma, 2—4'' longa, 8—15''' lata. Flores parvi, albi, copiosissimi, cum foliis coaetanei, in umbellis aggregatis.
Obs. *Torr.* & *A. Gray* hanc cum praecedente identicam censent et ne varietate quidem distinguunt; sed auctores reliqui omnes utramque tenent sejunctam, quos quoque secutus sum.

4) subpedunculatae vel pedunculatae
(1) laterales
a. pauciflorae, solitariae; rami patuli v. erecti (rarius et per exceptionem penduli); folia
a) obovata crenulata; calycis laciniae (parvae) denticulatae.

14a. **C. humilis** *Host* Fl. Austr. II. 7.
In monte *Gallizinberg* agri *Vindobonensis* (*Hayne*). ♄.
Frutex humilis, erectus, ramosissimus. Folia glabra, laevia, nitida, aliqua subundulata. Stipulae minimae, denticulatae. Pedunculus communis foliis parvis instructus. In-

(Cerasus humilis) volucrum (i. e. bracteae gemmaceae) e foliolis minimis compositum. Pedicelli breves, uniflori. Petala obovata. Drupa rubra, austera. Flores quoque di- et trigyni occurrunt.

Obs. 1. Species dubia et vix constans, ut sequens ulterius inquirenda; utraque forsan ex loco natali tantum orta.

Obs. 2. Hic esset inserenda:

14b. **C. collina** *Lej. & Court.* (Fl. belg.) fruticosa, ramulis annotinis floriferis, foliis obovatis obtusis crenatis basi eglandulosis.

In hortis montanis desertis vineisque *Belgii* crescens, quae autem forma efferata Cerasi cujusdam cultae videtur.

b) ovata serrata; pedunculi simplices umbellis intermixti; laciniae calycinae oblongae denticulatae.

15. **C. effusa** *Host* l. c. 6.

Colitur in *Austriâ* et occurrit ad pomaria, vineas etc. Fl. Apr., Majo. ♄.

In mediocrem arbusculam erigitur et radicibus suis repentibus effunditur in longum et latum. Rami inferiores patuli. Folia nitida, dorso pilis deciduis adspersa, pauca oblonga. Stipulae lineares, denticulatae. Ad folii basin glandula una v. altera accreta; similes in apice petiolorum aliquorum observantur. Involucri squamae denticulatae: exteriores oblongae, concavae, integrae, interiores trifidae: laciniâ intermediâ plerumque foliiformi ovatâ. Ex aliquibus gemmis oriuntur pedunculi omnes simplices, ex aliis pedunculus unicus brevis, in pedicellos unifloros divisus. Huic inserta sunt folia parva, lanceolata v. ovata. Petala ex orbiculato-ovata. Fructus ruber, acidulus *(Host.)*

Hanc cl. *Dierbach* pro Ceraso genuinâ *L.* aut C. acidâ *Bechst.* („den Süssweichselbaum") habet. Sed e descriptione incompletâ et minus scientificâ nil certi patet; si cl. auctor synonymon aliquid adjunxisset vel nomina vernacula, omne dubium solvisset. Qua de re species Hostianae dubiae tantum recipi possunt.

c) acuminata, profunde serrulata, glaberrima, nitida, subcoriacea, petiolo eglanduloso; drupae subglobosae depressae, carne acidâ v. adstringente, haud v. parum adhaerente, nucleo subgloboso. —

Haec subdivisio respondet speciei C. Capronianae *DC.* Fl. Fr. IV. 482. Prodr. l. c. 536. — *G.Don* l. c. 507. — *Spach* l. c. 404., quae eadem est ac C. vulgaris *Mill.* Dict. 1. et Prunus Cerasus *α.* Caproniana *L.* l. c. & *Wlld.* l. c. 991. —

Huc spectant species sequentes 16—18.

Ex *Oriente* in *Europam* introducta, nunc ibi in hortis ubique culta, hinc inde quoque efferata. ♄.

Arbor 20—25pedalis, radice repente stoloniferâ, ramis teretibus laevibus nitidis cinereis. Folia obscure viridia, nitida, serraturis inferioribus glandulosis. Gemmae foliiferae et floriferae distinctae, illae terminales, hae in ramis annotinis v. vetustioribus laterales; squamae interiores semper albidae. Pedunculi saepe crassi rigidiusculi, raro longi; petala alba, orbicularia concava. Drupae globoso-depressae, suturâ vix depressâ, carne molli plus minus acidâ et stipticâ, dein vix acerbâ non acidâ, umbilico incluso, epicarpio carni non adhaerente.

(a) Folia ovato-lanceolata v. elliptica, pedunculi fructu 2—3plo longiores; drupa carne sanguineâ parciusculâ subtenerâ dulci-acidulâ, nucleo non adhaerente subgloboso, levissime compresso.

16. **C. caproniana.**

C. Caprionana *ϑ.* et *ι.* *Ser.* l. c. 536. 5. — *G.Don* l. c. 507. 5. (p. p.)
C. effusa *Dierb.* p. p. (et ejus fide) *Host* l. c.
Cerasa aproniana *Plin.*
Prunus acida *Host* Syn. pl. Austr.
C. vulgaris *Bechst.* Forstbot. 160 et 447. — *Bluff. & Fgh.* l. c. 596. 1262.
C. acida *Borkh.* (Wett. Fl.) II. 1419.
Prunus Cerasus *α.* melanocarpa *Rchb.* l. c. 643. 4130.
Süssweichselbaum germ., Cerises, Griottes gall.

Arbor mediocris, radicibus sub terrâ horizontaliter longe expansis, comae ramis infimis plano-patentibus. Folia serrata, nitida, juniora subtus pilosa, ovata v. oblonga, serraturis infimis glandulosis, nunquam pendula, sed horizontalia v. erecta. Flores albi. Petala subrotunda, subincurva, cochleariformia; involucrum umbellae inflexum, connivens. Drupae atropurpureae v. fuscorubrae (nigrae plerumque dictae), succo rubro tingente.

α. ducalis: fr. longe pedunculato subrotundo obscure rubro, carne molli succosâ obscure fuscâ parum acidulâ, nucleo complanato.

Herzogskirsche, Herzogsweichsel Pom. Fr. II. t. 29. — *Sickl.* II. t. 10.

(Cerasus caproniana) β. majalis: fr. longe pedunculato obscure rubro magno, carne intense rubrâ acidulo-dulci valde aromaticâ.
Rothe Maikirsche *Dierb.*

γ. vernalis: fr. atro-rubro, caeterum praecedentis, minus sapido.
Frühe Maikirsche *Lieg.*

δ. pendula: ramis pendulis, fr. longe pedunculato obscure rubro saporis grati mitis.
Langstielige Süsskirsche *(Nois.)* ex *Dierb.*

ε. moschata: fr. longe pedunculato magno obscure fusco-rubro, carne rubrâ molli succosissimâ deliquescente grate aromaticâ dulci-acidulâ.
Rothe Muscateller.

ζ. cordigera: fr. globoso-ovato compresso mediocri obscure fusco-rubro nitido, carne obscure rubrâ acidulo-dulci suavissimâ.
C. caproniana ι. cordigera *Ser.* (p. p.)
Schwarze spanische Herzkirsche *Dierb.*

η. palatina: fr. cordiformi magno longe pedunculato atro-rubro dilutius maculato, carne obscure rubrâ succosâ suavissime acidulo-dulci.
Velser(Pfälzer)kirsche *Dierb.*

ϑ. provincialis: fr. breve pedunculato magno fere nigro, carne durâ sapidissimâ.
Süssweichsel aus der Provence *Dierb.*

ι. anglica: fr. magno nigro v. fuscorubro, carne succosâ sapidissimâ.
Englische Süssweichsel, holländische Sauerkirsche, holländische Weichsel. Pom. Fr. II. t. 25. — *Sickl.* IX. t. 13. — Grosse Guigne, Cerise d'Angleterre *Lois.* l. c. 28. n. 32. t. 14. f. B.

κ. regalis: fr. magno intense rubro, epidermide tenaci, carne deliquescente ruberrimâ parum acidulâ, pedunculo fusco-variegato.
Königskirsche Pom. Franc. II. t. 29, 30.
Subvarr. occurrunt praecox et serotina, atque anglica: Englische K. *Christ.*

λ. cardinalis: fr. obscuro fusco gratissimo serotino. (Exeunte Jul.)
Cardinalskirsche *Dierb.*

μ. germanica: fr. magno fusco-rubro acidulo-dulci.
Griotte d'Allemagne *Duh.* l. c. 192. t. 14; grosse Cerise de Mons. le Comte de St. Maure, grosse Cerise de Monsieur, deutsche Griotte.

ν. septentrionalis: fr. mediocri nigro valde acidulo-dulci serotino (Sept., Oct.), carne molli gratâ.
Nordische Weichsel, Griotte à l'eau de vie, Cerise du Nord *Lois.* l. c. 26. n. 22. t. 5. f. B.

ο. borussica: fr. magno turbinato obscuro gratissimo praecoci (Jun.)
Preussische Sauerkirsche. — Griotte ou Cerise de Prusse *Lois.* l. c. 29. n. 33. t. 13. f. A.

π. communis: fr. mediocri acido-dulci subamaro, carne rubrâ succosissimâ.
Deutsche Weichsel.

ρ. lusitanica: fr. mediocri nigro acidulo-dulci serotino (Aug.), carne firmulâ.
Portugiesische Weichsel. — Griotte de Portugal *Duh.* l. c. 190. n. 18. t. 13.

σ. pruniformis: fr. rubro globoso-cordiformi, carne aquosâ.
Plumstone-Morello.

τ. purpurea: fr. mediocri cordiformi obscure purpureo, carne tenerâ.
Early purple Griotte Angl.

υ. polonica: fr. mediocri globoso rubro praecoci, carne tenerâ.
Griotte de Kleparow, bonne Polonaise.

φ. silvestris: fr. subrotundo obscure rubro, carne aquosâ.
Griotte de St. Martin, wild Russian, brune de Bruxelles.

χ. turcica: fr. magno globoso rubro, carne tenerâ.
Griotte de Turquie.

Huc porro pertinent: „die saure Herzkirsche *Sickl.* VIII. t. 11, — schwarze ungarische Kirsche *Sickl.* XIV. t. 3, — Prinzenkirsche *Sickl.* XV. t. 14, — wohl-

(Cerasus caproniana) tragende holländische Kirsche *Sickl.* XXII. t. 12., — Cerise-Guigne *Duh.* l. c. 195. t. 16. f. 1., — Griotte noire tardive *Lois.* l. c. 26. n. 21. t. 14. f. A., — Griotte à Ratafia, Cerise à petit fruit noir *Duh.* l. c. 189. n. 16., — Griotte commune *Duh.* l. c. 187. t. 12., — grosse Griotte *Lois.* l. c. 27. n. 28. t. 13. f. B., — Gr. ou Guindoux de Poitou *Lois.* l. c. n. 29. t. 12. f. 6.," — et multae aliae, a cl. *G.Don* sub nomine „Griotte" et „Morello" enumeratae.

(b) ovata acuminata; pedunculi fructu 3—4plo longiores; drupae globoso-depressae pallide rubrae v. ochroleucae, suturâ saepe vix depressâ; carne albidâ plus minus acidâ.

17. **Cerasus austera.**

C. Caproniana *α.* (Montmorencyana), *β.* (pallescens), *ε*, *ϑ* et *η*. *Ser.* l. c. — *G.Don* l. c. 507.
C. effusa II. et III. *Dierb.*
Prunus acida *Ehrh.* l. c. (p. p.) et austera *Ehrh.* l. c. 129. (p. p.)
C. acida *Bechst.* l. c. 161. et 450. — *Bluff & Fgh.* l. c. 1263.
Prunus Cerasus *α.* melanocarpa (p. p.) et *β.* erythrocarpa *Rchb.* l. c.
Pr. Cerasus *α.* Caproniana *L.* — *Wlld.* l. c. (p. p.)

Arbor parva, ramis divergentibus patulis. Drupae depressae, diametro transversali majore, dilute rubrae, nitidae, longe pedunculatae, carne molli deliquescente albâ v. flavescente, pellucidâ, acerbâ et acidulâ, succo limpido, nucleo parum adhaerente.

Süssweichseln germ. (p. p.), Guindoux et Griottes (p. p.) gall.

β. multiplex: floribus semiplenis v. plenis albis, pistillis simplicibus germinibusque vel foliaceis, fructibus raris pallide rubris, carne tenui acidissimâ.
C. caproniana *ε.* multiplex *Ser.* l. c. 537. — *G.Don* l. c.
Prunus Cerasus *γ.* plena *L.* l. c. — *Wlld.* l. c.
Sauerkirsche mit halbgefüllter Blume *Dierb.*
Cerise à fleurs demi-doubles *Duh.* l. c. 173. t. 5. — C. à fleurs doubles *Lois.* l. c. V. 20. n. 2.
Semidouble- and double-flowering Cherry Angl.
Arbor humilis, tenella, gracilis, floribus 15—20petalis. Fructus mediocres, pallide at laete rubri.

γ. variegata: foliis albo v. flavo et viridi striatis v. maculatis.
C. caproniana *η.* variegata *Ser.* l. c.
Cerise à feuilles panachées *Lois.* l. c. n. 4.

δ. persiciflora *Ser.* l. c. *ϑ.* floribus plenis roseis.
Prunus Cerasus *β.* rosea *L.* l. c. — *Wlld.* l. c.
Cerise à fleur de Pêcher *Lois.* l. c. n. 3.

ε. vitrea: fr. maximo breviter pedunculato canaliculato hinc subcomplanato obscure rubro, carne albo-flavâ succosissimâ dulci-acidulâ.
Doppelte Glaskirsche *Sickl.* XXII. t. 7.
Huic accedunt: „Bettenburger Glaskirsche *Lgl.* paulo longius pedunculata et magis serotina, grosse Glaskirsche," et „Braunauer Glaskirsche" *Lgl.* longissime pedunculata, carne minus diaphanâ; — „kurzstielige oder rothe Glaskirsche," — et „kleine langstielige Glaskirsche, rothe Sauerkirsche" *Christ.*

ζ. elegans: fr. mediocri dilute rubro longiuscule pedunculato flavo-diaphano, carne griseo flavescente molli succosissimâ.
Schöne von Choisy, Belle de Choisy, Cerise doucette. *Lois.* l. c. 25. n. 20. t. 11.

η. aurantia: fr. magno brevius pedunculato dilute rubro nitido, carne pellucidâ albo-flavâ molli succosissimâ dulci; — saepius pallide rubra, obscurius marmorata.
Pomeranzenkirsche, rothe Oranienkirsche *Sickl.* XX. t. 21.

ϑ. Palembrea: fr. mediocri longe pedunculato laete rubro, carne gratissimâ.
Sauerkirsche de la Palembre, Griottier de Palembre. *Lois.* l. c.

ι. Varennea: fr. magno utrinque depresso laete rubro longe pedunculato.
Sauerkirsche von Varenne *Dierb.*

κ. Magdalenae: fr. magno laete rubro, carne albâ grate acidulâ miti.
Magdalenen-Sauerkirsche *Dierb.*

(Cerasus austera) λ. principalis: fr. magno utrinque subdepresso laete rubro, carne albâ acidulo-dulci gratissimâ.
Saure Herzogskirsche, Cherry Duke.

μ. Adami: fr. rotundo cordiformi mediocri pallide rubro, carne tenerâ.
Adam's Crown Angl.

ν. Arembergiae: fr. subgloboso mediocri obscure rubro, carne tenerâ.
D'Aremberg Angl.

ο. carnea: fr. magno rotundo pallide rubro, carne tenerâ.
Cerise nouvelle d'Angleterre, Griotte de Villennes, Guindoux rouge *Lois.* l. c. 23. n. 14. t. 7. — grosse Cerise rouge pâle *Nois.* l. c. 20. n. 17. t. 5. — Griottier rouge pâle, Cerise à gros fruit pâle *Duh.* l. c. 182. t. 9.

π. anglica: fr. magno rotundo obscure rubro, carne tenerâ.
English Bearer *G.Don.*

ρ. media: fr. mediocri rotundo rubro, carne tenerâ.
English Cherry, Cerise d'Angleterre.

σ. culinaris: fr. mediocri rotundo rubro praecoci, carne tenerâ.
English Preserve Angl.

τ. mellea: fr. parvo subrotundo rubescente, carne dulci.
Large honey Cherry Angl.

υ. gallica: fr. rotundo obscure rubro, carne tenerâ.
De Soissons Angl.

φ. majalis: fr. mediocri cordiformi obtuso dilute rubro, carne tenerâ.
Anglaise, Cerise royale hâtive, de Hollande, de H. à larges feuilles, Courlande, d'Espagne, Griotte d'Espagne, Gr. précoce, May-Duke, early M.D., early Duke, large M.D., Morris's D., Benham's fine early D., Thomson's D., Portugal D., Buchanan's early D.

χ. salicifolia: foliis anguste lanceolatis.
C. caproniana η. persicifolia *G.Don* l. c. 508.
Cerise à feuilles de Pêcher, à feuilles de Saule, Balsamine *Lois.* l. c. 25.; C. de Hollande à feuilles de Saule; Willow-leaved May-Duke Cherry, fern-leaved Cherry.

ψ. pallescens: fr. parvo pallide flavo, carne tenerâ, magis dulci quam acidulâ.
C. caproniana β. pallescens *Ser.* l. c. 536.
Bernsteinkirsche, Villener Sauerkirsche *Dierb.* — Cerise ambre, C. à fruit blanc *Duh.* l. c. 185. n. 18. t. 11.
Ludit fr. succineo v. pallide rubro.

ω. Downtoni: fr. subrotundo cordiformi pallide flavo et rubro, carne tenerâ.
Downton Angl.

αα. flava: fr. cordiformi, pallide flavo et rubro, carne tenerâ.
White heart Angl.

ββ. alba: fr. magno subrotundo ochroleuco v. albido, succosissimo (cum subvar. minore).
Grosse weisse Süssweichsel *Dierb.*

Huc ulterius spectant: „Guindoux de Paris ou G. rouge *Lois.* l. c. 24. n. 15, — grosse Guindolle *Lois.*, — Cerise nain à fruit rond précoce *Duh.* l. c. 168. t. 3, — C. Griot marasquin *Duh.* l. c. 175, — Cer. à noyau tendre *Duh.* l. c. 174, — Cer. d'Italie, C. du Pape, Goix *Lois.* l. c. 27. n. 35, — Cerise à crochet *Duh.* l. c. 75," — atque varietates 50—60 aliae nomine tantum indicatae a cl. *G.Don* l. c. 508. et 509.

d) ovata crenata glabra; rami virgati, penduli, elongati; calycis rubicundi laciniae ovatae concavae; drupae subrotundae depressae atrorubrae, carne acerbâ acidâ, succo tingente.

18. **Cerasus tridentina** *Matth.* — *Dierb.*
C. vulgaris *Bechst.* & *Bluff* & *Fgh.* ll. cc. (p. p.)
C. caproniana *DC.* & *G.Don* l. c.
Prunus austera *Ehrh.* l. c. (p. p.)
Pr. Cerasus *Rchb.* l. c. (p. p.) — η. austera *L.* l. c. — *Wlld.* l. c. — *Kern.* ökon. Pfl. t. 364. — β. austera *Schübl.* & *Mart.* l. c. 312.
Sauerkirschen, Weichseln germ.
In *Germaniâ* et regionibus finitimis praesertim culta et efferata, vix tamen indigena. ♄.
Arbor parva, a praecedentibus trunco minore, ramulis junioribus tenuibus et saepe ad terram usque elongatis pen-

(Cerasus tridentina) dulis, foliisque dimidio minoribus diversa. Petala candida, ovata v. subrotunda.

α. vulgaris.
Gemeine Sauerweichsel *Plenck* 378. f. h. — Pom. Franc. II. t. 26.

β. atra: fr. breve pedunculato parvo toto nigro, carne firmâ obscure rubrâ aromatico-acidâ.
Schwarze Maiweichsel *Dierb.*

γ. dulcis: fr. paulo majore obscure rubro succosissimo dulciusculo praecoci.
Süsse Frühweichsel *Plenck* 379. f. g. — *Sickl.* II. t. 9. f. 1.

δ. praecox: fr. magno longe pedunculato toto nigro, carne molli succulentissimâ valde acidâ.
Spanische Frühweichsel *Sickl.* XXII. t. 20.

ε. autumnalis: fr. magno nigro succulentissimo acido serotino (Oct.).
Spanische Weichsel *Christ.*, schwarze Sauerkirsche, Weinkirsche. — Grosse Herbstweichsel *Sickl.* XXII. t. 12 (?).

ζ. minuta: fr. parvo nigro succulento acido.
Kleine Weichsel, Jul. matura, et var. magis serotina (Aug.): kleine Herbstweichsel. *Sickl.* XVI. t. 16.

η. anglica: fr. breve pedunculato obscure fusco maximo, carne rubrâ deliquescente grate acidâ.
Neue englische Weichsel. Pom. Franc. II. t. 22.

ϑ. pyramidalis: fr. mediocri longe pedunculato oblongo nigro intense obscure rubro, carne rubrâ grate acidâ, nucleo oblongo.
Pyramidenweichsel.

ι. hierosolymitana: fr. longe pedunculato magno oblongo obscure rubro nitido, carne molli succosissimâ dilute rubrâ grate acidâ, nucleo longo.
Jerusalemskirsche.

κ. fusca: fr. maximo obscure fusco, carne deliquescente rubrâ gratissimâ.
Doppelte Natte *Dierb.*

λ. jucunda: fr. mediocri longe pedunculato nigro-fusco, carne molli obscure rubrâ succosâ grate acidâ.
Grosse Nonnenkirsche.

μ. bettenburgensis: fr. breve pedunculato obscure fusco-rubro succoso sulco profundo percurso, carne sapidissimâ.
Bettenburger Weichsel *Lgl.*

ν. grandis: fr. maximo longe pedunculato nigro-fusco, epidermide tenaci, carne dilute rubrâ tenerâ grate acidâ, nucleo oblongo.
Grosse lange Lothkirsche *Sickl.* XIII. t. 10.

Porro: „die französische W., schwarze W. Pom. Franc. II. t. 23, — die deutsche Sauerweichsel Pom. Fr. II. t. 28, *Sickl.* VIII. t. 18. f. B, — ungarische Sauerweichsel *Sickl.* XIV. t. 3., — Sauerweichsel von Chaux *Sickl.* VIII. t. 11. f. A, — deutsche Pelzweichsel *Sickl.* VIII. t. 18. f. B.

b. multiflorae, subcorymbosae, aggregatae, tandem paniculaeformes; pedicellis longis tenuibus; folia membranacea acuminata,

a) ovata v. oblongo-lanceolata tenuiter serrata, serraturis glandulosis, adulta glabra nitida, basi plerumque biglandulosa; drupae parvae, ovoideo-subglobosae.

19. **C. pensylvanica** *Lois.* l. c. 9. — *Hook.* Fl. bor. am. I. 168. — *T. & A.Gr.* l. c. 409.
C. (Padus) pensylvanica *Ser.* l. c. 539. 23. — *G.Don* l. c. 514. 27.
Prunus pensylvanica *L. fil.* Suppl. 252. — *Wlld.* l. c. 992. 21. — *Sprg.* l. c. 477. 20.
Prunus lanceolata *Wlld.* Bz. 240. t. 3. f. 3.
A *Saskatchawan* et *Terrâ Novâ* ad *Virginiam* et in statibus boreali-occidentalibus Unionis usque ad partem septentr. montium scopulosorum *(Rocky Mountains)*. ♄.
Choke Cherries, wild red Cherry, Bird Cherry.
Arbuscula ramis regularibus, cortice rufescente albo-punctato. Folia adulta 2—5″ longa, Cerasi foliis similia, lanceolato-ovata *(W.)*, margine valde glandulosa, glandulis

baseos saepe rubris. Fructus ruber, edulis quidem, sed austerus.

b) ovali-oblonga glabra quasi eroso-denticulata, serraturis glanduloso-mucronulatis inflexis gibbis; drupae subovatae.

20. **Cerasus borealis** *Michx.* l. c. l. 286. Sylv. II. 212. t. 90. — *Ser.* l. c. 538. 13. — *G.Don* l. c. 513. 13.
Prunus borealis *Pursh* l. c. 538. — *Poir.* Enc. méth. V. 674.
In montibus elatis *Novae Angliae.* ♄.
Folia Amygdali communis. Fructus pusilli rubri, carne dulci.
Sprg. atque *Torr. & A.Gr.* hanc cum praecedente conjungunt.

(2) terminales, multiflorae; folia lanceolata subacuminata serrulata glabra basi biglandulosa; calyx pubescens.

21. **C. umbellata** *Torr. & A.Gr.* l. c.
Prunus umbellata *Ell.* Sk. I. 541.
In *Americae borealis* locis siccissimis arenosis. Fl. Mart., fruct. Jul. & Aug. ♄.
Arbuscula ramis expansis, comam compactam rotundam sistentibus. Folia brevia. Flores fasciculati, ramos laterales rigidos terminantes, ante folia expansi et decidui, pedunculi circ. pollicares. Drupa parva, sphaerica, rubra, grate acida.

5) Flores fasciculati; folia obovata acuminata glaberrima setaceo-denticulata, petiolis glandulosis.

22. **C. serrulata** *G.Don* l. c. 514. 25. — *Spach* l. c. 408.
Prunus serrulata *Lindl.* in Hortic. Trs. VII. 338. (238. sec. *G.Don*).
In *Chinâ*, ubi Yung-to incolis audit. ♄.
Double Chinese Cherry Angl.
Frutex 4—6pedalis, floribus albis plenis demum rubescentibus. Petala quamquam numerosa tamen numerum quinarium retinent. Frutex speciosissimus.

6) Pedunculi simplices; folia crenata,

(1) obovata; calycis laciniae serratae; rami patentes; drupae rubrae acidae.

23. **C. intermedia** *Host* Fl. Austr. II. 6. (non *Lois.*).
Prunus intermedia *Rchb.* l. c. 643. 4127.
In *Austriâ* in pomariis, vineis, sepibus, atque in hortis culta. ♄.
Frutex erectus, ramosissimus. Folia repanda, ad venas et costam pilis deciduis conspersa. Stipulae lineares, denticulatae. Pedunculi receptaculo communi inserti (verisimiliter umbellae sessiles), bracteis ad apicem denticulatis cincti. Involucri foliola exteriora membranacea, integra v. trifida, interiorum vices gerunt foliola obovata crenata. Petala colore roseo suffusa. *(Host.)*
Cl. *Dierbach* hanc speciem eandem censet ac C. capronianam (austeram δ.) persicifloram *Ser.*, in hortis propter flores plenos ornamenti causâ cultam, in Austriâ efferatam.

(2) ovata; calycis laciniae integerrimae; rami (declinato-) penduli; drupae atrorubrae, acidae et austerae.

24. **C. Marasca** *Host* l. c.
C. bisflorens *Host* (olim teste *Rchb.*).
Prunus Marasca *Rchb.* l. c. 644. 4131.
In *Dalmatiae* cultis et incultis. ♄.
Arborescens; rami juniores debiles, valde elongati itaque penduli, ut apicibus terram v. saxa tangant. Folia nitida, crenis geminatis satis profundis. Stipulae lineares, denticulatae. Foliola involucri interiora obovata, exteriora membranacea, denticulata, integra trifidave. Pedunculis adstant bracteae denticulatae. Calyx rubore suffusus, laciniis concavis obtusis. Petala ex orbiculato ovata.

2. Flores serotini, i. e. post foliorum evolutionem prorumpentes, solitarii, axillares et terminales subracemosi: pedunculi elongati; rami nutantes; folia ovata acuminata duplicato-serrata basi biglandulosa, petiolo eglanduloso; drupae globosae rubrae.

25. **C. semperflorens** *DC.* Fl. Fr. IV. 481. — *Lois.* in *Duh.* l. c. 30. n. 18. t. 5. f. A. — *Ser.* l. c. 537. 6. — *G.Don* l. c. 513. 6. — *Sp.* l. c. 407. — *Jaume St. Hil.* l. c. t. 265.
Prunus semperflorens *Ehrh.* Beitr. VII. 132. — *Wlld.* l. c. 992. 20. — *Sprg.* l. c. 28. — *Rchb.* l. c. 643. 4126.
Prunus serotina *Roth* Catal. I. 58.
Cerasus racemosa *Bauh.* hist. I. 223.

(Cerasus semperflorens) In regno *Neapolitano* boreali, praesertim in *Abrutiis*, ad sepes pr. *Rio freddo* et circa *Villam Paolinam* agri Romani. (Tenore.) In hortis culta. ♄.

Arbor mediocris, e radice frutescens, ramis longis numerosis pendulis, radice repente soboliferâ. Folia (ovalia, ovato-lanceolata) glabra. Umbellae subracemoso-elongatae, quasi solutae, distractae, pendulae. Flores albi, a mense Majo in Oct. usque ex alabastris eodem vere evolutis orti. Calycis laciniae denticulatae. Fructus parvi, subglobosi, rubri, carne albâ acidulâ, a Jul. in Nov. usque maturescentes, edules.

β. sativa.

Allerheiligenkirsche *Sickl.* XIV. t. 6. — Pom. Fr. II. t. 21. — Cerise de la Toussaint, C. de St. Martin, C. tardive, Guignier à rameaux pendans Gall., All-saints or weeping Cherry Angl.

Variat fr. majore et minore. — Huc spectare videntur: Büttner's September- und Octoberweichsel *Lgl.*

γ. sessiliflora *Ser.* l. c.: floribus sessilibus subpraecocioribus, stylis foliaceis. (Monstrositas.)

Obs. Hic esset inserenda: C. polygama *Ht. bot. Wirceb.* „umbellis sessilibus pauci-(2—3-)floris solitariis, pedunculis glabris; foliis oblongo-ellipticis utrinque attenuatis apice acuminatis duplicato-serrato-crenatis utrinque glabris, petiolis apice 1—2glandulosis" *(m. in MS.)*. Arbuscula circ. 15pedalis, ramis laxis virgatis subpendulis. Drupae magnitudine pisi, dilute rubrae. — Species adhuc indescripta quidem, sed ex unico specimine vix constituenda ideoque dubia.

Sect. II. Mahaleb *m.*

Cerasus sect. II. *Spach* l. c. 409. (p. p.)

1. Flores racemosi; folia acuminata serrata glabra,

1) obovata plana; ramuli pedunculique pubescentes.

26. **C. Pseudocerasus** *G.Don* in *Loud.* Ht. brit. 200. et l. c. 514. 29. — *Sp.* l. c. 411.
Prunus Pseudocerasus *Lindl.* in Hortic. Soc. Trs. VI. 91.
Prunus paniculata *Ker* in Bot. Rg. t. 800. (non *Thb.*).
In *Chinâ*, Yung-to incolis. ♄.
Flores albi. Drupae parvae, pallide rubrae, suave acidulae, nucleo parvo laevi. *Spach* folia ovalia, flores laxissime corymbosos dicit.

2) oblonga elliptica basi cordata reticulato-venosa, petiolis saepe glandulosis; racemi elongati foliosi multiflori, folia aequantes v. superantes; drupae ovato-subrotundae.

27. **C. cornuta** *Wall.* L. 716. — *Royle* Ill. of Himal. pl. 207. t. 38. f. 2.
In *Choor* regionis *Himalayanae*. ♄.
Anne potius cum Pado conjungenda?

2. Flores corymbosi; corymbi

1) subracemosi 5—6flori tomentosi; folia oblonga v. obovato-oblonga, plerumque obtusa, subtus tomentoso-pubescentia, serrulata; calycis laciniae obtusissimae reflexae tubo pubescente breviores; drupae ovoideae.

28. **C. mollis** *Dougl.* in *Hook.* Fl. bor. Am. I. 169. — *Torr.* & *A.Gr.* l. c. 410.
C. (Padus) mollis *G.Don* l. c. 515. 35.
In *Oregon* ad ostium et in collibus subalpinis ad fontes flum. *Columbiae* vulgaris. ♄.
Arbor 12—15pedalis, ramis fuscescentibus v. purpurascentibus, junioribus tomentosis.

2) pauciflori glabri; folia ovalia v. obovata serrulata obtusa sae-

29. **C. emarginata** *Dougl.* l. c. — *Torr.* & *A.Gr.* l. c.

pius emarginata subglabra basi biglandulosa; calycis laciniae ovatae obtusae reflexae; drupae globosae.

C. (Padus) emarginata *G.Don* l. c. 36.
In *Oregon* regionibus superioris flum. *Columbiae*, praecipue circa „Kettle Falls." ♄.

Frutex 4—10pedalis. Folia denticulato-serrulata, basi acuta, bipollicaria. Pedicelli elongati calycesque glabri. Drupae Ceraso similes, sed amarae et adstringentes. Lignum rubrum, albo-maculatum.

3) pedunculati basi foliati,

(1) convexi laxi erecti; folia ovali-orbiculata v. ovali-elliptica breviter acuminata basi subcordata crenulata glabra, adulta coriacea; drupae globosae, nucleo ovali laevi; stylus longitudine staminum.

30. **Cerasus Mahaleb** *Mill.* Dict. 4. — *DC.* Fl. Fr. IV. 480. — *Lois.* l. c. V. 6. t. 2. — *Sp.* l. c. 409.
C. (Padus) Mahaleb *Ser.* l. c. 539. 25. — *G.Don* l. c. 514. 30. — *Kern* l. c. t. 646.
Prunus Mahaleb *L.* Sp. pl. 678. — *Jacq.* Austr. t. 227. — *Wlld.* l. c. 988. 12. — *Sprg.* l. c. 477. 29. — *Guimp.* t. 60. — *Rchb.* l. c. 643. 4124.
C. sylvestris amara, Mahaleb putata. *Duh.* arb. I. t. 55.
Mahaleb *Camer.* Epit. 91.
In *Europae* australioris, *Germaniae*, *Helvetiae* ruderatis, in *Rossiâ australi* et *Tauriâ*. ♄.
Felsenkirsche, Steinweichsel, Dintenbeere, St. Lucienholz, St. Georgenholz germ., Bois de St. Lucie, Guénot, Malagué gall.

Frutex 3—10pedalis v. arbor 20—40pedalis cortice cinereo-fusco, ligno rubello-fusco duro fragrante. Folia obscure viridia, utrinque nitida, subcoriacea, curvata, 1—2" longa, pollicem lata, denticulis glandulosis, petiolo laminâ 2—3plo breviore utplurimum eglanduloso. Lobi calycini ovato-oblongi obtusi reflexi integerrimi. Petala elliptica, obtusa, alba, calyce duplo longiora. Flores suaveolentes, Majo evoluti. Drupa nigra, magnitudine pisi, subglobosa, amara, nucleo hinc carinato, illinc sulco excavato. — E ligno varia supellectilia, e ramulis tubi tabacini (Weichselröhre) conficiuntur.

β. pubescens *Alph. DC.*
γ. xanthocarpa: drupis flavis. Var. hortensis. *Spach.*
δ. caucasica: floribus elongato-racemosis (nec corymbosis), petiolis plerumque eglandulosis, subinde biglandulosis.
Ad Caucasum *Ledeb.* Fl. Ross. II. 8.

(2) breviter pedunc., pedicellis filiformibus longitudine calycis; bracteae ciliatae; folia lanceolata acuminata argute serrulata; calyx tubulosus limbo reflexo.

31. **C. Puddum** *Wall.* pl. Asiat. rar. II. 37. t. 143. — *Ser.* l. c. 537. 9. — *G.Don* l. c. 513. 9. — *Sp.* l. c. 536.
Prunus silvatica *Roxb.* Ht. Beng. (?)
In montibus *Nepaliae* inter *Hurdwar* et *Sirinaghur*, et in *Indiâ* boreali: *Kamaon*, *Sirmore*, *Deyra* etc. frequens. ♄.

Arbor magna, diametro trunci 1—2pedalis, comâ rotundatâ, cortice ramorum cinereo v. fuscescente nitido. Folia oblongo-lanceolata, glaberrima, supra nitida, basi rotundata, 3-pollicaria, serraturis subaequalibus tenuibus cuspidatis; petiolo circ. pollicari, apice uno v. altero glandularum pari instructo. Flores rosei, odori, glabri, copiosissimi, pedunculo communi pollicari. Tubus calycinus cylindrico-claviformis, coloratus, laciniis ovalibus acutis patentibus v. reflexis. Petala ovato-subrotunda, apice bidentata. Drupa magnitudine Cerasi avium, ovali-subrotunda pendula, hinc flava, illinc rubra, acida, edulis, nucleo ovoideo rugoso duro. — Arbor tempore florescentiae (Oct., Nov.) speciosissima, ligno valde usitato optimo, incolis Puddum.

4) sessiles v. subsessiles, aphylli; folia membranacea, acuminata,

(1) glabra ovato-lanceolata v. elliptico-oblonga inaequaliter serrulata: serraturis inclinatis mucronulatis, petiolo 1—2- v. eglanduloso; petala orbiculata, staminibus paulo breviora; stylus post anthesin exsertus; drupa subglobosa.

32. **C. persicifolia** *Lois.* l. c. V. 9. — *Ser.* l. c. 8. — *G.Don* l. c. 8. — *Sp.* l. c. 411.
Prunus persicifolia *Desf.* Cat. ht. Par. et arb. II. 205.
In *Americâ boreali* (?). ♄.
Arbor pyramidalis, elegantissima, cortice rufescenti-fusco, ligno durissimo. Folia cum floribus coaetanea, magnitudine et formâ foliorum Persicae, petiolis brevibus; stipulae setaceae, fimbriatae. Corymbi numerosissimi, pedicelli filiformes subcapillares; flores albi, magnitudine florum Pruni spinosae. Drupa rubra, volumine illius Cerasi avium edulis.
Obs. Cl. *Spach* cum hac C. borealem *Mchx.* conjungit, quam *Ser.* & *G.Don* separant; *Torrey* & *A.Gray*, borealem cum pensylvanicâ conjungentes, hujus mentionem non faciunt; species igitur adhucdum dubia.

(2) elliptica v. elliptico-obovata basi subcordata duplicato-serrata subrugosa, subtus in axillis venarum pilosa; petioli apice biglandulosi ramulique juniores pubescentes; stylus staminibus brevior; drupa globosa nigricans.

33. **C. Fontanesiana** *Sp.* l. c. 410.
Prunus graeca *Desf.* in Ht. Par.
In *Graeciâ* (?). ♄.
Arbor habitu C. avium, ramis adscendentibus griseo-fuscescentibus. Folia laete viridia, 2—3'' longa, 1—2'' lata: serraturis obtusis glandulâ mucronulatis, petiolo tenui 6—12''' longo. Flores odoratissimi, albi, illis C. Mahaleb 2—3plo majores. Corymbi 6—10flori, laterales et terminales, copiosissimi. Gemmarum squamae interiores velutinae. Lobi calycini elliptici obtusi integerrimi, tubo dimidio breviores. Petala calyce duplo majora, staminibus paulo longiora. Drupa magnitudine fructus minoris C. avium. In horto Parisiensi culta, mense Majo corymbis florum innumeris pulcherrima, fructus paucos tantum proferens.

3. Flores paniculati, paniculâ amplâ patentissimâ; folia ovata acute serrata glabra basi attenuata.

34. **C. paniculata** *Lois.* l. c. 9.
C. (Padus) paniculata *Ser.* l. c. 539. 24. — *G.Don* l. c. 514. 28.
Prunus paniculata *Thb.* Jap. 200. — *Wlld.* l. c. 988. 11. — *Sprg.* l. c. 477. 30.
In *Japoniâ.* ♄.
Arbor, tota glabra, ramis et ramulis erectis. Folia sparsa, petiolata, venosa, inaequalia, bipollicaria et ultra, petiolis erectis lineam longis. Flores albi. Differt a C. Mahaleb paniculâ longe majore et patentissimâ, floribus minoribus, foliis magis oblongis inferne attenuatis acuteque serratis.
Obs. Si *Sprg.* l. c. folia ovato-oblonga ciliata, racemos pilosiusculos subcompositos, lacinias calycinas petalaque dentata dicit, longe aliam prae se habuisse speciem credas; *Thunb.* tales notas minime indicat.

In *Steud.* Ncl. ed. 2. 402. sub Pruno adhuc sequentes species ex *Indiâ orientali* nomine tantum notae indicantur:

Cerasus adenophylla. C. capricida *Wall.* L. (?)
— glaucifolia *Wall.* L.
— integerrima *Wall.* L.
— martabanica *Wall.* L.
— rufa *Wall.* L. C. ferruginea *Wall.* Hb.
— triflora *Wall.* L. Prunus triflora *Roxb.*
— Wallichii. C. acuminata *Wall.* L. Prunus acuminata *Wall.* Hb.

Species e genere exclusae:

Cerasus acuminata *G.Don* = Laurocerasus acuminata.
— americana *H. A.* = Prunus hyemalis.
— aspera *Lois.* = Microcerasus aspera.
— brasiliensis *G.Don* = Laurocerasus brasiliensis

Cerasus	canadensis *Lois.*	=	Padus canadensis.
—	Capollin *DC.*	=	— Capollin.
—	capricida *G.Don*	=	Laurocerasus undulata.
—	Capuli *Ser.*	=	Padus Capollin.
—	caroliniana *Mx.*	=	Laurocerasus caroliniana.
—	Chicasa *Ser.*	=	Prunus Chicasa.
—	chinensis *G.Don*	=	Microcerasus sinensis.
—	demissa *Nutt.*	=	Padus demissa.
—	densiflora *Sp.*	=	— densiflora.
—	Duerinckii *Mart.*	=	— Duerinckii.
—	elliptica *Lois.*	=	— elliptica.
—	ferruginea *Ser.*	=	Laurocerasus ferruginea.
—	fimbriata *Sp.*	=	Padus fimbriata.
—	glandulosa *Lois.*	=	Microcerasus glandulosa.
—	glaucifolia *Wall.*	=	Padus glaucifolia.
—	Hixa *Sp.*	=	Laurocerasus Hixa.
—	humilis *G.Don*	=	Microcerasus humilis.
—	hyemalis *Ser.*	=	Prunus hyemalis.
—	japonica *Lois.*	=	Microcerasus japonica.
—	ilicifolia *Nutt.*	=	Laurocerasus ilicifolia.
—	incana *Sp.*	=	Microcerasus incana.
—	incisa *Lois.*	=	— incisa.
—	Laurocerasus *Lois.*	=	Laurocerasus officinalis.
—	longifolia *Nutt.*	=	Padus Capollin.
—	lusitanica *Mill.*	=	Laurocerasus lusitanica.
—	— β. Hixa *Ser.*	=	— Hixa.
—	micrantha *Sp.*	=	Padus micrantha.
—	napaulensis *Ser.*	=	— glaucifolia.
—	nigra *Lois.*	=	Prunus nigra.
—	occidentalis *Lois.*	=	Laurocerasus occidentalis.
—	orientalis *Sp.*	=	Microcerasus orientalis.
—	oxypyrena *Sp.*	=	Padus oxypyrena.
—	Padus *Ser.*	=	— vulgaris.
—	— γ. rubra *Ser.*	=	— rubra.
—	pectinata *Sp.*	=	Microcerasus pectinata.
—	Phoshia *Ham.*	=	— Phoshia.
—	prostrata *Lois.*	=	— prostrata.
—	— *Ser.*	=	— — et incana.
—	pubescens *Ser.*	=	Prunus pubescens.
—	pygmaea *Lois.*	=	— pygmaea.
—	racemosa *Gilib.*	=	Padus vulgaris.
—	salicifolia *Ser.*	=	Laurocerasus salicifolia.
—	salicina *G.Don*	=	Prunus salicina.
—	serotina *Hook.*	=	Padus virginiana.
—	— *Lois.*	=	— serotina.
—	— β. retusa *Ser.*	=	— retusa.
—	sinensis *Sp.*	=	Microcerasus sinensis.
—	sphaerocarpa *Lois.*	=	Laurocerasus sphaerocarpa.
—	undulata *Ser.*	=	— undulata.
—	virginiana *Mx.*	=	Padus serotina.
—	— *Ser.*	=	— virginiana.

9. **Padus** *Mill.*

Mch. Meth. 671. — *Host* Fl. Austr. II. 4.

Cerasus sect. II. §. 1. Padi veri *Ser.* in *DC.* l. c. 539. — Cerasus sect. II. Laurocerasus §. 1. Padus *G.Don* l. c. 514. — Cerasus sect. III. a. foliis non persistentibus *Spach* l. c. 412. — Cerasus §. 2. Flores in racemis ramorum foliosorum terminalibus, post evolutionem foliorum ortis; foliis deciduis. Padus *Torr.* & *A.Gr.* l. c. 410.

Prunus c. Cerasus β. Padus a. Padi veri. *Endl.* l. c.

1. Racemi solitarii (sparsi)
   1) simplices v. subcompositi,
      (1) penduli vel
         a. inclinati laxi; petala elliptica unguiculata
            a) fimbriolata v. denticulata, staminibus semel longiora; folia elliptico-oblonga v. elliptico-obovata acuminata tenuia inaequaliter (patentim) serrata subrugosa, petiolis biglandulosis; nucleus ovali-globulosus reticulatim exsculptus. Racemi

(a) laxi nutantes; petala integra; drupae nigrae.

1. **P. vulgaris** *Host* l. c. — *Borkh.* II. 1426.
P. avium *Mch.* l. c. & *Wett. Fl.* — *Mill.* Dict. 1.
P. racemosa *Gilib.* Fl. Lith. V. 231.
P. Theophrasti *Erndt.* Virid. Varsov. 87.
Cerasus Padus *DC.* Fl. Fr. IV. 580. — *Lois.* in *Duh.* ed. nov. V. 2. t. 1. — *Ser.* in *DC.* l. c. 539. 26. (excl. var. γ.). — *G.Don* l. c. 515. 31. (excl. γ.). — *Spach* l. c. 412. — *Bechst.* Forstb. 161 et 424. — *Bluff & Fgh.* l. c. 595. 1258.
Cerasus racemosa *Gilib.* Exerc. phytol. I. 349.
Prunus Padus *L.* Sp. pl. 677. — *Wlld.* l. c. 984. 1. — *Sprg.* l. c. 478. 42. — *E. B.* t. 383. — *Fl. Dan.* t. 205. — *Hayne* Arzn. Gw. IV. 40. — *Sv. Bot.* t. 121. — *Rchb.* l. c. 642. 4119. — *Ledeb.* Fl. ross. II. 8. Fl. Alt. II. 212.
In collibus et sepibus *Europae* et *Asiae* mediae et borealis usque ad littora maris glacialis. 5 5.
Traubenkirsche, Ahlkirsche, Elsenbeere etc. germ. — Merisier à grappes, Putiet, Laurier Putiet, Faux bois de Ste. Lucie gall. — Bird-, Fowl-, Cluster-Cherry Angl.

Frutex v. arbor 20pedalis et ultra, cortice laevi rufo-fusco, ramis patentibus punctatis subverticillatis, junioribus pubescentibus. Folia adulta exceptis venarum axillis paginae inferioris glabra, saturate viridia, duplicato-serrata, serraturis acutis, 3pollicaria, pollicem lata, petiolis longis. Stipulae lineares, dentatae. Racemi multiflori, fere semipedales. Calycis laciniae reflexae, glanduloso-serrulatae. Petala alba. Drupae magnitudine pisi, globosae, succosae, nigrae, acerbae, amarulae, nucleo subrotundo poroso; in Sueciâ, Lapponiâ et Camtschatcâ cum spiritu v. sale comeduntur. Cortice viridi tingitur. Lignum rubicundo-luteum, tenax, recens male olens.

α. vulgaris: floribus magnis laxis longe pedunculatis.
C. Padus *α. Ser & G.Don* l. c. et plurim. auct.

β. parviflora *Ser.* l. c. floribus minoribus, pedunculis brevioribus densioribusque. *Oed.* Fl. Dan. l. c.

γ. bracteosa *Ser.* floribus numerosissimis, pedicellis longe bracteosis.

δ. rubra: racemis erectis, foliis tenuissime duplicato-serratis, drupis rubris.
Prunus rubra *Wlld.* Bmz. 237. t. 4. f. 2. (non *Ait.*).
Pr. Padus *β.* rubra *Wlld.* Sp. pl. l. c. 985. (non *Ser.*).

ε. leucocarpa: ramis pendulis, drupis albidis.
In alpibus *Salisburgensibus* (v. *Braune*) et *Hungariâ. (Host.)*

ζ. chlorocarpa: ramis pendulis, drupis (maturis) viridibus.
In alpibus *Salisburgensibus.*

Obs. Var. ε. et ζ. fructibus quoque dulcibus insignes forsan propriam sistunt speciem.

η. nana *Wdr.* caule pumilo.

ϑ. arctica: fruticosa, racemis erectis, floribus inodoris foliisque minoribus.
Ad flumen *Tana Finnmarchiae (Whlb.* Fl. Lapp. 139.) et *Sibiriâ altaicâ (Ledeb.* l. c.).

ι. macrocarpa: drupis maximis (immaturis adhuc volumine pruni vulgaris).
Prunus caucasica *Pall.* Fl. Ross. I. 17. ?
In *Imeretiâ* inter fluvium *Rion* et rivulum *Kwirila.* — Ulterius inquirenda et verisimiliter specie distincta.

x. edenticulata *Peterm.* (Fl. Lips. exc. 343.) petalis integerrimis.

(b) conferti abbreviati erecti; petala exciso-obcordata; drupae atrorubentes.

2. Padus rubra.

Prunus rubra *Ait.* Ht. Kew. II. 162. — *Guimp.* fremd. Holz. t. 78. (non *Wlld.*).
C. Padus γ. rubra *Ser.* l. c. — *G.Don* l. c.
C. Padus fructu rubro *DC.* l. c. — *Lois.* l. c.
In *Americâ boreali.* ♄.

Arbor quam P. vulgaris minor, foliis latioribus, fructibus paulo majoribus, calycis laciniis integerrimis, culturâ perstans. A P. virginianâ differt foliis firmioribus brevioribus, racemis densifloris subcylindricis rigide erectis, fructu duplo majore, ramulis crassioribus, minus nitidis haud coloratis.

b) apice truncata et denticulata, staminibus dimidio longiora; folia obovata v. elliptico-v. lanceolato-obovata cuspidata supra glabra, subtus in axillis venarum plus minus barbata, serraturis cuspidatis valde inaequalibus; petioli apice 2—4glandulosi; pedicelli calycibus 3—4plo longiores; drupa (atropurpurea) ovoidea acuta: nucleo conformi, fortiter reticulatim exsculpto.

3. P. oxypyrena.

Cerasus oxypyrena *Spach* l. c. 413.
Hab. . . . . . ♄.

Arbor parva, ramulis gracilibus punctatis griseo- v. rufescenti-fuscis. Folia opaca, parum rugosa, 3—5″ longa, 1—2″ lata, subtus glauca v. pallida, petiolo 6—8‴ longo, stipulis membranaceis caducis linearibus petiolo longioribus. Racemi 4—7pollicares: pedicellis tenuibus adscendentibus, inferioribus 2—3 ex axillâ folioli ortis. Calycis laciniae ovato-lanceolatae, acuminatae, fimbriolatae. Stylus post anthesin staminibus longior. Drupa circiter 5‴ longa, diam. 3‴. *(Spach.)*

b. horizontales, floribus confertis; petala orbiculata; folia subcordato-ovalia acuta serrulata.

4. P. Duerinckii.

Cerasus (Padus) Duerinckii *Martens* Not. sur quelq. nouv. esp. d. pl. 4. ex *Wlp.* Rep. II. 10.
In *St. Louis.* ħ.
C. virginianae affinis.

(2) patentes v. adscendentes.
Folia elliptica v. elliptico-obovata breve acuminata, tenue serrulata, supra glabra, subtus
a. equidem glabra, basi subcordata, petiolo bi— v. eglanduloso; petala cuneiformi-orbiculata fimbriolata staminibus dimidio longiora; drupa subglobosa (nigra): nucleo ovali obtuso reticulatim exsculpto.
Racemi (ut in sequente) densi, subinde inclinati: pedicellis calyce semel v. triplo longioribus.

5. P. fimbriata.

Cerasus (Padus) fimbriata *Spach* l. c. 416.
In *Americâ boreali.*

Arbor parva, ramorum cortice griseo v. rufescente. Folia illis P. micranthae et densiflorae similia, glandulis petioli minimis, serraturis cuspidatis subaequalibus. Racemi 2—4pollicares: pedicellis patulis, adscendentibus v. reflexis filiformibus. Flores minuti; calycis laciniae ovali-subrotundae, fimbriatae. Petala tubo longiora. Stylus et stamina subisometra. Drupae magnitudine illarum P. vulgaris, edules, leviter adstringentes.

b. in axillis nervorum pubescentia, petiolo 2—4glanduloso; petala subsessilia (in 7 sessilia) orbiculata integerrima
a) vel apice denticulata, staminibus paulo longiora; drupa globosa (atropurpurea): nucleo ovali obtuso rugis basilaribus et lateralibus non anastomosantibus exsculpto.

6. P. densiflora.

Cerasus (Padus) densiflora *Spach* l. c. 415.
In *Americâ boreali.* ♄.

Arbor parva, sequenti habitu, foliatione et florum minutie similis. Racemi densissimi, 3—5pollicares. Calyx cyathiformis, laciniis brevissimis ovali-triangularibus obtusis fimbriatis. Drupa magnitudine pisi, primum rubella, carne succulentâ dulci. Nucleus circ. 3‴ longus et 2‴ latus, utrinque rugis 5—6 nerviformibus instructus: 2 — 3 lateralibus transversis, reliquis basilaribus, omnibus versus medium nuclei obliteratis. Folia interdum elliptico-oblonga.

b) tubum calycinum aequantia, stamina paulo superantia; drupa ovalis obtusa (atropurpurea): nucleo ovali-oblongo obtuso reticulatim exsculpto.

7. P. micrantha.

Cerasus (Padus) micrantha *Spach* l. c. 414.
C. virginiana β. humilis, floribus minoribus *Torr. & A.Gr.* l. c. 410. (iisque testibus).
P. nana Du Roi.

Racemi laxi: pedicelli calycibus 2—4plo longiores.

In *Americâ septentrionali.* ♄.

Arbor parva, ramorum cortice nigricanti-fusco. Folia tenuia, supra nitida, subtus pallida v. glaucescentia, basi utplurimum cordata, fasciculorum paginae inferioris pilis flavis decumbentibus, serraturis subaequalibus cuspidatis valde approximatis, saepius recurvatis. Calyx cyathiformis, lobis brevissimis ovali-subrotundis denticulatis. Corolla quam illa P. vulgaris 3—4plo minor, magnitudine ejus P. serotinae. Racemi graciles, 3—5-pollicares. Drupa magnitudine pisi, primum rubella: nucleo compresso 3''' longo, 2''' lato, rugis anastomosantibus quam in P. vulgari obsoletioribus.

P. serotina tribus praecedentibus parvitate florum accedens facile ab illis distinguitur foliis subcoriaceis, serraturis basilaribus glandulosis. *(Spach.)*

(3) adscendentes v. erecti: pedicelli longitudine calycum; petala cuneiformi-obovata integerrima longitudine staminum; stylus e calyce parum exsertus; drupa obovato-sphaerica: nucleo laeviusculo. Folia nitida subcoriacea,

a. elliptica v. elliptico-oblonga v. ovato-elliptica, acuminata v. cuspidata, in petiolum decurrentia, subtus secus costam glabra v. velutina: serraturis aequalibus obtusis, inferioribus glanduliferis.

8. **P. serotina** *Wett. Fl.*

Cerasus serotina *Lois.* l. c. 3. — *Ser.* l. c. 540. 33. — *G.Don* l. c. 515. 41. — *Sp.* l. c. 416. — *Torr.* & *A.Gr.* l. c. 410. (p. p.)

Prunus serotina *Ehrh.* Beitr. III. 20. — *Wlld.* Bmz. 239. t. 5. f. 2. Sp. pl. 986. 3. — *Sprg.* l. c. 478. 40. — *Rchb.* l. c. 4122. — *Guimp.*, *Otto* & *Hayne* Holz. t. 37. (non *Pursh* & *Torr.*).

Prunus virginiana *Mill.* Dict. — *Du Roi* Harbk. II. 191. — *Wgh.* Amer. t. 14. f. 3. — *Ell.* Sk. — *Torr.* Fl. of unit. stat. I. 467. (non *L.* et alior.)

C. virginiana *Michx.* Fl. I. 283. — *Michx. fil.* Sylv. II. 204. t. 88. — *Hook.* Fl. bor. Am. I. 169. (non *Ser.*).

Cerasus silvestris, fructu nigricante in racemis longis pendulis Phytolaccae instar congestis. *Gron.* Virg. 75.

In silvis a *Canadâ* ad *Floridam* et respublicas occidentales usque. ♄.

Arbor 30—80pedalis, ramis patentibus, cortice ramorum griseo v. rufofusco punctato, ligno duro compacto. Folia subcoriacea, 2—4'' longa, 15—20''' lata, ovalia, oblonga v. lanceolato-oblonga (ovato-lanceolata *DC.*, lato-lanceolata *Ehrh.)*, acuminata, glabra, vel subtus secus nervum medium barbata (bifariam pubescentia *Ehrh.)*, supra laevia nitida, simpliciter serrata, serraturis tenuibus adpressis v. incurvis callosis (imbricatis numerosissimis, infimis subglandulosis); petioli v. foliorum basis plerumque glandulis 2 v. pluribus; (serraturae inferiores 2—4 glandulâ majusculâ depressâ instructae, reliquae glandulâ punctiformi mucronulatae; petiolo utplurimum eglanduloso. Stipulae membranaceae, rubescentes, petiolo longiores, caducae *Spach)*. Racemi elongati, patentes, laxi, multiflori, demum nutantes, 2—5pollicares: pedicellis horizontalibus, interdum pubescentibus. Flores minuti. Calyx cyathiformis, laciniis ovato-oblongis obtusis denticulatis. Petala exciso-obcordata. Drupae magnitudine pisi, diam. 2—3''', obscure purpureae, edules, amarulae. — Incolis wild black v. Choke Cherrys, Indis „Creeks" Tawquoy-meen-ahtik et Tawqawy-mena vocatur.

b. ovato-subrotunda obtusissima subretusa subtus villosula, nervo medio subtus supraque pilosa.

9. **P. retusa.**

Cerasus serotina β. retusa *Ser.* l. c. — *G. Don* l. c.

In *Americâ meridionali (?)*. ♄.
Species valde dubia, vix autem varietas praecedentis.

(4) erecti,

a. densi; petala orbiculata; drupae subglobosae obscure rubrae: nucleo sublaevi ovali; folia acuminata, duplicato-serrata: serraturis subulatis, in axillis venarum subtus plerumque pilosa, discoloria opaca, petiolo 2—4glanduloso,

a) ovali-oblonga v. elliptica; pedicelli dissiti, petala ciliata.

10. Padus virginiana.

Cerasus virginiana *Ser.* l. c. 539. 27. — *G. Don* l. c. 33. — *Sp.* l. c. 414. — *Torr. & A.Gr.* l. c.
Prunus virginiana *L.* Sp. pl. I. 473. — *Wlld.* l. c. 985. 2. Bmz. 238. t. 5. f. 1. — *Sprg.* l. c. 41. — *Guimp.*, *Otto & Hayne* l. c. t. 36.
Prunus serotina *Pursh* l. c. (non *Ehrh.*). — *Torr.* l. c. 468.
Cerasus serotina *Hook.* l. c. — *Lois.* l. c. (?).
Prunus arguta *Bigel.* in lt.
(*Catesb.* Car. II. t. 19. & *Park.* Par. 599. t. 597. f. 6. a *G.Don* huc ductae a cl. *Torr.* & *A.Gr.* non citantur.)
In *Canadâ*, *Terrâ novâ*, ad sinum *Hudsonium* et magnum *lacum servorum* (great Slave Lake) atque statibus septentrionalibus ad *Louisianam* usque. ♄.

Arbor (50—60pedalis) v. frutex humilis, ramis tenuibus laevibus, cortice cinerascente, ligno albo et nigro-venoso valde aestimato. Folia membranacea, 2—3pollicaria, brevi acuminata, basi interdum subcordata, argutissime et saepius duplicato-serrata, opaca, subtus pallidiora, reticulato-venosa, in axillis venarum subtus barbata, glauca. Petioli glandulis 2 v. pluribus. Racemi in ramulis annotinis foliosis terminales, nec rigidi, nec laxi, subnutantes, 2—3poll.: pedicellis horizontalibus germinibusque glabris. Stigma latum, peltatum. Fructus magnitudine illius P. serotinae, edulis, adstringens tamen, incolis Choke-Cherry appellatus, quam in P. vulgari 3—4plo major, primum viridis, tunc ruber, denique nitide ater.

b) ovata glabra subnitida, subtus flavescenti-viridia; pedicelli conferti; petala regulariter crenata.

11. P. virginalis.

Prunus virginalis *Wdroth.* in Vhdl. der Marb. naturf. Ges. II. 253.
In *Americâ boreali.* ♄.

Arbuscula praecedente multo minor, 5—6pedalis; folia reticulato-venosa, duplo minora; racemi plerumque subnutantes, minores, multiflori, pedicellis confertioribus dimidio brevioribus horizontalibus germinibusque glabris; petala et stamina candidiora, illa paulo majora, concava.

c) late ovalia v. obovata acumine brevi subito, basi saepius subcordata, argutissime serrulata.

12. P. obovata.

Prunus obovata *Beck* Bot. 37. — *Bigel.* Fl. Bost. ed. 2. 192.
In *Americâ boreali.* ♄.

Haec atque P. densiflora et fimbriata *Spach* a cl. *Torr. & A.Gr.* cum P. virginianâ conjunguntur et ne varietate quidem distinguuntur.

b. multiflori; folia lanceolata acutata utrinque glabra, basi subbiglandulosa, cartilagineo-serrata; drupae globosae nigrae.

13. P. cartilaginea.

Prunus cartilaginea *Lehm.* Del. sem. ht. Hamb. 1833. (Linnaea X. Litt. Ber. 76.)
In *Americâ septentrionali.* ♄.

Proxima P. serotinae et virginianae, diversa foliis lanceolatis multo angustioribus et longioribus acutatis glaberrimis simpliciter cartilagineo-serratis basi subbiglandulosis.

c. vel nutantes, foliis longiores, haec ovata v. ovalia, acuta, argute serrulata denticulis rectis, basi saepius emarginata, subtus plus minus pubescentia; calyx hemisphaericus: laciniis brevibus obtusis glanduloso-ciliatis; petala subrotunda; drupae rubrae.

d. floriferi fructiferique erecti; petala fimbriata; folia ovata obtuse serrata glabra, petiolo glanduloso; drupae ex rubro nigrae: nucleo rugosissimo obtuso; caulis fruticosus.

e. folia elliptica acuminata denticulata supra glabra subtus hirsuta; turiones, petioli, pedunculi calycesque hirsuti.

2) simplicissimi terminales elongati; folia lanceolata acuminata argute serrulata utrinque glabra basi biglandulosa; calyces glabri glanduloso-serrati filamentaque sub fructu globoso styli basi mucronato persistentia. (*Zucc.*)

14. **P. demissa.**

Cerasus demissa *Nutt.* MS. — *Torr. & A.Gr.* l. c. 411.

In planitiebus *Oregonensibus* Oceanum versus et ad ostium flum. *Wahlamet.* ♄.

Frutex 5—6pedalis, fructu adstringente. Petioli plerumque biglandulosi, pedicelli longitudine florum circiter.

15. **P. petraea.**

Prunus petraea *Tausch* Dendroth. boh. exs. et in Flora 1838. II. 719.

In locis praeruptis petrosis montium *Sudetorum.* ♄.

Proxime affinis P. vulgari. Forsan eadem ac P. vulgaris var. rubra *W.*

16. **P. hirsuta.**

Prunus (Cerasus) hirsuta *Ell.* Sk. I. 341. — *Spach* l. c. 417.

In *Georgiâ* Americae. ♄.

Frutex stolonifer, 3—4pedalis. Flores parvi. Drupae obscure purpureae.

17. **P. Capollin.**

Cerasus Capollin *DC.* MS. — *Ser.* l. c. 539. 29. — *G.Don* l. c. 515. 37.

Cerasus Capuli *Ser.* l. c. 541. 41. — *G.Don* l. c. 516. 50. — *Spach* l. c. 422.

Cerasus longifolia *Nutt.* MS.

Prunus Capuli *Cav.* ex *Sprg.* l. c. 477. 31.

Prunus Capollin *Zucc.* in Abh. der math. phys. Cl. der k. Akad. der Wiss. Münch. II. 345. t. VIII.

Prunus virginiana et canadensis *Fl. Mex.* ic. ined. (sec. *DC.*).

Hernand. Mex. 95. ic.

In *Mexici* regionibus, alpestribus temperatis et frigidis, alt. 8—10,000'; in *Jalapae* regione pr. *Pazcuaro*, *Real del Monte*, *Huajalote*, *Regla* etc. in silvis et ad rivulorum ripas. ♄.

Arbor mediocris; rami teretes, cortice nigricante cinereo-suffuso glabri, novelli angulati tenuissime pubescentes. Petioli 4—6''' longi, semiteretes, supra canaliculati, subtus convexi, novelli tenuissime pubescentes, denique glabri. Folia e basi rotundatâ lanceolata vel oblongo-lanceolata, acumine longo subfalcato in mucronem setaceum excurrente, serraturis densis praeter infimam ad basin folii utrinque patentem glanduloso-capitatam adpressis falcatis, membranacea, nervo medio subtus prominente percursa, venulis lateralibus numerosis tenuibus reticulata, 2—5'' longa, 1—2'' lata. Stipulae deciduae. Racemi erecti, 3—4pollicares, multiflori floribus alternis a basi successive evolutis approximatis patentibus, magnitudine florum Pruni (Laurocerasi) lusitanicae; rhachis subangulata glabra; bractea singulos flores fulciens (jam delapsa) e cicatrice ad basin cujusvis pedicelli teretis glabri vix 2''' longi agnoscenda. Calyx breviter urceolatus v. subplanus, laciniis patentibus demum subreflexis ovato-triangularibus acutis, setis in utroque margine 2—3 apice glandulosis ciliatis. Petala patentia, decidua, ex ungue brevi lineari obovato-rotundata, tenuissime crenulata, radiatim venosa, glabra, calyce duplo longiora alba. Stamina 20, uniseriata, inaequalia, eo modo ut 5 cum calyc. lac. alterna sint brevissima, alia 5 his opposita parum longiora, reliqua 10 longissima attamen petala vix aequantia; filamenta filiformia, glabra, alba, in alabastro inflexa; antherae parum supra basin affixae, ovatae, obtusae, basi emarginato-subbilobae, anticae, 4loculares, loculis per paria junctis longitudinaliter univalvibus, pal-

(Padus Capollin) lide sulphureae. Ovarium calycis tubo inclusum, ovato-subconicum, glabrum, ovulis duobus pendulis. Stylus cylindricus, crassus, erectus, stamina subaequans, desinens in stigma crassum, peltatum vertice parum concavum. Drupa magnitudine fructus Cerasi avium, globosa, calyce filamentisque persistentibus basi cincta, succoso-carnosa, sapore grato acidulo-dulci, nigra (?), monopyrena. Nucleus ejusdem fere ac in Ceraso figurae, sed parum minor, osseus, obovato-orbicularis, compressiusculus utrinque convexus, praeter rugas nonnullas a cristâ marginali convexâ obtusâ per utramque seminis faciem oblique adscendentes laevis, (abortu) monospermus. Semen obovato-orbiculare, convexo-compressiusculum. Testa membranacea, fusca, vertice notata maculâ orbiculari atratâ (chalazâ membranae internae cum testâ arcte connatae). Albumen incompletum, in utrâque seminis facie laminam linearem basin versus evanidam a chalazâ decurrentem formans, testae s. tunicae interiori adhaerens. Cotyledones crassae, carnosae, plane sibi incumbentes, suborbiculares, retusae; radicula conica brevis, plumula parva conica. *(Zucc.)*

C. Capuli *Cav.* sec. *Sprg.* in *Peruviâ* indicatur indigena, et a *Ser.* foliis lanceolatis argute serratis eglandulosis glabris definitur. An nihilominus diversa?

2. Racemi . . . . . (haud exactius descripti).

Folia

1) utrinque pubescentia viridiaque et in petiolum desinentia, eglandulosa lato-lanceolata rugosa.

18. **Padus canadensis.**

Cerasus canadensis *Lois.* in *Duh.* l. c. 3. — *Ser.* l. c. 539. 28. — *G.Don* l. c. 515. 34. — *Ser.* l. c. 417.

Prunus canadensis *L.* Sp. pl. 678. — *Wlld.* l. c. 986. 4.

Cerasus racemosa, foliis amygdalinis, americana. *Pluk.* Alm. 97. t. 58. f. 5.

In *Americâ septentrionali.* ♄.

Rami laeves. Folia venoso-rugosa minusque rigida quam in reliquis, argute serrata, ad tactum manifeste villosa.

Testibus *Torr. & A.Gr.* l. c. 408. adn. haec species, quam cl. *Sprg.* penitus omisit, esset supprimenda, cum specimen in Hb. Linn., flore et fructu destitutum, ad Pr. americanam *Marsh.* pertinere videatur, quae vero flores racemosos haud exhibeat, atque figura Plukenetii (folia tantum) ad ullam aliam speciem pertineat.

2) glabra venosa,

(1) elliptica obtusiuscula serrata.

19. **P. elliptica.**

Cerasus elliptica *Lois.* l. c. 4. — *Ser.* l. c. 540. 32. — *G.Don* l. c. 515. 40. — *Sp.* l. c. 418.

Prunus elliptica *Thb.* Jap. 196. — *Wlld.* l. c. 5. — *Sprg.* l. c. 478. 38.

In *Japoniâ.* ♄.

Arbor, ramis ramulisque alternis nodosis albo-punctatis rugosis glabris. Folia in ramulis aggregata, sparsa, breviter petiolata, patentia, digitalia. Flores pauci (racemi pauciflori?). Drupa oblonga, magnitudine Passulae. *(Thb.)*

(2) longa lanceolata acuminata obiter crenata, subtus dense reticulata albido-glauca, axillis venarum ferrugineo-pilosis; pedunculi breves rhachisque villosuli; calyces glabri.

20. **P. glaucifolia.**

Cerasus glaucifolia *Wall.*

Cerasus napaulensis *Ser.* l. c. 30. — *G.Don* l. c. 38. — *Sp.* l. c.

In *Nepaliâ.* ♄.

Folia illis Salicis fragilis similia, (obtuse serrata *DC.*). P. Capollin affinis teste *Zucc.* l. c.

Species exclusae:

Padus Laurocerasus *Mill.* = Laurocerasus officinalis.
— lusitanica *Mill.* = — lusitanica.

10. Laurocerasus.

Tourn. Inst. t. 493. — Cerasus sect. II. §. 2. Laurocerasi *Ser.* l. c. 540. — Cerasus sect. II. Laurocerasus §. 2. Laurocerasus. *G.Don* l. c. 515. — Cerasus sect. III. b) foliis persistentibus coriaceis *Spach* l. c. 418. — Cerasus §. 3. (Flores racemosi, ex axillis foliorum persistentium praeteriti anni orti.) *Torr. & A.Gr.* l. c. 411.

Prunus c. Cerasus *β.* Padus b. Laurocerasus *Endl.* l. c.

(Species mediterraneae et subtropicae tropicaeque.)

Racemi

1. terminales, multiflori, penduli (?)
Glaberrima; folia oblongo-lanceolata longissime acuminata argute serrulata laevia basi attenuata, petiolis 1—2glandulosis; calyx persistens, lobis denticulatis; styli curvati; drupae globosae.

1. **L. salicifolia.**
Cerasus salicifolia *Ser.* l. c. 540. 40. — *G. Don* l. c. 516. 48. — *Sp.* l. c. 422.
Prunus salicifolia *HBK.* nov. gen. VI. 241. t. 563. — *Kth.* Syn. pl. aequin. nov. orb. III. 481. — *Sprg.* l. c. 478. 32.
In regno *Novogranatensi.* Ceraso incolarum. ♄.
Arbor circ. 30pedalis, ramis laevibus glabris cylindricis rufescentibus, ramulis angulatis. Folia 4—5″ longa, 15—18‴ lata, foliis Salicis fragilis similia. Racemi semipedales. Fructus edules.

2. laterales; folia eglandulosa, oblonga acuminata integerrima utrinque glabra.

2. **L. occidentalis.**
Cerasus occidentalis *Lois.* l. c. 4. — *Ser.* l. c. 34. — *G.Don* l. c. 515. 42. — *Sp.* l. c.
Prunus occidentalis *Sw.* Prodr. 80. Fl. Ind. occ. II. 925. — *Wlld.* l. c. 987. 6. — *Sprg.* l. c. 33.
Cerasus latiore folio, fructu racemoso purpureo majore. *Catesb.* Cav. II. 94. t. 94 (?).
In insularum *Antillarum* montibus. ♄.
Prune-Tree Anglorum Jamaicae.
Truncus 40pedalis, ligno durissimo, cortice amaro. Folia 6″ et ultra longa, 2″ lata. Ovarium pilosum. Drupa ovalis, nigra, nucleo laevi absque suturâ.

3. axillares,
1) solitarii,
(1) foliis breviores,
a. erecti; folia
a) integerrima,
(a) utrinque acuminata, elliptica,
α. vel elliptico-lanceolata nitida eglandulosa; racemi minimi folio 2—3plo breviores: flores distantes; drupae subglobosae, altitudine paulo latiores, nucleo conformi obtusissimo rugoso.

3. **L. sphaerocarpa.**
Cerasus sphaerocarpa *Lois.* l. c. 4. — *Ser.* l. c. 37. — *G.Don* l. c. 516. 45. — *Sp.* l. c. 421. — *Hook.* in Bot. Mg. t. 3141.
Prunus sphaerocarpa *Sw.* ll. cc. 81. et 927. — *Wlld.* l. c. 7. — *Sprg.* l. c. 34.
Myrtifolia arbor, foliis latis subrotundis; flore albo. *Sloane* hist. II. 79. t. 193. f. 1.
In silvis montium *Jamaicae* et *Hispaniolae.* ♄.
Arbor 30—35pedalis, cortice griseo laevi, ramis adscendentibus. Folia breve petiolata, 3—4″ longa. Racemi breviter pedunculati, laxi, glabri: flores parvi, albi, odorati; petala orbicularia, subsessilia. Drupa magnitudine illius Padi vulgaris, atropurpurea. — E nucleis hujus et praecedentis potus spirituosus „Eau de noyaux" paratur.
β. brasiliensis: foliis subtus ad basin utrinque maculâ corneo-glandulosâ margini approximatâ instructis, petiolo canaliculato eglanduloso.
In *Brasiliâ.* ♄. *Cham. & Schlchtd.* in Linn. II. 542.

β. margine revoluta, subtus in basi juxta nervum maculâ glandulosâ utrinque notata.

4. Laurocerasus brasiliensis.

Cerasus brasiliensis *G.Don* l. c. 46.
Prunus (Cerasus) brasiliensis *Ch. & Schl.* l. c. (non confundenda cum var. β. praecedentis).
In *Brasiliâ*. ♄.

Glaberrima, sempervirens. Folia coriacea, petiolata, acuta, apice recurva, penninervia, tenuissime reticulato-venosa, venis supra impressis, subtus prominulis, maxima $3^{1}/_{2}''$ longa, pollice paulo latiora; petiolo canaliculato eglanduloso 4—9''' longo. Maculae glandulosae nervo medio juxta positae, rarissime ab illo recedentes. Stipulae minimae, caducae. Flores brevissime pedicellati, parvi, staminibus vix 20. Racemi circ. 20flori, folio multo breviores, fructiferi erecti, circ. $1^{1}/_{2}$-pollicares: pedicelli axi fructus breviores; bracteae minutae, squamiformes, caducae. Drupa pulposa, nigra, magnitudine circ. baccae Ribis rubri. Putamen ligneum, tenue, depresso- et compresso-globosum, quippe cujus diam. transv., plano cotyledonum seminis conformis, brevior est illo, qui eidem plano contrarius est, axin vero subaequat. — Differt a L. sphaerocarpâ fructus minoris foliorumque formâ et situ macularum glandulosarum.

(b) apice acuminata basi obtusiuscula, duabusque maculis glandulosis nervo approximatis saepius instructa, oblongo-elliptica, reticulata glaberrima; drupae parvae subglobosae subcompressae acutiusculae nigrae austerae.

5. L. mexicana.

Prunus (Cerasus) laurifolia *Schlcht.* in Linn. XIII. 91. (non *Decs.*).
Pr. Ceras. absque nomine *Cham. & Schl.* l. c. V. 570. et 579.
In *Mexico: Cuesta grande de Chiconquiago.* Fl. Mart., fruct. Jun. ♄.

Folia coriacea, 4—5'' longa, $1^{1}/_{4}$—$1^{3}/_{4}''$ lata, petiolis pollicaribus adultis transverse rugosis, crassa, firma, nervo medio subtus prominulo, venarum reti subtus leviter impresso. Maculae glandulosae non semper conspicuae. Racemi circ. 20flori, 1—$1^{1}/_{2}$pollicares. Fructus circ. 5''' lg.

Proxime affinis L. brasiliensi, quae autem differt foliis angustioribus minoribusque inferne acuminatis, conspicue penninerviis et tenuiter elevato-reticulato-venosis. A L. occidentali differt germine glabro, a L. sphaerocarpâ situ macularum costae mediae nec margini approximatarum.

Nomen erat mutandum propter L. laurifoliam a *Decaisne* descriptam.

b) remote serrata v. integerrima breve petiolata acuminata coriacea glabra nitida,

(a) oblongo-lanceolata mucronata avenia; drupae nigrae exsuccae persistentes mucronatae.

6. L. caroliniana.

Cerasus caroliniana *Michx.* Fl. bor. am. I. 285. — *Ser.* l. c. 38. — *G.Don* l. c. 516. 47. — *Sp.* l. c. 420. — *Torr. & A.Gr.* l. c. 411.
Prunus caroliniana *Ait.* Ht. Kew. II. 540. — *Wlld.* l. c. 987. 9. — *Sprg.* l. c. 39.
Prunus carolina *Mill.* Dict. 6. — *Du Roi* Harbk. II. 198.
Prunus lusitanica *Walt.* Carol. 167.
Bumelia serrata *Pursh.* Fl. Am. sept. I. 155.
Ad fluviorum ripas in *Carolinâ, Georgiâ, Floridâ, Louisianâ, Arkansas.* ♄.

Arbor 30—50pedalis, ramis arrectis comam pyramidalem formantibus glabris. Folia eglandulosa, integerrima v. spinuloso-serrata. Racemi densi: pedicelli glabri. Calyces albidi. Petala obovata, alba. Stamina 15, corollâ duplo longiora.

Folia venenata, saepe pecoribus ea comedentibus lethalia.

(b) lanceolata v. ovali-lanceolata subtus 2—4glandulosa, (remote serrato-dentata); calyces turbinati, dentibus obtusis; drupae ovatae acutae, nucleo laevi conformi.

7. **L. officinalis.**
Cerasus Laurocerasus *Lois.* l. c. 6. — *Ser.* l. c. 36. — *G.Don* l. c. 44. — *Sp.* l. c. 419.
Padus Laurocerasus *Mill.* Dict. n. 4.
Prunus Laurocerasus *L.* Sp. pl. 678. — *Wlld.* l. c. 988. 10. — *Sprg.* l. c. 36. — *Blackw.* hb. t. 512. — *Bull.* hb. t. 153.
Laurocerasus *Clus.* hist. I. 4. — *Cam.* hort. t. 23. — *Duh.* arb. I. t. 133.
In *Asiâ minore* et ad *Caucasum*, nunc quoque in *Europâ australi*, e *Trapezunte* anno 1546 introducta. ♄.

Arbuscula 15—30pedalis, ramis numerosis patulis, cortice griseo. Folia oblonga, rigida, 3—4″ longa, 1—2″ lata, lucida, petiolo brevi crasso, subtus glandulis 2—4 a basi remotis, odorem Amygdalorum redolentia. Racemi speciosi: flores parvi, albi, odori. Petala ovalia. Stylus post anthesin staminibus longior. Drupa formâ et indole Cerasi vulgaris, nigra, parum carnosa.

In hortis nomine Kirschlorber, Lorberkirsche, Laurier Cerise, Laurier Amandier, Cherry Laurel frequenter ornamenti causa culta, propter acidum hydrocyanicum in omnibus partibus praesertim foliis contentum suspecta. Aqua et oleum e foliis extracta dosi majore lethalia sunt.

β. foliis luteo-variegatis.
γ. caucasica: foliis integerrimis.
In provinciis Caucasicis. *Ledeb.* Fl. Ross. II. 9.

b. reflexi; folia integerrima, utrinque glabra

a) subtus basin versus biglandulosa, acuminata, basi

(a) acuta, longe petiolata elliptico-oblonga v. lanceolata, subtus pallida.

8. **L. reflexa.**
Prunus (Cerasus) reflexa *Gardn.* in *Hook.* Lond. Journ. of Bot. II. 342. — *Wlp.* Rp. II. 910.
In *Brasiliâ.* ♄.

Tota glabra. Racemi folio duplo et ultra breviores.

(b) rotundata, breviter petiolata elliptica, coriacea, supra opaca subglaucescentia.

9. **L. opaca.**
Prunus (Cerasus) opaca *Bth.* Pl. Hartw. 172. 967. — *Wlp.* l. c. V. 648.
In prov. *Popayan.* ♄ ♄.

Frutex v. arbor parva, glabra, L. sphaerocarpae et brasiliensi affinis. Petioli crassi, vix 3‴ longi. Folia 3pollicaria, crassiuscula, breviter acuminata. Racemi laxi, demum reflexi, $1^1/_2$—2pollicares: pedicelli 2—3‴ longi. Stamina circ. 20. Stigma late capitatum.

b) acuta oblongo-elliptica coriacea petiolata; racemi aphylli abbreviati petiolum vix dimidio superantes simplicissimi densiflori.

10. **L. brachybotrys.**
Prunus brachybotrys *Zucc.* l. c. 348.
In imperio *Mexicano.* (L. Baro de *Karwinski.*) ♄.

(2) folia aequantes; folia breviter petiolata,

a. cum ramulis petiolisque velutino-ferruginosa, obovata retusa.

11. **L. ferruginea.**
Cerasus ferruginea *Ser.* l. c. 39. — *G.Don* l. c. 49. — *Sp.* l. c. 422.
In *Mexico.* ♄.

Racemi floribus laxiusculis.

b. glabra coriacea,

a) oblonga utrinque attenuata integerrima, drupae putamine compresso subrugoso.

12. **L. laurifolia.**
Prunus laurifolia *Decaisne* in Nouv. Ann. Mus. III. 458. — *Wlp.* l. c. II. 10. 24.
In insulâ *Timor.* ♄.

Racemi glabri, fructiferi folio aequales, florentes forsan breviores. Drupa illi Cerasi avium similis.

b) subrotundo-cordata v. late ovalia spinoso-dentata venosa supra nitida; drupae nigrae ovales acuminatae.

13. **Laurocerasus ilicifolia.**
Cerasus ilicifolia *Nutt.* MS. — *Hook.* & *Arn.* Bot. Beech. Suppl. 340. t. 83. — *Torr.* & *A.Gr.* l. c. 411.
In montanis pr. *St. Barbara Californiae.* ♄.
Arbor parva ramosissima, fructu majusculo adstringente amaro. Folia mox undulata, mox plana, rigidissima. Racemi densiflori.

(3) foliis longiores, erecti; folia acuminata, serrata,
a. ovato-lanceolata
a) vel ovato-elliptica eglandulosa; calyx cupuliformis, laciniis ovalibus obtusis margine membranaceis; drupae ovales acutae.

14. **L. lusitanica.**
Cerasus lusitanica *Mill.* ic. t. 196. f. 1. — *Ser.* l. c. 35. — *G.Don* l. c. 43. — *Sp.* l. c. 418.
Padus lusitanica *Mill.* Dict. n. 5.
Prunus lusitanica *L.* Sp. pl. 678. — *Wlld.* l. c. 987. 8. — *Sprg.* l. c. 35.
Laurocerasus lusitanica minor *Dill.* Elth. 193. t. 159. f. 193.
In *Lusitaniâ*, *Calabriâ* et in agro *Vicentino* in montibus *Marosticae* pr. *Cismone* (*Rchb.* l. c. 642. 4121.). ♄.
Arbor speciosa, in regionibus magis septentrionalibus frutex 6—10pedalis. Folia nitida, 3—5″ longa, 1—2″ lata, petiolo pollicari. Racemi laxi, pedicelli tenues adscendentes; flores parvi, albi. Drupa nigricans.
Pensylvania inter habitationes indicatur (*W.*, *DC.*), verisimiliter ex errore.

b) serraturis petiolisque glandulosis.

15. **L. multiglandulosa.**
Prunus multiglandulosa *Cav.* Ann. sc. nat. III. 59.
In insulis *Canariâ* et *Palmâ.* ♄.

b. oblonga basi rotundata, serraturis infimis glandulosis.

16. **L. Hixa.**
Prunus Hixa *Brouss.* ex *Wlld.* En. 517. — *Sprg.* l. c. 37.
Cerasus lusitanica β. Hixa *Ser.* l. c. — *G. Don* l. c.
Cerasus Hixa *Sp.* l. c. 419.
In insulâ *Teneriffâ.* ♄.
Racemi elongati, laxiores quam in L. lusitanicâ. *Sprg.* folia ovato-oblonga basi subtus glandulosa dicit.

2) solitarii vel aggregati, foliis breviores
(1) terni multiflori; folia elliptica acuminata coriacea glabra integerrima margine crispato-undulata, petiolis eglandulosis.

17. **L. undulata.**
Cerasus (Padus) undulata *Ser.* l. c. 540. 31. *Sp.* l. c. 418.
Cerasus (Padus) capricida *G.Don* l. c. 515. 39.
Prunus capricida *Wall.* in lt.
Prunus undulata *Hamilt.* in *D.Don* Prodr. Fl. Nep. 239. — *Sprg.* C. p. 192. 45.
In *Nepaliâ* ad *Narainhetty.*
Folia hujus speciei capras iis vescentes necare dicuntur. Racemi glabri.

(2) fasciculati axillares; folia lanceolata acuminatissima remote serrata, cum floribus glaberrima, subtus nunc sparse glandulosa, basi petiolisque nuda.

18. **L. acuminata.**
Cerasus (Padus) acuminata *G.Don* l. c. 515. 32. — *Sp.* l. c. 421.
Prunus (Cerasus) acuminata *Wall.* pl. asiat. rar. II. 78. t. 181.
In montibus *Nepaliae.* ♄. Incolarum Aroa.
Arbor 20—30pedalis, ramosissima, glaberrima, ramulis fuscescentibus. Folia supra lucida, lanceolato-oblonga, cuspidata, interdum subtus in axillis nervorum glandulosa, 3—5″ longa. Racemi cernui, laxiusculi. Petala ovalia, acuta, calyce duplo longiora. Ovarium velutinum. Drupa glabra.

3) aggregati subsessiles; folia papyracea ovali-lanceolata basi acuta subtusque maculis duabus glandulosis venae secundae adjacentibus

19. **L. samydoides.**
Prunus (Cerasus) samydoides *Schlchtd.* in Linn. XIII. 92. — *Hook.* ic. pl. t. 371.
In *Mexico: Cerrania de Zoncoantla,* in confinibus *Jalapae.* ♄.

notata, apice obtuse acuminata, glaberrima, integerrima, subtus prominule penninervia; flores 20—25andri; stamina calyce duplo longiora; drupae parvae subglobosae acutiusculae.

Folia maxima 3—3½" longa, 15—18‴ lata, petiolis 4‴ longis. Racemi 1¼poll., pedicellis lineam longis. Stipulae atque bracteae deciduae. Apices ramulorum juniorum, petioli et nervi medii in siccis fulvescentes.

Differt a L. sphaerocarpâ foliis tenuioribus, semper maculis glandulosis instructis basi acutioribus, apice magis sensim acuminatis; racemis brevioribus, staminibus numerosioribus, tubo calycino duplo longioribus (nec subduodenis tubum calycis subaequantibus), drupis minoribus (4‴) minus carnosis.

11. Microcerasus.

Webb *) Phytogr. Canar. II. 19. (subsectio). — Cerasus sect. IV. *Spach.* l. c. 423.

Species omnes gerontogaeae, mediterraneo-orientales. Genus Cerasos inter et Amygdalos medium.

Sect. I. Rhodocerasus.

1. Flores laterales et axillares.

1) Umbellae sessiles pauciflorae. Folia elliptico-oblonga acuminata duplicato-serrata subtus pilosa; stipulae pectinatae glanduliferae; petioli 5glandulosi.

1. M. Phoshia.

Cerasus Phoshia *Hamilt.* l. c. 239. — *Ser.* l. c. 535. 1. — *G.Don* l. c. 505. 1. — *Sp.* l. c. 424.

Prunus cerasoides *D.Don* Prodr. Fl. Nep. 239. — *Sprg.* C. p. 192. 43.

In *Nepaliâ* ad *Naràinhetty.* ♄.

Arbor staturâ et facie Cerasi avium. Flores albido-rosei.

2) Flores fasciculati, subsessiles v. breviter pedicellati; folia petiolata subtus incano-tomentosa; calyx extus glaber, lobis oblongis reflexis.

(1) rami divaricati v. procumbentes, virgati; folia elliptica v. obovata obtusa eglandulosa, argute (inciso-) serrata v. crenato-dentata, serraturis setaceis; stipulae persistentes, petiolo duplo longiores; calycis laciniae (subinde oblongo-lanceolatae) acutae, parce glanduloso-serrulatae, tubo dimidio plusve breviores intus tomentosae; stylus staminibus duplo longior; drupae ovales v. subglobosae, putamine sublaevigato.

2. M. prostrata.

Cerasus prostrata *Lois.* in *Duh.* l. c. V. 182. t. 53. f. 2. — *Ser.* l. c. 538. 19. — *G.Don* l. c. 514. 19. (uterque excl. synon. *Pall.* & *Stev.*). — *Sp.* l. c. 423.

Prunus prostrata *Labill.* Dec. pl. Syr. I. 15. t. 6. — *Bot. Rg.* t. 136. — *Spach* in Ann. sc. nat. XIX. 127. — *Wlld.* l. c. 997. 33. — *Sprg.* l. c. 477. 17. — *Rchb.* l. c. 644. 4134. — *Host* Austr. II. 4. — Ic. Fl. graec. t. 478.

Hagidryas prostrata *Griseb.* it. I. 311.

In monte *Libano Syriae*, in *Persiâ*, *Tauro*, *Armeniâ*, in montibus *Cretae*, *Graeciae*, *(Athos, Parnassus)* et monte *Biokovo Dalmatiae*, in *Caucaso*. ♄.

Truncus prostratus, repens, ramosissimus, ramis angulatis fuscescentibus, ramulis inermibus glabratis, staturâ et habitu fere Salicis retusae. Folia parva, ovalia, elliptica v. oblonga, basin versus attenuata, subtus albo- v. niveo-tomentosa, venis supra impressis subtus prominentibus, breve petiolata. Flores copiosissimi, illis Pruni spinosae paulo minores. Petala subrotunda v. elliptica, retusa, staminibus paulo longiora,

---

*) Petiolus eglandulosus. Stipulae setaceae persistentes (saltem in turionibus). Flores laterales e gemmis aphyllis monanthis (v. raro dianthis), geminis v. fasciculatis (raro solitariis), saepissime gemmâ foliari interpositâ comitatis. Calycis tubus elongatus, basi ventricosus, superne cylindraceus. Putamen drupae subconforme vix compressum, suturâ dorsali canaliculatum et ecarinatum, suturâ ventrali obsolete carinulatum, juxta carinulam utrinque sulculo percursum. Drupa junior haud raro tomentosa, matura glabra. (Ex *Wlp.* Rp. II. 911.)

(Microcerasus prostrata) rosea. Ovarium tomentosum. Stylus glaber. Drupa magnitudine pisi, glabra, rubra, carne tenui, nuclei suturis obtusissimis.

α. latifolia *Spach:* foliis ovalibus v. subrotundis, ovatis v. obovatis.

β. angustifolia *Spach:* foliis oblongis v. lanceolato-obovatis.

γ. dalmatica: foliis ovatis acutis serratis.

δ. glabriuscula: foliis subtus glabris.

Ad coloniam *Helenendorf* in districtu *Elisabethopolensi.* (*Hohenacker* in Bull. de la soc. imp. des Nat. de Mosc. VI. 234.)

(2) rami erecti v. adscendentes; folia variiformia argute serrata v. serrulata, acuta v. obtusa, serraturis acerosis, saepius recurvatis, inferioribus glandulosis; stipulae petiolo paulo longiores subulatae inferne fimbriatae; calycis laciniae (subinde ovato-oblongae) obtusae integerrimae, tubo duplo breviores; stylus staminibus paulo longior; drupae subglobosae v. ovales, putamine ruguloso.

3. Microcerasus incana.

Cerasus incana *Sp.* l. c. 423. et Ann. sc. nat. l. c. 126.

Prunus incana *Stev.* in Mem. Soc. Mosq. III. 263. — Ic. fl. graec. t. 477. — *Griseb.* Fl. Rum. et Bithyn. I. 86.

Prunus prostrata *Hohenack.* MS. — *Sprg.* l. c. 477. 17. (p. p.) — *Ledeb.* Fl. Ross. II. 7. (p. p.)

Cerasus prostrata *Ser.* l. c. (quoad syn. *Pall. & Stev.*).

Amygdalus incana *Pall.* Fl. ross. I. 13. t. 7. — *Jaume St. Hil.* l. c. t. 220. f. 21. — *Wlld.* l. c. 984. 5. — *G.Don* l. c. 482. 4. — *Bot. Rg.* new Ser. XII. t. 58.

In desertis *Caucaso* conterminis, *Armeniâ ibericâ, Georgiâ, Asiâ minore.* ♄.

Frutex 3—5pedalis, trunco divaricato, ramis gracilibus virgatis spinescentibus, junioribus tomentosis. Folia $1\frac{1}{2}$—2″ longa, 5—8‴ lata, petiolo brevi eglanduloso (interdum apice biglanduloso). Flores copiosissimi, rosei, magnitudine illorum Pruni spinosae. Petala obovata. Ovarium tomentosum. Stylus glaber. Drupa magnitudine pisi, obscure purpurea, duriuscula, tarde glabrescens. Nucleus subglobosus, subcompressus utrinque apiculatus, laevis, carinis filiformibus.

Spach in Ann. sc. nat. l. c. sequentes indicat varietates:

α. vulgaris: foliis spathulato-, lanceolato-, obovato-, ovali- v. obovato-oblongis, aut ovato- v. oblongo-lanceolatis, subtus incano- v. albo-tomentosis, ovario tomentoso.

β. angustifolia: foliis lanceolatis v. lanceolato-oblongis angustis, subtus incano- v. albo-tomentosis, ovario lanato.

γ. latifolia: foliis ovalibus v. ovatis, subtus albo- v. incano-tomentosis.

δ. viridis: foliis (ut in *α.* formâ variabilibus) adultis utrinque glabris et viridibus, ovario glabro.

3) Flores solitarii v. subsolitarii,

(1) subsessiles.

a. Caules depressi; folia oblonga v. ovata inaequaliter serrata utrinque glabra virentia, subtus reticulato-venosa; drupae ovatae.

4. M. humilis.

Prunus (Cerasus) humilis *Moris* stirp. sard. Elench. 17.

Cerasus humilis *G.Don* l. c. 514. 20.

In rupestribus summi montis *Genargentu (su Xuxu) Sardiniae.* ♄.

Habitus M. prostratae, sed differt nervis foliorum incanis foliisque glabris. Petala ovata, pallide rosea.

b. Rami diffusi; folia polymorpha, argute serrulata, subtus albo-tomentosa; calycis laciniae ovales v. obovatae obtusae pectinulatae (lacinulis glanduliferis), tubo subtriplo breviores; stylus longe exsertus; drupae subglobosae, putamine rugoso.

5. M. pectinata.

Cerasus pectinata *Spach* in Ann. sc. nat. l. c. 127.

Prunus pectinata *Wlp.* l. c. 911.

In *Cachemiriâ.* ♄.

β. glabra: foliis utrinque glabris viridibus.

(2) pedicellati; pedicelli
a. breves, solitarii v. gemini, folia duplicato-serrata glabra,
a) lanceolata v. oblongo-lanceolata obtusa, lucida; stipulae subulatae persistentes petiolo paulo longiores; drupa globosa, nucleo rugoso.

6. **M. sinensis.**
Cerasus sinensis *Spach* l. c. 425. — *Bot. Rg.* t. 1801.
Prunus (Cerasus) sinensis *Pers.* Ench. II. 36.
Cerasus chinensis *G.Don* l c. 514. 24
Amygdalus pumila *L.* Mt. 74. — *Wlld.* l. c. 983. 3. — *Sprg.* l. c. 475. 3. — *Sims* Bot. Mg. t. 2176.
Persica Malus nana flore incarnato pleno *Herm.* Lugd. 487. t. 489 (?).
Amygdalo-Persica nana, flore carneo pleno, africana. *Pluk.* Phyt. 11. f. 4 (?).
In *Chinâ.* ♄.
Frutex 2—3pedalis, ramis virgatis, laevibus atropurpureis. Folia petiolata, venosa, rugosa. Flores rosei, magnitudine florum Cerasi. Calyx rubescens, lobis tubo brevioribus. Petala emarginata, tubo calycis longiora. Filamenta pallide carnea. Ovarium et stylus inferne pubescentia. Stipulae lineares, profundius serratae. Drupa rubra.
β. plena: floribus plenis.
In hortis *Chinensium* frequentissime culta.

b) ovata v. ovato-lanceolata acuminata, ovarium apice villosum; pedicelli folio duplo breviores.

7. **M. japonica.**
Cerasus japonica *Lois.* l. c. V. 33. — *Ser.* l. c. 539. 22. (excl. syn. *Pers.*). — *G.Don* l. c. 23. — *Sp.* l. c. 425.
Prunus (Cerasus) japonica *Ker* Bot. Rg. t. 27. — *Sieb. & Zucc.* Jap. I. 172. t. 90.
Prunus Kerii *Steud.*
Prunus japonica *Thb.* Jap. 201. — *Wlld.* l. c. 994. 25. — *Sprg.* l. c. 476. 5.
In *Japoniâ.* ♄ ♄.
Arbuscula circ. 5pedalis v. frutex, glabra, ramis griseis nitidis rugosis erectis. Folia 1—2'' longa, petiolata, venosa, patentia. Stipulae binae lineari-subulatae, inciso-dentatae, petiolo paulo longiores. Flores magnitudine illorum Cerasi. Gemmae floriferae laterales, aphyllae, utplurimum fasciculatae. Calycis lobi patentissimi, ovales, denticulati. Petala elliptica, acutiuscula, intus incarnata, extus rosea. Drupa magnitudine pisi, lanata, globosa, parum sapida.
β. multiplex *Ser.* floribus plenis, petalis intus albis, externe rubris. *Ker* l. c.

b. elongati,
a) penduli folia aequantes; folia oblonga acuta glabra concoloria glanduloso-serrata.

8. **M. glandulosa.**
Cerasus glandulosa *Lois.* l. c. 33. n. 26. — *Ser.* l. c. 538. 14. — *G.Don* l. c. 513. 14. — *Sp.* l. c. 425.
Prunus glandulosa *Thb.* Jap. 202. — *Wlld.* l. c. 26. — *Sprg.* l. c. 6.
In *Japoniâ.* ♄.
Frutex ramosus, glaber, ramis inermibus teretibus striatis cinereis, ramulis sensim filiformibus. Folia sparsa, petiolata, patentia, subtus venoso-reticulata, unguicularia, petiolis multoties brevioribus. Flores sparsi, solitarii. Calyx subcampanulatus. Corolla incarnata.
Differt a Pr. (Ceraso) pumilâ foliis acutis tenuissime serratis subtus concoloribus, nec obtusis subintegris et glaucis; a Pr. (M.) incisâ foliis glanduloso-serratis glabris. *(Thb.)*

b) capillares glabri folio duplo longiores; folia ovata acute inciso-serrata villosa; calyces cylindrici ferruginei.

9. **M. incisa.**
Cerasus incisa *Lois.* l. c. n. 27. — *Ser.* l. c. 16. — *G.Don* l. c. 16. — *Spach* l. c. 424.
Prunus incisa *Thb.* Jap. 202. — *Wlld.* l. c. 27. — *Sprg.* l. c. 7.
In *Japoniâ.* ♄.
Arbor parum crassa debilis orgyalis, ramis ramulisque inermibus alternis flexuosis glabris cinereis patentibus. Folia ex apicibus

ramulorum plura, brevissime petiolata, vix unguicularia, sub florescentiâ, dein excrescentia; petioli foliis duplo breviores. Flores ex apicibus ramulorum (terminales?) solitarii, incarnati. Perianthium (calyx) apice dilatatum, glabrum, corollâ duplo brevius. *(Thb.)*

2. Flores terminales, solitarii (in ultimis ramulis).
Rami punctati; folia ovata acuminata serrata utrinque scabra.

10. **Microcerasus (?) aspera.**
Cerasus aspera *Lois.* l. c. n. 24. — *Ser.* l. c. 15. — *G.Don* l. c. 15. — *Sp.* l. c. 426.
Prunus aspera *Thb.* Jap. 201. — *Wlld.* l. c. 993. 24. — *Sprg.* l. c. 4.
Muk no ki *Kaempf.* Amoen. 799.
In *Japoniâ.* ♄.
Rami et ramuli teretes. Folia petiolata, venosa, subtus pallida, patentia, bipollicaria, tam aspera, ut incolae iis ad poliendum utantur: petioli vix unguiculares, sulcati. Drupa magnitudine grani piperis, globoso-ovata, stylo persistente terminata, caerulea, glabra, edulis. Nux (putamen?) triquetra, dura, ovata, acutiuscula; nucleus albidus. *(Thb.)*
Obs. Haec descriptio tantopere ab omnibus Amygdalaceis abhorret, ut maxime sit dubitandum, anne ex ordine sit haec stirps releganda. Splendidissimum opus: *Sieb. & Zucc.* Fl. Jap. mihi non competit; forsan ibi dubia sunt soluta aut erunt solvenda. Pr. glandulosa quoque et incisa *Thb.* potius Cerasi genuinae videntur.

Sect. II. Microcerasus *s. str.*

Rami ramulique divaricati; folia ovalia, ovata v. oblonga, argute serrata obtusiuscula, basi acuta, subtus cum petiolis puberula; calycis laciniae ovatae v. ovales oblongae tubo 2—4plo breviores; drupae ovales v. subglobosae, putamine subrugoso.

11. **M. orientalis.**
Cerasus orientalis *Spach* in Ann. sc. nat. l. c. 128.
Prunus (Cerasus) orientalis *Wlp.* l. c.
In *Cappadociâ*, ad *Euphratem* et in monte *Pire-Zend Persiae.* ♄.

12. Ceraseidos.

Sieb. & Zucc. Abh. der math. phys. Cl. der Münch. Ak. d. Wiss. III. 743. — *Endl.* gen. Suppl. III. 102. — *Wlp.* Rp. V. 648.

Folia lanceolata longe cuspidata, profunde serrato-dentata, dense hirsuta, juniora utrinque pubescentia; flores solitarii pedunculati cernui.

C. apetala *Sieb. & Zucc.* l. c. 744. t. 5. f. 2. — *Wlp.* l. c.
In *Japoniâ.* ♄.
Rami teretes. Gemmae perulatae. Folia in ramulis abbreviatis subfasciculata, in reliquis alterna, breviter petiolata, dentibus lineari-oblongis saepe bifidis glanduloso-mucronatis. Stipulae foliaceae, persistentes, lineares, argute serratae, serraturis glanduloso-mucronatis.

Fam. II. Pomaceae.

Lindl. in Linn. Trs. XIII. 88—106. — *Bartl.* Ord. nat. 399. — *Lois. Deslgch.* Man. des pl. us. indig. I. 211. — *Endl.* gen. pl. p. 1236. Ench. bot. 655. — *G.Don* gen. syst. II. 597. — *Spach* l. c. II. 49.

Rosaceae trib. I. Pomaceae *Juss.* gen. 334. — *Rich.* Ann. du fruit. 33. — (Trib. VIII.) *DC.* Prodr. II. 626. — *Meisn.* gen. pl. vasc. 101. (74.) — Subordo Pomaceae *Wight & Walk.-Arn.* Prodr. etc. I. 301. — Subordo Pomeae *Lindl.* Introd. ed. 2. 145. — *Torr. & A. Gray* Fl. of North Am. I. 462.

Character familiae.

Flores regulares, hermaphroditi, rarissime abortu polygami, perfecti.

Calycis tubus urceolatus, campanulatus v. turbinatus, plus minus cum ovario connatus (adhaerens, ad maturitatem carnosus, carpella fovens); **limbus** superus (epigynus) v. perigynus, 5partitus, laciniis per aestivationem imbricatis, persistentibus marcescentibus v. deciduis.

Discus (torus) laminaris v. annularis carnosus, parti liberae tubi calycini adnatus.

Corollae petala 5, calycis fauci v. margini disci inserta, breviter unguiculata, interpositiva, inter se aequalia, decidua v. rarissime persistentia, interdum nulla, aestivatione (quincunciali *DC.*) imbricata.

Stamina cum petalis (disco infra petala *Sp.*) inserta, eorum numero multipla subdefinita (plerumque 20), marcescentia: **filamenta** filiformia v. subulata, libera, aestivatione inflexa; **antherae** introrsae, biloculares, longitudinaliter debiscentes.

Pistillum: ovarium e carpidiis (carpellis, carpophyllis) 5, nunc 3 vel duobus, rarissime unico, cum calycis tubo et inter se plus minus connatis 1—2—3—5loculare, axi centrali nullo, vertice toro tecto v. nudo; (interdum ovaria 2—5 parietalia, inter se libera aut fere libera *Sp.* — ovaria saepius 5 unilocularia, in stylos totidem simplices coalitosve desinentia *DC.*) **Ovula** in loculis plerumque gemina, collateraliter adscendentia, anatropa, rarissime solitaria v. plurima (indefinita horizontalia). **Styli** loculorum numero (2—5), terminales v. subterminales, simplices, liberi v. basi plus minus coaliti. **Stigmata** simplicia, emarginata aut explanata.

Fructus (Pomum, Pyridium) baccatus, calycis limbo coronatus (potius e calycis tubo carnoso reddito exortus), intra sarcocarpium tubo calycino vestitum pericarpium proprium cartilagineum suturâ centrali dehiscens vel osseum indehiscens includens (interdum carceruli 2—5 distincti *Sp.*), loculis (carpellis) abortu saepissime monospermis aut di- raro polyspermis; **endocarpium** cartilagineum, chartaceum, membranaceum v. osseum.

Semina adscendentia (in loculis polyspermis horizontalia), angulo interno affixa, **funiculo** brevissimo, **testâ** (spermodermio) coriaceâ v. cartilagineâ, **rhaphe** ad chalazam oblongam apicalem productâ prominulâ percursâ, **hilo** laterali subbasilari, **endopleurâ** (perispermio) membranaceâ (pelliculari). **Albumen** nullum.

Embryo orthotropus (rectilineus). **Cotyledones** carnosae, ovales, plano-convexae, v. rarissime convolutae, magnae, crassae, integrae, germinatione foliaceae; **radicula** brevis, conica, infera, **plumula** imperceptibilis.

Habitus.

Arbores v. **frutices**, inermes, vel ramulis minoribus spinescentibus, hisce teretibus, floriferis utplurimum brevissimis. **Folia** alterna, (sparsa, in ligno vetusto ad apicem ramulorum rosulato-conferta *Sp.*) petiolata, nunc simplicia utplurimum integra saepissimeque serrata aut denticulata, vel pinnati- v. palmatiloba, nunc raro vero composita imparipinnata. **Stipulae** ad basin petiolorum laterales, geminae, liberae, plerumque caducae.

Flores solito racemosi, corymbosi, umbellati v. cymosi, rarius solitarii, albi vel variis modis rubri: pedicelli bracteolis utplurimum caducis instructi.

Affinitas.

Pomaceae inter Rosifloras habitu et adspectu generali praesertim Amygdalaceis et Roseis genuinis similes sunt, ab omnibus vero diversae ovariis cum calyce cohaerentibus ovulisque geminis collateralibus, nec, ut in reliquis Rosifloris pluriovulatis, superimpositis. Ovariis adhaerentibus Myrtaceis quidem accedunt, quae autem praeter alias notas jam foliis fere semper oppositis pellucido-punctatis exstipulatis primo intuitu distingui possunt. Amygdalaceae quoque stylo simplici et fructu drupaceo maxime recedunt.

Distributio geographica.

Ut omnes Rosiflorae, Pomaceae imprimis zonae temperatae hemisphaerii borealis maximâ pro parte et fere exclusive propriae sunt, et quidem eâ ratione, ut omnium specierum hucusque descriptarum (circ. 200, exceptis numerosis cultis, quarum patria dubia est et ignota) tres quadrantes orbi veteri, et quarta modo pars orbi novo appertineat. In orbe vetere Pomaceae zonam amplissimam occupant, a littoribus Oceani atlantici per Europam mediam et mediterraneam, Orientem, Asiam interiorem et alpinam, Indiam borealem et Nepaliam atque Chinam et Japonicas insulas usque ad oras Oceani pacifici pertingentem. In hac zonâ distributionis suae geographicae aequo fere modo et numero repartitae sunt, ita ut 1) Europa et Asia occidentalis media cum Sibiriâ meridionali, 2) regio mediterranea cum Africâ boreali et Oriente in sensu strictiore, 3) Nepalia et India borealis, et 4) China cum Japonicis insulis, eundem circiter specierum numerum contineant, salvis caeterum ulterioribus detectionibus, in Asiâ interiore et Chinâ ut videtur diu adhuc inexhaustis. Paucae species in arcticas evagantur regiones, paucissimae (una v. altera in insula Javâ, unica, Osteomeles, in insulis Sandvicensibus) tropicas attingunt regiones vel subtropicas. Memoratu certe dignum est, numerum specierum ad oras mediterraneas Africae borealis subito diminui et mox penitus evanescere. In hemisphaerio australi orbis veteris hucusque nec unica species Pomacearum detecta est, cultis exceptis, quae caeterum in hisce regionibus quoque minus laete vigent et vix culturam merentur. Quamobrem et Nova Hollandia cum insulis Australiae attributis, Sandvicensibus solum exceptis, Pomacearum aeque plane expers censetur, ac regio capensis vel Africae australis extratropicae. — Plura Pomacearum genera, ut Cydonia, Mespilus s. str., Raphiolepis, Eriobotrya, Cotoneaster, Aria, Cormus etc. mere gerontogaea sunt; Osteomeles in insulas Sandvicenses, Chamaemeles in Maderam insulam

coacta est; Rhaphiolepis, Photinia et Eriobotrya exclusive indico-chinenses.

E quadrante circiter Pomacearum neogaeâ pars major respublicas meridionales Americae borealis, regionem mediterraneam novi orbis sistentes, incolit, paucis formis in Mexicanum regnum intrantibus, nullâ adhuc indigenâ in insulis Antillis repertâ. Pauciores plagas magis septentrionales, Canadam, regiones circa sinum Hudsonium sitas, vastumque territorium ad Oceanum pacificum vergens inhabitant, una v. altera circulum transit arcticum, Peraphyllum et Heteromeles genera sunt orae occidentali peculiaria. Aliquae species, inter quas genus illi regioni proprium, Hesperomeles, insigne, in orâ occidentali Americae australis hemisphaerium australe attingunt, in regnis Peruvianis Chilensibusque crescentes, unicum revera exemplum distributionis geographicae hujus familiae in hac directione progredientis. In immensâ Americae australis regione orientali, ab Andibus orientem versus ad littora Oceani atlantici aethiopicique extensâ, nec unica hucusque Pomacearum species reperta est.

Est igitur ordo Pomacearum borealis mediterraneus geronto-neogaeusque, exceptionibus hujus distributionis quoad numerum vix respiciendis, et hac ratione equidem ac characteribus artificialibus et habitualibus maxime naturalis.

Vires et usus.

De viribus medicis Pomacearum parum constat. Fructus quidem silvestrium formarum Pyri et Mali acerbissimi sunt et adstringentes, vix autem usui alicui medico apti, quamvis hinc inde tosti et aquâ infusi medicinae loco adhibentur. Semina Cydoniarum autem et fructus in officinis occurrunt, illa inter mucosa remedia, horum succus inspissatus usurpatur. Hi quoque, crudi vix edules, cocti et conditi inter cupedia numerantur, et odore exquisito delectant. Cortice plurium specierum ad tingendum coloribus flavescentibus et fuscescentibus utuntur. Lignum fere omnium, quae arboris indolem induunt, colore et duritie insigne, ad opera scriniaria aestimatur.

Maximus vero et primarius usus in fructibus stirpium hujus ordinis (Kernobst) praesertim nobiliorum, Pyri communis et Mali mitis, situs est, innumeris varietatibus per omnes regiones temperatas Europae inprimis et Asiae occidentalis cultarum. E varietatibus vilioribus, sicut etiam e fructibus formarum silvestrium acetum paratur et, praecipue in Francogalliâ et Germaniâ magis septentrionali, vini species (Aepfelwein, Cider). Varietates meliores crudae comeduntur, saepius praestantissimi saporis inter epulas et postprandii loco apponuntur, ad varios cibos gratissimos parandos adhibentur, vel siccati oleris quasi instar inserviunt et commercii objectum minime spernendum efficiunt. Omnes acidum proprium continent, malicum (Apfelsäure) chemice dictum, cum saccharo vel interdum muco mixtum. Pyrus et Malus igitur propter fructus (Aepfel, Birnen) non solum in hortis coluntur, sed in pluribus regionibus in campis quoque et agris vel ad vias publicas plantantur, saepe pomaria vastissima et quasi nemora arborum frugiferarum sistentes. Minoris pretii sunt fructus specierum quarundam Mespili, Crataegi, Ariae, Sorbi, et Cormi, in regionibus magis meridionalibus tantum provenientium. Flores fere omnium copiâ, amplitudine et colore superbiunt et tempore vernali hortos et campos exornant, ideoque plures decoris causâ apud nostrates et praesertim populos orientales, Chinenses prae caeteris, coluntur.

In systemate sexuali Linnaeano Pomaceae omnes classi duodecimae vel Icosandriae adnumerantur, et quidem secundum stylorum numerum ordinibus Digyniae (Crataegus *L.*), Trigyniae (Sorbus *L.*), aut

aut Pentagyniae (Pyrus *L.*). Hanc classem et genera omnia hodie efformata intrant, Chamaemele forsan et Heteromele exceptis, quae potius Dodecandriae adnumerantur Monogyniae, stylo simplici ab omnibus hujus familiae generibus recedentes.

Synopsis generum.

I. Carpidia (pericarpii proprii loculi) **coalita.**

1. Pomum (Pyridium) **uniloculare. Ovarium** biovulatum, ovulis e basi erectis. **Stylus** simplex: **stigma** emarginatum.

Calyx tubo turbinato, limbo amplo truncato remote 5dentato. **Petala** calycis fauci inserta, parva, erecta, ovata, eroso-denticulata. **Stamina** 10—15, petalis breviora: **filamenta** filiformi-subulata; **antherae** ovatae. **Cotyledones** convolutae . . . . 1. **Chamaemeles** *Lindl.*

2. Pomum biloculare, loculis (carpidiis)

1) monospermis,

(1) **Stylus** 1

a. simplex. **Stamina** 20 v. plura. Reliqua **Crataegi.** — Frutices spinosi, omnes gerontogaei . . . 5. a. **Oxyacantha** (Subg. Crataegi.)

b. **stigmatibus** duobus. **Stamina** circ. 10. **Ovarium** tomentosum, obliquum, e calyce exsertum. Reliqua **Photiniae** . . . . 2. **Heteromeles.**

(2) **Styli** 2. (**Petala** 5, calycis fauci inserta. **Antherae** ovatae. **Ovarii** loculi biovulati, ovulis e basi erectis. **Semina** erecta.) **Calycis** limbus

a. perigynus (semisuperus) 5dentatus, tubus campanulatus. **Stamina** circ. 20: **filamenta** filiformi-subulata. **Ovarium** semisuperum, septo completo v. in axi hiante. **Fructus** calyce carnoso inclusus, endocarpio chartaceo. **Semina** testâ cartilagineâ.

Arbores asiaticae subtropicae, foliis simplicibus coriaceis sempervirentibus, paniculis terminalibus corymbosis, fructibus parvis glabris . . . . 3. **Photinia** *Lindl.*

Ovarium a. complete biloculare, Euphotinia *Ldl.*
b. semibiloculare, Myriomala *Ldl.*

b. epigynus (superus), — (**Petala** patentia. **Ovarium** inferum, loculis biovulatis.)

a) 5partitus deciduus, laciniis subulatis; tubus infundibuliformis. **Petala** lanceolata. **Stamina** 20, calycis limbo breviora: **filamenta** filiformi-subulata. **Styli** basi coaliti. **Pomum** globosum, calycis limbo deciduo disco carnoso clausum, endocarpio chartaceo. **Radicula** inter cotyledones retracta.

Frutices **indici** foliis sempervirentibus coriaceis reticulatis crenulatis, stipulis subulatis, racemis terminalibus, saepe bracteis squamosis persistentibus obsitis, petalis albis, filamentis plerumque rubentibus . . . . 4. **Rhaphiolepis** *Lindl.*

b) 5fidus, persistens v. deciduus; tubus urceolatus. **Petala** orbiculata. **Stamina** 20 v. plura: **filamenta** filiformia. **Styli** liberi. **Pomum** plus minus ovatum v. globosum, carnosum, calycis limbo v. disco carnoso clausum, putamine osseo. **Semina** testâ membranaceâ.

Frutices spinosi (rarius inermes) **europaei, orientales** v. **boreali-americani,** foliis integris v. lobatis, stipulis deciduis, corymbis terminalibus, bracteis subulatis caducis . . . . . 5. **Crataegus** *L.*

2) dispermis, interdum 3spermis **stylisque** 3. **Calyx** tubo urceolato, limbo supero 5dentato. **Stamina** plurima: **filamenta** filiformi-subulata; **antherae** subrotundae. **Ovarii** loculi biovulati, **ovulis** adscendentibus. **Endocarpium** cartilagineum. **Semina** erecta, testâ cartilagineâ.

Petala calycis fauci inserta, suborbiculata, supra unguem lanata,

(1) patentia, plana, subunguiculata. **Styli**

a. liberi, basi lanatâ tantum subcohaerentes. **Dentes calycini** sub anthesi recurvati. **Stamina** divergentia. **Pomum** globosum.
Arbores **europaeo-orientales**, foliis simplicibus eglandulosis, floribus racemoso-corymbosis, pedunculis ramosis . . . . 6. **Aria** *P.*

b. basi connexi pubescentes, superne glabri. **Pomum** basi turbinatum, subexsuccum, lobis calycinis deciduis truncatum.
Arbores **europaeo-mediterraneae**, foliis simplicibus lobato-angulatis, floribus corymbosis, pedunculis ramosis . . . . 7. **Torminaria** (*DC.*)

(2) erecta conniventia concava. **Dentes calycini** sub anthesi erecti, subconniventes. **Stamina** conniventia, petalis breviora. **Pomum** ovatum.
Frutices **europaei**, foliis simplicibus nervo supra glanduloso, floribus capitato-corymbosis v. subpyramidato-cymosis confertis . . . . 8. **Chamaemespilus** (*DC.*)

3. **Pomum 3loculare** (subinde abortu v. implemento 2—5loculare): loculis

1) monospermis, endocarpio osseo. **Petala** basi lanata. (Reliqua praeter notas adductas **Crataegi.**) **Calycis laciniae**

(1) breves triangulares acutae v. ovatae acuminatae. **Styli** plerumque 3, glabri.
Arbores **europaeo-orientales**, foliis palmato-lobatis v. pinnatifidis . . . . 5. b. **Azarolus** *Borkh.* (Subg. Crataegi.)

(2) lineari-lanceolatae v. lineari-subulatae. **Styli** basi lanati, 3—4.
Arbores **boreali-americanae**, foliis integris serratis v. angulatis incisisve . . . . 5. c. **Halmia** (*Medik.*) (Subg. Crataegi.)

2) dispermis, endocarpio cartilagineo. **Calyx** perigynus, turbinatus, limbo 5dentato: dentibus sub anthesi erectis, postea inflexis carnosis, in fructum ineuntibus. **Petala** patentia v. reflexa, breve unguiculata, concava, basi pilosiuscula. **Stamina** plurima, divergentia, petalis aequilonga. **Ovarii** loculi biovulati, ovulis adscendentibus. **Styli** 3, rarius 5, liberi, erecti, apicem versus geniculati, basi lanati: **stigmata** parva, capitellata. **Pomum** globosum v. subturbinatum, utrinque umbilicatum: loculis abortu saepius monospermis. **Semina** hinc plana illinc convexa, basi v. utrinque acuminata.

Arbores v. frutices **europaei, mediterraneo-orientales** et **boreali-americani,** foliis impari-pinnatis v. pinnati-partitis, floribus subpaniculato-corymbosis, pedunculis ramosis . . 9. **Sorbus** *L.*

4. **Pomum 4-**(rarius 3—5)**loculare; styli** totidem. **Calyx** tubo urceolato, limbo supero 5fido: laciniis triangularibus brevibus. **Pomum** globosum v. pyriforme aut turbinatum. Reliqua **Crataegi.**

Arbores v. frutices **Americae borealis** subspinosi, foliis sublobatis v. incisis, corymbis simplicibus paucifloris . . . . 5. d. **Anthomeles** (Subg. Crataegi.)

5. **Pomum 3—5loculare,** loculis (abortu) monospermis, calycis limbo coronatum. **Calyx** limbo supero 5dentato. **Petala** calycis fauci inserta. **Stamina** calyce petalisque breviora: **antherae** ovatae. **Ovarium** inferum, 3—5loculare, (ovulis e basi erectis), loculis

1) semisepto parietali bipartitis, incomplete 6—10-locellatum, locellis uniovulatis. **Styli** imâ basi coaliti. **Endocarpium** osseum. **Semina** testâ membranaceâ. — **Calycis** tubus tnrbinatus. **Petala** lanceolata. **Stamina** plurima.

Arbusculae v. frutices **europaeae, mediterraneae** et **boreali-americanae,** foliis simplicibus serratis bistipulatis, floribus racemosis albis, bracteis lineari-lanceolatis deciduis . . . 10. **Amelanchier** *Medik.*

Stamina lobis calycinis

a. dimidio breviora. Styli a basi liberi, staminibus breviores.

Sect. I. Petromeles *Jcq. f.*

b. lgt. subaequalia. Styli ultra medium usque coaliti, stamina aequantes v. paulo superantes.

Sect. II. Botryapium.

2) biovulatis. **Endocarpium** cartilagineum. **Sem.** testa cum endocarpio confusa. **Embryonis** subglobosi **cotyledones** hemisphaericae, **radicula** brevissima, inter cotyledones retracta. **Calyx** tubo campanulato lanato. **Petala** ovato-oblonga, intus barbata. **Stamina** 20—40: **filamenta** subulata.

Arbusculae **chinenses, japonicae** et **nepalenses,** ramulis tomentosis, foliis bistipulatis crasse coriaceis serratis subtus racemisque (terminalibus compositis) lanatis, bracteis subulatis deciduis . . . . 11. **Eriobotrya** *Lindl.*

6. **Pomum 5loculare; styli** 5 (per abortum subinde pauciores), loculi

1) monospermi. **Ovarium** inferum, 5loculare, loculis bi- (in genere 12 uni-) ovulatis, ovulis e basi erectis. **Stamina**

(1) plurima: **filamenta** filiformi-subulata: **antherae** subrotundae. **Styli** liberi. **Pomum** calycis limbo (in no. 12. quoque stylis) coronatum, endocarpio osseo. **Semina** erecta. **Calycis** limbus superus

a. 5fidus, laciniis lanceolatis acutis, tubus campanulatus. **Corollae** petala calycis fauci inserta, oblonga, plana, patentia. **Styli** exserti, infra medium barbati. **Pomum** ovatum, lanatum . . . . 12. **Osteomeles** *Lindl.*

b. 5partitus, laciniis foliaceis, tubus turbinatus. **Petala** calycis disco magno mellifluo marginati fauci inserta suborbiculata. **Styli** glabri. **Pomum** turbinatum, vertice areolâ latâ nudâ.

Arbusculae **europaeae** spontaneae spinosae, cultae saepius inermes; foliis simplicibus lanceolatis serrulatis bistipulatis, floribus subsolitariis subsessilibus amplis, bracteis persistentibus . . . . 13. **Mespilus** (*L.*) *Lindl.*

(2) 20 v. plura: **filamenta** filiformia; **antherae** ovatae. **Calycis** tubus urceolatus, limbo supero 5fido. **Petala** patentia, orbiculata. **Styli** liberi. **Pomum** ovatum, carnosum, calycis limbo v. disco carnoso clausum, endocarpio osseo. **Sem.** testa membranacea.

Arbores v. frutices utplurimum spinosi, **mediterraneo-orientales** et **boreali-americani**, foliis integris v. lobatis aut incisis, stipulis deciduis, corymbis terminalibus, bracteis subulatis deciduis . . . . 5. e. **Phaenopyrum** (Subg. Crataegi.)

2) dispermi, endocarpio seminumque testâ cartilagineis. **Petala** calycis fauci inserta, breviter unguiculata, plus minus orbicularia. **Stamina** plurima, divergentia: **filamenta** filiformi-subulata; **antherae** subrotundae. **Ovarium** inferum v. semiinferum, 5loculare, loculis biovulatis, ovulis collateralibus adscendentibus. **Semina** collateralia erecta. — **Styli**

(1) 5,

a. distincti et liberi; **stigmata**

a) parva, capitellata. **Petala** reflexa. **Stamina** corollam aequantia v. subaequantia. **Calycis** tubus

(a) cyathiformis, limbus 5dentatus: dentibus sub anthesi erectis, hac peractâ carnosis et introrsum flexis. **Petala** imberbia. **Styli** basi lanati. **Pomum** utrinque umbilicatum.

Frutices v. arbusculae **mediterraneae boreali-americanae**, foliis glanduloso-crenulatis, nervo medio supra glanduloso, floribus parvis corymbosis. . . . . 14. **Aronia** *P.*

Corymbi

α decompositi densiflori; folia pinnatipartita v. lyrata.

Sect. I. Adenorachis *DC.*

β. compositi; folia integra.

Sect. II. Aronia *s. str.*

(b) turbinatus, perigynus (semiadhaerens), limbus 5dentatus: dentibus recurvatis marcescentibus. **Petala** supra unguem lanata. **Styli** filiformes, apice geniculati, secus totam longitudinem fortiter lanati. **Pomum** pyriforme v. subglobosum. **Semina** subinde in loculis solitaria, ampla, complanata . . . . 15. **Cormus** *Spach.*

b) obliqua. **Calyx** perigynus tubo urceolato, super ovarium ampliato, limbo 5fido v. 5dentato: laciniis sub anthesi reflexis vel expansis et recurvatis, persistentibus, marcescentibus, post anthesin conniventibus, sinubus rotundatis sejunctis. **Petala** expansa, concava, glabra, rarius supra unguem barbata, staminibus longiora. **Pomum** clavatum, turbinatum v. subglobosum, basi haud umbilicatum.

Arbores v. frutices **gerontogaeae**, foliis simplicibus serratis bistipulatis eglandulosis, cymis terminalibus patentibus multifloris: pedicellis simplicibus umbellatis, bracteis subulatis deciduis. 16. **Pyrus** *Tourn.*

b. basi ad medium usque tomento lanoso subconnexi. **Petala** patentia, plana,

a) integra. **Pomum** globoso-depressum, basi umbilicatum. Reliqua **Pyri.**

Arbores maximâ parte **gerontogaeae**, paucae **neogaeae**, plerumque plus minus pubescentes aut pilosae, floribus rubescentibus . . . . 17. **Malus** *Tourn.*

b) apice subtridentata, subunguiculata. **Styli** elongati, basi hirsutissimi. **Pomum** globosum, gla-

brum, calycinis lobis utrinque tomentosis coronatum . . . . 18. **Eriolobus** *DC.*

(2) unicus apice 5fidus: **stigmatibus** compresso-reniformibus. **Calyx** tubo turbinato libero, limbo 5dentato. **Petala** sessilia, oblonga, apice emarginata, concava, basi barbata. **Stamina** 20 patentia, calycis limbo longiora, alterna breviora: **filamenta** filiformi-subulata; **antherae** ovatae. **Ovarium** 5loculare, liberum, loculis biovulatis, ovulis adscendentibus. **Capsula** (?) intra calycis tubum limbi dentibus conniventibus clausum ossea, fragilis, 5locularis, loculicide 5valvis. **Semina** collateralia, erecta, compressa, oblonga, testâ cartilagineâ. **Radicula** exserta . . . . 19. **Stranvaesia** *Lindl.*

3) polyspermi, endocarpio cartilagineo; **semina** adscendentia v. horizontalia, testâ mucilaginosâ. **Calycis** tubus adhaerens, campanulatus v. urceolatus, limbus amplus, 5partitus v. profunde 5fidus, persistens, laciniis foliaceis. **Petala** patentia, brevi unguiculata, orbicularia. **Stamina** erecta: **filamenta** filiformi-subulata, **antherae** subrotundae incumbentes. **Ovarium** inferum, 5loculare, loculis multiovulatis, ovulis adscendentibus.

Lobi calycini

(1) sub anthesi reflexi, postea erecti, serrulati. **Stamina** 20 v. plura, uniseriata. **Styli** basin versus vel infra medium tomento plus minus denso cohaerentes.

Frutices v. arbusculae **europaeae** et **indico-chinenses,** foliis simplicibus integerrimis v. denticulatis, subtus saepe lanato-tomentosis, bistipulatis, floribus solitariis v. fasciculatis sessilibus terminalibus, corollis amplis speciosis . . . . 20. **Cydonia** *Tourn.*

(2) erecti, oblongi, obtusi, breves. **Stam.** circ. 40, biseriata. **Styli** inferne pube brevi cohaerentes . . . . 21. **Chaenomeles** *Lindl.*

II. Carpidia inter se distincta,

1. dorso calyci adnata. **Calycis** tubus adhaerens, limbus superus, 5dentatus. **Petala** calycis fauci inserta. **Filamenta** subulata; **antherae** ovatae. **Styli** liberi. **Ovaria**

1) biovulata, ovulis collateralibus, e basi erectis, (**semina** erecta, testâ membranaceâ)

(1) 5, **stylis** totidem; **calycis** tubus urceolatus, limbi dentibus post anthesin carnosis inflexis. **Petala** orbiculata, patentia. **Stamina** 20 v. plura. **Pomum** subglobosum, carnosum . . . . 22. **Pyracantha.**

(2) 2—5, **calycis** tubo turbinato inclusa, epicarpio parce carnoso, endocarpio osseo, abortu monospermo. **Petala** ovata, erecta. **Stamina** 20—50, calycis limbum aequantia.

Frutices **europaei, mediterranei, orientales, indico-nepalenses,** foliis simplicibus integerrimis subtus lanatis, corymbis lateralibus patentibus paucifloris v. pedunculis solitariis unifloris, bracteis subulatis deciduis, petalis parvis persistentibus . . . . 23. **Cotoneaster** *Medik.*

2) uniovulata, ovulo erecto. **Calyx** tubo brevi, limbo patentissimo rigido. **Petala** calycis limbo longiora, concava. **Stamina** 20, calycis limbo breviora. **Styli** 5. **Fructus** . . . . .

Frutices **peruviani** inermes v. ramulis spinescentibus armati, foliis simplicibus, floribus corymbosis . . . . 24. **Hesperomeles** *Lindl.*

2. omnino libera, 2—3, incomplete bilocellata, cartilaginea, disperma, **pomo** calycis limbo coronato exsucco inclusa. **Semina** angulata, compressa, testâ cartilagineâ. **Calyx** tubo urceolato, limbo 5lobo. **Petala** late obovata, unguiculata. **Stamina** circ. 20, exserta. **Ovarium** inferum, 2—3loculare, loculis semisepto parietali bipartitis incomplete 4—6locellatum, locellis uniovulatis, ovulis e basi erectis. **Styli** 2—3, imâ basi coaliti . . . . 25. **Peraphyllum** *Nutt.*

Synopsis specierum.

1. Chamaemeles.

Lindl. in Linn. Trs. XIII. 1. 104. — *DC.* Prodr. II. 631. — *G.Don* gen. syst. II. 602. — *Meisn.* gen. 106. (74.) — *Endl.* gen. 1238. 6351.

Inermis (?). Folia simplicia, coriacea, cuneiformi-obovata obsolete crenata, nitida subavenia. Stipulae membranaceae, nitidae. Racemi axillares, folium aequantes, pilosiusculi, basi foliosi (bracteati *Endl.?*).

Ch. coriacea *Lindl.* l. c. t. 11. — *DC.* l. c. — *G.Don* l. c. — *Sprg. S. V.* II. 460.

Crataegus coriacea *Sol.* MS.

In insulâ *Maderâ*, in rupibus maritimis ad viam *Canico* dictam ab oppido *Funchal* orientem versus. ♄.

Caulis teres, glaber et rami alterni erecto-patentes tuberculati. Folia erecto-patentia, approximata, in petiolum lineam longum complanato-canaliculatum attenuata, apice rotundata, 6—10‴ longa, 4—5‴ lata. Racemi erecti, rhachi tereti glabrâ, pedicellis alternis vix lineam longis teretibus glabris, basi bracteolâ foliis conformi vix lineam longâ suffultis. Flores minuti, diam. circ. 3‴; calycis dentes brevissimi acutiusculi; petala inter se distantia, subrotundo-obovata, erecta. Filamenta basi vix dilatata, erecto-patentia, petalis paulo breviora. Ovarium nudum. Stylus crassus, subclavatus, basi pubescens, filamenta aequans.

Variat foliis majoribus et minoribus.

2. Heteromeles *m.*

Nomen e genitalibus numero diminutis a reliquis generibus valde alienis derivatum.

Folia oblongo-lanceolata, acuta, distanter argute et inaequaliter glanduloso-serrata; paniculae corymbosae terminales: pedicellis calyce brevioribus.

H. arbutifolia.

Crataegus arbutifolia *Ait.* Kew. ed. 2. III. 202.

Photinia arbutifolia *Lindl.* l. c. 103. et Bot. Rg. t. 491. — *DC.* l. c. 2. — *G.Don* l. c. 2. — *Sprg.* l. c. 508. 2. — *Sp.* l. c. 80. *Torr. & A. Gr.* l. c. 473.

In *Californiâ*. ♄.

Folia breve petiolata, coriacea, rigidissima, margine revoluta. Flores albi. Poma parva.

α. nudiflora: paniculis nudis.
Photinia nudiflora *Nutt.* MS.

β. foliolosa: paniculis bracteatis.
Photinia foliolosa *Nutt.* MS.

Verisimiliter species duae distinctae. Genus autem patriâ et genitalium numero, ut a cl. Nuttallio in *Torr. & A. Gr.* l. c. describitur, a Photiniis mere asiaticis satis recedere videtur.

5.a. Oxyacantha.

Medik. — Crataegus, Oxyacanthae *Griseb.* Spicil. Fl. Rumel. etc. I. 89. (p. p.)

Omnes spinosae, varietate tantum inermes. Flores corymbosi,

I. constanter **monogyni.** Folia antice plus minus profunde 3—5-fida v. 3—5loba, basi

1) rotundata (rarius tantum subproducta in petiolum), utrinque glabra v. subtus ad nervos ciliata; stylus deflexus; calyces hirsuti, laciniis oblongis acuminatis patentibus apice obtusis; fructus oblongi, basi foveolati monopyreni: pyrena ovato-oblonga, fusco-brunea, dorso convexa, 3—4sulcata, facie obversâ rimâ longitudinaliter infra medium umbilicatâ instructa.

1. **O. kyrtostyla.**
Crataegus kyrtostyla *Fingerh.* in Linn. IV. 372. et 379. t. III. f. 1. — *G.Don* l. c. 600. 37.
In *Germaniâ* „in der *Eiffel*" pr. *Schleiden.* ♄.
Frutex v. arbor 5—6pedalis, cortice rimuloso albido-griseo, ramis erectis, ramulis patentibus spinosissimis. Folia rhombea, lobis variiformibus, acuminatis, acutis v. obtusis, medio serrato, lateralibus saepius integerrimis, supra obscure viridia nitida, subtus pallidiora, nervis 3—5 glaucescentibus, in axillis pilosis. Stipulae ovali-lanceolatae, subserratae. Corymbi terminales 2—4flori, et pedunculi solitarii uniflori in summis axillis. Pomum obscure cinnabarium, nitidum.

2) obovato-cuneiformia, glaberrima, subtriloba, tarde decidua, lobis subserratis acutis; corymbi pauciflori glabri; calycis laciniae ovatae acuminatae reflexae; ramuli et folia glabra.

2. **O. heterophylla.**
Crataegus heterophylla *Flügge* in Ann. Mus. XII. 423. t. 38. — *DC.* l. c. 629. 30. — *G.Don* l. c. 600. 39, — *Ledeb.* Fl. Ross. II. 90. 9. — *Jaume St. Hil.* l. c. t. 358. — *Lindl.* Bot. Rg. t. 1151. et 1847.
Mespilus heterophylla *Desf.* Ht. Par. — *Sp.* l. c. 67.
Mespilus Aronia *Wats.* Dendr. brit. t. 165. (mala).
M. constantinopolitana *ht.* (?)
In provinciis *caucasicis.* ♄. ♄.
Arbuscula utplurimum inermis. Folia firma, nitida, in petiolum decurrentia, subtus glaucescentia, 1—3″ longa: inferiora ramulorum lateralium oblonga, apice denticulata v. tridentata, aut integerrima, superiora cuneiformia trifida: lobis integerrimis, denticulatis v. incisis; folia turionum terminalium rhomboidalia, pinnatifida: lobis incisis denticulatis. Stipulae turionum terminalium amplissimae, pinnatifidae. Corymbi laxi, ramis simplicibus. Calycis laciniae triangulares, cuspidatae, reflexae. Flores magnitudine illorum O. vulgaris, albi. Pomum rubrum, ovoideum v. oblongum, 3—4‴ lg., pyrenâ unicâ subpentagonâ *(Spach).*

3) cuneata;

(1) inferiora saepe fere integra, reliqua cuneiformia, 3fida, lobo intermedio obtuso profunde 3-rarius 5dentato dentibus subaequalibus, omnia margine petiolisque hirtula; corymbi laxiusculi, pedunculi calycesque glabri; fructus longe pedunculatus ovoideus.

3. **O. granatensis.**
Crataegus granatensis *Boiss.* Elench. 72. Voy. bot. en Esp. 622. t. 61. — *Wlp.* Rp. II. 57.
In convallibus *Sierrae Nevadae*, alt. 5—6000′. ♄.
Arbor 25—30pedalis, trunco saepe hominis crassitudine, ramis spinosis. Valde affinis O. heterophyllae, quae differt ramis inermibus, stipulis duplo majoribus, foliis glaberrimis angustius cuneatis, lobo intermedio acuto denticulato, nec obtuso profunde tridentato.

(2) omnia 3—5fida, glabra, subtus vix puberula; lobis

a. circumserratis; calycis laciniae acutae reflexae; poma nigra.

4. **O. Pallasii.**
Crataegus Pallasii *Griseb.* l. c. 89.
Cr. monogyna nigra *Pall.* Fl. Ross. I. 26. t. 12. — *Wlld.* Sp. pl. II. 1006. 17. *β.*

(Oxyacantha Pallasii)

Cr. melanocarpa *Bory* Exp. Mor. 140.
In *Rossiâ meridionali* ad *Wolgam* et in provinciis *Caucasicis*, in *Moreâ*. ♄.
Oxyacantha fructu nigro *Kraschen.* Kamtsch. 100 eadem stirps esse videtur, a recentioribus penitus neglecta et cum O. monogynâ confusa. Spinosa. Folia 5fida, cuneiformia, incisa. Stipulae lanceolatae.

b. oblongis obtusatis mucronatis apice tantum pauciserratis, ovato-subrotunda; stipulae serratae integraeque lanceolatae; calycis laciniae oblongae obtusae reflexae glabrae; poma (juniora) ovariaque ovoidea pilosa rubentia.

5. **O. Azarella.**
Crataegus Azarella *Griseb.* l. c. 88. — *Wlp.* l. c. 915.
Cr. monogyna *ht. grd.*
In insulae *Tasos*, *Thraciae* et *Macedoniae* fruticetis et silvis ad alt. usque 2100′. ♄.
Ramuli parce spinosi pedunculique piloso-puberuli.

2. plerumque **mono-** rarius (in eâdem stirpe) **digyni**; folia

1) integra aut obtuse triloba subrhombea basi obovata, crenata, utrinque concolora.

6. **O. obtusata.**
Crataegus oxyacanthoides *Thuill.* Fl. Paris. 245. — *DC.* Fl. Fr. IV, 433. — *Lindl.* Bot. Rg. t. 1128.
Cr. Oxyacantha *Fl. Dan.* t. 634. — *Jacq.* Fl. Austr. t. 292. f. 2.
Cr. Oxyacantha *α.* obtusata *Ser.* in *DC.* Prodr. l. c. 628. 29. — *G.Don* l. c. 600. 36.
Mespilus Oxyacantha *α.* integrifolia *Wallr.* Sched. crit. 219. (p. p.)
Cr. Oxyacantha *β.* oxyacanthoides (foliis cuneatis ovalibus minus incisis circumserratis) *Rchb.* Fl. germ. exc. 628. 4047.
In *Europae mediae* sepibus, ad silvarum margines. ♄.

2) antice 3—5loba, ovata v. ovato-trapezoidea, lobis acuminatis argute serratis; poma magna cylindrica crassitie longiora basi 5gibbosa, plerumque monopyrena.

7. **O. macrocarpa.**
Crataegus macrocarpa *Hegetschw.* Fl. der Schw. 464. 1392.
In montanis *Helvetiae*: ad montem *Etzel* versus *Einsiedeln*. ♄.
Frutex spinosus, 16—20pedalis, foliorum lobis fere ad medium usque separatis. O. vulgaris differt foliis minus profunde incisis crenatis, pomo rotundo; O. monogyna foliorum lobis ultra medium partitis, pomis gracilioribus basi minime gibbosis.
An eadem ac Cr. Oxyacantha var. pentacycla fructibus angulatis basi verrucosis, a cl. *Wallr.* l. c. 220. commemorata?

3) tri- (vel 5-) partita obovato-cuneiformia subtus discoloria demum subcoriacea nitida glaberrima, basi cum petiolis subtusque in nervis subciliata; calyces glabri v. subciliati, laciniis oblongis acuminatis reflexis apice obtusis; poma globosa, 1—2pyrena: pyrenae oblongo-ovatae brunneae dorso convexo-bisulcatae, sulcis infra medium evanescentibus, facie obversâ planiusculae longitudinaliter sulcatae, basin versus umbilicatae.

8. **O. monogyna.**
Crataegus monogyna *Jacq.* l. c. t. 292. f. 1. — *Wlld.* Sp. pl. II. 1006. 17. — *Fgh.* l. c. 374. et 380. t. III. f. 2. — *Fl. Dan.* t. 1162. — *G.Don* l. c. 38.
Crataegus Oxyacantha *Bull.* Hb. t. 333. — *DC.* Fl. Fr. l. c. — *E. B.* t. 2504.
Cr. sibirica *Lodd.*
Cr. transylvanica *ht.*
Mespilus monogyna *Wlld.* Enum. 524. — *Guimp.* Holz. t. 73. — *Sprg.* l. c. 507. 32. — *Wallr.* l. c. 221. — *Sp.* l. c. 68.
Mespilus Crataegus *Borkh.*
In *Europae mediae* silvis montanis, praesertim in solo calcareo, frequens. ♄.
Frutex v. arbuscula spinosissima. Folia cuneiformia v. cuneiformi-obovata v. rhomboidea, in petiolum decurrentia, ramulorum terminalium pinnatifida v. pinnatipartita, inferne integerrima: segmentis trifidis v. apice inciso-dentatis, ac in O. vulgari profundioribus acutioribusque. Corymbi subsimplices v. ramosi. Flores ac in O. vulgari minores et seriores, albi. Calyces pedunculique glabri v. villosi. Dentes calycis triangulari-oblongi, obtusiusculi, reflexi, tubo breviores. Pomum ellipsoideum v. ovale, purpureum.

(Oxyacantha monogyna) α. cuneata *Wallr.*: foliis obovato-cuneiformibus apice obsolete trifidis integerrimisve, venosis.

β. trifida *Wallr.*: foliis obovatis apice trifidis trinerviis, nervorum deplanatorum exaratorum cruribus barbatis, laciniis divaricatis apice serratis.

γ. decussata *Wallr.*: foliis profunde repetitoque trifidis, laciniis decurrentibus divaricatis.

δ. subrotundata: foliis obovatis et subrotundo-rhombeis 3—5lobis subintegrisque: lobis subdivaricatis obtusis superne subdentatis subtus versus basin rotundatam vix cuneatam subpubescentibus, petiolis fere glabris, floribus mono-rarius 2-gynis, laciniis calycinis reflexis obtusis, bracteis integerrimis, fructibus subrotundis 1—2pyrenis basi rotundatis v. retusis. *Lasch.* in Linn. V. 440.

ε. Laschiana: foliis rhombeis et obovatis 5-subtrilobis integrisque: lobis acuminatis subtus ad venarum axillas pilosulis, petiolis subpilosulis, floribus 1—2gynis, laciniis calycinis elongatis acutis glabris interdum sparsim ciliatis dein reflexis, fructibus ellipticis 1—2pyrenis basi retusis. *Lasch.* l. c.

Variat: pedicellis calycibusque subvillosulis, fructibus subpilosulis.

ζ. acuminata: foliis rhombeo-subrotundis et obovatis 5-subtrilobisque: lobis subdivaricatis acuminatis supra praesertim pilosulis basi rotundatis subcuneatis, floribus 1—2gynis, laciniis calycinis elongatis obtusis, fructibus subovatis 1—2pyrenis. *Lasch.* l. c.

η. plena: floribus albis plenis.

Aubépine commune à fleurs doubles.

Var. hortensis ut sequentes.

ϑ. rosea: floribus persicinis.

Crat. Oxyacantha punicea *Bot. Cab.* t. 1363.

Crat. rosea. coccinea *hort.*

ι. variegata: foliis albo- v. luteo-variegatis.

Aubépine à feuilles panachées.

κ. xanthocarpa: fruct. luteo.

4) laciniata, 3—5loba: lobis iterum lobatis v. pinnatipartitis, lobulis

(1) angustissime partitis incisisque subtus pubescentibus; poma turbinata villosa monopyrena rubra.

9. Oxyacantha elegans.
Crataegus elegans *Poir.* Enc. IV. 439. — *Pers.* Syn. II. 38. 28.
Crat. Oxyacantha γ. laciniata *DC.* l. c. (p. p.) — *G.Don* l. c. (p. p.)
Mespilus Oxyacantha δ. anguste laciniata *DC.* Fl. Fr. IV. 531.
In silvaticis *Galliae* prope *St. Leger*, haud procul a *Versailles*. ♄.
Folia ac in O. vulgari quoque minora.

(2) acutis divergentibus serratis; folia ovata, basi attractâ dilatatâ subrhombea, semel vel bis bi-trifida, glabriuscula; poma subrotunda v. ovato-oblonga.

10. O. media.
Crataegus media *Bechst.* Forstb. 580. Diana I. 88.
Mespilus Oxyacantha β. laciniata *Wallr.* l. c. 219.
Mespilus intermedia *Poir.* (?)
In *Europâ mediâ*. ♄.

(3) profundis divaricatis extrorsum serratis glabris subtus discoloribus subcoriaceis.

11. O. apiifolia.
Mespilus apiifolia *Medik.* Gesch. der Bot. 82.
Crataegus Oxyacantha δ. monostyla *DC.* l. c. (p. p.) — *G.Don* l. c. (p. p.)
Hab. cum praecedentibus. ♄.

Flores magnitudine illorum O. vulgaris, utplurimum et fere constanter monogyni.

5) profundius incisa, fere pinnata: pinnâ extimâ trilobâ, cum lateralibus confluente, duabus infimis remotioribus in petiolum subdecurrentibus bifidis, omnibus oblongo-lanceolatis inaequaliter inciso-serratis.

12. **O. laciniata.**
Crataegus laciniata *Bess.* Enum. 58.
Crat. monogyna *β.* laciniata *Stev.* ex *Ledeb.* Fl. Ross. II. 89.
In *Podoliâ.* ♄.

6) inciso-pinnatifida hirsuta, lobis oblongis acutis apice paucidentatis: lobi calycini acutiusculi reflexi hirsuti; fructus elliptici.

13. **O. sicula.**
Crataegus laciniata *Ucria* ex hb. Moric. — *DC.* l. c. 629. 35. — *G.Don* l. c. 601. 45.
In *Siciliae* montibus *Nebrodensibus (Madonie).* ♄.

3. rarius **mono-** plerumque **digyni,** rarissime **trigyni.**
Folia obovata subrhombea subtrifida obtusa membranacea glabriuscula utrinque concolora, nervo medio basique cum petiolis pubescentia; styli erectiusculi; calyces glabri: laciniis plano-expansis acuminatis acutiusculis; poma subglobosa, 2—3pyrena: pyrenae ovatae, pallide fuscae, dorso convexae bisulcatae, sulcis infra medium evanescentibus, facie obversâ excavato-planiusculae, striâ longitudinali angulato-prominulâ.

14. **O. vulgaris** *Erndt* Virid. Varsov. 86.
Crataegus Oxyacantha *L.* Sp. pl. 683. — *Fl. Dan.* t. 634. — *Blackw.* hb. t. 149. — *Knorr.* Del. I. t. S. — *Wlld.* l. c. 1005. 16. — *Schk.* Hdb. t. 132. — *Sv. Bot.* t. 157. — *Rchb.* l. c. — *Ledeb.* l. c. 88. (et ejus fide.)
Crat. spinosa *Gilib.* Fl. Lith. V. 231.
Cr. glandulosa *Georgi* Beschr. des russ. Rch. III. Nachtr. 273.
Crataegus Oxyacantha *β.* vulgaris (foliis ovatis basi cuneatis profunde trifidis pinnatifidisve utrinque concoloribus, lobis acutis divergentibus subserratis, floribus 1—3gynis) *Ser.* in *DC.* l. c. — *G.Don* l. c. (p. p.)
Mespilus Oxyacantha *Gaertn.* fr. II. t. 87. — *Wallr.* l. c. 219. (p. p.) — *Sprg.* l. c. 507. 31. — *Sp.* l. c. 67.
Oxyacantha s. Spina acuta *Dod.* Pempt. 751.
Per omnem *Europam*, *Asiam mediam*, *Sibiriam*que in silvis, fruticetis et sepibus frequentissime; in *Americâ boreali* et *Terrâ Novâ* introducta. ♄.
Nomina vernacula hujus et O. monogynae:
Hagdorn, Weissdorn, Mehlbeere etc. germ., Aubépine, Épine blanche, Bois de Mai gall., Hawthorn, White-thorn angl., Branco spino ital.

Frutex 6—12pedalis v. arbuscula, ramosissima; rami grisei, spinis brevibus fortibus subulatis armati. Folia glabra, cuneiformia, cuneiformi-obovata, obovata, ovata, ovato-rhomboidalia aut ovato-rotundata, in petiolum decurrentia, fere a basi denticulata v. inciso-dentata, apice triloba (in ramulis junioribus profunde triloba v. pinnatiloba): lobis rotundatis v. acutis, terminali saepius trilobo v. trifido, 1—2'' longa, 10—20''' lata, firma, supra lucida, subtus pallida v. glaucescentia, petiolo brevi v. laminâ longiore, interdum subvilloso. Corymbi laxissimi, 5—9flori, subsimplices: pedicellis (cum calycibus) glabris v. villosis, longissimis, raro 2—3floris. Dentes calycini triangulares, brevissimi, reflexi. Flores albi, diametro semipollicares. Poma coccinea, ellipsoidea v. ovalia, diam. 4—5''', pulpâ flavescente farinosâ, vix edulia. — Lignum durissimum, tenax, saepe fuscescenti-venosum. Cortex tinctorius. Flores et folia Theae loco hinc inde adhibentur. Frutex ad sepes conficiendas aptissimus.

β. subinermis: subspinosa, ramis extremis pubescentibus, foliis minoribus subro-

(Oxyacantha vulgaris) tundis obsolete 3—5lobis basi cuneatis: lobis obtusis inaequaliter dentatis utrinque venisque pubescentibus, laciniis calycinis obtusis, bracteis rectiusculis. *Lasch* l. c. 439.

γ. xanthocarpa: fruct. flavis.
δ. leucocarpa: fructibus albidis.
Varietates hortenses.
ε. inermis: spinis plane destituta.

Steud. in Ncl. ed. 2. 433. sequentes adhuc indicat varietates, nobis ignotas:

Crataegus quercifolia *Booth.*
— aurantiaca *Booth.*
— apetala *Lodd.*
— aurea *ht.*
— capitata *Sm.* Ayr.
— flexuosa *Sm.* Ayr.
— Celsiana *ht.*
— eriocarpa *Lindl.*
— multiplex *ht.*
— pendula *Lodd.*
— praecox *ht.*
— punicea *Lodd.*
— purpurea *Penny.*
— Reginae *ht.*
— stricta *Lodd.*

Variat praeterea foliis subrhombeis v. minoribus subrotundis trilobis basi rotundatis v. lobis subincisis v. subtus pilosulis, subrotundo-obovatis v. integris subduplicato-dentatis; laciniis calycinis dense ciliatis, omnibus obtusis v. acutis v. demum subreflexis; floribus subsolitariis; pomis magis ovatis v. basi obtusis, acutiusculis v. retusis, aliisque modis fere infinitis. Cf. quoque *Wallr.* l. c.

3. Photinia.

Lindl. l. c. 103. — *DC.* l. c. 631. — *G.Don* l. c. 602. — *Sp.* l. c. 79. — *Meisn.* l. c. 106. (75.) — *Endl.* l. c. 1238. 6350.

Sect. I. Euphotinia.

Lindl. in Bot. Rg. n. 1956.

1. Flores cymosi: cymae sessiles pauciflorae lanatae; calycis dentes obtusi membranaceo-marginati; folia lanceolata acuminata argute serrata glabra.

1. **Ph. arguta** *Wall.* L. 673. — *Lindl.* in Bot. Rg. l. c. — *Wlp.* Rp. II. 57.
In *Pundua Indiae orient.* ♄.
Fructus ignoti.

2. Flores umbellati; (folia acuminata serrata;) umbellae terminales,

1) subsimplices; folia ovata, glabra.

2. **Ph. laevis** *DC.* l. c. 5. — *G.Don* l. c. 7.
Crataegus laevis *Thb.* Jap. 204. — *Wlld.* l. c. 1003. 10. — *Sprg.* l. c. 506. 17.
In *Japoniâ.* ♄.
Frutex totus glaber. Folia e gemmis alternis 3—4, petiolata, tenuissime serrata, plana, tenuia, patentissima, inaequalia, pollicaria. Flores patentissimi; umbella rarius radio unico trifido v. racemoso. Stigmata capitata.

2) compositae; folia (ovato-)oblonga cum fructibus pedicellisque villosa.

3. **Ph. villosa** *DC.* l. c. 6. — *G.Don* l. c. 8.
Crataegus villosa *Thb.* l. c. — *Wlld.* l. c. 9. — *Sprg.* l. c. 18.
In *Japoniâ.* ♄.
Folia petiolata, venosa, bipollicaria. Stigmata capitata.

Obs. Haec et praecedens a cl. *Lindl.* in Linn. Trs. et *DC.* dubiae tantum huc ducuntur.

3. Flores paniculati: paniculae terminales compositae, (pedicellis calyce longioribus,)

1) corymbosae: ramis ramulisque

(1) glabris; folia oblonga acuta, serrulata glabra, superiora petiolis vix 4plo longiora.

4. **Ph. serrulata** *Lindl.* ll. cc. — *DC.* l. c. 1. *G.Don* l. c. 1. *Sp.* l. c. 80 (?). — *Sprg.* l. c. 508. 1.
Crataegus glabra *Thb.* l. c. 205. — *Wlld.* l. c. 1004. 11. — *Ait.* Kew. ed. 2. III. 202. — *Sims* Bot. Mg. t. 2105. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 248. — *Colla* ht. Rip. t. 36.
Mespilus glabra *Sweet* ht. suburb. 112.
In *Chinâ* et *Japoniâ*. ♄.

Arbuscula dense frondosa, sempervirens. Ramuli florentes teretes, glabri, flavescenti-virides, sanguineo-maculati, crassitie calami, foliosi. Petioli semiteretes, supra canaliculati, glabri, crassi, flavescenti-virides, basi saepe rubelli, 4—5''', superiores 1—2'' longi, marginibus canaliculi tenuissime serratis. Folia grosse et densius argute serrata, venosa, supra laete et saturate glauco-viridia lucida, subtus flavescenti-viridia, 4—6'' longa, 3'' lata, superiora sensim minora. Panicula nuda, diam. $1\frac{1}{2}$—2pollicaris: rami et pedicelli alterni, crassiusculi, erecto-patentes, flavescenti-virides, pedicelli 2—3''' longi. Calyx brevissimus, viridis, glaber, laciniis ovatis acutis. Corolla diam. circ. 3—$3\frac{1}{2}$''': petala subrotunda, apice subinflexa et rotunda, alba. Filamenta petalis paulo breviora, capillaria, alba, antheris subrotundis flavis. Styli breves, crassi, reflexi, virides: stigmata capitata.

Spach l. c. folia elliptico-oblonga, breviacuminata, denticulata, petiolo 3—4plo longiora, corymbos amplos densiusculos, pedicellos calyce breviores et flores minimos describit; an diversa?

(2) strigoso-pubescentibus; folia elliptica basi acuta, apice vix acuminata serrulata.

5. **Ph. prunifolia** *Lindl.* in Bot. Rg. l. c. — *Wlp.* l. c. 56. — *Dietr.* Syn. pl. III. 163. 10.
Ph. serrulata *β. Hook.* & *Arn.* in *Beech.* voy. Bot. 185.
In *Japoniâ* et *Chinâ*. ♄.
Folia subtus glandulifera; flores quam in praec. multo minores.

(3) ut calyces et folia juniora subtus tomentosis; haec cuneato-oblonga obtusa, a medio ad apicem serrata, coriacea; flores semidigyni.

6. (?) **Ph. Sieboldi** *G.Don* l. c. 6.
Mespilus Sieboldi *Blume* Bijdr. 1102. — *Wlp.* l. c. 54.
Rhaphiolepis Sieboldi *Hassk.*
Crataegus Sieboldi *Steud.* Ncl. ed. 2. — *Dietr.* Syn. pl. III. 159. 14.
In *Javâ*. ♄.

2) thyrsoideae; folia late elliptico-lanceolata glabra remote serrata utrinque attenuata; calyces tomentosi.

7. **Ph. bengalensis** *Wall.* MS. in Linn. Soc. Hb. — *G.Don* l. c. 5. — *Dietr.* l. c. 5.
In *Bengaliâ*. ♄.

Sect. II. Myriomala.

Lindl. l. c.

1. Flores paniculati. Ovarii loculi spurie semibiloculares; fructus glabri di- (saepius abortu mono-)spermi; paniculae compositae: ramificationibus

1) glabris, pedicellis calycem aequantibus; folia elliptica v. oblongo-lanceolata, acuta, serrulata v. juniora subintegerrima.

8. **Ph. Lindleyana** *W.* & *A.* Prodr. I. 302. 929. — *Wlp.* l. c. 57. — *Dietr.* l. c. 8. — *Wght.* ic. pl. I. t. 228.
In montibus *Neelgherricis*. ♄.
Paniculae parvae.

α. foliis late ellipticis *Wght.* Cat. 1012.
β. foliis oblongo-lanceolatis *Wght.* Cat. 1013.

2) puberulis, pedicellis calyce multo brevioribus (nec longioribus ut vult cl. *Dietr.*); foliis cuneato-lanceolatis v. oblongis, acutis, integerrimis v. dentibus paucis sparsis obsoletis.

9. **Photinia Notoniana** *W. & A.* l. c. 930. — *Wlp.* l. c. — *Dietr.* l. c. 9. — *Wght.* Ill. I. t. 82.
In montibus *Neelgherricis.* ♄.
Paniculae amplae. Flores multo numerosiores, at minores quam in praecedente.

2. Flores corymbosi: corymbi
1) glabri,
(1) paniculati ebracteati; folia ovalia (elliptica) acuminata integerrima; rami angulati, papillis crebris pustuliformibus scabrosi (glabri).

10. **Ph. integrifolia** *Lindl.* l. c. — *DC.* l. c. 3. — *G.Don* l. c. 3. — *Sprg.* l. c. 508. 4. — *Sp.* l. c.
Pyrus integerrima *Wall.* in *D.Don* Prodr. Nep. 237.
In *Nepaliâ.* ♄.
Folia petiolata, glaberrima, basin versus quandoque attenuata, reticulato-venosa. Styli crassi, patentes. Loculi dissepimento spurio semibipartiti ideoque ovula quasi solitaria. *(Lindl.)* Ovarium 3loculare, loculis biovulatis. *(D.Don.)*
G.Don inflorescentiam paniculam diffusam, *Spach* corymbum densum nuncupat!

(2) multiflori: ramulis (paniculae?) pustulatis; folia obovato-lanceolata acuta, basi acuminata, supra medium serrata, laevia, utrinque glabra.

11. **Ph. pustulata** *Lindl.* in Bot. Rg. l. c. — *Wlp.* l. c. 57. — *Dietr.* l. c. 32.
In *Chinâ*, prope *Canton.* ♄.
Flores ignoti. Pomum ovatum, magnitudine pisi.

2) tomentosi, supradecompositi, divaricati; folia oblonga acuminata integerrima glabra.

12. **Ph. eugeniaefolia** *Lindl.* l. c. — *Wlp.* l. c. — *Dietr.* l. c.
In *Indiâ orientali: Pundua.* ♄.

Subg. v. genus (?) Shicola *m.*

Fructus inferus, unilocularis. Semen magnum, solitarium, testâ laxâ vestitum. Caeterum ut in Photiniâ petala reflexa et ovarium semisuperum biloculare.

Paniculae terminales, pilosae; folia lanceolata, distanter serrata.

13. **Ph. dubia** *Lindl.* in Linn. Trs. l. c. 104. t. 10. — *DC.* l. c. 4. — *G.Don* l. c. 4. — *Sprg.* l. c. 3. — *Sp.* l. c. 81.
Crataegus Shicola *Buchan.* MS.
Mespilus benghalensis *Roxb.* Fl. Ind.
Mespilus tinctoria *D.Don* Prodr. Fl. Nep. 236.
In *Nepaliâ: Wall.* ♄.
Rami teretes, glabri, superne incrassati, foliorum delapsorum rudimentis tuberculati. Folia ad ramorum apices congesta, in petiolum 2—3''' longum, late canaliculatum, $1^1/_2$''' latum attenuata, glabra, serraturis 3—4''' a se invicem distantibus, acuta, plana, 3—5-pollicaria, medio pollicem lata. Panicula 3—4pollicaris: rami alterni, di—trichotomi, inflexi v. reflexi, crassi, teretes, pollicares v. ultra, crassitie calami corvini; pedicelli conformes, 3—6''' longi, basi bracteolis geminis lanceolatis acutis 1—$1^1/_2$''' longis suffulti. Calyx campanulatus, pilosus, 3—4''' lg. et amplus, dentibus 5 ovatis acutis. Corolla diam. 4''': petala stellato-expansa, subrotunda, subemarginata, contigua. Filamenta subulata, petalis breviora, antheris subrotundo-ovalibus bilobis. Styli clavati, incrassati, brevissimi, basi coaliti. Fructus oblongus, subfusiformis, calyce coronatus. (Ex ic. cit.)

Species exclusae:

Photinia arbutifolia *Lindl.* = Heteromeles arbutifolia.
— foliolosa *Nutt.* = — —
— nudiflora *Nutt.* = — —

4. Rhaphiolepis.

Lindl. in L. Trs. l. c. 105. — *DC.* l. c. 630. — *G.Don* l. c. 601. — *Meisn.* l. c. — *Endl.* l. c. 1239. 6352. — *Sp.* l. c. 78.

1. Flores racemosi: racemi terminales,

1) simplices,

(1) pedicelli bracteis tortis instructi; calyces basi villosi; folia cuneato-oblonga acuta serrata coriacea glabra.

1. **Rh. spiralis** *G.Don* l. c. 602. 6.
Mespilus spiralis *Blume* Bijdr. 1102. — *Wlp.* l. c. 54. 8.
Crataegus spiralis *Steud.* !Ncl. ed. 2. — *Dietr.* l. c. 13.
In *Chinâ.* ħ.

(2) pedunculi calycesque tomentosi, bracteis subulatis; folia ovata acuminata serrata; petala ovata acuta; stamina calyce (triplo) breviora.

2. **Rh. indica** *Lindl.* l. c. — *DC.* l. c. 1. — *G.Don* l. c. 601. 1. — *Sp.* l. c. 79.
Crataegus indica *Sims* Bot. Mg. t. 1726. — *Schrk.* Ht. Monac. t. 60. (non *L.*). — *Colla* Mem. di Torino XXXI. 324. t. 13.
In *Indiâ orientali* et *Chinâ.* ♄.

Arbor 20pedalis, trunco erecto, cortice laevi obscure fusco. Folia sempervirentia, inferne angustata, petiolata (petiolis supra subcanaliculatis 3‴ longis), supra intense viridia nitida, subtus pallida, reticulata, 2—3″ longa, ultra 1″ lata. Stipulae 2 subulatae, intrapetiolares, caducae, 2‴ longae, virides. Flores albi. Bracteae erectae, 1½—2‴ longae, fuscescentes, 2—4 alternae in pedicellis pollicaribus erectis rufescentibus. Calyx campanulatus: dentibus longis erectis subulatis, post florescentiam ab apice germinis secedens, 4‴ longus, rufescens. Petala oblongo-ovata, acuminata, nervosa, 4‴ longa, 2½‴ lata. Filamenta erecta, primum alba, tunc laete rubescentia; antherae flavae, didymae. Germen minutum, subrotundum, eodem tomento quo calycis pars separabilis tectum, sed non rufescens, biloculare, loculis 4ovulatis. Styli erecti, staminibus longiores, virides: stigmata capitata. (*Sims* et ex ic.)

2) corymbosi squamosi; folia lanceolata glabra,

(1) obtuse serrata supra nitida; petala lanceolata, calyces superantia; stamina exserta.

3. **Rh. crataegoides.**
Rh. indica *Sprg.* l. c. 508. 1. (excl. synon. *Lindl.*).
Crataegus indica *L.* Sp. pl. 683. — *Wlld.* l. c. 1005. 14.
In *Indiâ orientali.* ♄.

Arbor magna ramis inermibus. Folia latolanceolata, crassiuscula, petiolata. Bracteae subulatae.

(2) inaequaliter serrata; petala subrotunda patentia.

4. **Rh. Loureiri** *Sprg.* l. c. 3. — *G.Don* l. c. 2.
Crataegus indica *Lour.* Coch. 319. ed. *Wlld.* 391.
In *Cochinchinâ.* ♄.

Arbor magna inermis, ramis patentibus. Calyx in senectute truncatus. Bacca calycina, subrotunda, umbilicata, carnosa, uniloc., edulis. Semina 2—4, oblonga. — Lignum rubescens, grave, tenax.

Obs. Cr. indica *L.* & *Lour.* verisimiliter eadem species sunt; sed ex auct. cl. *Sprg.* hic separatae. Neutra vero ad Rh. indicam *Lindl.* pertinet, diagnosi fere ex diametro contrariâ. Cum autem cl. *Sprg.* diagnosin suae Rh. indicae ex illâ *Linnaei* ad Cr. indicam datâ sumsisset, synonymon *Lindleyi* illi adpositum certissime erroneum est. Eadem valent de suâ Rh. rubrâ, cujus diagnosin e descriptione *Loureirii* Cr. rubrae, equidem a Rh. rubrâ *Lindl.* penitus diversae, emendare sibi placuit.

3) compositi breves laeves; folia cuneiformi-ovata crenata glabra, ad apices ramorum congesta; petala ovata; stamina (capillaria, inaequalia,) corollâ breviora.

5. **Rhaphiolepis sinensis.**
Rh. rubra *Sprg.* l. c. 4. (non *Lindl.*).
Crataegus rubra *Lour.* ll. cc. 320. et 391.
Mespilus sinensis *Poir.*
(?) Crataegus punctata (rubra): spinosa inermisve, foliis obovato-cuneiformibus glabris serratis, calycibus subvillosis: foliolis subulatis integris. *Ait.* Ht. Kew. II. 169.
In *Chinâ: Cantone.* ♄.
Arbor magna, ramis patentibus. Folia apice ovata, basi attenuata. Calyx campanulatus, pilosus, ruber; laciniis subulatis longis expansis, in senectute deciduis. Antherae subrotundae. Germen subrotundum infra receptaculum. Styli filiformes, staminibus aequales. Stigmata crassiuscula. Bacca calycina, subrotunda, rubra, edulis, 2loc., monosperma, seminibus subovatis. *(Lour.)*

4) . . . . . folia utrinque acuminata dentata; stamina calyce longiora,

(1) stricta; folia ovato-lanceolata; petala lanceolata.

6. **Rh. rubra** *Lindl.* Coll. n. 3. t. 3. — *DC.* l. c. 3. (excl. synon.). — *G.Don* l. c. 602. 4. (excl. syn.). — *Sp.* l. c. 79. (excl. syn.). — *Bot. Rg.* t. 1400.
In *Chinâ.* ♄.
Arbor 30pedalis. Flores pallide rubri.

(2) divaricata; folia lanceolata, inaequaliter denticulata, petala suborbicularia.

7. **Rh. phaeostemon** *Lindl.* Coll. l. c. — *DC.* l. c. 2. — *G.Don* l. c. 601. 3. — *Sp.* l. c.
Rh. indica *Bot. Rg.* t. 468.
In *Chinâ.* ♄.
Frutex 3—6pedalis. Petala alba; stamina fusco-rubra. Differt a Rh. rubrâ staminibus expansis calyce longioribus foliisque multo longioribus.

5) paniculati; folia elongato-lanceolata; petala lanceolata, calycis dentes aequantia; stamina conniventia, calyce aliquoties longiora.

8. **Rh. salicifolia** *Lindl.* Coll. n. 3. adn. Bot. Rg. t. 652. — *DC.* l. c. 4. — *G.Don* l. c. 5. — *Sprg.* l. c. 2. — *Spach* l. c.
In *Chinâ.* ♄.
Folia acuminata, aequaliter dentata, glabra. Petala et stamina alba.

2. Flores paniculati; folia

1) integerrima glabra obtusa v. obtusiuscula,

(1) obovato-elliptica, supra nitida, subtus rore glauco ad venulas reticulatim adspersa; fructus elliptici.

9. **Rh. Mertensii** *Sieb.* & *Zucc.* Fl. Jap. I. 162. — *Wlp.* l. c. 57.
In *Japoniâ.* ♄.

(2) ?elliptico-oblonga, coriacea, basi acuminata; bracteae deciduae; fructus (immaturus) anguste obpyriformis, apice limbo calycis cupulato truncato coronatus.

10. **Rh. (?) integerrima** *Hook.* & *Arn.* Beech. Voy. Bot. 263. — *Wlp.* l. c.
In insulis *Bonin* Oceani chinensis. ♄.
Inflorescentia quidem non est indicata; sed propter affinitatem huc ducta est.

2) grosse serrato-crenata margine reflexo, ovata v. obovata, coriacea, supra glabra, subtus glaucescentia et juniora parum lanata; panicula pyramidata, bracteis jam sub anthesi deciduis; calyces tomentosi, laciniis lanceolatis stamina aequantibus; petala late ovato-rhombea acutiuscula; fructus globosi.

11. **Rh. japonica** *Sieb.* & *Zucc.* l. c. 162. t. 85. — *Wlp.* l. c.
In *Japoniâ.*

Species exclusa:

Rhaphiolepis Sieboldi *Hassk.* = Photinia Sieboldi.

Species indescriptae:

Rh. latifolia *Lodd.* Cat. } In *G.Don* l. c. indicatae.
— laevis *Lodd.* Cat. }

5. Crataegus.

L. gen. 623. (p. p.) — *Lindl.* in Linn. Trs. l. c. 105. — *DC.* l. c. 626. (p. p.) — *G.Don* l. c. 598. (p. p.) — *Meisn.* l. c. 106. (75.) — *Endl.* gen. 1239. 6353. (p. p.) — *Torr. & A.Gr.* N. A. I. 463. (p. p.)

Mespilus *Spach* l. c. 51. (excl. sect. I. a. et plur. spec.).

Obs. Genus adhuc permultis vexatum dubiis et quoad species plurimas ulteriore examine indigens. Subgenera proposita: Oxyacantha, Azarolus, Halmia, Anthomeles et Phaenopyrum hic inseri possunt, ita ut Oxyacantha primum, Crataegus proprie sic dictus secundum obtineat locum et reliqua eodem ordine quo enumerata sunt subsequantur. Species dubiae et minus notae, signo (†) adposito enumeratae, provisorio tantum modo hic subjunctae sunt.

I. **Folia** ramulorum floriferorum **integra**, non lobata nec pinnatifida neque angulata,

1. membranacea, serrata, basi cuneata, subtus pubescentia; corymbi simplices pauciflori. *Mespiloides.*

Folia oblonga,

1) acuta, supra nitida glabra; flores di- aut trigyni; calyces villoso-pubescentes.

1. **Cr. pubescens.**
Mespilus pubescens *HBK.* nov. gen. VI. 213. t. 555. — *Kth.* Syn. III. 462. — *Sprg.* *S. V.* II. 505. 9.
In *Mexico* pr. *Moran*, alt. 1330 hex. ♄.
Folia utrinque attenuata. Petala alba.

2) vel ovata, acuta, obtusa v. obscure triloba, supra puberula; stipulae parvae subulatae deciduae; corymbi breviter pedunculati; pedicelli calyce multo breviores.

2. **Cr. quitensis** *Bth.* pl. Hartw. 173. — *Wlp.* Rp. V. 661.
In praeruptis pr. *San Marcos* ad urbem *Quito* et in valle *Chillo* pr. Puemba. ♄.
Affinis Cr. pubescenti et stipulosae, ab utrâque diversa stipulis bracteisque parvis et pedicellis brevissimis. Frutex v. parva arbor; fructus magnit. olivae.

3) spathulata v. anguste oblongo-cuneiformia, basi longe attenuatâ in petiolum brevem decurrentia, apicem versus minute et aequaliter serrata, supra scabra opaca, subtus scabro-pubescentia; corymbi 2—4flori tomentoso-pubescentes; calycis laciniae triangulari-lanceolatae minutae integrae; styli 2—4; fructus (immaturus) subglobosus majusculus.

3. **Cr. berberifolia** *T. & A.Gr.* l. c. 469. — *Wlp.* l. c. II. 59. 17.
In *„Prairies of Opelousas"* *Louisianae.* *(Carpenter.)* ♄.
Arbor 20—25pedalis, inermis. Folia ramorum sterilium saepe late obovata, majora ac in Cr. parvifoliâ caeterum affini, basi multo magis attenuata. Flores et fructus maturus non observati.

2. plus minus coriacea nitidaque, (in omnibus?) sempervirentia. Corymbi

1) simplices. Laciniae calycinae post anthesin erectae. Stamina corollâ breviora. *Stipulacantha.*

Folia

(1) utrinque glabra (nervo medio tantum supra parce villoso) obovato-elliptica inaequaliter duplicato-serrata, petiolis subvillosis; ramuli pedunculi calycesque glabri; hujus laciniae ovato-lanceolatae obtusiusculae integerrimae; styli 2 basi coaliti.

4. **Cr. subfusca** *Ledeb.* in Bull. de l'Acad. de St. Petersb. II. 313. Fl. Ross. II. 87. — *Wlp.* l. c. II. 58.
In *Caucasi* regione subalpinâ *Adschariae.* ♄.
Ramorum inermium pars inferior adulta defoliata, cortice cinereo-fusco rugoso obducta, pars superior hornotina parum elongata, foliata, fusca, glabra. Folia subconferta, petiolo vix semipollicari supra canaliculato subvilloso, basin versus rotundata, ipsâ basi subcuneata, serraturis apicem versus pro-

(Crataegus subfusca) fundioribus, versus basin integerrima, discolora, penninervia, 3″ circ. longa, 1¾—2″ lata. Stipulae lineares, integerrimae, in ramulis floriferis semipollicares v. longiores, in sterilibus multo minores. Corymbi terminales, ramis elongatis fuscis plurifloris, ad basin pedicellorum incrassatis, hinc inde bracteolis stipularum formâ caducis instructis, inferioribus subinde ex axillâ foliorum summorum provenientibus. Calyx turbinatus. Petala alba, elliptica, integerrima, laciniis calyc. 2—3plo longiora. Stamina 20. Discus parce pilosus. *(Ledeb.)*

(2) glabriuscula, supra nitida minute pubescentia, ovata v. obovata, obtusa v. interdum acuta, simpliciter v. subinciso-serrata, in petiolum brevem attenuata; spinae longae; corymbi multiflori glabri: flores parvi; calycis laciniae obtusae brevissimae eglandulosae; poma nigra.

5. **Crataegus rivularis** *Nutt.* MS. — *T.* & *A.Gr.* l. c. 464. — *Wlp.* l. c. II. 58. 6.
In *Oregon*, secus rivulos ad *montes scopulosos (Rocky Mountains)*. ♄.
Arborescens, glabriuscula. Folia illis Mali subsimilia, aeque fere integra, serraturis brevibus latis, subinde versus apicem subincisa, plerumque obtusa. Rami juniores rubicundo-fusci.

(3) subtus in nervis tomentosa, supra glabra, ramulorum lateralium lanceolata (v. lanceolato--oblonga, v. lanceolato-elliptica v. lanceolato-spathulata,) acuta, basin versus integerrima, superne fortiter serrata; turionum terminalium superiora pinnatifida v. trifida (lobis basilaribus divergentibus profundis); stipulae magnae persistentes cultriformes, denticulatae v. incisae. Corymbi densi, 7—12flori: pedicelli calycesque tomentosi; poma ellipsoidea v. subglobosa, apice profunde umbilicata.

6. **Cr. stipulacea** *Lodd.* Cat.
Mespilus stipulacea *Desf.* Ht. Par.
Mespilus Loddigesiana *Sp.* l. c. 54.
Hab. . . . . . In hortis culta. ♄.
Frutex 5—8pedalis. Spinae tenues, longissimae, interdum nullae. Folia 1—3″ longa, supra lucida. Flores albi, magnit. illorum Oxyacanthae (vulgaris). Calycis laciniae lineari-lanceolatae, supra glabrae, petala aequantes. Ovarium inter discum et stamina glabrum. Pomum volumine cerasi, virescenti-flavum. *(Sp.)*

2) ramosi, e cymulis subtrifloris compositi v. pluries trichotomi. Calycis laciniae anthesi peractâ reflexae. Pomum apice urceolatum. Stamina corollâ longiora vel eam aequantia. *Alectoropus*. (Plures cum Cr. Crus-galli *L.* confusae.)
Folia

(1) crenato-dentata, ovalia, ovata obovatave glabra breviter petiolata; racemi ovati terminales; calyces glabri, lobis acutis.

7. † **Cr. subspinosa** *Ser.* in *DC.* l. c. 626. 4. — *G.Don* l. c. 598. 4.
Mespilus subspinosa *Hb. Vent.*
In *Chili.* ħ.
Rami inermes; fructus piso dimidio minores, fere exsucci. — An Hesperomeles?

(2) crenata, cuneata v. oblanceolata obtusa, corymbi unilaterales, fructus urceolatus.

8. † **Cr. unilateralis** *Pers.* l. c. — *Ser.* l. c. 40. — *G.Don* l. c. 18.
In *Carolinâ.* ħ.
Eandem esse cum Cr. parviflorâ (parvifoliâ?) v. spathulatâ suspicantur *Torr.* & *A.Gray* l. c. 470.

(3) argute dentata, obovata, utrinque pubescentia; corymbi parvi tomentosi; rami flexuosi.

9. † **Cr. flexuosa** *Poir.* Enc. méth. Suppl. IV. 73. — *Ser.* l. c. 627. 12. — *G.Don* l. c. 598. 13.
In *Carolinâ.* ♄.
Spinae longae, nigrescentes. Fructus flavorubentes.
Hujus non mentionem faciunt *Torr.* & *A.Gr.*

(4) glanduloso-subserrata, ovata, pubescentia, utrinque acuta; corymbi tomentosi.

10. † **Cr. lutea** *Poir.* l. c. 72. — *Ser.* l. c. 13. — *G.Don* l. c. 14.
Hab. . . . . . (?). ♄.
Spinae longae, validae. Fructus lutei.

(5) superne serrata basin versus integerrima, subsessilia, glabra, coriacea, nitida, basi plus minus cuneata; co-

rymbi (pedunculi et pedicelli cum calycibus)

a. glabri v. glabriusculi, laxi, multiflori; folia

a) obovato-cuneiformia; spinae longissimae; styli 1—3; fructus (ruber) subpyriformis.

11. **Cr. Crus-galli** *L.* Sp. pl. I. 476. — *Ait.* Kew. ed. 1. II. 270. — *Wlld.* Sp. pl. II. 1004. 13. (excl. varr.). — *Torr. & A.Gr.* l. c. 463. (excl. varr.).
Cr. Crus-galli *α.* splendens *Ser.* l. c. 626. 3. — *G.Don* l. c. 598. 3.
Cr. lucida *Wgh.* Amer. 53. t. 17. f. 42.
Mespilus Crus-galli *Lam.* Dict. IV. 441. — *Wlld.* En. I. 523.
Mespilus lucida *Ehrh.* Beitr. IV. 17. — *Sprg.* l. c. 506. 21. (p. p.)
Mespilus aculeata pyrifolia denticulata splendens, fructu insigni rutilo, virginiensis. *Pluk.* Alm. 249. t. 46. f. 1.
In *Americâ boreali: Canada* ad *Floridam,* occid. versus *Indianam* et *Missouri* usque. — Cock-spur Thorn vulgo. ♄ ♄.

Truncus 10—20pedalis. Spinae saepe 2—3-pollicares, acutae, subtenues. Folia plerumque obtusa, subtus pallidiora opaca. Laciniae calycis lineari-lanceolatae, petalis paulo breviores, subinde glanduloso-serratae.

Ac varietates huc ducuntur a cl. *Steud.* l. c. 432. Cr. splendens *Wdr.*, — Cr. pyracanthifolia *Wdr.*, — Cr. salicifolia *ht.*, — Cr. linearis *P.* (Poiretiana *DC.*) et Cr. nana *Sweet* (Mespilus nana *Dum. Cours.*).

b) obovato-spathulata v. obovato-lanceolata, glabra, breviacuminata v. obtusa; sepala lineari-lanceolata, longitudine petalorum; poma globosa (rubicunda); rami inermes.

12. **Cr. Watsoniana.**
Mespilus Crus-galli *Wats.* Dendrol. brit. t. 56.
Mespilus Watsoniana *Spch.* l. c. 57.
In *Americâ boreali.* ♄.

Frutex 10—15pedalis, ramis fuscis laevibus. Folia $1\frac{1}{2}$—2″ longa. Stamina 9. Pomum magnitudine Cerasi avium.

c) late ovalia utrinque subpilosa supra lucida; stipulae semicordatae inciso-serratae glandulosae.

13. **Cr. ovalifolia** *Horn.* Ht. Hafn. Suppl. 52. — *Ser.* l. c. 627. 11. — *G.Don* l. c. 598. 11.
Cr. Crus-galli *γ.* ovalifolia *Loud.* arb. brit. t. 31. — *Lindl.* Bot. Rg. t. 1860. — *Torr. & A.Gr.* l. c. 464.
In *Americâ boreali.* ♄.

Folia basi subcuneiformia, petiolo saepius magis distincto.

d) ovali-lanceolata subtus pallidiora; ramuli subtomentosi.

14. **Cr. nana.**
Cr. Crus-galli *ε.* (?) nana *Ser.* l. c. — *G. Don* l. c.
Mespilus nana *Dum. Cours.* Bot. Cult. Suppl. 386.
Hab. . . . . . ♄.

e) oblonga cuneata inaequaliter serrata nitida; pedunculi verrucosi; calycis laciniae integerrimae; fructus viridi-rubri albido-punctati.

15. **Cr. lancifolia** *Wdr.* in Flora 1826. I. 354.
Hab. . . . . . ♄. In ht. bot. Marburg. culta.

Spinosa. Variat foliis latioribus et angustioribus.

f) elliptico-lanceolata subcomplanata in petiolum decurrentia membranacea (?) nitidissima; calycis laciniae serratae; fructus baccati.

16. **Cr. pyracanthifolia** *Wdr.* l. c.
Hab. . . . . . cum praec. culta. ♄.

Spinosa.

g) cuneiformi-oblanceolata; rami fortiter spinosi.

17. **Cr. salicifolia.**
Crat. Crus-galli *γ.* salicifolia *Ait.* l. c. — *Wlld.* l. c. 1005. — *Ser.* in *DC.* l. c. — *G.Don* l. c.
Mespilus foliis lanceolatis serratis, spinis robustioribus, floribus corymbosis. *Mill.* Dict. t. 178. f. 2 (?).
In *Americâ boreali.* ♄.

h) lanceolato-obovata, lanceolato-oblonga, lanceolato-elliptica, oblongo-spathulata v. obovato-oblonga, aut elliptico-

18. **Cr. Coursetiana.**
Cr. Crus-galli *β.* pyracanthifolia *Ait.* l. c. — *Wlld.* l. c. — *Ser.* l. c. — *G.Don* l. c.
Mespilus lucida *Dum. Cours.* Bot. cult. ed. 2.

oblonga, rarius lanceolata, obtusa v. acuminata, glabra, breve petiolata; calycis laciniae lineari-subulatae, petala aequantes; pomum (rubrum) subpyriforme; rami inermes.

V. 448. — *Spch.* l. c. 57. (non *Ehrh.* nec *Mill.*).
In *Americâ boreali.* ♄.
Arbuscula 10—15pedalis, ramis patulis ramosissimis. Folia 1—3″ longa, 6—18‴ lata, petiolis 4—8lin. Ramuli floriferi elongati. Pedunculi et pedicelli graciles, glandulis sessilibus paucis conspersi, hi calyce longiores. Flores parvi, albi. Fructus volumine illius Oxyacanthae.

b. plus minus pubescentes, multiflori,
a) laxi; calycis laciniae
(a) serratae
α. subpinnatifidae; folia obovata basi cuneata, acuta, argute serrata lucida; pedunculi pilosi; poma rubra nigro-punctata.

19. **Crataegus splendens** *Wdr.* l. c.
Hab. . . . . . In horto bot. Marb. culta. ♄. Spinosa.

β. uti bracteae glandulosae, lineari-lanceolatae; folia oblonga v. ovalia, petiolis distinctis subglandulosis; pedunculi et tubi calycini villosi; pomum ellipsoideum (rubrum).

20. **Cr. prunifolia** *Bosc.* — *Ser.* l. c. 627. 7. — *G.Don* l. c. 7. — *Lindl.* Bot. Rg. t. 1868.
Mespilus prunifolia *Poir.* Dict. IV. 443. — *Sprg.* l. c. 507. 20. (p. p.) — *Duh.* arb. ed. nov. IV. t. 40. — *Spch.* l. c. 56.
Crat. Crus-galli ε. prunifolia *Torr.* & *A.Gr.* l. c. 464. (excl. pl. synon.).
In *Americâ boreali.* ♄.
Arbor circ. 30pedalis, trunco robusto, spinis validissimis longis fuscis. Folia glabra, subsessilia, inaequaliter serrata, ramulorum lateralium lanceolato-oblonga v. lanceolato-obovata, v. obovata, subobtusa; turionum terminalium ovalia v. ovali-elliptica, inciso-dentata; stipulae amplae, petiolulatae, semicordatae v. subfalciformes, incisae v. denticulatae. Flores albi, majusculi.
β. Cr. ingestria *Lodd.* (indescripta).

(b) integerrimae glandulosae, lineari-subulatae;
α. folia lineari-oblonga, lanceolato- v. lineari-spathulata, v. lanceolato-obovata, acuta v. obtusa, glabra; stipulae subulatae, margine glandulosae; pomum ovoideum (rubescens); rami conferti longi horizontales.

21. **Cr. linearis** *Pers.* Syn. II. 37.
Cr. Crus-galli δ. linearis *Ser.* l. c. — *G. Don* l. c. — *Torr.* & *A.Gr.* l. c.
Mespilus linearis *Desf.* arb. II. 156. — *Poir.* Suppl. IV. 70. — *Spch.* l. c. 56.
In *Americâ boreali.* ♄.
Frutex diffusus, 3—6pedalis, ramis patentissimis subverticillatis, rubescenti-brunneis, spinis raris brevibus. Folia 1—3″ longa, 3—8‴ lata. Flores parvi, albi. Fructus magnitudine illius Oxyacanthae.

β. folia ovata cuneata in petiolos decurrentia obsolete angulata vix pubescentia, supra glabra, subtus venoso-rugosa; pedunculi apice incrassati, calyces subvillosi; drupae subglobosae punctato-verrucosae, umbilico depresso.

22. **Cr. cuneifolia.**
Cr. Crus-galli *Duroi* Harbk. I. 195 (?).
Mespilus cuneifolia *Ehrh.* Beitr. III. 21. — *Sprg.* l. c. 506. 22. (p. p.)
In *Americâ boreali.* ♄.
Utplurimum quidem cum Cr. punctatâ conjungitur; sed *Torr.* & *A.Gr.* ipsi de ejus identitate dubii haerent, bis eam, sub Cr. Crus-galli et sub Cr. punctatâ citantes; ideoque illam intactam relinquo.

b) densi; calycis laciniae denticulatae, corollâ breviores, glabrae, lineari-lanceolatae (in 22. lineari-subulatae); (folia petiolata, glabra) pedunculi
(a) puberuli, calyces glabri. Rami subinermes; folia acuta, ramulorum lateralium lanceolata v. lanceolato-elliptica v. lanceolato-oblonga; turionum terminalium subconformia, sed amplissima, acumi-

23. **Cr. Fontanesiana.**
Mespilus glandulosa *Bosc.* (non *W.*).
Mespilus Crus-galli *Desf.* in ht. Par.
Mespilus Fontanesiana *Spch.* l. c. 58. t. 10. f. K.
In *Americâ boreali (?).* In hortis culta. ♄.
Arbuscula ramis patulis confertissimis. Folia 2—3″ longa, 10—18‴ lâta. Ramuli floriferi elongati. Pedicelli graciles, calyce

minata, inciso-dentata v. angulata; pomum subpyriforme (rubrum).

(b) et tubi calycini tomentosi. Rami spinosi; folia submembranacea, ovata v. obovata v. cuneiformi-obovata, breve acuminata, saepius in petiolum decurrentia, fere a basi duplicato-serrata; pomum ellipsoideum (rubrum).

longiores, glandulis aliquot sessilibus conspersi. Flores albi, magnitudine illorum Oxyacanthae. Poma volumine Cerasi avium minoris.

24. **Cr. Bosciana.**
Mespilus Bosciana *Spch.* l. c.
Mespilus badiata *Bosc.* in ht. Par.
In *Americâ septentrionali (?)*. In hortis culta. ♄.
Arbuscula 10—12pedalis, ramis rufofuscis, spinis fortibus horizontalibus nigricanti-fuscis, 18—24‴ longis. Folia parum coriacea, 18—30‴ longa, 12—20‴ lata, serraturis valde approximatis tenuibus argutis. Stipulae caducae. Ramuli floriferi elongati. Corymbi parvi, breves. Flores albi, diam. circ. 5‴. Pedicelli graciles. Poma ½″ alta, diam. 5‴.

(6) circumserrata,
a. ovali-elliptica utrinque attenuata glabra, rami parce villosi.

25. † **Cr. prunellifolia** *Bosc.* ex *Ser.* l. c. 627. 7. — *G.Don* l. c. 598. 8.
Hab. . . . . . ♄.
Habitu referre Prunum spinosam refert *Ser.* l. c.

b. oblongo-ovata utrinque virentia breviter petiolata; poma obscure brunnea.

26. † **Cr. alpina** *Mill.* Dict. n. 3. — *Ser.* l. c. 629. 37. — *G.Don* l. c. 599. 15.
In monte *Baldo* aliisque *Italiae* montibus. ♄.

c. lanceolata,
a) lucida, subtus pallidiora; spinae longissimae.

27. † **Cr. lucida** *Mill.* l. c. 6. — *Ser.* l. c. 38. — *G.Don* l. c. 599. 16.
In *Americâ boreali*. ♄.
Flores corymbosi, obscure rubri.

b) tomentosa; racemi terminales hispidi.

28. † **Cr. Bibas** *Lour.* Cochinch. 319. ed. *Wlld.* 391.
Arbor sinice dicta Pi-pa *Pluk.* Amalth. 26. t. 371. f. 2.
In *Chinâ: Canton* et *Macao* culta. ♄.
Arbor mediocris, ramis patentibus. Folia inaequaliter serrata, petiolis brevibus. Flores albi, racemis magnis. Calyx baccatus. Corolla patens. Styli 2. Bacca mediocris, pyriformis flava, lanuginosa, acido-dulcis, succosa, edulis, uniloc., 2—3sperma, cortice tenui, pulpâ albâ.
Obs. Haec stirps quidem sine dubio ad Eriobotryam japonicam ducitur; vix autem rite. Eriobotryae styli 5 et pomum 3—5-loculare adscribuntur, dum *Loureiro* expressis verbis stylos 2 et baccam unilocularem indicat.

II. Folia omnia plus minus angulata, incisa, lobata v. pinnatifida, utplurimum (in omnibus?) decidua,
1. ramulorum lateralium leviter incisa v. lobata; calycis laciniae reflexae; pomum urceolatum. *Crataegus* s. str.
1) Folia angulata, obovato-cuneiformia pubescentia; pedunculi hirsuti; calyces glandulosi; fructus ovato-subglobosi 2—3-spermi subhirsuti.

29. † **Cr. odorata.**
Mespilus odorata *Wendl fil.* Herrenh. Verk. Verz.
In *Americâ boreali*. ♄.
Spinosa. Fructus fere triplo minores quam M. (Phaenopyri) rotundifoliae.

2) Folia simpliciter, apice inaequaliter v. inciso-serrata aut inciso-angulata,
(1) lanceolata, lanceolato-elliptica, lanceolato-oblonga v. elliptica, utrinque acuminata, subtus pubescentia; corymbi ramosi multiflori: pedicelli divaricati calycesque tomentosi; calycis laciniae lineares, denticulatae, petala aequantes.

30. **Cr. latifolia** *Pers.* Ench. II. 37. (non *Ser.* (fide *Torr.* & *A.Gr.*).
Mespilus latifolia *Poir.* — *Spch.* l. c. 60.
Mespilus pyrifolia *Sprg.* (p. p.)
In *Americâ boreali*. ♄.
Arbor parva ramis patulis inermibus, ramulis floriferis elongatis tomentosis. Folia

(Crataegus latifolia) 3—5″ longa, 1—$2\frac{1}{2}$″ lata, mollia, opaca, in petiolum decurrentia: serraturis laciniisque acutissimis. Pedunculi et pedicelli graciles; bracteolae subulatae, graciles, caducae. Flores albi, diam. circ. 8‴. Poma rubicundo-flava, pyriformia, 2—3sperma, magnitudine illorum Oxyacanthae.

(2) obovata utrinque acuta plicata lucida, subtus ad nervos subpubescentia, corymbi multiflori villosi, laciniae calycis lineares glanduloso-serratae; fructus globosi.

31. † **Crataegus obovatifolia.** Crataegus latifolia *Ser.* l. c. 627. 9. — *G. Don* l. c. 598. 9. (non *Pers.*). Mespilus latifolia *Tausch* Dendroth. exot.-boh. exs. et Flora XXI. (1838.) II. 718. In *Americâ boreali.* ♄.

Cr. (M.) lucidae *Ehrh.* (Cr. Crus-galli) proxime affinis, sed diversa foliis evidenter petiolatis basi acutis, haud secus fere petioli longitudinem productis, plicatis, subtus in nervis pubescentibus, nec laevissimis glaberrimis splendidissimisque, corymbo villoso contractiore.

3) **Folia apice plus minus profunde tridentata v. 3loba,**

(1) glabra

a. oblonga v. sublanceolata obtusa 3—5dentata, dentibus acutis; corymbi ramosi.

32. † **Cr. maura** *L. fil.* Suppl. 253. — *Wlld.* l. c. 1005. 15. — *Ser.* l. c. 630. 45. (excl. *β.*). — *G.Don* l. c. 599. 19. (excl. *β.*). Mespilus triloba *Sprg.* (p. p.) In *Mauritaniâ.* ♄.

Frutex staturâ et facie Oxyacanthae, cortice cinereo. Stipulae nullae (?). Flores Oxyacanthae similes.

b. cuneata,

a) lanceolata obtusa trifida v. integra, serrata, longe petiolata; corymbi laterales.

33. † **Cr. diversifolia** *Pers.* l. c. Cr. maura *β.* diversifolia *Ser.* l. c. — *G. Don* l. c. In *Africâ boreali (?).* ♄.

b) dentata apice trilobata; corymbi subumbellati; calycis laciniae obtusae; fructus glabri.

34. † **Cr. laevigata** *Ser.* l. c. 42. — *G.Don* l. c. 601. 48. Mespilus laevigata *Poir.* l. c. IV. 441. In *Vogesis.* ♄.

(2) villosa, cuneiformia apice tridentata; calyces acuti pedunculique tomentosi.

35. † **Cr. triloba** *Pers.* l. c. — *Ser.* l. c. 44. — *G.Don* l. c. 50. Mespilus triloba *Poir.* l. c. — *Sprg.* l. c. 507. 25. (p. p.) In *Mauritaniâ* circa *Hipponem.* ♄.

Folia mucronata, triloba *(Sprg.).* Haec et Cr. laevigata quidem ob poma disperma Crataegi genuinae sunt; sed locus earum in serie specierum propter descriptiones nimis mancas incertus.

4) **Folia lato-lobata ovata basi cuneata, glanduloso-serrata, glabra aut subtus pubescentia; stipulae subcircinnatae.**

36. † **Cr. purpurea** *Bosc.* ex *Ser.* l. c. 22. — *G.Don* l. c. 29. Hab. . . . . . ♄.

Rami atropurpurei; foliorum lobi lati.

5) **Folia triloba pinnatifidaque cuneata glabra eglandulosa, stipulae subpalmato-incisae; corymbi terminales glabri, pedicellis elongatis; calycis lobi obtusi.**

37. † **Cr. maroccana** *Pers.* l. c. — *Ser.* l. c. 28. — *G.Don* l. c. 600. 35. In *Mauritaniâ.* ♄.

Flores digyni, ergo Crataegus certa. Haec atque Cr. maura et diversifolia formae tantum unius ejusdemque speciei videntur.

2. **omnia inciso-pinnatifida angulata; laciniae calycinae reflexae.** ***Oxyacanthoides.***

1) **Folia inciso-lobata utrinque glabra ovata**

(1) serrata secus petiolum decurrentia, petiolis eglandulosis.

38. † **Cr. fissa** *Bosc.* ex *Ser.* l. c. 628. 27. — *G.Don* l. c. 600. 34. Cr. incisa *ht.* (?) Mespilus fissa *Poir.* Suppl. IV. 72. Hab. . . . . . ♄.

Folia late ovata. Flores et fructus ignoti.

(2) subcoriacea late incisa, stipulae lineari-subulatae; spinae robustae longissimae.

39. † **Cr. Poiretiana** *Ser.* l. c. 630. 47. — *G.Don* l. c. 601. 52.
Mespilus linearis *Poir.* l. c.
Hab. . . . . . ħ.

2) Folia trilobata, lobis ovatis apice inciso-dentatis medio trifido, subtus pubescentia; stipulae latae incisae; rami incano-tomentosi.

40. † **Cr. orientalis** *Bosc.* ex *Ser.* l. c. 629. 33. — *G.Don* l. c. 600. 41. (nec *MB.* neque *Lindl.*).
Mespilus orientalis *Poir.* l. c.
In *Oriente.* ħ.

3) Folia sinuato-pinnatifida, utrinque vel (in no. 42.) subtus ad nervos pubescentia; corymbi subsimplices pauciflori villoso-pubescentes; calycis laciniae lanceolatae (vel in no. 42. lineari-lanceolatae). Folia

(1) deltoidea subcordata, petiolis longis filiformibus, profunde et pinnatim 5—7fida v. partita, segmentis inciso-lobatis serratis; spinae validae.

41. † **Cr. apiifolia** *Michx.* Fl. bor. am. I. 287. — *Ser.* l. c. 627. 14. — *G.Don* l. c. 599. 20. — *Torr.* & *A.Gr.* l. c. 467.
Crat. Oxyacantha *Walt.* Car. 147.
Mespilus apiifolia *Sprg.* l. c. 508. 37. — *Sp.* l. c. 67.
In *Virginiâ* ad *Floridam* usque et *Louisianam* in sylvis et ad fluviorum ripas. ♄.

Frutex 4—12pedalis, ramosissimus, ad sepes aptissimus et frequenter adhibitus. Folia fasciculata; stipulae lineari-lanceolatae, glabriusculae. Corymbi 5—6flori: flores parvi, albi; calyces villosi, tubo oblongo, laciniis glanduloso-serrulatis reflexis. Poma parva, coccinea. Styli 2—3. Spinae 1—2pollicares.

(2) rhomboidea v. ovato-rhomboidea (superiora turionum terminalium ovata v. ovato-oblonga), in petiolum decurrentia: lobis denticulatis plerumque acutis, basilaribus saepe divaricatis; poma ellipsoidea, 2—3-sperma.

42. **Cr. Celsiana.**
Mespilus Celsiana *Dum. Cours.* Bot. cult. Suppl. 286. — *Spch.* l. c. 63.
In *Americâ boreali (?).* ♄.

Arbor parva, ramis cinereofuscis. Folia subinde subdeltoidea, et pinnatifido-angulata, $1\frac{1}{2}$—3″ longa, fere aequilata, firma, supra laete viridia nitidula, subtus pallida, petiolo 4—12‴ longo. Corymbi vix petiolis longiores: pedunculi tubique calycis villosi, laciniae acutae integerrimae tubo longiores; flores albi, diam. 8—10‴. Poma rubra, illis Oxyacanthae paulo majora.

3. omnia pinnatipartita v. profunde lobata. *Aronioïdes.* — Folia

1) trifida, triloba v. subtripartita, lobis lateralibus

(1) plerumque integerrimis, saepe divaricatis, terminali apice saepius trifido v. trilobo, cuneiformia, spathulata v. rhomboidalia, in petiolum decurrentia, marginibus subpubescentia; corymbi simplices v. paniculati, densiusculi: pedunculi calycesque (ut et ramuli juveniles) villosi, hujus dentes triangulares brevissimi reflexi; poma subglobosa, basi turbinata.

43. **Cr. Aronia** *Bosc.* ex *Ser.* l. c. 629. 32. — *G.Don* l. c. 601. 42. — *Bot. Rg.* t. 1897.
Cr. Azarolus *β.* Aronia *Wlld.* l. c. 1007.
Mespilus Aronia *Wlld.* En. Suppl. — *Sp.* l. c. 69. t. 10. f. B.
Mespilus Azarolus *DC.* Fl. Fr.
Mespilus orientalis, Apii folio, subtus hirsuto. *Pocock.* Or. 189. t. 85.
In *Oriente*, ad montem *Sinai* (*Bové*), in *Europâ australi.* ♄. Arabum Sarrour.

Arbor parva, ramis divaricatis, spinis brevibus validis. Folia firma, supra lucida, 1—2″ longa, interdum aeque lata. Flores albi, diametro semipollicares. Fructus edulis, ante maturitatem turbinatus, postea subglobosus, magnitudine cerasi, coccineus.

(2) subincisis dentatis, medio trilobulato lobulis dentatis, sessilia, glabra, viridia; rami inermes subtomentosi.

44. † **Cr. dissecta** *Ser.* l. c. 630. 48. — *G. Don* l. c. 601. 53.
Mespilus dissecta *Dum. Cours.* l. c. ed. 2. V. 456.
In *Persiâ.* ħ

2) pinnatifida, lobis

(1) 5 inciso-dentatis, secus petiolum decurrentia obscure viridia.

45. † **Cr. pectinata** *Bosc.* ex *Ser.* l. c. 49. — *G. Don* l. c. 54.
Cr. pteri(di)folia *Lodd.*
In *Persiâ.* ♄.

(2) 5—9 oblongis acutis incisis serrulatis, late ovata basi subrectilinea, supra glabra, subtus ad nervos pilosa; stipulae semicordatae grosse dentatae; petioli eglandulosi; flores corymbosi; pedunculi calycesque basi villosiusculi.

46. **Crataegus pinnatifida** *Bge.* in Mém. des sav. étr. prés. à l'Acad. imp. de St. Petersb. II. 100. — *Wlp.* l. c. II. 58. 4.
In dumetis montium occidentalium *Chinae borealis* pr. *Tan-dshe-ssy.* ♄.
Frutex spinosus. Flor. Jul.

Quid est:

Folia triloba lucida; spinae longae; pedunculi uniflori.

47. † **Cr. uniflora** *Münchh.* im *Hausv.*
Folia Ribesii, nitida; fructus flavi.

Species nomine tantum notae:

Crataegus atrofusca *Stev.* in *Hohenack.* Enum. Talüsch. 130. In *Caucaso.*
— carpathica *Lodd.* Cat. Eadem ac Cr. nigra sec. *Steud.*
— flavescens *Bosc.* Mespilus flavescens *Bosc.* Cr. flavescens *Lodd.* Cat. (?).
— lagenaria *Fisch.* & *Mey.* — In silvis et nemorosis pr. *Lenkoran* atque in pratis silvaticis pr. pagum *Rewaru*, alt. 400 hexap.
— microcarpa *Lindl.* Cr. spathulata *Ell.* (non *Michx.*). In *Americâ boreali.*
— obovata *Bosc.*
— odorata *Bosc.*
— quinquelobata *Bosc.*
— serratifolia *Desf.* Ht. Par.
— spinosissima *Lodd.* Cat.
— tenuifolia *Güldenst.* it. I. 110. Ad Tanaim.
— trifoliata *Bosc.*
— trilobata *Lodd.* Cat.
— umbellata *Desf.* Ht. Par.

Species e genere exclusae:

Crataegus aestivalis *T.* & *G.* = Anthomeles aestivalis.
— alpina *ht.* = Aria alpina.
— arborescens *Ell.* = Phaenopyrum arborescens.
— arbutifolia *Ait.* = Heteromeles arbutifolia.
— — *Desf.* = Aronia densiflora.
— Aria *L.* = Aria nivea.
— Azarella *Gris.* = Oxyacantha Azarella.
— Azarolus *L.* = Azarolus crataegoides.
— caroliniana *Poir.* = Phaenopyrum carolinianum.
— carpathica *Lindl.* = — nigrum.
— Chamaemespilus *Jacq.* = Chamaemespilus humilis.
— chinensis *Steud.* = Eriobotrya chinensis.
— coccinea *ht.* = Oxyacantha monogyna ϑ.
— — *L.* = Phaenopyrum coccineum.
— corallina *Steud.* = — corallinum.
— cordata *Ait.* = — cordatum.
— coriacea *Sol.* = Chamaemeles coriacea.
— corymbosa *Ht. Par.* = Aria flabellifolia.
— Cotoneaster *Borkh.* = Cotoneaster vulgaris.
— crenulata *Roxb.* = Pyracantha crenulata.
— cretica *Desf.* = Amelanchier cretica.
— Crus-galli *Trew.* = Phaenopyrum Trewianum.
— cuneifolia *Borkh.* = Halmia punctata.
— cuspidata *Sp.* = Aria cuspidata.
— dentata *Thuill.* = — latifolia.
— Douglasii *Lindl.* = Anthomeles Douglasii.
— edulis *ht.* = Aria edulis.
— elegans *Poir.* = Oxyacantha elegans.
— elliptica *Ait.* = Phaenopyrum ellipticum.
— — *Ell.* = Anthomeles aestivalis.
— fennica *L.* = Sorbus pinnatifida.
— ferruginea *P.* = Hesperomeles ferruginea.
— flabellata *Bosc.* = Halmia flabellata.
— flabellifolia *Sp.* = Aria flabellifolia.
— flava *Ait.* = Anthomeles flava.
— florentina *Zucc.* = Torminaria florentina.
— glabra *Lodd.* = Phaenopyrum tanacetifolium var. (?).

Crataegus	glabra *Thb.*	= Photinia serrulata.
—	glandulosa *Ait.*	= Anthomeles glandulosa.
—	— *Georgi*	= Oxyacantha vulgaris.
—	— *Mx.*	= Phaenopyrum ellipticum.
—	glauca *Wall.*	= Stranvaesia glaucescens.
—	graeca *Sp.*	= Aria graeca.
—	granatensis *Boiss.*	= Oxyacantha granatensis.
—	heterophylla *Fl.*	= — heterophylla.
—	humilis *Lam.*	= Chamaemespilus humilis.
—	hybrida *Bechst.*	= Aria decipiens.
—	incisa *Lodd.*	= Phaenopyrum tanacetifolium var. (?).
—	indica *Bot. Rg.*	= Rhaphiolepis phaeostemon.
—	— *L.*	= — crataegoides.
—	— *Lour.*	= — Loureiri.
—	— *Sims.*	= — indica.
—	inermis *L.*	= Aria scandica.
—	kyrtostyla *Fgh.*	= Oxyacantha kyrtostyla.
—	laciniata *Bess.*	= — laciniata.
—	— *Ucria.*	= — sicula.
—	latifolia *Poir.*	= Aria latifolia.
—	laevis *Thb.*	= Photinia laevis.
—	leucophloeos *Mch.*	= Halmia tomentosa δ.
—	lobata *Bosc.*	= — lobata.
—	— *Loud.*	= Anthomeles flava β.
—	longifolia *Lois.*	= Aria nivea δ.
—	macracantha *Lodd.*	= Anthomeles glandulosa var. (?).
—	macrocarpa *Hgtschw.*	= Oxyacantha macrocarpa.
—	maroccana *Lindl.*	= Azarolus maroccana.
—	media *Bechst.*	= Oxyacantha media.
—	melanocarpa *Bory*	= — Pallasii.
—	— *MB.*	= Phaenopyrum melanocarpum.
—	mexicana *DC.*	= — mexicanum.
—	— *Sweet.*	= — hirsutum.
—	Michauxii *P.*	= — carolinianum.
—	monogyna *Jacq.*	= Oxyacantha monogyna.
—	— nigra *Pall.*	= — Pallasii.
—	nigra *W. & K.*	= Phaenopyrum nigrum.
—	nudiflora *Nutt.*	= Anthomeles aestivalis.
—	obtusifolia *P.*	= Hesperomeles obtusifolia.
—	odoratissima *Ldl.*	= Phaenopyrum odoratissimum.
—	Oliveriana *Bosc.*	= Azarolus Bosciana.
—	opaca *Hook. & Arn.*	= Anthomeles opaca.
—	orientalis *Bosc.*	= Phaenopyrum melanocarpum.
—	— *Ldl.*	= — Tournefortii.
—	— *MB.*	= — odoratissimum.
—	— *Pall.*	= — tanacetifolium.
—	Oxyacantha *Fl. Dan.*	= Oxyacantha obtusata.
—	— *L.*	= — vulgaris.
—	— *Pall.*	= Anthomeles sanguinea.
—	oxyacanthoides *Thuill*	= Oxyacantha obtusata.
—	Pallasii *Griseb.*	= — Pallasii.
—	parvifolia *Ait.*	= Phaenopyrum parvifolium.
—	pauciflora *Poir.*	= Pyracantha pauciflora.
—	pentagyna *W. K.*	= Phaenopyrum pentagynum.
—	Phaenopyrum	= — cordatum.
—	platyphylla *Ldl.*	= Azarolus platyphylla.
—	pomifera *Gg.*	= Malus baccata.
—	populifolia *Ell.*	= Phaenopyrum populifolium.
—	— *Walt.*	= — cordatum.
—	Pseudaria *Sp.*	= Chamaemespilus Pseudaria.
—	pubescens *Presl*	= Azarolus pubescens.
—	punctata *Ait.*	= Halmia punctata.
—	Pyracantha *P.*	= Pyracantha coccinea.
—	pyrifolia *Ait.*	= Halmia tomentosa.
—	— *Lam.*	= Aronia pyrifolia.
—	racemosa *Lam.*	= Amelanchier Botryapium β.
—	rosea *ht.*	= Oxyacantha monogyna ϑ.
—	rotundifolia *Bl. & Fgh.*	= Aria rotundifolia.
—	— *Borkh.*	= Anthomeles rotundifolia.
—	— *Lam.*	= Amelanchier vulgaris.
—	rubra *Lour.*	= Rhaphiolepis sinensis.
—	sanguinea *Pall.*	= Anthomeles sanguinea.
—	— *Schrad.*	= Phaenopyrum Schraderianum.
—	scandica *Whlb.*	= Aria scandica.
—	Schraderiana *Ledb.*	= Phaenopyrum Schraderianum.
—	semilobata *Bl. & Fgh.*	= Aria semilobata.

Crataegus serrata *Poir.*	= Aronia arbutifolia.
— Shicola *Buch.*	= Photinia dubia.
— sibirica *Lodd.*	= Oxyacantha monogyna var. (?)
— Sieboldi *Steud.*	= Photinia Sieboldi.
— sorbifolia *Desf.*	= Aronia sorbifolia.
— spathulata *Mx.*	= Phaenopyrum spathulatum.
— — *Psh. & Ser.*	= — virginicum.
— spicata *Lam.*	= Amelanchier ovalis.
— Spina longissima *Lee*	= Anthomeles glandulosa var. (?)
— spinosa *Gilib.*	= Oxyacantha vulgaris.
— spiralis *Steud.*	= Rhaphiolepis spiralis.
— subserrata *Bth.*	= Anthomeles subserrata.
— subvillosa *Fisch.*	= — glandulosa var. (?)
— — *Schrad.*	= Phaenopyrum subvillosum.
— succulenta *Fisch.*	= Anthomeles glandulosa var. (?)
— suecica *auct. qrd.*	= Aria scandica.
— tanacetifolia *P.*	= Phaenopyrum tanacetifolium.
— tomentosa *L.*	= Halmia tomentosa.
— — *Mx.*	= Phaenopyrum parvifolium.
— torminalis *L.*	= Torminaria Clusii.
— Tournefortii *Griseb.*	= Phaenopyrum Tournefortii.
— transsylvanica *ht.*	= Oxyacantha monogyna.
— trilobata *Labill.*	= Eriolobus trilobatus.
— turbinata *Pursh.*	= Anthomeles turbinata.
— uniflora *Duroi*	= Phaenopyrum uniflorum.
— versicolor *Roch.*	= — nigrum.
— villosa *Thb.*	= Photinia villosa.
— virginica *Lodd.*	= Phaenopyrum virginicum.
— viridis *L.*	= — viride.
— — *Walt.*	= — ellipticum.

6. Aria.

Host Fl. Austr. II. 7.

Sorbus (*) Aria (floribus digynis, foliis subintegris, fruct. durioribus) *Pers.* Syn. II. 38.

Pyrus Sect. III. Aria. (Petala patentia, plana. Styli saepius 2—3. Pomum globosum. Flores racemoso-corymbosi, pedunculis ramosis. Folia simplicia eglandulosa, subtus albo-tomentosa.) *Ser.* in *DC.* l. c. 635. — *G.Don* l. c.

Pyrus c. Aria *Endl.* l. c. 1237. 6342.

Crataegus Sect. I. a. *Spch.* l. c. 98. 99.

1. Folia integra s. indivisa,

1) late ovata acuminata argute serrata demum glabrata coriacea, nervo medio petiolis racemisque (terminalibus sessilibus) tomentosis; laciniae calycinae deciduae; fructus pubescens demum glabratus baccatus.

1. A. betulaefolia.
Pyrus (Aria) betulaefolia *Bge.* l. c. 101. — *Wlp.* Rp. II. 53.
In *Chinâ boreali* ad rivulorum margines pr. *Ssi-juy-ssy*, *Tan-schan.* ♄.

2) oblonga subtus tomentosa, (flores corymbosi, lanati,)

(1) utrinque acuta aequaliter serrata, basi attenuata integerrima.

2. † A. alpina.
Pyrus alpina *Wlld.* En. 527. — *Sprg. S. V.* II. 510. 26.
Crataegus alpina *Htl.* — Azarolus alpina *Borkh.*
Hab. . . . . . ♄.
Arbor elegans, foliorum formâ fructuque parvo corymboso insignis. Folia subtus tomento crasso cano obducta, juniora integerrima. Corymbi laxi.

(2) basi cuneata, inaequaliter duplicato-serrata.

3. † A. edulis.
Pyrus edulis *Wlld.* l. c. — *Sprg.* l. c. 27. — *G.Don* l. c. 31.
Crataegus edulis *Htl.*
In *Galliâ (?)*. ♄.
Fructus sapidi, edules, rubri.

3) obovata v. elliptico-obovata, v. elliptica,

(1) acuminata, versus apicem serrata, cum ramulis junioribus cymisque (terminalibus ramosis) albo-tomentosa.

4. **Aria vestita.**
Pyrus (Aria) vestita *Wall.* L. 679. — *G. Don* l. c. 33.
In *Nepaliâ* et *Kamaon.* ♄.
Arbor 20—30pedalis, habitu A. niveae. Flores albi; fructus forsan rubri.

(2) vel obovato-oblonga, apice rotundata (superiora turionum terminalium lanceolata v. lanceolato-elliptica acuminata), inaequaliter v. sinuato-denticulata, subtus flavescenti-griseo-tomentosa, nervorum paribus 8—10 supra subglandulosis; dentes calycini triangulares cuspidati glabrescentes tubo breviores; pomum ellipsoideum v. ovato-subglobosum (aurantiacum).

5. **A. obtusata.**
Crataegus obtusata *Spch.* l. c. 104. t. 9. f. A. et a.
P. Aria rotundifolia *htl.*
Hab. . . . . . ♄. In plantationibus et hortis culta.
Arbor 25—30pedalis, ramis comam ovali-rotundatam formantibus; ramuli virgati, rufescenti-fusci. Gemmae magnae, ovatae v. ovato-oblongae, obtusae. Folia 2—3'' longa, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$'' lata, supra intense viridia nitida (nascentia valde floccosa), adulta subtus levissime tomentosa: costa et nervi rufescentes subtus glabriusculi, supra glandulis aliquot parvis flavicantibus conspersi. Petiolus 8—10''' longus, tomentosus. Pedunculi et calycini tubi primum floccosi, demum glabri. Petala ovali-elliptica, circ. 3''' longa. Pomum diam. et lgt. 5—6'''. Pyrena parva, laevia, brunnea.

4) lanceolata v. lanceolato-oblonga aut lanc.-elliptica, longe acuminata, cuspidata, inaequaliter denticulata, subtus ochroleuco-tomentosa, nervorum paribus 6—8 tenuibus distantibus subtus glabrescentibus supra subglandulosis.

6. **A. cuspidata.**
Crataegus cuspidata *Spch.* l. c. 6.
Sorbus vestita *Lodd.* Cat.
In *Nepaliâ.* ♄.
Rami rufescenti-brunnei. Folia 3—5'' longa, 1—$2\frac{1}{2}$'' lata, nascentia supra floccosa, adulta glabra et supra lucide viridia. Petioli 4—6''' longi ramulique juniores tomentosi. Flores et fructus ignoti.

2. Folia (in eâdem specie) **integra** et **plus minus incisa aut lobata;**
1) oblongo-ovata serrata v. incisa, glabrescentia; flores cymosi; caulis fruticosus erectus.

7. † **A. Hostii** *Jacq. fil.* Cat. ht. univ. Vindb. 1826. — *Host* l. c. 8.
Pyrus Aria δ. fruticosa *Dierb.*
In *Austriae, Styriae* subalpinis, alpium convallibus, locis rupestribus saxosis. ♄.
Plerumque frutex, ramis patentibus, ramulis novellis tomentosis. Folia facie laete viridia, dorso pallida, primo pilis consita, dein glabra. Pedunculi tomentosi; ad basin pedicellorum bractea linearis membranacea decidua. Calyx tomento deciduo obductus, 5fidus: laciniis patulis acutis. Petala parva, patula, obovata, concava, rosea. Germen tomentosum. Fructus ex rotundo ovatus, ruber, includens semina (pyrena) oblonga, 2 aut 1.
Cl. *Reissek* (Bot. Zt. XXV. [1842] 103.) quidem hanc stirpem pro Chamaemespilo cultâ habet, caule erecto humanam altitudinem excedente; sed cl. *Host* loca indicat, ubi spontanea crescit. Quare res adhuc dubia videtur.

2) apicem versus inciso-serrata v. sublobata, subtus tomentosa; dentes calycini utrinque tomentosi,
(1) tubo breviores, triangulares
a. vel triangulari-lanceolati, obtusi v. acuti; folia oblonge-ovata, duplicato-serrata, subtus nivea, nervorum paribus 9—13 valde approximatis subglandulosis; gemmae subtomentosae; poma ellipsoidea v. ovato-subglobosa (purpurea): pyrena laevia.

8. **A. nivea** *Host* l. c.
Crataegus Aria *L.* Sp. pl. 681. (excl. β.) — *Spch.* l. c. 100. t. 9. f. H. — *Murr.* S. V. 464.
Pyrus Aria *Ehrh.* Beitr. IV. 20. — *Wlld.* Sp. pl. II. 1021. 19. — *Sprg.* l. c. 28. — *Ser.* l. c. 636. 23. — *G.Don* l. c. 30. —

(Aria nivea) *E. B.* t. 1858. — *Fl. graec.* t. 479. — *Kern.* ökon. Pfl. t. 557.

Mespilus Aria *Scop.* Carn. I. 345. 591. — *Lois.* in *Duh.* ed. nov. IV. t. 34.

Sorbus Aria *Rchb.* Fl. germ. exc. 628. 4044. — *Koch* Syn. Fl. germ. 237. — *Pers.* Syn. II. 38.

Azarolus Aria *Borkh.* II. 1229.

Aria *Dalech.* hist. 202.

Aria cognominata *Clus.* hist. 9.

Sorbus alpina *Bauh.* hist. I. 65.

In silvis alpinis *Europae mediae* et *australis*, *Tauriâ*, *Sibiriâ altaicâ* et in provinciis *Caucasicis*. ♄ ♄.

Frutex 4—10pedalis in locis aridis et rupestribus, arbor 30—40pedalis in solo favente. Ramuli erecti, virgati, laeves, castanei. Gemmae ovato-oblongae v. oblongae, acutiusculae, minores. Folia ovata, ovato-elliptica, ovato-oblonga, ovato-orbicularia, ovato-rhomboidalia, obovata, obovato-elliptica, elliptica, elliptico-oblonga, elliptico-orbiculata v. lanceolato-elliptica, (hae formae saepe omnes in eodem specimine, superiora turionum terminalium utplurimum utrinque attenuata et semper reliquis multo magis elongata), supra intense viridia nitida, subtus plus minus albida, (nascentia supra valde floccosa), 2—5″ longa, 1—3″ lata, apice rotundata v. truncata v. acuta v. breve acuminata, basi rotundata v. plus minus cuneiformia. Petioli 3—12‴ longi, ut ramuli, pedunculi et calyces valde niveo-tomentosi. Petala orbiculata v. elliptico-orbiculata, staminum fere longitudine v. paulo longiora. Poma 6‴ circ. longa, diam. 4‴, ante maturitatem perfectam punctata et floccosa.

Nom. vern.: Weisser Elzbeerbaum, Mehlbeerbaum germ., Allouchier gall., white Beam-tree, white wild Pear angl. Lignum album, subrubellum durissimum valde aestimatur. Fructus acidi, adstringentes, farinacei, hic illic comeduntur.

Varietates sequentes a cl. *Lindley* in Hortic. Trs. VII. 2. enumerantur:

α. obtusifolia *Ldl.* l. c. 234: folia plana ovalia v. elliptica obtusa simpliciter serrata, adulta supra glabra; gemmae virides parvae; ramuli hornotini tenues laeves. *Spch.* l. c. 102.

Pyrus Aria *α.* obtusifolia *Ser.* l. c. — *Fl. Dan.* t. 302.

P. Aria ovalis *htl.*

β. undulata *Ldl.* l. c.: folia plana elliptico-lanceolata lata undulata inaequaliter inciso-serrata acuminata, adulta supra araneosa; gemmae crassissimae, fuscescenti-virides *Spch.* l. c.

γ. angustifolia *Ldl.*: folia elliptica obtusa concava subsimpliciter serrata, adulta supra leviter tomentosa; gemmae crassae cinerascentes; turiones terminales glabri. Folia mediocria. *Spch.* l. c.

δ. acutifolia *Ldl.* l. c. 235: folia elliptica rigida utrinque acuta concava duplicato-serrata glauca supra araneosa; gemmae crassae cinerascentes; turiones terminales glabri. *Spch.* l. c.

P. Aria *β.* acutifolia *Ser.* l. c.

Crataegus longifolia *Lois.* l. c. IV. t. 34.

ε. rugosa *Ldl.* l. c.: folia ampla ovato-elliptica obtusa duplicato-serrata, supra lucida rugosa, subtus tomentoso-nivea, gemmae crassae, fusco-virides; turiones terminales validissimi. *Spch.* l. c.

ζ. cretica *Ldl.* l. c.: folia plana orbicu-

(Aria nivea) lato-elliptica crenato-serrata retusa basi cuneata, ramuli araneosi.
P. Aria rotundifolia et cretica *htl.*
η. bullata *Ldl.* l. c. 236: folia concava elliptica acuminata bullata, apice grosse profunde serrata, basi integerrima; gemmae parvae turionesque terminales graciles pubescentes. *Spch.* l. c.
Hisce addatur:
ϑ. incisa *Rchb.*: foliis obovato-ovalibus lobato-incisis niveo-tomentosis.
Sorbus nivea *Ht. Angl.*
Pyrus crataegoides *Schrk.* Naturh. Br. I. 11.

b. subobtusi; folia cuneiformia v. flabelliformia, truncata (superiora turionum terminalium ovata v. ovato-elliptica) versus basin integerrima v. simpliciter serrata, supra a primordio glabra, subtus niveo-tomentosa, nervorum paribus 4—5 supra glandulosis; poma sphaerica, depressa (aurantiaca): pyrenis scabriusculis.

9. **A. flabellifolia.**
Crataegus flabellifolia *Spch.* l. c. 103. t. 9. f. E. et e.
Crat. corymbosa *Ht. Par.*
Pyrus edulis *Wats.* Dendr. brit. t. 52. (non *W.*)
Sorbus corymbosa *Lodd.* Cat.
In *Galliâ (Watson)* (?) ♄. In hortis culta.
Arbuscula 10—15pedalis: ramulis virgatis castaneis punctatis. Folia circ. 2″ longa, 15—20‴ lata, supra intense viridia nitida (costâ nervisque glandulis numerosis flavicantibus conspersis), subtus candida: lobis obtusis v. acutis, serraturis subaequalibus acutis inclinatis; nervi 3—4‴ a se invicem distantes. Petioli 4—6‴ longi, pedunculi calycesque tomentosi. Petala orbicularia, 2—3‴ longa, 2‴ lata. Pomum 5‴ altum, diam. circ. 7‴; pyrena fusca, majuscula.

(2) tubum aequantes triangulari-lanceolati acuti; folia diversiformia, duplicato-serrata, apice saepius inciso-crenulata, subtus albido-tomentosa, nervorum paribus 5—8 supra subglandulosis; poma ellipsoidea (purpurea), pyrenis laevibus.

10. **A. graeca.**
Crataegus graeca *Spach* l. c. 102.
Sorbus graeca *Lodd.* Cat.
Sorbus nivea *htl.*
Pyrus Aria *Sibth. & Sm.* Fl. gr. t. 479.
Sorbus Aria var. graeca *Griseb.* Spicil. Fl. Rum. Bith. I. 93. (?)
In *Asiâ minore* et *Graeciâ*, in monte *Atho*, alt. 3500—4900′. ♄.
Arbor 20—30′ alta. Folia 2—4″ longa, 2—3½″ lata, supra intense viridia lucida, subtus cinereo-alba, obovata v. cuneiformi-obovata v. obovato-orbicularia v. suborbicularia (folia superiora turionum terminalium solito lanceolata, lanceolato- v. ovato-elliptica, brevi-acuminata), basi semper attenuata, apice plerumque truncata v. rotundata, costâ nervisque supra glandulis flavescentibus aut rubellis conspersis; petiolus semipollicaris v. brevior, ut ramuli juniores, pedunculi et calyces, tomento floccoso candidissimo et densissimo vestitus. Petala circ. 4‴ longa. Pomum 4—5‴ altum, coccineo-purpureum, ante maturitatem albo-floccosum et punctatum.
Cl. *Griseb.* l. c. folia describit elliptica duplicato-serrata v. breviter incisa basi cuneata integerrima subtus niveo-tomentosa, venis rectis 5—9jugis, petala patentia alba, pistilla 2—4 basi villosa, fructus subglobosos coccineos. An eadem ac stirps a cl. *Spachio* descripta? — Forsan eadem ac A. nivea ζ. cretica.

3) toto margine incisa. Dentes calycini tubo paulo breviores glabrescentes,

(1) triangulares acuti. Folia subtus floccosa v. subtomentosa grisescentia, ovata, ovato-oblonga v. oblonga, obtusiuscula, basi cuneiformia, inciso-dentata, v. pinnatilobata v. pinnatifida v. sinuato-pinnatifida, inaequaliter serrata, nervorum distantium sub-

11. **A. scandica.**
Crataegus scandica *Whlb.* Fl. Ups. 165. — *Spch.* l. c. 99.
Cr. inermis *L.* Fl. Lapp. 199.
Cr. Aria β. suecica *L.* Sp. pl. l. c.
Cr. suecica *grd.*
Cr. Aria α. scandica *L.* Amoen. et Fl. Suec.

tus glabrescentium supra subglandulosorum paribus 5—8; poma globosa v. ovato-subglobosa (coccinea).

Sorbus scandica *Fries* Fl. Hall. 83.
Sorbus Aria *Crtz.* Austr. I. t. 2. f. 2. (excl. descr.)
Pyrus Aria *Svensk* Bot. t. 45.
Pyrus intermedia *Ehrh.* Beitr. IV. 20. — *Wlld.* l. c. 1021. 20. — *Sprg.* l. c. 511. 29. — *Ser.* l. c. 636. 24. — *G.Don* l. c. 32. (excl. varr.)
Pyrus semipinnata *Bechst.* Forstb. 347. t. VIII.
Sorbus hybrida *Huds.* Angl. 216. — *With.* 461.
Sorbus intermedia *Pers.* l. c. — *Rchb.* l. c. 4045.
Azarolus intermedia *Borkh.*
In *Europâ boreali* et *mediâ*, in *Germaniâ* ad montes subalpinos, in *Austriâ, Thuringiâ*, ad *Rhenum*, *Moenum*, in *Angliâ (Castle Dinas y brañ, Denbigh Shire)*, *Sueciâ, Fenniâ*. ♄. Oxelbirne, schwedischer Mehlbeerbaum.

Arbor 30—40pedalis v. frutex, comâ densâ ovato-subrotundâ, ramis rubicundo-fuscis punctatis. Folia 2—5″ longa, $1\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$″ lata, juniora utrinque tomento densissimo subrufescente vestita, adulta supra saturate viridia lucida, subtus magis v. minus canescentia, interdum glabriuscula: lobis oblongis v. subrotundis, obtusis, acutis v. acuminatis, subinde divaricatis (parallelis antrorsum versis rotundatis dente intermedio mucronatis, mediis profundius penetrantibus basi integerrimis *Ledeb.*): petioli 10—15‴ longi pedunculique floccosi. Tubus calycinus tomentosus. Petala circ. 3‴ longa. Cymae diametro circ. 5″. Poma magnitudine illorum A. niveae, 4—6‴ lg. et diam. rubra, nitida, verrucosa, dulcia, edulia.

β. angustifolia: foliis oblongis basi cuneatis *Ser.* l. c.

(2) triangulari-lanceolati acutissimi. Folia ovata,

a. basi rotundata et latiora, apicem versus sensim angustiora, lobis acuminatis apicem versus decrescentibus, inferioribus majoribus horizontaliter patentibus; subtus incano-velutina v. floccosa, nervis 7—12 subglandulosis; pedunculi tomentosi, demum calvescentes; poma globosa v. ovato-subglobosa (aurantiaca).

12. Aria latifolia.
Crataegus latifolia *Poir.* Enc. méth. IV. 444. — *Lois.* l. c. IV. t. 35. — *Spach* l. c. 105. t. 9. f. B, b, C, D. (excl. pl. synon.)
Crataegus dentata *Thuill.* Fl. Par.
Pyrus intermedia α. latifolia *Ser.* l. c. — *G.Don* l. c.
Pyrus intermedia *Sieb.* Hb. Fl. Austr.
Sorbus latifolia *Pers.* l. c.
In silvâ *Fontis bellaquei* frequens; in hortis *Galliae* culta. ♄.

Arbor 30—50pedalis v. frutex: rami patuli, in comam ovatam densam dispositi. Gemmae crassae, ovatae, obtusae, glabriusculae. Folia 2—4″ longa, 15‴—$3\frac{1}{2}$″ lata, supra lucida saturate viridia (juniora floccosa), subtus nunc leviter pulverulenta v. floccosa, nunc plus minus velutina, obovata v. cuneiformi-obovata v. obovato-oblonga, ovata, obovato-rhomboidalia, ovato- v. lanceolato-elliptica, lanceolato-oblonga, oblonga, basi rotundata v. subcordata v. truncata v. cuneata, lobis plus minus profundis, obtusis v. acuminatis, serraturis acutis: nervis et costâ supra glandulis parcissimis flavescentibus obsitis. Petioli 4—6‴ longi, pedunculi et tubi calycini tomentosi. Petala 3—4‴ longa. Poma 5—7‴ alta, subaequilata, saturatius v. dilutius aurantiaca, interdum rubro-tincta, pulpâ flavâ; pyrena laevia, fuscescentia.

Cl. *Rchb.* l. c. varietatem A. scandicae hanc censet, foliis latioribus basi truncatis aut subcordatis, subtus potius flaves-

(Aria latifolia) centi- quam niveo-tomentosis, floribus fructibusque majoribus diversam.

β. glabrescens: foliis subovalibus amplissimis valde angulatis, subtus parce tomentosis v. glabriusculis.

In hortis occurrit. (*Spch.* l. c.)

b. inciso-angulata argute serrata subtus lanuginoso-cana; corymbi plani.

13. A. arguta.

Pyrus (Aria) arguta *Tsch.* Dendroth. exot. — boh. exs. Bot. Zt. 1834. 490.

Crataegus folio subrotundo serrato et laciniato *Duh.* arb. I. 194 et 196. f. 2. (vix autem C. latifolia *Poir.*)

In silvis *Galliae.* ♄.

Folia circumscriptione illis Crat. coccineae similia, argute et fere rectangulo-incisa, subtus tomento magis villoso quam adpresso cana. Fructus subglobosus, magis flavus quam ruber. Ab hac Pyrus Aria (A. nivea) foliis obovatis inaequaliter serratis subtus adpresse niveo-tomentosis, P. intermedia (A. scandica) foliis ellipticis inciso-lobatis, lobis obtusiusculis serratis, subtus lanuginoso-canis differre dicuntur.

c. inciso-lobata, duplicato-serrata, subtus glaucescenti-tomentosa,

a) subrotunda, lobis rotundatis; flores divaricato-corymbosi digyni.

14. A. rotundifolia.

Pyrus rotundifolia *Bechst.* Forstb. 165 et 338. t. V.

Crataegus rotundifolia *Bluff & Fght.* Comp. Fl. germ. I. 613. 1300.

In silvaticis *Thuringiae* et *Franconiae.* ♄.

Folia juniora interdum obovata, incisa, obtuse lobata, facie viridi-nitentia, juniora utrinque tomento deciduo instructa. Pedunculi calycesque glaucescenti-tomentosi. Flores sordide albi. Pomum rotundatum, ex lutescenti fuscum, punctis albidis notatum.

b) ovalia acute dupl.-serrata facie obscure viridia, subtus subtomentosa; flores corymbosi subtrigyni.

15. A. decipiens.

Pyrus decipiens *Bechst.* l. c. 166. et 343. t. VII.

Crataegus hybrida *Bechst.* Diana I. 81. t. II. — *Bluff & Fght.* l. c. 614. 1301.

Azarolus hybrida *Borkh.* II. 1239.

In silvaticis *Franconiae* et *Thuringiae* ♄.

Cortex ramorum juniorum badius, albido-maculatus. Folia magna, basi cuneata, ovalia v. ovali-oblonga, acuta, supra subnitentia. Flores lactei. Stamina alterna longiora, petala superantia. Pomum elliptico-subrotundum, ochreum ut pedunculus albido-punctatus.

d. ovata, duplicato-serrata, basi rotundata v. subcordata, postice 2—3loba, antice integra serrata, supra laete viridia nitentia, subtus tomentosa flavo-virentia, flores dense corymbosi, 2—3gyni.

16. A. semilobata.

Pyrus semilobata *Bechst.* l. c. 166. et 340. t. VI.

Pyrus intermedia *Bechst.* Diana IV. 110. t. 2. f. 2.

Azarolus intermedia *Borkh.* II. 1232.

Crataegus semilobata *Bluff & Fght.* l. c. 1302.

In silvaticis *Thuringiae (Ostheim)* et *Franconiae (Dreissigacker.)* ♄.

Rami alterni, glabri, brunneo-incani, albido-maculati, biennes et annui, badii, laeves, punctis albis adspersi, juniores olivacei albido-tomentosi, autumno denudati. Folia quam praecedentis minora, basi saepius inaequalia postice 2—4loba serrata, a medio usque ad apicem duplicato-serrata, facie laevia, subtus dense tomentosa; pedunculi calycesque tomento denso candido tecti. Flores flavescenti-albidi. Pomum praecedente majus, ovatum vel subrotundo-ovatum, ferrugineum, albo-punctatum, sapore dulci.

Cl. *Spach* hasce tres species v. varietates cum A. latifoliâ conjunxit.

3. Folia pinnatifido-lobata et serrata, oblonga, acuminata, subtus albo-tomentosa; petioli, ramuli juniores et corymbi tomentosi; fructus pyriformis.

17 **Aria kamaonensis.**
Pyrus (Aria) kamaonensis *Wall.* L. 678. — *G.Don* l. c. 34.
In *Kamaon* et *Sirmore.* ♄.
Arbor 20—30pedalis. Flores parvi, albi. Fructus magnit. Mespili vulgaris, ruber.

Species exclusa:

Aria Chamaemespilus *Host.* = Chamaemespilus humilis.

7. Torminaria.

(Ser.)

Pyrus sect. VI. Torminaria *DC.* l. c. 636. — *G.Don* l. c. 647.
Pyrus d. Torminaria *Endl.* l. c.
Crataegus Sect. I. b. *Spach* l. c. 106.

1. Corymbi paniculato-compositi tomentosi; folia cordato-ovata, laciniato-lobata inaequaliter serrata, lobis acuminatis, inferioribus majoribus patenti-divaricatis. Calyx tubo tomentoso, dentibus triangularibus cuspidatis glabrescentibus.

1. **T. Clusii.**
Crataegus torminalis *L.* Sp. pl. 681. — *Fl. Dan.* t. 798. — *Jacq.* Austr. V. 21. t. 443. — *E. B.* t. 298. — *Plenck* offic. Pfl. t. 388. — *Host* Fl. Austr. II. 9. — *Spch.* l. c. 106. — *Lois.* l. c. IV. t. 33. — *Reit.* & *Abel* t. 20. — *Guimp.* & *Wlld.* 105. t. 80.
Crataegus foliis laciniatis *Duh.* arb. I. t. 79.
Pyrus torminalis *Ehrh.* Beitr. VI. 92. — *Wlld.* l. c. 1021. 21. — *Sprg.* l. c. 510. 15.
Pyrus (Torminaria) torminalis *Ser.* l. c. 25. — *G.Don* l. c. 35.
Mespilus torminalis *Borkh.*
Sorbus torminalis *Clus.* hist. I. 10. f. dextr. *Crantz* Austr. 85. n. 2. — *Rchb.* l. c. 4046. — *Pers.* l. c.
Azarolus torminalis *Borkh.* II. 1235.
Sorbus torminalis Plinii *Lob.* ic. II. 100.
In *Europâ australi* et *mediâ*, *Galliâ*, *Germaniâ*, *Angliâ*, *Hungariâ*, *Russiâ* mediâ et australi, *Tauriâ*, *Thraciâ* et *Macedoniâ*, *Caucaso* et *Oriente*, in silvis asperis. ♄ ♄.
Nom. vern.: Elsebeerbaum, Darmbeerbaum, Atlasbeere, Eschrösel etc. germ., Alisier, Alisier des bois gall.

Arbor 25—30pedalis v. frutex, cortice griseo, comâ ovatâ densâ, ramis rufescentibus albo-punctatis. Gemmae glabriusculae, ovatae v. ovato-oblongae, obtusae, majusculae. Folia pinnatiloba v. inciso-angulata, ovata v. ovato-rarius cuneiformi-oblonga, acuminata, supra laete viridia nitida, subtus subpubescentia v. floccosa, demum glabriuscula, lobis acuminatis v. obtusis duplicato-serratis, basilaribus divaricatis multo longioribus, circ. 3½″ longa et maximo diametro 4″ lata; petioli 1—2″ longi, ut pedunculi et calyces tomento floccoso sensim evanescente vestiti. Flores diam. 4—5‴, petala patentia alba. Styli basi tomentosi. Poma subglobosa v. ovato-globosa, 6—8‴ alta, diam. 4—6‴, primo viridulo-fusca albo-punctata, subaurantiaca rubro-tincta, tandem obscure fusca, sapore adstringente, austero, gelu tacti subdulcia atque edulia. Lignum album, compactum, scriniariis aestimatum, recens male olens.

β. longifolia: foliorum lobis inferioribus, reliquis non elongatis, foliis ideo latitudine suâ longioribus. *Lois.* l. c. t. 33. (bis).

γ. glabrata: foliis ovato-subrotundis breviter lobatis glabratis, lobis ovatis acutis, imis minoribus patentibus, pistillis glabris, fructibus subglobosis rubris.
Pyrus torminalis. *Griseb.* l. c. 93.
In *Thraciâ*, *Macedoniâ*, alt. 1200′—4500′.

2. Flores corymbosi; folia ovato-oblonga basi cordata inciso-serrata, subtus cum calycibus tomentosa; poma ovato-globosa glabrata; calycis lobi decidui.

2. **T. florentina.**
Crataegus florentina *Zucc.* Obs. I. n. 72. — *Ser.* l. c. 628. 23. — *G.Don* l. c. 599. 30.
Mespilus florentina *Bertol.* Amoen. 29.
Pyrus florentina *Targ.* Dec. VI. in Mem. soc. Ital. XX. 12. f. 5.
Pyrus crataegifolia *Savi* Bot. Etr. I. 169.
Pyrus torminalis minor *Ten.* Syll. Fl. Neap. 242. (ed. in fol. 70.)
In nemoribus *Hirpinorum, Samnii* et *Aprutii.* ♄.

8. Chamaemespilus *Ser.*

Pyrus Sect. VIII. Chamaemespilus *DC.* l. c. 637. — *G.Don* l. c. 649. — Pyrus h. Chamaemespilus *Endl.* l. c.
Crataegus Sect. II. *Spch.* l. c. 108.

1. Folia (adulta) utrinque glabra, lanceolato-ovalia acute adpresse serrata; corymbi terminales immersi; petala lanceolata.

1. **Ch. humilis.**
Mespilus Chamaemespilus *L.* Sp. pl. 685. — *Wlld.* l. c. 1011. 4. — *Guimp.* & *Wlld.* t. 70. — *Schmidt* österr. Baumz. t. 87
Crataegus Chamaemespilus *Jacq.* Austr. t. 231. (non 234.) — *Spach* l. c. 109.
Crataegus humilis *Lam.* Enc. I. 83.
Sorbus fruticosa *Crantz* l. c. 83. t. 1. f. 3.
Sorbus Chamaemespilus *Griseb.* l. c. 93.
Pyrus Chamaemespilus *Lindl.* l. c. 98. — *Sprg.* l. c. 509. 2. — *Ser.* l. c. 38. — *G. Don* l. c. 55.
Azarolus Chamaemespilus *Borkh.*
Aronia Chamaemespilus *Pers.* l. c. 39. — *Rchb.* l. c. 630. 4055.
Aria Chamaemespilus *Host* l. c. 8.
Cotoneaster forte Gesneri *Clus.* hist. I. 63.
In montibus calcareis *Alpium* in *Germaniâ, Helvetiâ, Italiâ, Galliâ, Pyrenaeorum,* in monte *Hagion-Oros* Thraciae. ♄.

Suffrutex 1—4pedalis, ramis fuscis verrucosis prostratis, plus minus tortuosis, cortice nigro, ramulis subvillosis. Folia elliptica, elliptico-oblonga, lanceolato-elliptica, lanceolata, lanceolato-obovata, obovata v. ovata, acuminata, duplicato-serrata, juniora margine pilosa, supra laete viridia in paginâ et costâ glandulis numerosis elongatis fuscescentibus conspersa, subtus pallida reticulata flavescenti-viridia, nervorum filiformium paribus 6—8, 2—2½'' longa: petiolis 2—3''' longis. Cymae densissimae, parvae, vix diam. pollicis, foliis occultatae, interdum flores 2—3 axillares. Calyx purpurascens: tubus parte concretâ tomentosus, limbus extus glaber: dentes triangulari-lanceolati, apice subulati, interne tomentosi, tubum aequantes, corollâ dimidio breviores. Petala obovata, crenulata, basi lanata, ungue imputato 2''' longa, laminâ ungue vix duplo longiore, rosea. Poma subglobosa, 4—5''' diam. aurantiaco-rubra, pruinâ v. tomento albo obducta, edulia; pyrena rufo-fusca, magnit. seminum Pyri.

β. (?) melanocarpa: foliis ovatis v. ovato-lanceolatis inaequaliter serratis, pomis nigris.
Crat. Chamaemespilus *Gaud.* Fl. Helv. III. 321.
In *Helvetiâ,* ad rupes herbosas.

2. Folia supra glabra, subtus adpresse tomentosa albida v. incana,
1) inaequaliter v. duplicato-serrata (petala rosea).
(1) basin versus integerrima, obovata, supra in nervis glandulosa; corymbi compacti.

2. **Ch. sudetica.**
Pyrus (Chamaemespilus) sudetica *Tausch* in Flora 1833. 76.

(Chamaemespilus sudetica)

Pyrus Aria *Wimm. & Grab.* Fl. Siles.
Pyrus Aria *β.* rosea *Tsch.* Hb. Fl. Boh. Suppl. 507. b.
In summis declivibus *Sudetorum* („im Teufelsgärtchen im Elbegrunde"). ♄.
Frutex humillimus, interdum humanae altitudinis, ramulis laevibus punctatis, quorum apices pedunculique arachnoidei griseo-tomentosi serius calvescunt. Gemmae nudae. Folia breve petiolata, stipulis duabus subulatis deciduis, interdum oblongiuscula, acuta v. obtusa, minute serrata, supra ad costam mediam et venas laterales plus minus glandulosa, subtus tomento persistente niveo vestita. Corymbi ramulorum terminales, pedunculis 2—3floris, pedicellis brevissimis, saepe calyce brevioribus. Calyx albo-lanatus, basi bracteis rubris subulatis instructus, dentibus ex ovato acuminatis. Petala oblonga, erecta, staminibus duplo breviora. Fructus (immaturus) ovatus, nudus, 1—2loc., 1—2spermus.

(2) ovalia, subtus cum ramulis petiolis corymboque terminali exserto lanata; petala obovata unguiculata.

3. **Chamaemespilus Aria.**
Aronia Aria-Chamaemespilus *Rchb.* l. c. 4056.
Crataegus Chamaemespilus *β.* foliis dorso tomentosis *Gaud.* Fl. Helv. III. 320. — var. discolor *Hgtschw.* Fl. der Schw. 468.
In *Helvetiae australis* (Valesiae) montibus *Dolaz, Enzeindaz.* ♄.

2) argute serrata, elliptica, elliptico-oblonga v. ovato-elliptica; pedunculi floccosi; calyces tomentosi: dentibus triangulari-lanceolatis apice subulatis tubum aequantibus corollâ duplo brevioribus; petala elliptica v. ovato-elliptica, basi valde lanata, alba.

4. **Ch. Pseud-Aria.**
Crataegus Pseudaria *Spach* l. c. 108.
In collibus calcareis *Burgundiae* (Dept. *Côte d'or*) in *Galliâ.* ♄.
Folia obtusa v. breve acuminata, basi attenuata, supra glabra, nitide viridia, subtus cum ramulis petiolisque cinereo-albo-tomentosa; nervis tenuibus approximatis circ. 10 parium supra costâque glandulis copiosis elongatis flavescentibus conspersis; petioli 2—4‴ longi. Cymae 1—1½″ amplae. Petala circ. 3‴ longa.

5.b. **Azarolus** *Borkh.* (p. p.)

(Subg. Crataegi.)

1. Folia 3fida v. 3partita, basin versus cuneata integerrima, in petiolum decurrentia,

1) subtus pubescentia: segmentis oblongis v. cuneiformi-oblongis obtusis, lateralibus inciso-dentatis v. apice bidentatis subdivaricatis, terminali apice trifido v. trilobo, lobulis dentibusque mucronatis; corymbi densi ramosi; pedunculis calycibusque villosis; calycis dentes brevissimi triangulares acuti reflexi.

1. **A. crataegoides** *Borkh.* Wett. Fl. II. 1253.
Crataegus Azarolus *L.* Sp. pl. 683. — *Wlld.* l. c. 1007. 19. (excl. var. *β.*). — *Ser.* l. c. 629. 31. — *G.Don* l. c. 600. 40. — *Andr.* Bot. Rp. t. 579. — *Lois.* l. c. IV. t. 42. — *Jaume St. Hil.* l. c. t. 357. — *Rchb.* l. c. 629. 4049. — *Risso* l. c. II. 346.
Pyrus Azarolus *Scop.* Carn. II. n. 597.
Mespilus Azarolus *Sprg.* l. c. 508. 36. — *Spch.* l. c. 70. t. 10. f. M.
Mespilus Aronia veterum *Bauh.* hist. I. 67.
In *Europâ australi* et *Oriente*, spontanea et frequens culta. ♄.
Lazarolbaum germ., Azarolier, Epine d'Espagne gall., Azzarrole, Lazzerola ital.
Arbor circ. 30pedalis, trunco robusto, ramis numerosis divaricatis, in spontaneâ formâ spinis brevibus acutis armatis. Folia illis Oxyacanthae quoad formam similia, sed majora et pallidiora, lobis latioribus, turionum terminalium subpinnatipartita, firma, supra lucida, 1½—3″ longa, saepius 3″ lata. Petioli pubescentes, 3—12‴ longi. Turiones

(Azarolus crataegoides) juveniles tomentosi. Stipulae magnae, foliaceae, incisae. Pedunculi secundarii subtriflori, pedicellis breviores. Flores albi, illis Oxyacanthae similes, sed multo majores. Poma magnit. Mespilorum, pollicaria, subturbinata v. subglobosa, pentagona, rubra v. pallide flava, grate acidula, pyrena 2—3 (5 teste *Risso)* continentia, cruda et saccharo condita comestibilia.

Var. rubra major et minor delineata est in Pom. Franc. II. t. 5. et 6. — *Risso* l. c. 347. et 348. sequentes enumerat varietates:

β. macrocarpa: fr. maximo 0,030 lg. et lato, vivide rubro praecoci.

γ. dulcis: fr. minimo (0,014 lg., 0,016 lato) rotundato ruberrimo, grate dulci.

δ. Malus: fr. maximo maliformi lutescente albido dulci.

Apfel Azarole *Dierb.*

Fructus formâ mali minoris, 0,034 lg., 0,038 ampli, pedunculo scrobiculo profundo marginibus inaequalibus inserto, sapidi.

ε. intermedia: fr. magno luteo acidulo.

Fructus laeves, laete flavi, umbilico profundo, insigniter aciduli, 0,025 lg., 0,030 lati.

ζ. torulosa: fr. pyriformi costulato luteo aurato.

Fructus Sept. maturans, pulchre aureus, 0,025 lg., 0,028 lt., in formam pyri elongatus, costis longitudinalibus pedunculum versus profundioribus notatus.

η. pyriformis: fr. glabro pellucido pyriformi luteo et sapido.

Fructus lucidus, laetissime flavus, 0,030 lg., 0,026 lt.

ϑ. florifera: floribus amplis plenis.

2) utrinque cum ovariis glabra; calycis laciniae triangulari-acutae reflexae; poma coccinea. Reliqua praecedentis.

2. A. maroccana.

Crataegus maroccana *Lindl.* in Bot. Rg. t. 1855. (non *P.*)

Mespilus triloba *Ten.*

In *Africâ boreali, Neapoli.* ♄.

2. Folia pinnatifida,

1) basi cuneata truncataque subtus pubescentia v. subtomentosa; calycis laciniae breves, triangulares, acutae,

(1) erectae; foliorum laciniae apice serratae; stipulae semicordatae dentatae integraeque; poma oblonga pubescentia 3pyrena (nigra).

3. A. platyphylla.

Crataegus platyphylla *Lindl.* Bot. Rg. t. 1874. (aut 1877?)

In *Caucaso.* ♄.

Ramuli pubescentes. A cl. *Steudel* (Ncl. bot. ed. 2.) cum Crat. (Mespilo) melanocarpa *M.B.* identica habetur.

(2) recurvatae; lobi foliorum denticulati; stipulae semicordatae v. semicirculares, falcatae v. cultriformes, integrae v. incisae; poma ovoidea, apice constricta, 4—5pyrena (nigra).

4. A. Oliveriana.

Mespilus Oliveriana *Dum. Cours.* l. c. — *Spch.* l. c. 71.

Crataegus Oliveriana *Lindl.* Bot. Rg. t. 1939.

In *Oriente.* ♄.

Arbor parva, ramulis spinescentibus. Turiones tomentosi. Folia longe petiolata, 1—2″ longa, interdum latiora quam longa, supra saturate viridia, subtus canescentia, ramulorum inferiora cuneiformia, cuneiformiobovata v. obovata, subintegra v. apice trifida v. breviter trilobata, superiora nunc rhomboidalia apicem versus pinnatifida vel profunde trifida (lobo terminali trilobo), nunc tripartita, (lobis basilaribus cuneiformibus v. cuneiformioblongis divaricatis, lobo terminali pinnatifido v. trifido-rhomboidali), nunc subovata basi truncata pinnatifida v. pinnatilobata. Petioli, pe-

(Azarolus Oliveriana) dunculi calycesque tomentosi. Corymbi multiflori, subpaniculati. Flores albi, magnitudine eorum Oxyacanthae.

Obs. An eadem est:

Crataegus Oliveriana *Bosc:* glaberrima (?) foliis basi cuneiformibus inciso-lobatis, lobis obtusis subintegris, spinis subulatis rectis (ramis atrofuscis) ex *Asiâ minore (?)* ♄. *Ser.* l. c. 630. 46. — *G.Don* l. c. 601. 51. — Si diversa est, ut ex diagnosi incompletâ videtur, A. Bosciana esset appellanda.

2) ovata acuta, utrinque pubescentia incana, laciniis oblongis acutis acute dentatis integrisve; stipulae tridentatae; calycis laciniae ovatae acuminatae; poma tomentosa.

5. **Azarolus pubescens.**

Mespilus pubescens *Presl* Del. Prag. 53.

Crataegus pubescens *Presl* Fl. Sic. I. XXIV.

In nemorosis montis *Marapoleggio Nebrodum Siciliae.* ♄.

Frutex orgyalis et altior, spinosus, spinis 3''' longis. Petioli tomentosi. Stipulae ovatae, acuminatae, pubescentes. Flores in ramulis terminales, cymosi, pedunculis ramosis ovariisque tomentosis. Petala rosea. Styli constanter 3, quo differt a Crat. (Oxyacanthâ) laciniatâ *Ucria,* quae monogyna est.

Species exclusae:

Azarolus alpina *Borkh.*	= Aria alpina.
— Aria *Borkh.*	= — nivea.
— Chamaemespilus *Borkh.*	= Chamaemespilus humilis.
— hybrida *Borkh.*	= Aria decipiens.
— intermedia *Borkh.*	= — semilobata.
— pinnatifida *Borkh.*	= Sorbus pinnatifida.
— Pollvilleriana *Borkh.*	= Pyrus Pollveria.
— torminalis *Borkh.*	= Torminaria Clusii.

5.c. Halmia (*Medik.*) *m.*

(Subg. Crataegi.)

1. Folia in petiolum decurrentia, venis rectis impressis fortibus subplicata, subtus praesertim ad nervos (juniora saltem) pubescentia, versus apicem inciso-dentata. Corymbi laxi multiflori; pedunculi calycesque subvillosi (1) pubescentes (2) aut villoso-tomentosi (3); styli 3—4. — Calycis laciniae (sepala) lineari-lanceolatae (2 et 3) v. lineari-subulatae (1)

1) integerrimae eglandulosae, tubo longiores. Folia cuneiformia, cuneiformi-obovata v. obovata, acuminata v. truncata, a basi fere serrulata, glabra, apicem versus inaequaliter v. inciso-denticulata; poma globosa, punctata.

1. **H. punctata.**

Crataegus punctata *Ait.* Kew. II. 169. — *Jacq.* Ht. Vind. I. 10. t. 28. — *Wlld.* l. c. 1004. 12. — *Ser.* l. c. 627. 5. — *G.Don* l. c. 598. 5. — *Torr. & A. Gr.* l. c. 466.

Crataegus cuneifolia *Borkh.*

Mespilus cuneifolia *Sprg.* l. c. 506. 22. (vix *Ehrh.*) — *Spch.* l. c. 61. — *Wats.* Dendr. brit. t. 57.

Ad silvarum margines in *Americâ boreali,* praesertim in rebuspublicis unitis septentrionalibus frequens. ♄.

Arbor 12—25pedalis, trunco pr. basin 6—8'' crasso, ramis patulis comam amplam depressam formantibus, cinereis densis, spinis validis, interdum nullis. Folia dilute viridia, membranacea, at satis crassa et firma, 2—4'' longa, 1—2½'' lata, plerumque autem minora, fasciculata, lucida, serraturis acutissimis: venis e costâ mediâ ad marginem

(Halmia punctata) recte currentibus, supra impressis, subtus prominentibus et plerumque adpresse pilosis. Petiolus 6—12''' longus. Cymulae corymbum componentes plerumque triflorae. Pedicelli tubum calycinum aequantes. Corolla alba, 8—10''' diam. Poma diam. semipollicaria et ultra, umbilicata, sapida, esculenta, sordide rubra.

β. xanthocarpa: fruct. flavis.

γ. Trewiana: omnibus partibus multo minor.

Crataegus caroliniana *Trew.* Ehret. t. 17.

Varr. hortorum sec. *Steud.* l. c. sunt: Cr. aurea *ht.*, — Cr. dulcis *Ronalds* — Cr. flava *ht.*, — Cr. edulis *Lodd.*, — Cr. pentagyna flava *Godefr.* et Cr. rubra *ht.*

2) pectinato-serratae glandulosae (ut quoque stipulae et bracteolae),

(1) corollâ paulo longiores. Folia rhomboideo- v. cuneiformi-obovata acuminata nervosa, inferne denticulata, superne inciso-dentata, inciso-lobata v. angulata; poma ellipsoidea v. subglobosa (flava hinc rubella).

2. **H. cornifolia.**

Mespilus cornifolia *Poir.* Enc. méth.

Mespilus pyrifolia *Desf.* Ht. Par. — *Spach* l. c. 60. t. 10. f. C. (non *W.*) — *Wats.* l. c. t. 61.

In *Americâ boreali.* ♄.

Arbor parva ramis patulis, ramulis plerumque inermibus. Folia firma, sed non coriacea, laete viridia, 2—3'' longa, 1—2'' lata; petiolus pubescens, 6—15''' lg. Stipulae turionum terminalium amplae, falciformes. Corymbi e ramulis trifloris compositi: pedicelli graciles, plerumque calycibus longiores, glandulis aliquot sessilibus obsiti. Flores albi, diam. 8—10'''. Poma magnit. cerasi, edulia.

(2) ovarium aequantes. Folia ovato-elliptica v. ovalia, utplurimum acuta, duplicato-serrata, supra glabriuscula, subtus juniora praesertim ad venas molliter pubescenti-tomentosa; poma pyriformia aurantiaca.

3. **H. tomentosa.**

Crataegus tomentosa *L.* Sp. pl. 682. (excl. syn. Gron.) — *Du Roi* Harbk. I. 183. — *Torr. & A. Gr.* l. c. 465.

Crataegus pyrifolia *Ait.* Kew. ed. 1. II. 168. — *Wlld.* l. c. 1001. 4. — *Ser.* l. c. 627. 15. — *G.Don* l. c. 599. 21. — *Lindl.* Bot. Rg. t. 1877.

Mespilus pyrifolia *Wlld.* En. I. 523. — *Sprg.* l. c. 507. 27.

(?) Crat. flava *Hook.* Fl. bor. am. I. 202.

In dumetis paludosis a *Canadâ* et *Novâ Angliâ* ad *Indianam*, *Kentucky* et *Carolinam australem* usque. ♄.

Frutex 10—20pedalis, spinis majusculis, floribus amplis fragrantibus. Folia plerumque ampla, 3—5'' longa, 1—3'' lata, petiolo fere ad basin usque marginato brevi, raro fasciculata, in autumno mox decidua, supra pilis brevissimis adpressis pubescentia, adulta glabra, subtus tomento brevi velutino plerumque persistente et subinde ad venas ferrugineo vestita. Corymbi ampli, foliosi. Poma obovoidea v. globoso-pyriformia, majuscula, edulia, sed satis insipida.

β. pyrifolia (*m.*): foliis fortiter sulcatis glabriusculis minoribus *Torr. & A. Gr.* l. c. 466.

Crataegus pyrifolia *Loud.* Arb. brit. t. 31.

Ad *Bellow Falls* in *Vermont* et pr. *Auburn* in *Noveboraco.* *(John Carey.)*

γ. parviflora *Tausch* (in Flora XXI. [1838] 717.): foliis brevioribus magis ovatis, floribus fructibusque minoribus.

In hortis *Bohemiae* culta.

δ. leucophlaea: inermis, foliis ovatis inaequaliter serratis basin versus integerrimis, stylo semibifido.

Crataegus Leucophlaeos *Mch.* Weissenst. 31. t. 2.

(Halmia tomentosa) ε. Calpodendron: spinosa, foliis ovalibus acuminatis subangulatis serratis pubescentibus basi cuneatis, pedunculis multifloris, laciniis calycinis pinnatifidis, fructibus urceolatis.

Mespilus Calpodendron *Ehrh.* Beitr. II. 67.

Obs. Plures sub hac species latere et stirpes *Moenchii* et *Ehrharti* saltem varietates memorabiles esse videntur.

2. Folia distincte petiolata, petiolo
1) brevissimo, ovata inaequaliter serrata lobatave subtus subpubescentia; stipulae incisae; rami subvillosi; flores laxe corymbosi.

4. **Halmia lobata.**
Crataegus lobata *Bosc* ex *Ser.* l. c. 628. 21. *G.Don* l. c. 599. 28.
Cr. flava *β.* lobata *Lindl.*
Cr. lutea *ht.*
Mespilus lobata *Poir.* Enc. méth. Suppl. IV. 71.
Hab. . . . . . . ♄.
A *Torr.* & *A. Gr.* cum tomentosâ conjungitur.

2) longo glanduloso, obovata, cuneiformi-obovata, obovato-rhomboidea v. ovata, acuminata, glabra, 7—9angulata: lobis inaequaliter vel inciso-denticulatis acuminatis, inferioribus divaricatis; corymbi laxi simplices ramosi: pedunculi calycesque villosi; sepala lanceolato-subulata, cum stipulis bracteolisque fimbriolato-glandulosa; poma subglobosa, 3—4pyrena (rubra).

5. **H. flabellata.**
Crataegus flabellata *Bosc* in Ht. Par.
Mespilus flabellata *Spch.* l. c. 63. t. 10 f. D.
In *Americâ boreali* (?). ♄.
Frutex magnus. Folia 2½—3″ longa, 1½—3″ lata, firma, nitida, denticulis acutis approximatis glandulâ mucronulatis, petiolo 1—2″ longo. Corymbi 1—2″ ampli. Pedicelli tenues, tubo calycis longiores, glandulis sparsis sessilibus. Corolla alba. Styli staminibus longiores, basi villosi. Pomum magnit. cerasi.

9. Sorbus.

L. gen. 623. — *Spach* l. c. 91.

Pyrus Sect. VI. Sorbus *Ser.* in *DC.* l. c. 636. — *G.Don* l. c. 648. — Pyrus f. Sorbus *Endl.* l. c. — Pyrus b. Sorbus *Meisn.* l. c. 106. — Pyrus §. 3. Sorbus *Torr.* & *A. Gr.* l. c. 472.

1. Folia basi pinnatipartita, superne pinnatifida v. totâ longitudine pinnatifida aut basi biauriculata: segmentis basilaribus a superioribus discretis. Petala basi lanata. **Sorbus** *s. str.*
1) Folia subtus hirsuta, inferne segmentorum uno v. altero pari distincto, reliquis in laciniam terminalem ovatam crenatam confluentibus.

1. † **S. auriculata** *Pers.* Syn. II. 39. 7.
Pyrus (Sorbus) auriculata *Ser.* l. c. 27. *G.Don* l. c. 38.
In *Aegypto* (?). ♄.
Arbor 20—30pedalis. Folia parvula, ovata, simpliciter crenata, pinnis 1—2jugis baseos distinctis. Corymbus compactus.

2) Folia oblonga v. ovato-oblonga, obtusiuscula, subtus pubescenti-incana v. tomentosa, segmentis basilaribus distinctis 1—4jugis oblongis v. oblongo-lanceolatis obtusis apicem versus serratis, terminali maximo basi pinnatifido apice inciso-dentato; pedunculi calycesque tomentosi, post anthesin glabrescentes: dentes calycini ovato-triangulares obtusiusculi.

2. **S. hybrida** *L.* Sp. pl. 684. — *L. fil.* Dec. XI. t. 6. — *Wlld.* l. c. 1008. 2. — *Sp.* l. c. 92. t. 9. f. J. — *Rchb.* l. c. 628. 4042. — *Fl. Dan.* t. 301. — *Svensk Bot.* t. 277. — *Reit.* & *Abel* t. 2. — *Kern.* ökon. Pfl. t. 208.
Pyrus pinnatifida *Ehrh.* — *E.B.* t. 2331. — *Ser.* l. c. 28. — *G.Don* l. c. 39. — *Sprg.* l. c. 511. 33.
Pyrus hybrida *Sm.* Fl. brit. 534. — *Ledeb.* Fl. ross. II. 99. (non *W.*) — *Bluff* & *Fght.* l. c. 607. 1289.
Azarolus pinnatifida *Borkh.* II. 1245.
Crataegus Aria *β. Poll.* Palat. n. 470.
Crat. fennica *L.* Fl. Suec. n. 433.

(Sorbus hybrida) In silvaticis montosis *Gothlandiae*, *Fenniae*, *Norwegiae*, *Hercyniae*, *Franconiae*, *Thuringiae*, *Helvetiae*, pluribus locis, in *Scotiae* insulis occidentalibus, praesertim in rupestribus (e. g. *Cairn na Callich*) insulae *Arran*. 5.

Arbor 20—25pedalis, ramis densis, comam ovato-pyramidatam sistentibus, rufescenti-fuscis, albido-maculatis. Gemmae ovatae v. ovato-oblongae, obtusae, subangulatae, viridi-fuscescentes, squamarum marginibus albo-pilosis. Folia ambitu ovato-oblonga, 3—6″ longa, 1—3″ lata, supra glabra nitide viridia, subtus tomento albo-viridulo laxiusculo obducta, petiolis laminâ 3—5plo brevioribus sublanato-tomentosis. Folia reperiuntur basi tantum pinnatifida v. incisa v. prorsus integra. Lobus terminalis nunc oblongus nunc rhomboideus, semper reliquis multo major et latior; serraturae versus apicem pinnarum et laciniarum argutae, basin versus sensim evanidae. Corymbi densi, subpyramidales v. convexi, 2—4″ ampli, multiflori, ad ramificationes tomento viridulo-albo plus minus denso, in calycibus densissimo, obducti. Flores illis S. Aucupariae similes, sed paulo majores, albi: petala ovato-elliptica, 2‴ longa. Poma ellipsoidea v. subglobosa, nitida, coccinea v. fusco-rubra, paulo minus acerba et amara quam illa Aucupariae, vix esculenta.

β. Arbuscula: humilis, foliolis subglabris obtusis, extimis saepe confluentibus.

Sorbus Arbuscula *Poir.* Enc. méth. Suppl. V. 164.

Varietas fruticosa, 8—10pedalis, in *Thuringiâ* obvia. Cf. *Schönheit* in Flora 1832. II. 723.

2. Folia impari-pinnata: foliolis subaequalibus subsessilibus, terminali solum v. longius petiolulato. Petala basi pilis sparsis caducis obsita. **Aucuparia** (*Medik.*).

Foliola cum rhachi (petiolo communi)

1) glabriuscula v. glaberrima, sub anthesi tantum leviter pubescentia, oblongo-lanceolata acuminata subaequalia serrata, serraturis acuminatis

(1) non imbricatis; dentes calycini triangulares obtusi; poma sphaerica v. obovato-globosa.

3. **S. Aucuparia** *Tourn.* Inst. 634. — *L.* Sp. pl. 683. — *Wlld.* l. c. 1008. 1. — *Crtz.* Austr. 88. t. 1. f. 4. — *Spch.* l. c. 93. t. 9. f. K. et O. — *Rchb.* l. c. 627. 4039. — *E. B.* t. 337. — *Mill.* ic. t. 43. — *Fl. Dan.* t. 1034. — *Schk.* Hdb. t. 133. — *Hayne* Arzn. Gw. IV. 45. — *Guimp.* t. 67. — *Duh.* l. c. II. t. 73.

Pyrus Aucuparia *Gärtn.* fr. II. 45. t. 87. f. 2. — *Sprg.* l. c. 511. 36. — *Ser.* l. c. 637. 30. — *G.Don* l. c. 42. — *Sv. Bot.* t. 145.

Mespilus Aucuparia *Scop.* Carn. I. 584. n. 3. ed. 2. n. 593.

S. glabra *Gilib.* Fl. Lith. V. 233.

In *Europâ* et *Asiâ boreali*, usque in regiones arcticas, *Lapponiam* et regionem silvaticam terrae *Samojedarum*; in *Alpibus* usque ad 3700′ alt. 5.

Vogelbeerbaum, Eberesche germ., Sorbier des Oiseleurs, des oiseaux, Cochêne gall., Mountain-ash, Roddon, Roan-tree angl., Raun, Raudna Lapp., Skaepe Fennis.

(Sorbus Aucuparia) Arbor 20—40pedalis, cortice trunci laevi griseo, ramulorum rubrofusco. Gemmae ovato-oblongae, acutae, tomentosae. Folia 5—10'' longa, horizontalia v. pendula, foliola 5—8juga, subinde oblonga, $1^1/_2$—2'' longa, 6—8''' lata, supra laete viridia, subtus pallida, sub anthesi, ut pedunculi et calyces, junioraque flocculosa, mox glabrescentia. Rhachis primum villosa, demum glabra. Corymbi v. cymae terminales amplae, usque ad semipedales, densiflorae, convexae; flores sordide albi, odorati: petala suborbiculata, ad 2''' ampla. Poma magnit. pisi majoris, in corymbo confertissima, matura laete cinnabarina, intus flava, acerba et amara, avium esca. — Lignum durum, compactum, albidum, in nucleo rubellum, interdum obscure venosum, facile poliendum. Cortex et folia coriaria.

β. duplicato-serrata: foliolis duplicato-serratis. *Rchb.* l. c.

(2) imbricatis mucronatis; dentes calycini triangulares acuti; foliola 6—7-juga, cum rhachi nascentia tantum pubescentia, postea cum pedunculis calycibusque glaberrima; poma globosa.

4. **Sorbus americana** *Pursh* Fl. Am. sept. I. 341. — *Wlld.* En. I. 520. — *Sp.* l. c. 95. t. 9. f. Q, q' et q? —

S. Aucuparia *β. Michx.* Fl. bor. am. I. 290.

Pyrus americana *Ser.* l. c. 31. — *G.Don* l. c. 43. — *Sprg.* l. c. 37. — *Torr. & A. Gr.* l. c. 472. (excl. var. *β.*)

In paludibus umbrosis v. silvis humidis *Pensylvaniae, Noveboraci, Novae Angliae*, usque in *Labradoriam, Groenlandiam, Americam subarcticam*, et *oram occidentalem.* — Mountain-Ash incolis. ♄ ♄.

Frutex magnus v. arbor 15—20pedalis, ramis pallide fuscis, ramulis post anthesin glaberrimis. Folia 8—12'' longa: foliola supra laete viridia, subtus glaucescentia, 2—$2^1/_2$'' longa, 8—10''' lata, subinde ovato-lanceolata, s. argutius serrata quam praecedentis et magis acuminata, subcuspidata. Corymbi densi, paniculati, amplissimi, semipedales et ultra; flores candidi, minores et seriores quam S. Aucupariae. Petala suborbiculata. Poma magnit. grani piperis, acidula, obscure purpurea (sec. *Torr. & A. Gr.* matura dilute et vivide rubra), pyrena $1^1/_2$''' longa, flavescenti-fusca. Gemmae glabrae, viscosae.

(3) setaceo-mucronatis inaequalibus, foliola ideo inciso-serrata; poma globosa (coccinea); ramuli juniores tomentosi (glutinosi).

5. **S. microcarpa** *Pursh* l. c. — *Sp.* l. c.

S. micrantha *Dum. Cours.* l. c. ed. 2. V. 464.

S. Aucuparia *a. Michx.* l. c.

Pyrus (Sorbus) microcarpa *Ser.* l. c. 636. 29. — *G.Don* l. c. — *Sprg.* l. c. 38.

Pyrus americana *β.* microcarpa *Torr. & A. Gr.* l. c.

In montibus editioribus *Virginiae* et *Carolinae borealis*; in monte *Grandfather Mountain. (Curtis.)* ♄.

Poma exigua, laetius ac in praec. colorata.

2) plus minus pilosa; foliola

(1) oblongo-lanceolata subaequalia

a. subtus in venarum axillis barbata, serrata; petioli, cyma, calyces ovariaque et gemmae lanuginosa; poma globosa.

6. **S. lanuginosa** *Kit.* in It. — *Rchb.* l. c. 627. 4040. — *Sp.* l. c. 94.

Pyrus (Sorbus) lanuginosa *Ser.* l. c. 637. 33. *G.Don* l. c. 649. 47.

In *Hungariae* silvis montanis. ♄.

Truncus humilior quam in S. Aucupariâ; poma minora, aurantiaca. *Spach* folia dicit elliptico-oblonga obtusiuscula subtus sublanata.

b. villosa, basi inaequalia integerrima, apicem versus serrata; petioli pedunculique villosi.

7. **S. subserrata** *Opiz* in Flora 1824. I. Beil. 83.

Pr. *Woleschna Bohemiae.* ♄.

Varietas caeterum insignis videtur S. Aucupariae.

(2) elliptico-lanceolata, mucronata, apice serrata, subtus pubescentia, 7—8juga, cymae ramosae terminales pubescentes; poma ovato-globosa.

8. **S. foliolosa** *Wall.* L. 677. — *Spach* l. c. 96. (excl. synon.)

Pyrus (Sorbus) foliolosa *G.Don* l. c. 648. (excl. syn. *Wall.* pl. asiat.)

In *Nepaliâ*, regionibus alpinis *Himalayae* ♄.

Rami elongati, subvolubiles, cortice cinereo. Folia circ. semipedalia: foliola acuminata, pollicaria et ultra, juniora ferrugineo-tomentosa. Petioli villosi. Flores parvi, fragrantes. Fructus parvus, ruber, glaber. Gemmae ovatae, obtusae, glabrae.

Obs. Cl. *Wallichii* splendidissimum opus: Pl. asiat. rar. comparare nobis haud licet. Secundum diagnosin autem, quam cel. *Walpers* in Rep. II. 53. de Pyro foliolosâ *Wall.* l. c. dedit, ea prorsus diversa esse a stirpe a cl. *G.Don* et *Spach* commemoratâ, sed cl. auctor Repertorii diagnoses P. foliolosae et indicae commutasse videtur.

(3) lanceolata utrinque obtusa apice mucronata cuspidato-serrata multijuga, subtus ferruginea; nervi, rhachis, corymbi et ramuli ferrugineo-villosi; poma globosa.

9. **S. ursina.**

Pyrus ursina *Wall.* L. 675. — *G.Don* l. c. 45.

In *Nepaliâ*, *Kamaon* et *Gossaingthan.* ħ.

Poma rubra, magnitudine illorum S. Aucupariae.

(4) nervo et margine pilosa apice barbata (stipulae rufo-villosae),

a. 4—5juga ovato-lanceolata argute et profunde subduplicato-serrata, acuminata; poma elliptica.

10. **S. sambucifolia.**

Pyrus (Sorbus) sambucifolia *Cham. & Schlcht.* in Linn. II. 36. et VI. 590. — *G.Don* l. c. 41. — *Ledeb.* l. c. 99. — *Wlp.* l. c. 53.

Pyrus sorbifolia *Sprg.* C. p. 343. 44.

In clivis frondosis *Camtschatcae.* ♄.

Folia breviter et acute acuminata, nervo paululum excurrente barbato. Stipulae basi petiolorum adnatae, membranaceae, lanceolatae, deciduae. Petiolus communis undique, foliola margine et subtus in nervo medio pilis adspersa albis patentibus raris, qui ad basin petioli, ad insertionem et apicem foliolorum crebrescunt, elongantur, rufescunt. Gemmae glutinosae, pilosae. Rami novissimi pilis albis adpressis obtecti, in cymâ rarescentibus. Flores quam în affinibus multo majores, diam. 5''' superantes. Calyx extus glaber, lobis ovatis, margine pilis brevibus albis dense ciliato, intus parcius pubescentibus, lanâ in fundo floris uberiori. Petala 3''' longa, 2''' lata, brevissime unguiculata, obtusissima. Filamenta longitudine petalorum, linearia, apice attenuata, firmiora erecta, antheris ovalibus parvis. Styli 5, staminibus breviores, basi vix lanati.

b. 6juga elliptica acuta v. apice subrotundata, tenuiter et aequaliter serrata; poma (immatura) ovata.

11. **S. sitchensis.**

Pyrus (Sorbus) sambucifolia *Bong.* in Mém. de l'Acad. de St. Petersb., 6me sér. II. 134. — *Torr. & A. Gr.* l. c. 472. (excl. diagn.)

In insulâ *Sitcha* ad oram occidentalem *Americae borealis.* ♄.

Notae adductae (ex *Ledeb.*) et patria penitus aliena diversam sane speciem indicare videntur.

β. microphylla *Bong.* foliis triplo minoribus.

Species exclusae:

Sorbus Amelanchier *Crtz.*	= Amelanchier vulgaris.
— Aria *Crtz.*	= Aria scandica.
— — *P.*	= — nivea.
— Chamaemespilus *Crtz.*	= Chamaemespilus humilis.
— corymbosa *Lodd.*	= Aria flabellifolia.
— Cydonia *Crtz.*	= Cydonia vulgaris.

Sorbus domestica *L.*	= Cormus domestica.
— graeca *Lodd.*	= Aria graeca.
— heterophylla *Rchb.*	= Aronia sorbifolia.
— hybrida *Huds.*	= Aria scandica.
— intermedia *P.*	= — —
— latifolia *P.*	= — latifolia.
— Malus *Crtz.*	= Malus communis.
— nivea *htl.*	= Aria graeca.
— — *Ht. angl.*	= — nivea ϑ.
— scandica *Fr.*	= — scandica.
— spuria *P.*	= Aronia spuria.
— torminalis *Clus.*, *Crtz.*, *P.*	= Torminaria Clusii.
— vestita *Lodd.*	= Aria cuspidata.

5. d. Anthomeles *m.*

Floribus amplis speciosis insignis, unde nomen. — (Subg. Crataegi stylis utplurimum 4.) Species omnes, unicâ exceptâ, mediterraneo-neogaeae.

Corymbi

1. multiflori; poma plobosa; calycis laciniae

1) serrato-glandulosae; folia subrotunda subangulata serrata glabra splendentia.

1. †**A. rotundifolia.**
Mespilus rotundifolia *Ehrh.* Beitr. III. 2 .
Crataegus rotundifolia *Borkh.*
In *Americâ boreali (?).* ♄.
Spinis validis armata, a b. *Wlld.* cum Crat. glandulosâ conjuncta, quae ipsa maxime confusa species, quare haec interea inter dubias enumeranda.

2) integerrimae, ovatae acuminatae v. obtusae (in N. 3. subciliatae); folia obovata basi cuneata, breve petiolata, demum

(1) coriacea nitida, juniora subpubescentia, superne inciso-serrata v. leviter 5—7lobata; calyces pedunculique subpubescentes; spinae breves validae; poma parva obscure purpurea succosa dulcia.

2. **A. Douglasii.**
Crataegus Douglasii *Lindl.* Bot. Rg. t. 1810.
Crataegus punctata *β.* brevispina *Dougl.* in *Hook.* Fl. Amer. I. 201.
Crataegus glandulosa *β.* brevispina *Nutt.* MS.
Crataegus sanguinea *β.* Douglasii *Torr.* & *A.Gr.* l. c. 464.
In *Oregon*, ad fluminum ripas. ♄.
Arbor parva, ramulis rubicundis, spinis culturâ longioribus. Calycis laciniae eglandulosae *(Nutt., Torr. & A.Gr.)* v. glandulosae *(Lindl.)*. Styli 3—4 *(Torr. & A.Gr.)* v. 5 *(Nutt.)*.

(2) subglabra, antea utrinque pilosiuscula, sublobata, subduplicato-serrata, petiolis supra pilosiusculis eglandulosis; stipulae ovatae v. oblongae subfalcatae glanduloso-serratae; ramuli calycesque glabri; poma 2—4-pyrena.

3. **A. sanguinea.**
Crataegus sanguinea *Pall.* Fl. Ross. I. 25. t. 11. —*Ledb.* Fl. Alt. II. 221. Fl. ross. II. 88. — *G.Don* l. c. 599. 27.
Mespilus sanguinea *Sp.* l. c. 62. t. 10. f. E.
Crat. Oxyacantha *Poll.* it. II. 443, 499.
In *Sibiriâ altaicâ, uralensi* et *baikalensi,* atque in *Dauriâ*, ad margines rivulorum. ♄.
Frutex 8—12pedalis, cortice atropurpureo, ramorum juniorum sanguineo lucido, spinis subpollicaribus rectis validis. Folia in petiolum pubescentem attenuata, ovato-cuneiformia, obiter 7loba: lobis acute irregulariter serratis, saepius margine a tertiâ parte a basi usque integerrima, supra intensius viridia opaca, subtus pallidiora glauca, utrinque pube simplici adpressâ tecta. Stipulae semiovato-acuminatae, argute serratae: serraturis acutis eglandulosis. Flores ampliusculi, majores quam Sorbi Aucupariae. Pomula plerumque 4-sperma, coccinea (Fl. Alt.) magnit. pisi majoris.

(Anthomeles sanguinea)

β. xanthocarpa: fruct. flavis.
(?)γ. melanocarpa: fruct. nigris.
Ad fluvium *Ob* superiorem. (*Falk.*)
δ. inermis.
In montosis deserti *Soonghoro-kirghisici* ad flum. *Ajagus.* (*Kar. & Kir.*)

2. **simplices pauciflori: pedicelli calycesque**

1) **glabri, laciniae calycinae**

(1) breves triangulares eglandulosae; flores ampli; styli 4—5; poma globosa; folia subpetiola subsinuata, subtus praesertim ad venas ferrugineo-pubescentia, supra

a. glabra opaca, oblonga obtusa basi attenuata obscure serrata; poma 5sulcata (in siccis) sulcis cum loculis totidem alternis.

4. **A. opaca.**
Crataegus opaca *Hook. & Arn.* in Comp. to the Bot. Mg. I. 25. n. 277.
Ad *Nov. Aurelianum.* ♄.
Flores non observati. Folia subtus pallidiora. Fructus magnitudine illius Oxyacanthae, calycis laciniis triangularibus coronatus. — An eadem ac sequens, fide cl. *Torr. & A.Gr.?*

b. juniora tomentosa, demum glabra, elliptica v. oblongo-cuneiformia, (ramorum sterilium saepius obovata,) dentata v. apicem versus angulata v. irregulariter crenata, raro 3loba v. incisa; corymbi 3—5flori; poma maxima globosa.

5. **A. aestivalis.**
Crataegus aestivalis *Torr. & A.Gr.* l. c. 468. — *Wlp.* l. c. II. 58.
Cr. nudiflora *Nutt.* MS.
Cr. elliptica *Elliott.*
Mespilus aestivalis *Walt.* Car. 148.
In *Carolinâ australi, Georgiâ, Floridâ, Louisianâ, Arkansas,* ad fluviorum et stagnorum ripas humidas depressas. ♄.
Caules a basi ramificati, saepe 20—30pedales. Folia adulta 2—3'' longa, margine interdum paulo sinuata v. angulata et vix serrata, interdum irregulariter crenata, subinde subglandulosa. Flores paulo ante folia prorumpentes ampli. Fructus Apr. v. Majo aut Jun. maturescentes, rubri, diam. $^1/_2$—$^3/_4$poll., succosi, grate acidi. May-Haw, Apple-Haw incolarum.
β. lucida: foliis demum nervo medio subtus excepto glabris supra nitidis.
Crataegus lucida *Ell.* (?) (non *Wgh.*).

(2) lanceolatae, petalis breviores, cum bracteis stipulisque plus minus serrato-glandulosae; folia basi acutâ in petiolum glandulosum attenuata glabra nitida,

a. angulata ovato-cuneiformia inciso-serrata; poma ovalia 5-(?) sperma; rami spinosi, spinis longis robustis.

6. **A. glandulosa.**
Crataegus glandulosa *Ait.* Kew. II. 168. — *Wlld.* l. c. 1002. 6. (excl. synon.). — *Ser.* l. c. 627. 16. (excl. synon.). — *G. Don* l. c. 599. 22. (excl. syn.).
Mespilus glandulosa *Wlld.* En. — *Sprg.* l. c. 507. 28. (excl. syn.). — *Sp.* l. c. 62. — *Wats.* Dendr. brit. t. 58.
Pyrus glandulosa *Mch.*
In *Americâ boreali.* ♄.
Frutex magnus, cortice dilute fusco, spinis validis circ. bipollicaribus. Folia cuneiformi-obovata v. obovato-rhomboidalia, inaequaliter denticulata, turionum terminalium inciso-serrata angulataque, 2—3'' longa, 1—$2^1/_2$'' lata, petiolo 6—12''' longo. Calycis laciniae lineari-lanceolatae, petala subaequantes. Flores albi, diam. circ. 8'''. Poma coccinea, 5—7''' alta, subinde ovali-subglobosa.
Varietates indicantur a cl. *Steud.* l. c.
β. Cr. succulenta *Fisch.*
γ. Cr. subvillosa *Fisch.*
δ. Cr. macracantha *Lodd.*

(Anthomeles glandulosa)

Cr. Spina longissima *Lee*, adhuc sane indescriptae.

Obs. Quoad synonymiam haec species variis adhuc vexatur dubiis. *Torr. & A.Gr.* Crat. glandulosam *Ait.* (sed non *W.*) cum Crat. flavâ conjungunt, dum *Willdenow*, *Seringe*, *G.Don* et in essentialibus quoque *Sprengel* suae Crat. glandulosae diagnosin *Aitonii* adscripserint.

b. obovato-cuneiformia v. subrhomboidea, serrata, apicem versus utplurimum incisa v. sublobata; spinae tenues, rectae v. arcuatae; corymbi 3—4flori; poma pyriformi-oblonga, subinde basi constricta, sub-4sperma.

7. Anthomeles flava.

Crataegus flava *Ait.* l. c. 169. — *Pursh* Fl. Am. sept. I. 338. — *Wlld.* l. c. 7. — *Loud.* arb. brit. III. 823. t. 31. (*L.*) — *Lindl.* Bot. Rg. t. 1939. — *Ser.* l. c. 628. 26. (excl. syn. *Mx.*, *P. & Poir.*). — *G.Don* l. c. 600. 33. (excl. iisd. syn.). — *Torr. & A.Gr.* l. c. 468. (excl. syn. plur.).
Cr. glandulosa *Michx.* (non *Walt.*).
Cr. flavissima *ht.*
Mespilus flava *Wlld.* En. — *Spach* l. c. 59. t. 10. f. H. — *Wats.* Dendr. brit. t. 59.
Mespilus caroliniana *Sprg.* l. c. 507. 26. (p. p. et non *Poir.*).
In arenosis umbrosis *Virginiae* ad *Floridam* usque. 5.

Arbor 15—20pedalis, ramis divaricatis inclinatis, ramulis spinosis, spinis gracilibus apice subulatis fuscescentibus circ. 2'' longis. Folia petiolata, rhomboideo-spathulata v. rhomboideo-lanceolata, v. obovata v. cuneiformi-obovata, obtusa v. acuta, a basi fere denticulata v. crenulata, apice subtriloba v. inciso-crenulata, firma, paucinervia, 2—3'' longa, 10—18''' lata, petiolis 6—15''' longis glandulis sessilibus conspersis. Pedicelli floribus 2—3plo longiores. Corolla alba, diam. circ. 10'''. Bracteolae lanceolatae v. subulatae, fuscescentes. Poma fere pollicem alta, diam. 5''', flava v. virescenti-flava, insipida.

β. lobata *Lindl.* Bot. Rg. t. 1932. foliis distincte lobatis.
Crataegus lobata *Loud.* l. c. (non *Bosc ?*).

c. cuneato-obovata incisa serrata; pedicelli breves; rami inermes glabri; poma turbinata.

8. A. turbinata.

Crataegus turbinata *Pursh* l. c. Suppl. 735. — *Ser.* l. c. 627. 18. — *G.Don* l. c. 599. 24.
Mespilus turbinata *Sprg.* l. c. 506. 16. — *Sp.* l. c. 66.
In *Carolinâ* et *Virginiâ*. ♄.

Affinis Crat. spathulatae (*Pursh*). A cl. *Torr. & A.Gr.* cum Cr. flavâ conjuncta.

2) sericeo-tomentosi; flores 3—5gyni; stipulae elongatae persistentes; folia oblonga v. obovato-oblonga, acuto-submucronata, basi angustata, apice serrata, membranacea, supra puberula, subtus pubescentia.

9. (?) A. stipulosa.

Mespilus stipulosa *HBK.* nov. gen. VI. 213. *Kth.* Syn. III. 462. — *Sprg.* l. c. 505. 10.
In regno *Quitensi* pr. *Chillo*, alt. 1340 hex. ♄. Manzano silvestre incol.

Petala alba. Generis adhuc dubii, cum fruct. adhuc non sit observatus.

3. Flores solitarii. Folia ovata crenata, stipulae semicordatae serratae; spinae foliaceae.

10. † A. flexispina.

Mespilus flexispina *Mch.* Weissenst. 62. t. 4.
In *Americâ boreali* (?). ♄.

Ab *Aitonio* quidem, *Wlld. & Torr. & A. Gr.* cum Cr. flavâ conjuncta; sed diagnosis hanc conjunctionem dissuadere videtur.

4. Flores . . . . . calycis lobi lanceolati integerrimi; folia ovali-oblonga integerrima v. apice minute serrulata, supra glabra lucida, subtus puberula glabratave; styli 3—4.

11. A. subserrata.

Crataegus subserrata *Bth.* Pl. Hartw. 10. 47. — *Wlp.* l. c.
In *Mexico* pr. *Guanaxuato*. ♄.
Tejocote incolarum.

Affinis Crat. Crus-galli dicitur, sed flores majores.

10. Amelanchier.

Med. Gesch. 1793. — *Mch.* Meth. 682. — *Lindl.* l. c. 100. — *Ser.* in *DC.* Prodr. l. c. 632. — *G.Don* l. c. 604. — *Meisn.* gen. 106. (75.) — *Endl.* gen. 1237. 6345. — *Spach* l. c. 82. — *Torr.* & *A.Gr.* l. c. 473.

Sect. I. Petromeles *) *Jacq. fil.* MS.

Species gerontogaeae, europaeo-orientales.

1. Flores racemosi, racemis erectis: pedicellis lanatis

1) subconfertis; calyces glabri, laciniis lineari-lanceolatis erectis; petala oblongo-spathulata obtusa; poma subglobosa.

Folia elliptica v. ovato-elliptica v. suborbiculata, (turionum terminalium ovata acuminata,) utrinque rotundata v. basi subcordata, denticulata, juniora subtus tomentosa, adulta glabra.

1. **A. vulgaris** *Mch.* Meth. 682. — *Ser.* in *DC.* l. c. 1. — *G.Don* l. c. 1. f. 82. — *Spach* l. c. 83.
A. rupestris *Bluff* & *Fght.* l. c. 609. 1293.
Mespilus Amelanchier *L.* Sp. pl. 685. — *Mill.* ic. 178. f. 1. — *Jacq.* Austr. III. 55. t. 303. — *Guimp.* & *Wlld.* Holz. 98. t. 74. — *Kern.* ökon. Pfl. t. 393. — *Schmidt* österr. Bmz. t. 85.
Pyrus Amelanchier *L. fil.* Suppl. 256. — *Du Roi* Harbk. II. 219. — *Wlld.* Sp. pl. II. 1014. 4. — *Sprg.* l. c. 510. 21. — Bot. Mg. t. 2430.
Sorbus Amelanchier *Crtz.* Austr. 90.
Aronia rotundifolia *Pers.* Syn. II. 39.
Aronia Amelanchier *Rchb.* l. c. 630. 4057.
Crataegus rotundifolia *Lam.* & *DC.* Fl. Fr.
Vitis Idaea III. *Clus.* hist. I. 62.
Amelanchier *Lob.* ic. II. 191. f. 1. — *Barr.* ic. 527.
In rupestribus *Germaniae*, *Helvetiae*, *Galliae* et *Europae australis*, ad *Caucasum*. ♄.

Arbuscula v. frutex 3—12pedalis, foliis paupercula, ramis fuscis v. canescentibus. Folia 6—15''' longa, 5—12 lata, juniora subtus tomento lanuginoso rufescente vestita, dentibus acutis v. mucronulatis, petiolis tenuibus, saepe laminam subaequantibus. Ramuli floriferi brevissimi, ideoque racemi 4—8flori quasi axillares: pedicelli apice incrassati, uniflori. Petala alba, 5—6''' longa. Fructus magnit. pisi v. cerasi minoris, globoso-turbinatus, maturitate atro-caeruleus, succulentus, dulcis, edulis, calycis dentibus rubicundis coronatus.

2) corymbosis; calyces ovariaque lanato-tomentosa; petala lanceolata; folia subrotunda, emarginata, mucronata, subtus lanata.

2. **A. cretica** *Ser.* l. c. 4. — *Bluff* & *Fght.* l. c. 610. 1294.
A. orbicularis *Borkh.* II. 1262.
Aronia cretica *Pers.* l. c. 40. — *Rchb.* l. c. 4058.
Pyrus cretica *Wlld.* l. c. 1015. 5. — *Sprg.* l. c. 23.
Crataegus cretica *Desf.* ad *Tourn.* t. 60.
Mespilus cretica folio circinato et quasi cordiformi *Tourn.* Cor. 43.
Cerasus Idea *Alpin.* exot. 3. t. 2.
In monte *Idâ Cretae*, in monte *Untersberg* pr. *Salisburgum*, in *Tyroli meridionali* (?). ♄.

Simillima A. vulgari, sed folia fere orbiculata (ovata venosa *Sprg.*) longe petiolata, argute (mucronato-) serrata, subtus magis villosa; pedunculi, germina et calycis laciniae dense lanato-tomentosa. Ramuli florigeri vagi, elongati, flexuosi. Fructus magnit. grani piperis, atro-caeruleus, glaber, calycis dentibus lanatis coronatus, 5loc., loculis dispermis.

---

*) Hoc nomen procul dubio aptius in systema recipiendum esset, cum Amelanchier nomen vernaculum, frutici et ejus pomis (Amelanches) in Galloprovinciâ attributum, nimis barbarum sit et vix admittendum.

3) racemi compositi; calycis villosi laciniae lanceolatae; petala lineari-oblonga; folia ovato-elliptica acuta, novella subtus dense tomentosa.

3. Amelanchier asiatica *Endl.* MS. ex *Wlp.* Rp. II. 55.
Aronia asiatica *Sieb.* & *Zucc.* Fl. Jap. I. 87. t. 42.
In *Japoniâ*. ♄.

2. Pedunculi ad ramulorum apices solitarii 1—2flori (in N. 4.) v. 1—3 fastigiato-corymbosi tomentosi (in N. 5.) folia subaequantes; rami elongati glauco-pruinosi; folia ovata (aut in 5. oblonga) obtusa, supra glaberrima subtus tomento (in 4. detergibili demum evanido, in 5. persistente) cana, integerrima,

1) nervo excurrente mucronulata, basi rotundata; supra lucida; flores . . . . . poma globosa 4—5loc., glabra, calycis lobis lanceolatis recurvis tomento detergibili obductis coronata.

4. A. integrifolia *Boiss.* Diagn. pl. orient. III. 8. — *Wlp.* Rp. V. 660.
In *Asiâ minore.* ♄.
Folia 1—1½pollicaria, poll. lata; fructus quam in A. vulgari paulo minor. Foliis integerrimis et pedunculis elongatis ab A. vulgari et creticâ diversa.

2) aut apice minute denticulata; rami virgati; bracteae lineares, pedicellos aequantes; petala (alba) obovato-rotundata calyce tomentoso subduplo longiora, extus tomentosa; poma hemisphaerica, basi glabrescentia, dentibus calycinis lanceolatis reflexis coronata, 4—5loc.

5. A. parviflora *Boiss.* l. c. 9. — *Wlp.* l. c.
In montibus *Mesogis*, *Cadmi* et *Sipyli Asiae minoris.* ♄.
Frutex elegantissimus, 10—15pedalis, ramis elongatis, ramulis abbreviatis. Folia 6—9‴ longa, 5—8‴ lata; flores dimidio minores quam A. vulgaris nivei, poma magnit. pisi. Differt ab A. vulgari et creticâ petalis obovato-rotundatis nec elliptico-spathulatis, foliis minoribus integris v. apice tenuissime denticulatis nec grosse crenatis, subtus tomento niveo persistente nec detergibili obductis, ab A. integrifoliâ foliis minoribus, saepe apice denticulatis pedunculisque brevioribus corymbosis.
Obs. Omnes species hujus sectionis, A. asiaticâ exceptâ, formae tantum unius ejusdemque speciei esse videntur.

Sectio II. Botryapium.

Species neogaeae, boreali-americanae.

Calycis laciniae triangulari-lanceolatae, tubum subaequantes. Poma globosa v. ovato-oblonga. Racemi cum pedicellis, calyces et folia

1. jam a primordio glabra v. glabriuscula. Petala calyce

1) 3—4plo longiora, lineari-oblonga v. lineari-spathulata; racemi stricti multiflori; stamina calyce extus glabro breviora; folia elliptico-oblonga v. elliptica, utrinque obtusa, versus apicem grosse serrata; bracteae stipulaeque apice plumosae, deciduae.

6. A. florida *Lindl.* in Bot. Rg. 1589. — *Wlp.* l. c. adn. — *Sp.* l. c. 86.
In *orâ occidentali Americae borealis. (Douglas.)* ♄.
Affinis A. sanguineae, quae vero differt floribus minoribus subcapitatis, foliorum dentibus tenuioribus, bracteis stipulisque magis pilosis, calyce intus magis lanato. Rami erecti, viriduli v. fuscescentes. Folia 18—24‴ longa. Bracteae lineares, acutae.

2) 2—3plo longiora, obovata v. obovato-oblonga, obtusissima; racemi pauci, (2—4)flori subcapitati, folia tenuiter et argute serrata,

(1) elliptico- v. ovato-oblonga v. oblonga, obtusa mucronata; bracteae et stipulae plumosae; poma ovato-oblonga (caerulea v. atropurpurea).

7. **A. sanguinea** *Lindl.* l. c. t. 1171. — *Ser.* l. c. 633. 5. — *G.Don* l. c. 4. — *Sp.* l. c. 86. t. 9. f. R.
Pyrus sanguinea *Pursh* l. c. I. 340.
Aronia sanguinea *Nutt.* gen. am.
(?) Mespilus canadensis γ. rotundifolia *Michx.* l. c. I. 391.
In *Canadâ*, *Terrâ Novâ*, ad *sinum Hudsonium* et *lacum Huronum.* ♄.
Frutex 3—4pedalis, cortice ramorum rubro. Folia utrinque rotundata. Differt ab A. Botryapio racemis brevioribus, floribus paucioribus, petalis brevioribus latioribus magis ovatis. Fructus edules.

(2) anguste ovalia v. oblonga cuspidata.

8. **A. oligocarpa.**
A. canadensis ζ. oligocarpa *T.* & *G.* l. c. 474. (excl. syn. praeter seq.).
Mespilus canadensis δ. oligocarpa *Michx.* l. c.
In paludibus montanis *Noveboraci* et *Novae Angliae* ad *Terram Novam*, *Labradoriam* et *sinum Hudsonium* usque. ♄.

3) subduplo longiora

(1) oblonga; folia parva, subrotundo-ovalia, utrinque obtusa, a basi fere grosse argute serrata.

9. **A. pumila** *Nutt.* MS.
A. canadensis ε. pumila *T.* & *G.* l. c. 47.
In *montibus scopulosis (Rocky Mountains)* ad fontes fluminis *Platte. (Nuttall)* ♄.
Frutex pumilus.

(2) obovata; corymbi pauciflori subumbellati; folia elliptico-ovata utrinque acuta dense serrulata, basi integerrima.

10. **A. Bartramiana.**
Pyrus (Amel.) Bartramiana *Tsch.* Dendr. exot.-boh. exs. et in Flora XXI. (1838.) II. 715. — *Wlp.* l. c. II. 54. 13.
Aronia praecox *Neum.* Cat. ht. Leibn.
In *Americâ boreali. (Bartram)* ♄.
Species habitu insignis magis Cerasum quam Pyrum simulans et transitum ad Adenorhachin medians.

2. juniora tomentoso-lanuginosa v. subvillosa, adulta glabra,

1) acutissime serrata, saepius acuminata v. cuspidata,

(1) ovato-oblonga, juniora utplurimum subcordata; petala oblonga v. oblongo-obovata, calyce 4plo longiora; styli longit. staminum; racemi densi, multiflori, pedicellis tubisque calycinis lanatis.

11. **A. Botryapium** *Ser.* l. c. 632. 2. — *G. Don* l. c. 2. — *Spch.* l. c. 84. — *Hook.* Fl. bor. am. I. 202. (p. p.)
A. canadensis *Torr.* & *A.Gr.* I. 473. var. *α.* Botryapium (excl. varr. *β*—ζ).
Mespilus canadensis *L.* Sp. pl. 685. — *Michx.* l. c. 291. *β.* cordata (excl. γ, δ).
Pyrus Botryapium *L. fil.* Suppl. 255. — *Wgh.* Amer. 90. t. 28. f. 65. — *Wlld.* l. c. 1013. 2. — *Sprg.* l. c. 509. 5. — *Guimp.* & *Hayne* fremd. Holz. t. 790. — *Schmidt* l. c. t. 84.
Aronia Botryapium *Pers.* l. c. 39.
Mespilus arborea *Michx. fil.* arb. Sylv. I. 336. t. 66.
(?) Amel. grandiflora *Dougl.* MS.
β. racemosa *Pers.* l. c.: foliis petiolatis ovatis oblongis serratis glabris, junioribus tomentosis, racemo composito, petalis linearibus elongatis.
Crataegus racemosa *Lam.* Enc. I. 84.
Secus flumina et in paludosis *Americae borealis*, ad montes *Alleghanicos*, ad *Canadam* et regionem subarcticam usque. ♄.
Arbor usque ad 40 pedes alta, inermis. Folia ovata, ovato-elliptica, elliptica, ovato-oblonga etc. cuspidata, breve acuminata aut acuta, denticulata v. crenulata, 1—3″ longa, 6—20‴ lata, laete viridia, (juniora subtus tomento floccoso flavescente vestita,) membranacea, reticulata, serraturis v. crenis cuspidatis, petiolo laminâ 2—3plove breviore. Racemi simplices, elongati, 1—2″ longi: bracteae subulato-filiformes, villosae, caducae. Petala

(Amelanchier Botryapium) (lineari-lanceolata *W.*) obtusa, circ. 4''' longa. Pomum magnit. pisi majoris, caeruleo-nigricans, dulce, sapidissimum (rubrum, maturitate atropurpureum, subpruinosum. *T.* & *A.Gr.*). Incolis nomine wild Peâr, June berry vesca grata. Lignum album, longitudinaliter vasculis anastomosantibus laete rubris percursum.

(2) subrotundo-ovalia; petala anguste oblonga, calyce parum longiora; racemi 6—10flori.

12. **Amelanchier rotundifolia.**
A. canadensis γ. rotundifolia *Torr.* & *A.Gr.* l. c. (excl. pl. syn.).
Mespilus canadensis γ. rotundifolia *Michx.* l. c.
Hab. cum praec. ♄.
An eadem sit cum A. ovali, dubitandum sane.

(3) elliptica v. elliptico-oblonga,

a. profunde denticulata, basi v. rotundata v. attenuata (raro subcordata); racemi laxi, pedicellis filiformibus longissimis villosis; tubus calycinus floccosus, laciniae apice subulatae, extus glabrae reflexae tubo longiores; petala lanceolato-oblonga; styli staminibus paulo longiores.

13. **A. ovalis** *Ser.* l. c. 3. — *G.Don* l. c. 3. *Hook.* l. c. (p. p.) — *Spch.* l. c. 85.
Pyrus ovalis *Sprg.* l. c. 6. (p. p.)
Crataegus spicata *Lam.* l. c.
Aronia ovalis *Pers.* l. c. 40.
In *Canadâ*, a lacu *Huronum* ad flumina *Saskatschawan* et *Mackenzie* usque. ♄.
Arbor parva, ramis rubrofuscis, epidermide cinerascente. Folia $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$'' longa, 8—12''' lata, membranacea, laete viridia, (juniora subtus rufescenti-floccoso-tomentosa,) serraturis approximatis submucronatis, petiolo laminâ 2—3plo breviore. Racemi 1—2pollicares, 5—8flori: pedicellis inferioribus calyce 3—4plo longioribus. Petala 5—6''' longa. Pomum subglobosum, nigro-caeruleum, magnit. pisi.
Aborigines Americae subarcticae „Crees" ligno Meesassquat-ahtick, a Canadensibus Bois de flêche dicto, ad conficiendas lanceas utuntur; poma „Meesasscootoommeena" vocata, cruda et siccata comeduntur et fructus optimi illarum regionum sunt. (Dr. *Richardson.*)
β. subcordata *Ser.* l. c. — *G.Don* l. c.: foliis basi subcordatis.
Aronia subcordata *Raf.* in lt.
Malus microcarpa *Raf.* Dec.
In montibus *Noveboraci.*
γ. Willdenowiana: foliis subrotundo-ellipticis acutis, petalis obovatis, germinibus calycinisque segmentis pubescentibus.
Pyrus ovalis *Wlld.* arb. 259. Sp. pl. l. c. 1014. 3.
Quid sit haec species et cui formae A. canadensis suae adnumeranda, dubitaverunt ipsi cl. *Torr.* & *A.Gr.*; folia basi subcordata, subrotunda, magna, petalaque ciliata cum nullâ diagnosi bene congruunt.

b. v. oblonga, ovato-oblonga v. ovato-elliptica, basi subcordata, mucronato-denticulata v. crenulata, racemi densiusculi: pedicelli et tubi calycini floccosi; cal. laciniae extus glabrae acutissimae tubo longiores, post anthesin reflexae; petala obovato-oblonga; styli staminibus paulo longiores.

14. **A. intermedia** *Spch.* l. c. 85.
In *Americâ boreali.* ♄.
Arbor parva, ramis divaricatis tortuosis, fuscescentibus v. griseis. Folia $1\frac{1}{2}$—3'' longa, 1—2'' lata, laete viridia (juniora subtus tomento floccoso albido vestita), petiolo 3—10''' longo. Petala circ. 6''' longa, subpatula. Poma magnit. pisi, subglobosa, nigrescenti-caerulea.

(4) subcordato-oblonga acuminata (glaberrima, juniora sublanata); racemi oblongi nutantes laxi; calyces glabri genitalia longitudine excedentes; petala lanceolato-spathulata elongata.

15. **A. Wangenheimiana.**
Pyrus Wangenheimiana *Tsch.* ll. cc. 714. — *Wlp.* l. c. II. 54. 12.
Pyrus Botryapium *Wgh.* Am. 90. t. 28. f. 65.
Aronia nivea *Neum.* l. c.
In *Americâ boreali.* (*Bartram*) ♄.
A. Botryapio proxima, quae differt foliis adultis ovato-ellipticis serratis cuspidatis glabris; junioribus sublanatis, racemis ovatis laxissimis, calycibus tubo lanatis genitalia vix

adaequantibus, petalis lineari-lanceolatis et pedunculis tomentosis. *(Tsch.)*

2) serrulata (dentibus brevibus acutis), mucronata,

(1) adulta elliptica, basi acuta, juniora subtus subvillosa; racemi corymbosi erecti, calyces glabri genitalia aequantes, petala oblonga.

16. **A. Neumanniana.**
Pyrus Neumanniana *Tsch.* l. c. V. et Beibl. 76.
Aronia affinis *Neum.* l. c.
Hab. . . . . . In horto *Leibnitziano Pragae* culta. ♄.
Foliis basi acutis ab omnibus differt et nonnisi ad A. Bartramianam accedit, racemis vero subcorymbosis quidquam ad A. Botryapium accedit, licet racemis minus laxis, calycibus glabris et petalis oblongis sat differt.

(2) ovali-oblonga, tomento paginae inferioris saepius sub anthesi persistente; racemi breviores, flores minores; petala obovato-oblonga, calyce subtriplo longiora.

17. **A. oblongifolia.**
A. canadensis *β.* oblongifolia *Torr. & A. Gr.* l. c.
Mespilus canadensis *α.* obovalis *Michx.* l. c. (?).
In *Americâ boreali.* ♄.
β. Walteri: foliis ovato-lanceolatis crenatis nitidis.
Mespilus Amelanchier *Walt.* Carol. 184.

3) prope apicem tantum serrata, subrotunda v. late elliptica, utrinque obtusissima v. retusa; racemi densiflori; petala lineari-oblonga, calyce 3—4plo longiora; stamina brevissima.

18. **A. alnifolia** *Nutt.* in Journ. acad. Philad. VII. 22.
A. ovalis *β.* semiintegrifolia *Hook.* l. c. 201. — *G.Don* l. c.
A. canadensis *δ.* alnifolia *Torr. & A.Gr.* l. c.
Aronia alnifolia *Nutt.* gen. I. 306.
Pyrus alnifolia *Ser.* l. c. 637. 39. — *G.Don* l. c. 649. 56.
Ad flum. *Columbia* pr. *Fort Vancouver* et ad „*the grand Rapids,*" in editioribus ad flumen *Multnomah.* ♄♄.

11. Eriobotrya.

Lindl. l. c. 102. — *Meisn.* gen. 106. (75.) — *Ser.* in *DC.* l. c. 631. — *G.Don* l. c. 602. — *Endl.* gen. 1238. 6349. — *Spach* l. c. 81.

(Species americanae exclusae.)

1. Folia lanceolata basi subcuneata subrugosa serrata subtus lanata; calycis lobi rotundati.

1. **E. japonica** *Lindl.* l. c. — *Ser.* l. c. 1. — *G.Don* l. c. 1. f. 81. — *Sp.* l. c. — *W. & A.* l. c. 302. 931. — *Wght.* ic. pl. I. t. 226. — *Sieb. & Zucc.* l. c. I. 182. t. 97.
Mespilus japonica *Thb.* Jap. 206. — *Bks.* ic. Kaempf. t. 18. — *Wlld.* l. c. 1010. 2. (foliis obovatis apice serratis). — *Sprg.* l. c. 505. 7. — *Vent.* Malm. t. 19. — *Ker* Bot. Rg. t. 365. Trs. of the Hortic. Soc. III. 299. t. 11. — *Dekin* in Ann. gen. des sc. phys. II. 368. t. 32. — *Lois.* in *Duh.* ed. nov. IV. t. 39.
Bywa *Kaempf.* Amoen. exot. 800.
In *Japoniâ* et *Chinâ*, fructus et ornamenti causâ frequens culta. ♄.
Arbor magna, cortice rimoso rufo-cinereo, ramis subcicatrisatis, ramulis sparsis patulis ferrugineo-tomentosis. Folia 4—7'' longa, 1—2'' lata, ad apices ramulorum in rosulas conferta, patula v. reflexa, subsessilia, lanceolato-elliptica, acuminata, versus apicem denticulata, supra glabra, subtus ferrugineo-tomentosa, fortiter penninervia, coriacea, persistentia. Stipulae ovatae, acuminatae, persistentes, petiolum aequantes. Paniculae breves, terminales, thyrsiformes, inclinatae, e cymulis subtrifloris compositae: pedunculi et calyces densissime ferrugineo-tomentosi. Flores albi, odorati, magnit. illorum Oxyacanthae, brevissime pedicellati. Bracteolae ovatae, acutae, concavae, calycibus adpressae. Calyx corollâ dimidio brevior. Petala patentia, obovata, crenulata, unguiculata, intus

(Eriobotrya japonica) villosa. Ovarium hirsutum. Poma ellipsoidea, flava, pulposa, magnit. pruni *(Sp.)*, pyriformia, tomentosa, saporis gratissimi, esculenta.

Obs. Crataegus Bibas *Lour.*, ab omnibus huc ducta, excludenda videtur. (V. supra.) Forsan Crat. glabra *Thb.* huc pertinet vel alia species hujus generis est.

2. Folia plana, elliptica, obsolete dentata, supra glabra, subtus tomento deciduo vestita, basi rotundata; thyrsus terminalis compositus fulvo-tomentosus; calycis lobi oblongi.

2. **Eriobotrya elliptica** *Lindl.* l. c. — *Ser.* l. c. 2. — *G.Don* l. c. 603. 2. — *Sp.* l. c. 82.
Mespilus Cuila *Ham.* in *D.Don* Prodr. Nep. 238. — *Sprg.* l. c. 8.
Cotoneaster Lindleyi *Steud.* Ncl. 426.
Cotoneaster Nummularia *Lindl.* (non *Fisch. & Mey.*).
Cotoneaster elliptica et laevis *ht.*
In *Nepaliâ.* ♄.
Arbor 30pedalis. Flores albi. Fructus tomentosus, flavus.

3. Folia ovato-oblonga, serrulata acuta subtus ad nervum medium subvillosa; pedunculi axillares aggregati calycesque villosi.

3. (?) **E. chinensis** *G.Don* l. c. 5.
Mespilus chinensis *Bl.* Bijdr. 1102. — *Wlp.* Rp. II. 54. 10.
Crataegus chinensis *Steud.* Ncl. ed. 2. 432.
In *Javâ.*

Species exclusae:

Eriobotrya cordata *Lindl.* = Hesperomeles cordata.
— glabrata *Std.* = — glabrata.
— heterophylla *Steud.* = — heterophylla.
— obtusifolia *Ser.* = — obtusifolia.

12. Osteomeles.

Lindl. l. c. 98. — *Ser.* l. c. 633. — *G.Don* l. c. 605. — *Meisn.* l. c. 106. (74.) — *Endl.* gen. 1237. 6343.

Folia impari-pinnata: foliola obovata, integerrima, mucronulata, 7—9juga, coriacea, supra nitida, utrinque praesertim juniora pilis albis strigoso-sericea. Corymbi terminales, multiflori, villosi, pedicellis unifloris. Poma parva, oblongo-ovalia villosa, calycis dentibus erectis stylisque persistentibus coronata.

O. anthyllidifolia *Lindl.* l. c. 99. t. 8. — *Ser.* l. c. — *G.Don* l. c.
Pyrus anthyllidifolia *Sm.* in *Rees* Cycl. n. 29.
Mespilus anthyllidifolia *Sprg.* l. c. 508. 40.
In insulâ *Sandvicensi O-Wahu* prope summitatem montis *Wharrarai (Menzies)* et in clivis infimis aridis, cum *Cyathode Tameiameiae* sociata. *(Chamisso.)* ♄.
Frutex elegans, 2—3pedalis. (Rami teretes, glabri, alterni, erecto-patentes, ramuli villosi. Folia erecto-patentia, 3—5''' a se invicem distantia; rhachis basi et inter foliola subcanaliculato-dilatata et quasi alata villosa, stipulae subulatae acutae, 2—3''' longae.) Foliola formâ variabili, lanceolata, oblonga, cuneata, retusa, semper mucronulata, margine mucroneque reflexis, nervo medio subtus prominente (infima majora, 4—6''' longa, apicem versus 2—2½''' lata, superiora sensim decrescentia, terminale iterum majus. Corymbi 1½pollicares: pedicellis teretibus filiformibus laxiusculis confertis 4—5''' longis, basi bracteolâ subulatâ acutâ lineam longâ suffultis. Calyx urceolatus, villosus, dentibus 5 erectis subulatis acutis vix lineam longis. Petala subunguiculata, oblonga, obtusa, plana, calycis dentibus duplo longiora, erecta, subconniventia, 3''' longa, 1½''' lata. Filamenta numerosa, subulata, petalis vix breviora, glabra, antheris subrotundis. Styli apicem versus clavato-incrassati, inferne pilis longis erectis barbati. Poma magnit. pisi.) *Ch. Schl.* (et ex ic.).

Species exclusae:

Osteomeles ferruginea *HBK.* = Hesperomeles ferruginea.
— glabrata *HBK.* = — glabrata.
— latifolia *HBK.* = — cordata.
— Persoonii *Kth.* = — obtusifolia.

13. Mespilus (*L.*).

Lindl. l. c. 99. — *Ser.* l. c. 633. — *G.Don* l. c. 604. — *Meisn.* l. c. 106. (75.) — *Sp.* l. c. 52. (Sect. I. a.) — *Endl.* l. c. 1237. 6344.
Mespilophora *Neck.* Elem. n. 724.

Folia ramulorum floriferorum nec lobata, neque pinnatifida v. angulata, membranacea. Flores solitarii v. subsolitarii. Stamina corollâ breviora.

1. Folia integra lanceolata subtus tomentosa; flores solitarii subsessiles.

1. **M. germanica** *L.* Sp. pl. 684. — *Pall.* Fl. Ross. I. 29. t. 13. f. 1. — *Wlld.* l. c. 1010. 1. — *Sprg.* l. c. 505. 1. — *Ser.* l. c. — *G.Don* l. c. 605. 1. — *Gaertn.* fr. II. 43. t. 87. — *Duh.* Arb. II. t. 4. — *E. B.* t. 1523. — *Reit. & Abel* t. 32. — *Guimp. & Wlld.* 92. t. 69. — *Schmidt* l. c. t. 83. — *Lois.* l. c. IV. t. 38. — *Sp.* l. c.
M. vulgaris *Rchb.* Fl. germ. exc. 630. 4059.
M. silvestris *Mill.*
M. domestica *Gt.*
Mespilus *Dodon.* Pempt. 801. — *Blackw.* Hb. t. 154. — *Ludw.* ect. t. 38.
In *Europâ mediâ* et *australi*, in sepibus et ad silvarum margines, in *Angliâ* (*Minshill*, Cheshire, *Ashburnham*, Sussex,) in *Caucasicis* provinciis, in nemoribus *Colchidis* frequens. (*C. Koch.*) ♄ ♄.

Arbuscula v. frutex, trunco difformi, ramis tortuosis inermibus (in cultâ) v. spinis robustis rectis nitidis (in spontaneâ) armatis. Ramuli juniores, pedunculi calycesque tomentosi. Folia lanceolata, lanceolato-oblonga, elliptico-lanceolata, acuminata v. obtusiuscula, brevissime petiolata, denticulis tenuibus inaequalibus glandulosis. Pedunculi brevissimi v. subnulli. Flores post folia evoluti, magni; calyx turbinatus, laciniis lanceolatis corollâ longioribus post anthesin conniventibus. Corolla viridulo-alba, diam. 12—18'''. Stamina petalis paulo breviora; styli basi lanati. Poma scabra v. tomentosa, primum fusco-viridia, demum fusca, apice turbinata, gelu emollita esculenta, cum pomis mixta speciem vini et fermentatione potum spirituosum suppeditant. Lignum durissimum, compactum, griseum venis rubris. — Nomina vern.: Mispeln germ., Nèflier, Nesplier, Mêlier gall., Medlar angl., Nespolo ital. etc.

α. silvestris *Mill.*: spinosa, fructibus minoribus.

β. stricta *Ait.* Kew. II. 172., *Wlld.* l. c.: inermis foliis duplicato-serratis, angustioribus.
Mesp. germ. minor: fr. minimo oblongo paulo sapido *Risso* l. c. 350.
Gemeine Mispel germ., Nottingham Medlar, common, small-fruited, narrow-leaved Dutch Angl.

γ. diffusa *Ait.* l. c., *Wlld.* l. c.: inermis, foliis subintegerrimis, latioribus, fr. majore.
M. g. major: fr. maximo sapido dulci *Risso* l. c. 349.
Nèflier à gros fruit, N. de Hollande à gros fruit gall., Dutch Medlar, common, large Dutch, broad-leaved Dutch, large-fruited, large German Angl.

δ. praecox: fr. oblongo mediocri multo praecociore.
Früh-Mispel, Nèflier à fruit précoce.

(Mespilus germanica) ε. saxonica: spinis acutis rectis nitidis fulvis armata; foliis floribusque minoribus, fr. minoribus magis elongatis.
Pr. *Halam* Saxonum in nemoribus inter *Bellberg* et *Wörmlitz*. *Roth* Beitr. II. n. 20.

ζ. abortiva: fr. pedunculato parvo turbinato apyreno.
M. g. Enucleator (!) *Risso* l. c.
Nèflier à fruit sans noyaux, N. sans pépins gall., Stoneless Medlar, French M. angl., Kernlose Mispel Pom. Franc. II. 46. t. 4. — *Kern* t. 279.

η. maliformis: fructibus subsessilibus ovato-globosis.
Apfel-Mispel, grosse deutsche, holländische M. germ., Nèflier à gros fruit. — *Sickl.* l. c. XV. t. 5. f. A. — Pom. Franc. II. t. 3. f. 45. — *Kern* t. 278.

ϑ. pyriformis: fruct. pedunculatis turbinatis.
Birn-Mispel, italienische M. — Nèflier à fruit allongé. — *Sickl.* l. c. f. B. — Pom. Franc. II. t. 4.

ι. rosea: floribus pallide rubris.
In hortis decoris causa hinc inde culta.

κ. microcarpa *C. Koch*: foliis angustioribus.
Ad littora *maris nigri*.

2. Folia divisa,
1) oblonga, inaequaliter serrata, subtus
(1) in nervis pubescentia, subtriloba, flores solitarii v. subterni.

2. **M. Smithii** *DC.* l. c. 2. — *G. Don* l. c. 2. — *Sp.* l. c. 53. (excl. syn. pl.). — *Ledeb.* Fl. Ross. II. 94.
M. grandiflora *Sm.* Exot. Bot. I. 33. t. 18. — *Lindl.* l. c.
M. lobata *Bosc (?)*, *Poir. (?)*.
In *Caucaso* occidentali pr. castellum *Naltschik*, alt. 250 hexap. *(C. A. Meyer.)* ♄.
Frutex 5—10pedalis, inermis v. spinis foliis multo brevioribus armatus, ramulis floriferis brevissimis, turionibus terminalibus pilis horizontalibus hirsutis. Folia 1—3″ longa, ramulorum lateralium obovata v. obovato-spathulata, oblongo- v. lanceolato-obovata, v. lanceolato-elliptica, obtusa v. acuta, inaequaliter crenulata v. denticulata, basin versus integerrima, semper indivisa; superiora turionum terminalium pinnatifida v. pinnatilobata v. inciso-dentata, stipulis magnis persistentibus foliaceis semicordatis inciso-crenulatis instructa. Flores solitarii, rarius terni, albi, diam. 6—10‴. Calycis tubus turbinatus: laciniae triangulari-lanceolatae, corollâ duplo breviores, post anthesin reflexae. Poma magnit. cerasi, rubra, ovata v. ovato-globosa, apice profunde umbilicata. *(Sp.)*

(2) villosiuscula, subangulata, basi attenuata; flores terminales subcorymbosi trigyni (?).

3. † **M. lobata** *Poir.* Enc. méth. Suppl. IV. 71. — *Bot. Mg.* t. 3442.
M. grandiflora *Sprg.* l. c. 505. 2. (quoad diagn. sed excl. syn.).
Hab. . . . (?) . . . ♄.
Descriptio cl. *Spachii* supra data pro parte huc pertinere videtur.

3) subtriangularia glabra, inferiora tripartito-incisa, superiora 5loba: lobis acutis, intermedio tricuspidato, lateralibus unidentatis.

4. † **M. corallina** *Risso* l. c. 351. (non *Tsch.*).
In silvis pr. *Nizzam.* ♄.
Frutex circ. 3 metr. altus, ramis longis tortuosis glabris. Flores odorati, candidi, petalis magnis. Poma majuscula, pulposa, corallina, acidula, dulciuscula, pyrena subcomplanato-convexa foventia, 0,014 lg. et lata, Sept. maturescentia.

Species nomine modo nota:

Mespilus tomentosa *Sartorelli* (ex *Std.* Ncl.).

Species e genere exclusae:

Mespilus	acerifolia *Poir.*	=	Phaenopyrum acerifolium.
—	acuminata *Lodd.*	=	Cotoneaster acuminata.
—	aestivalis *Walt.*	=	Anthomeles aestivalis.
—	affinis *D.Don*	=	Cotoneaster affinis.
—	Amelanchier *L.*	=	Amelanchier vulgaris.
—	anthyllidifolia *Sprg.*	=	Osteomeles anthyllidifolia.
—	apiifolia *Med.*	=	Oxyacantha apiifolia.
—	— *Sprg.*	=	Crataegus apiifolia.
—	arborea *Mchx. fil.*	=	Amelanchier Botryapium.
—	arbutifolia *L.*	=	Aronia arbutifolia.
—	Aria *Scop.*	=	Aria nivea.
—	Aronia *Wats.*	=	Oxyacantha heterophylla.
—	— *W.*	=	Crataegus Aronia.
—	Aucuparia *Scop.*	=	Sorbus Aucuparia.
—	axillaris *P.*	=	Phaenopyrum parvifolium.
—	Azarolus *DC.*	=	Crataegus Aronia.
—	— *Sprg.*	=	Azarolus crataegoides.
—	badiata *Bosc*	=	Crataegus Bosciana.
—	bengalensis *Roxb.*	=	Photinia dubia.
—	Bosciana *Sp.*	=	Crataegus Bosciana.
—	Calpodendron *Ehrh.*	=	Halmia tomentosa ε.
—	canadensis *L.*	=	Amelanchier Botryapium.
—	caroliniana *Sprg.*	=	Anthomeles flava et Phaenopyrum carolinianum.
—	Celsiana *Dum. Cours.*	=	Crataegus Celsiana.
—	Chamaemespilus *L.*	=	Chamaemespilus humilis.
—	chinensis *Bl.*	=	Eriobotrya chinensis.
—	coccinea *Sprg.*	=	Phaenopyrum coccineum.
—	— *W. K.*	=	Cotoneaster coccinea.
—	constantinopolitana *ht.*	=	Oxyacantha heterophylla.
—	corallina *Desf.*	=	Phaenopyrum acerifolium.
—	— *Tsch.*	=	— corallinum.
—	cordata *Mill.*	=	— cordatum.
—	cornifolia *Poir.*	=	Halmia cornifolia.
—	Cotoneaster *L.*	=	Cotoneaster vulgaris.
—	— *Pall.*	=	— melanocarpa.
—	Crataegus *Borkh.*	=	Oxyacantha monogyna.
—	crenulata *D.Don*	=	Pyracantha crenulata.
—	Crus-galli *Desf.*	=	Crataegus Fontanesiana.
—	— *Lam.*	=	— Crus-galli.
—	— *Wats.*	=	— Watsoniana.
—	Cuila *Ham.*	=	Eriobotrya elliptica.
—	cuneifolia *Ehrh.*	=	Crataegus cuneifolia.
—	— *Sprg.*	=	Halmia punctata.
—	denticulata *Sprg.*	=	Cotoneaster denticulata.
—	dissecta *Dum. Cours.*	=	Crataegus dissecta.
—	eriocarpa *DC.*	=	Cotoneaster tomentosa.
—	ferruginea *Sprg.*	=	Hesperomeles ferruginea.
—	fissa *Poir.*	=	Crataegus fissa.
—	flabellata *Sp.*	=	Halmia flabellata.
—	flava *Sp.*	=	Anthomeles flava.
—	flexispina *Mch.*	=	— flexispina.
—	florentina *Bertol.*	=	Torminaria florentina.
—	Fontanesiana *Sp.*	=	Crataegus Fontanesiana.
—	glabra *Sweet*	=	Photinia serrulata.
—	glabrata *Sprg.*	=	Hesperomeles glabrata.
—	glandulosa *Bosc*	=	Crataegus Fontanesiana.
—	— *W.*	=	Anthomeles glandulosa.
—	heterophylla *Desf.*	=	Oxyacantha heterophylla.
—	— *Rz. & Pav.*	=	Hesperomeles heterophylla.
—	japonica *Thb.*	=	Eriobotrya japonica.
—	integerrima *Ham.*	=	Cotoneaster affinis.
—	laevigata *Poir.*	=	Crataegus laevigata.
—	lanuginosa *Rz. & Pav.*	=	Hesperomeles cordata.
—	latifolia *Poir.*	=	Crataegus laevigata.
—	— *Tsch.*	=	— obovatifolia.
—	linearis *Desf.*	=	— linearis.
—	— *Poir.*	=	— Poiretiana.
—	lobata *Poir.*	=	— lobata.
—	Loddigesiana *Sp.*	=	— stipulacea.
—	lucida *Dum. Cours.*	=	— Coursetiana.
—	— *Ehrh.*	=	— Crus-galli.
—	melanocarpa *Fisch.*	=	Cotoneaster melanocarpa.
—	— *Sprg.*	=	Phaenopyrum melanocarpum.
—	monogyna *Ehrh.*	=	Oxyacantha monogyna.
—	montana *ht.*	=	Aronia melanocarpa.

Mespilus nana *Dum. Cours.* = Crataegus nana.
— nigra *W.* = Phaenopyrum nigrum.
— odorata *Wdl. fil.* = Crataegus odorata.
— odoratissima *Andr.* = Phaenopyrum odoratissimum.
— Oliveriana *Dum. Cours.* = Azarolus Oliveriana.
— orientalis *Sprg.* = Crataegus orientalis.
— Oxyacantha *Gtn.* = Oxyacantha vulgaris.
— parvifolia *Sp.* = Phaenopyrum parvifolium.
— pauciflora *Poir.* = Pyracantha pauciflora.
— pentagyna *W.* = Phaenopyrum pentagynum.
— Persoonii *Sprg.* = Hesperomeles obtusifolia.
— Phaenopyrum *Ehrh.* = Phaenopyrum cordatum.
— pruinosa *Wdl.* = — pruinosum.
— prunifolia *Poir.* = Crataegus prunifolia.
— pubescens *HBK.* = — pubescens.
— — *Presl* = Azarolus pubescens.
— — *Wdl.* = Phaenopyrum Wendlandii.
— pygmaea *Bgt.* = Cotoneaster coccinea.
— Pyracantha *L.* = Pyracantha coccinea.
— — *Lour.* = — chinensis.
— pyrifolia *Desf.* = Halmia cornifolia.
— — *W.* = — tomentosa.
— racemiflora *Desf.* = Cotoneaster Fontanesii.
— rotundifolia *Ehrh.* = Anthomeles rotundifolia.
— sanguinea *Sp.* = — sanguinea.
— Sieboldi *Bl.* = Photinia Sieboldi.
— sinensis *Poir.* = Rhaphiolepis sinensis.
— sorbifolia *Poir.* = Aronia sorbifolia.
— spathulata *Sp.* = Phaenopyrum spathulatum.
— — *Sprg.* = — virginicum.
— spiralis *Bl.* = Rhaphiolepis spiralis.
— stipulacea *Desf.* = Crataegus stipulacea.
— stipulosa *HBK.* = Anthomeles stipulosa.
— subspinosa *Vent.* = Crataegus subspinosa.
— tanacetifolia *Poir.* = Phaenopyrum tanacetifolium.
— tinctoria *D.Don* = Photinia dubia.
— tomentosa *Mill. & W.* = Cotoneaster tomentosa.
— torminalis *Borkh.* = Torminaria Clusii.
— Trewiana *Tsch.* = Phaenopyrum Trewianum.
— triloba *Poir.* = Crataegus triloba.
— — *Ten.* = Azarolus maroccana.
— turbinata *Sp.* = Anthomeles turbinata.
— virginiana *Mill.* = Phaenopyrum parvifolium.
— Watsoniana *Sp.* = Crataegus Watsoniana.
— Wendlandii *Op.* = Phaenopyrum Wendlandii.
— xanthocarpa *Lodd.* = Aronia melanocarpa *β.*
— xanthocarpos *Ehrh.* = Phaenopyrum parvifolium.

5. e. Phaenopyrum *m.*

(Subg. Crataegi floribus pentagynis auctorum.)

I. Flores subsolitarii. Spinosa.

1) Stipulae cordatae, calyces foliaque basi glandulosa; haec subrotunda breviter lobata subpubescentia crenato-serrata; poma subturbinata.

1. **Ph. carolinianum.**
Crataegus caroliniana *Poir.* Dict. IV. 442.
Crataegus Michauxii *Pers.* l. c. 38. 26.
Mespilus caroliniana *Sprg.* l. c. 507. 26. (p. p.)
In *Carolinâ* superiore. ♄.
Glandulae globulares, sessiles.

2) Calyces, pedicelli breves ramulique hirsuto-tomentosi, illius laciniae lanceolatae incisae foliaceae petala aequantes; poma subrotundo-pyriformia; spinae tenues; folia coriacea subsessilia,

(1) spathulato-obovata v. oblongo-cuneiformia, crenato-serrata et rarius apicem versus subincisa, pubescentia, supra demum glabriuscula nitida; poma (pallide virescenti-flava) pilosula.

2. **Ph. parvifolium.**
Crataegus parvifolia *Ait.* Kew. (ed. 1.) II. 169. — *Wlld.* arb. 85. Sp. pl. l. c. 1002. 8. (excl. plerisque syn.). — *Ser.* l. c. 627. 10. — *G.Don* l. c. 598. 10. — *Torr. & A.Gr.* l. c. 469. — *Wats.* l. c. t. 65.
Crat. tomentosa *Michx.* l. c. I. 289. (non *L.*).

(Phaenopyrum parvifolium) Mespilus axillaris *Pers.* l. c.
Mespilus virginiana *Mill.*
Mespilus parvifolia *Sp.* l. c. 55.
β. (?) Mespilus xanthocarpos (spinosa, foliis subcuneiformibus crenatis, floribus solitariis, laciniis calycinis subfoliaceis inciso-serratis longis reflexis, fructibus subturbinatis punctato-verrucosis) *L. fil.* Suppl. 254. — *Sprg.* l. c. 506. 23.
Mespilus virginiana Grossulariae folio *Pluk.* Phyt. t. 100. f. 1.
In solo arenoso *Novae Caesareae* ad *Floridam* usque et *Louisianam*. ♄.

Frutex 3—8pedalis, ramosissimus, ramis divaricatis flexuosis comam rotundatam sistentibus, turionibus juvenilibus viscosis subtomentosis. Spinae numerosissimae (paucae *T.* & *A.Gr.*), tenues, apice subulatae, fuscae, foliis longiores, 2—3poll. Folia plerumque apice obtusa (rotundataque), supra viscosa, (scabra at splendentia *T.* & *A.Gr.*) subtus ad nervos tomentosa; ramulorum lateralium obovata v. obovato-spathulata v. cuneiformi-obovata v. lanceolato-obovata v. lanceolato-elliptica, fortiter crenulata v. denticulata, superiora turionum terminalium subtriloba, inciso-dentata, 1—2poll., petiolo subnullo. Ramuli uni-, raro 2—3flori. Sepala glabra, lanceolata, denticulata v. pinnatifida, corollâ longiora, aeque ac bracteae foliaceae persistentes glandulosa. Corolla alba, diam. 4'''. Poma subglobosa, urceolata, subpentagona, sepalis vix longiora, diam. $^1/_3$ — $^1/_2$poll., apice profunde umbilicata, matura edulia. Folia eglandulosa. Stipulae setaceae sec. *Seringe.*

Varietates hortenses sec. *Steud.*:

Cr. axillaris *Lodd.* — Cr. betulaefolia *Lodd.* — Cr. grossulariaefolia *Lodd.* — Cr. linearis *Lodd.* — Cr. viridis *Lodd.*

(2) lanceolato-ovata serrata subtus villosa; stipulae semicordatae; spinae longissimae.

3. Ph. uniflorum.
Crataegus uniflora *Du Roi* Harbk. I. 184.
In *Americâ boreali.* ♄.

Varietas saltem memorabilis praecedentis esse videtur.

II. Flores corymbosi. Folia

1. indivisa

1) serrata, serraturis

(1) argutis, deltoideo-ovata basi utplurimum cordata, glabra, minora, petiolis gracillimis; corymbi parvi; poma globosa.

4. Ph. populifolium.
Crataegus populifolia *Ell.* Sk. I. 553. (nec *Walt.*)
Crat. coccinea γ. populifolia *Torr.* & *A.Gr.* l. c. 465.
In *Americâ boreali.* ♄.
Frutex spinosus.

(2) profundis, lanceolata utrinque acuta supra glabra, subtus ad venarum divisiones pilosa, interdum apicem versus obsolete lobata; corymbi multiflori; calyx pilosus, laciniis subulatis integris.

5. Ph. arborescens.
Crataegus arborescens *Ell.* l. c. 550. — *Torr.* & *A. Gr.* l. c. 466. — *Wlp.* Rp. II. 58. 11.
In *Georgiâ* pr. *Fort Argyle* ad flum. *Ogeechee* (*Elliott*), circa *Aurelianam Novam* (*Drummond*), in *Texas* ad fl. *Rio Brazos* (*Berlandier*). ♄.

Arbor 20—30pedalis, foliis Crat. tomentosae *L.*, sed minoribus glabris minus distincte plicatis.

Huc spectat Crat. punctata foliis angustioribus *Hook.* & *Arn.* (in Comp. to the Bot. Mg. I. 25. n. 279.); specimina inermia, cortice cinereo ac in Cr. punctatâ; sed folia minora, angustiora, haud cuneiformia, glabra, minime plicata v. sulcata; flores multo minores, in corymbo pauciores, pedicellis filiformibus minus pilosis. Specimen n. 103. bis ejusdem collectionis fructiferum forsan etiam

huc pertinet; fructus minimus (circ. 1/4'' diam.) globosus v subdepressus, ut videtur ruber. *(Torr. & A.Gr.)*

(3) aut versus apicem incisis, ovalia, acuta, basi ciliata; calycis lobi acuti decidui; fructus obovatus.

6. **Phaenopyrum mexicanum.**
Crataegus mexicana *Fl. Mex.* ic. ined. ex *Ser.* l. c. 629. 41. — *G.Don* l. c. 601. 47. *Bot. Rg.* t. 1910.
Crat. Lambertiana *ht.*
In *Novâ Hispaniâ.* ♄.
Fructus flavescentes, 12—15''' longi. Rami spinosi, spinis validis. In hortis mexicanis culta inermis, fructu duplo majore. *(Graham* in *Bth.* Pl. Hartw. 10.)

2) duplicato- (in No. 8. inciso-) serrata.

(1) Spinosa; corymbi multiflori; poma subglobosa coccinea; dentes calycini glanduloso-serrati

a. subulati glabriusculi; folia obovato-cuneiformia plicata subglaberrima.

7. **Ph. Trewianum.**
Mespilus Trewiana *Tsch.* Dendroth. exot.-boh. exs. et Flora XXI. (1838.) II. 716. — *Wlp.* l. c. 54. 11.
Crataegus Crus-galli *Trew* pl. rar. t. 17.
Crat. punctata *Jacq.* Ht. Vdb. t. 82 (?).
In hortis promiscue cum Cr. punctatâ colitur, quae autem differt foliis subtus ad nervos hirsutis, calycibus pubescentibus dentibus integerrimis, fructibus globosis duplo imo triplo majoribus, flavis, evidentissime punctatis.

b. lineari-lanceolati pedicellique villosi, folia obovata utrinque acuta subtus mollissime pubescentia.

8. **Ph. corallinum.**
Mespilus corallina *Tsch.* ll. cc. 717. — *Wlp.* l. c. 55. 12.
Crataegus corallina *Steud.*
Colitur in hortis *Pragensibus.* ♄.
Maxime accedit ad Mesp. (Anthomelem) glandulosam *W.* eamque inter et M. pyrifoliam quasi media. M. glandulosa *W.* vero quam maxime differt foliis glabris acuminato-serratis, petiolis pedunculisque glandulosis, corymbis depauperatis. *(Tsch.)*

(2) Inerme; folia cuneato-oblonga subtus villosa; corymbi multiflori hirsuti; dentes calycini lanceolati acuti integerrimi recurvati; poma globosa punctata.

9. **Ph. hirsutum.**
Crataegus mexicana *Sweet* Brit. Flow. gard. 2. ser. III. t. 300. — *Wlp.* l. c. 59. 18. (non *DC.*)
In *Mexico.* ♄.
Flores digyni, poma 5sperma dicuntur.

3) inciso-serrata, serraturis acutissimis, ampla, supra scabra, subtus cum ramulis pedunculis calycibusque juvenili statu canescenti-tomentosa; poma magna globosa immatura pubescentia.

10. **Ph. subvillosum.**
Crataegus subvillosa *Schrad.* Ht. Goett.
Crat. coccinea ε. (?) mollis *Torr. & A.Gr.* l. c.
In *Ohio (Lea), Indianâ (Clapp), Kentucky (Short)* et *Texas (Drummond).* ♄.
Folia turionum juniorum tam ampla ac in Cr. tomentosa, latissima, utplurimum cordata, et pubescentia in venis paginae superioris fere persistens.

4) inciso-angulata (sub)cordato-ovata,

(1) subtus pubescentia, petioli calycesque glandulosi; poma pyriformia hirsuta.

11. **Ph. Wendlandii.**
Mespilus Wendlandii *Opiz* in Flora 1834. 590.
Mesp. pubescens *Wendl. fil.* l. c. 1823. 700.
Mesp. glandulosa *Wdl.* in Herrenh. Verk. Verz.
In *Americâ boreali.* ♄.
Omnibus partibus magis pilosum quam Ph. coccineum, et folia minus profunde incisa.

(2) glabra, petioli calycesque eglandulosi, pedunculi pauciflori glabriusculi; poma punctata pruinosa.

12. **Ph. pruinosum.**
Mespilus pruinosa *Wdl. fil.* l. c. 701.
Mesp. caroliniana *Wdl.* in Herrenh. Verk. Verz.
In *Americâ boreali.* ♄.

2. plus minus divisa,
1) trifida v. subtrifida,
(1) antice serrata, obovata basi cuneata, ramuli pedunculique villosi; calycis laciniae ovatae acutae reflexae villosae eglandulosae; poma globosa.

13. **Ph. melanocarpum.**
Crataegus melanocarpa *MB.* T. C. I. 386. III. 332. — *Ser.* l. c. 629. 36. — *G.Don* l. c. 601. 46. — *Ledeb.* Fl. Ross. II. 89.
Cr. orientalis *Bosc* (non *MB.*).
Cr. nobilis *S. G. Gmel.* it. I. 82 (?).
Cr. digyna *Pall.*
Cr. fissa *Lee.*
Mespilus melanocarpa *Sprg.* l. c. 507. 33.
In *Tauriâ*, provinciis *Caucasicis* et ad *mare Caspium*, in silvis montosis. ♄.
Poma colore Cerasorum nigrorum.

(2) circumserrata
a. ovata, axillis venarum subtus villosis; pedunculi calycesque pubescentes, hujus lobi subrotundi; poma ellipsoidea (coccinea).

14. **Ph. pentagynum.**
Crataegus pentagyna *W. & K.* in *Wlld.* l. c. 1006. 18. — *Ser.* l. c. 628. 25. — *G.Don* l. c. 599. 32. — *Rchb.* l. c. 629. 4050.
Mespilus pentagyna *Wlld.* En. Suppl. — *Sprg.* l. c. 507. 35.
In comitatu *Syrmiensi* et *Banatu.* ♄.
Crat. (Oxyacanthae) monogynae simillimum, sed diversum foliis subtus ad venarum axillas villosis, calycis dentibus brevissimis vix conspicuis subrotundis obtusis, et flore constanter pentagyno. *(W.)*

b. subspathulata, deorsum longissime angustata fasciculata parva, corymbi pauciflori, pedicellis brevibus; calyces tomentosi.

15. **Ph. virginicum.**
Crataegus virginica *Lodd.* — *Loud.* arb. brit. III. 482. t. 560.
Crat. spathulata *Pursh* l. c. II. 725. — *Ser.* l. c. 627. 17. — *G.Don* l. c. 23. — *Lindl.* Bot. Rg. t. 1890. (non *Michx.*) (fide *Torr. & A.Gr.*).
Crat. parvifolia *Wlld.* Hb. fol. 2.
Crat. elliptica *β.* minor *Torr. & A.Gr.* l. c. 469.
Mespilus spathulata *Sprg.* l. c. 507. 24.
In silvis *Virginiae* et *Carolinae.* ♄.
Spinae validae, incurvae. Folia minora, late obovata v. subrotunda; poma viridula.

2) versus apicem inciso-dentata et (palmato-) sublobata, coriacea, (supra) nitida, basi cuneata, in petiolum marginatum attenuata vel
(1) (glandulosum) abrupte angustata, ovali-obovata v. subrotunda, tenue serrata, juniora pubescentia; spinae longae tenues; corymbi (3—6flori) calyces ramulique juniores tomentoso-pubescentes; flores parvi, pedicellis brevibus; calycis laciniae incisae v. serratae; poma subglobosa majuscula rubra.

16. **Ph. ellipticum.**
Crataegus elliptica *Ait.* l. c. 168. — *Wlld.* l. c. 1002. 5. — *Ser.* l. c. 627. 6. — *G. Don* l. c. 598. 6. — *Torr. & A.Gr.* l. c. 469.
Crat. glandulosa *Michx.* l. c. I. 288. (nec *Ait.* neque *W.*).
Crat. viridis *Walt.* ex *Ell.*
In *Virginiâ* et *Carolinâ boreali*, *Georgiâ*, *Floridâ.* ♄.
Crat. flavae pluribus notis similis; formae foliis minoribus Cr. parvifoliae accedunt. In statu silvestri fructus est ruber, ovalis v. subglobosus, sapidus.
Obs. Diagnosis *Aitonii* a cl. *Wlld.* et *Ser.* recepta: „spinosa, foliis ellipticis inaequaliter serratis glabris, petiolis calycibusque glandulosis, baccis globosis pentaspermis" nimis brevis est, et judicium securum de ejus verâ identitate vix permittit.

(2) cuneiformia v. oblongo-spathulata crenata, inferiora fasciculata minima spathulata basi valde attenuata subsessilia, apice interdum triloba, ramulorum juniorum sterilium sparsa, saepe multo ampliora, subrotunda, varie lobata incisave; calycis laciniae triangulari-ovatae brevissimae (ut petioli foliaque) eglandulosae; poma ovoideo-globosa minima laete rubra.

17. **Ph. spathulatum.**
Crataegus spathulata *Michx.* l. c. 188. — *Pers.* l. c. — *Loud.* arb. brit. t. 31. — *Torr. & A.Gr.* l. c. 467. (non *Pursh*, *Ser.* & *Lindl.*).
Crat. microcarpa *Lindl.* Bot. Rg. t. 1846.
Crat. viridis *ht.* (non *L.*).
Mespilus spathulata *Sp.* l. c. 66. t. 10. f. J.
In *Virginiâ*, *Georgiâ*, *Floridâ*, *Louisianâ*, *Arkansas*, *Texas.* ♄ ♄.

(Phaenopyrum spathulatum)

Frutex v. arbuscula 12—15pedalis, ramis flexuosis spinis tenuibus 1—2'' longis armatis, tota glabra eglandulosa. Folia ramulorum florentium in tuberculis brevibus lateralibus fasciculata, ramorum sterilium saepe 2'' longa et lata, trifida v. indivisa. Corymbi (subpaniculati, *Sp.*) subsimplices, glabri, multiflori (pauciflori *Sp.*): flores parvi. Poma magnit. pisi, pyrena integumento tenui vix osseo. Folia turionum terminalium stipulis amplis cultriformibus incisis instructa.

3) angulato- 3—5—9loba, longe et tenui-petiolata,

(1) membranacea, argute serrata, demum glabriuscula; spinae robustae; poma globosa majuscula laete rubra. — Folia

a. subrotundo-ovata, ovata v. subrhomboidea, basi truncata (ramorum sterilium utplurimum cordata,) obtusiuscula, supra scabra, subtus ad nervos pubescentia v. tomentosa, angulato-5—9loba: lobis acutis inaequaliter serratis; petioli (subglandulosi), pedunculi calycumque tubi villosi; sepala lineari-lanceolata tubo longiora cum stipulis bracteolisque fimbriolato-glandulosa.

18. **Phaenopyrum coccineum.**

Crataegus coccinea *L.* l. c. 682. — *Wlld.* l. c. 1000. 1. — *Ser.* l. c. 19. — *G.Don* l. c. 599. 25. — *Lindl.* l. c. t. 1957. — *Torr. & A.Gr.* l. c. 465. (excl. varr. plur.). — *Bot. Mg.* t. 3432.

Mespilus coccinea *Sprg.* l. c. 507. 30. — *Sp.* l. c. 64 — *Wats.* l. c. t. 62. — *Mill.* ic. t. 170.

Mespilus Apiifolia, virginiana, spinis horrida, fructu amplo coccineo. *Pluk.* Alm. 249. t. 46. f. 4.

Mesp. spinosa s. Oxyacantha virginiana maxima *Ht. Angl.* 49. t. 13. f. 1.

β. macracanthum *Lindl.* l. c. t. 1912.

γ. oligandrum *Torr. & A.Gr.* — glabriuscula, corymbis paucifloris; staminibus 5, stylis 2—4.

δ. cuneatum *Wdr.* Flora 1826. I. 354. — foliis basi cuneatis, spinis brevioribus robustioribus, fructibus serioribus.

ε. pubescens *Tsch.* (Flora XXI. [1838.] 718.): tota, imo et fructus pube mollissimâ obducta, (omnes sub Crataego) — et indescriptae:

ζ. corallinum *Lodd.* (Crat.).
Mespilus pyriformis *ht.*

η. indentatum *Lodd.* (Crat.).

ϑ. neapolitanum *ht.* (Crat.).
Mespilus constantinopolitana *Godefr.*

Ad margines dumetorum et rivulorum, a *Canadâ* ad *Floridam* et *Louisianam* usque. ♄.
γ. pr. *New Albany* in *Indianâ* (Dr. *Clapp*). ♄.

Arbor 20—25pedalis, (γ. frutex 6—9pedalis), ramis divaricatis inclinatis fuscescentibus, spinis longis apice subulatis nigrofuscis. Folia $2\frac{1}{2}$'' longa, 2'' lata, molliuscula, laete viridia, plerumque utrinque in lobos 3—4 parvos acutos v. acuminatos serrato-angulatos fissa. Petioli 1—2'' longi. Corymbi breves, ramulis subtrifloris. Corolla alba, diam. 9—10'''. Styli glabri. Poma magnit. cerasi majoris, $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$'' diam., coccinea v. purpurascentia, edulia.

b. lanceolato-ovata subtriloba basi acuta apice acuminata glabra; caulis inermis; poma ovalia aut pyriformia et 3pyrena, vel globosa 5pyrena.

19. **Ph. viride.**

Crataegus viridis *L.* l. c. 683. — *Wlld.* l. c. 1001. 3. — *Ser.* l. c. 630. 43. — *G.Don* l. c. 601. 49.

Crat. coccinea β. viridis *Torr. & A.Gr.* l. c.

Mespilus inermis foliis oblongis integris acuminatis serratis parvis utrinque viridibus *Gron.* Virg. 163.

In *Virginiâ* et *Carolinâ.* ♄.
Stipulae semicordatae.

(2) subcoriacea inciso-serrata, acuminata, utplurimum basi subcordata, glabra cum petiolis calycibusque eglandulosa; spinae graciles; folia

a. deltoideo-ovata, prope basin plerumque 3loba; calycis laciniae brevissimae latissimae deciduae; poma minima depresso-globosa laete purpureo-rubescentia.

20. **Ph. cordatum.**
Crataegus cordata *Ait.* l. c. 268. — *Wlld.* l. c. 1000. 2. — *Ser.* l. c. 628. 20. — *G. Don* l. c. 599. 26. — *Lindl.* l. c. t. 1151. — *Torr. & A.Gr.* l. c. 467.
Crat. populifolia *Walt.* Carol. 147. — *Pursh* l. c. 337. (nec *Ell.*).
Crat. Phaenopyrum *Borkh.*
Mespilus cordata *Mill.* ic. 119. t. 179. — *Sprg.* l. c. 507. 29. — *Wats.* l. c. t. 63.
Mespilus Phaenopyrum *L. fil.* Suppl. 254. — *Ehrh.* Beitr. II. 67.
Ad fluviorum ripas a *Virginiâ* ad *Georgiam* usque prope montes. ♄.

Arbor 15—20pedalis, ramis spinosis albomaculatis, spinis longis gracillimis acutissimisque. Folia 1—2poll. et longiora, opaca, venis supra minute pubescentibus exceptis glaberrima, saepius profunde et aequaliter triloba, (3—5—7fida *L. fil.*), interdum circumscriptione subrhomboidea et basi subattenuata, in ramis vigorosis saepius glandulis parvis obsoletis instructa. Petiolus laminâ brevior. Corymbi compositi; bracteae ad basin pedicellorum solitariae subulatae minimae deciduae. Dentes calycini intus pubescentes, obtusi. Poma numerosa, magnit. baccarum Ribis rubri, umbilico lato nudo, pyrenis apice denudatis.

b. ovalia v. cordiformi-ovalia, 3—5-loba v. quinquangula glaberrima: lobis acuminatis inciso-denticulatis v. inciso-lobatis; corymbi paniculati; calyces glabri, dentibus erectis persistentibus; poma parva globosa calycis dentibus coronata corallina.

21. **Ph. acerifolium.**
Mespilus acerifolia *Poir.* Enc. méth. IV. 442. — *Sp.* l. c. 65.
Mesp. corallina *Desf.* arb.
In *Americâ boreali.* ♄.

Arbor parva, comâ densâ, ramis divaricatis, fuscis, spinis longis apice subulatis. Folia $1\frac{1}{2}$—3″ longa, saepe aequilata, supra lucida et laete viridia, formâ maxime variabilia, petiolis glabris tenuibus. Pedicelli graciles. Flores albi, diam. 4‴. Poma magnit. pisi.

Differre videtur a Ph. cordato foliis lucidis nec opacis, calycis laciniis glabris persistentibus nec intus pubescentibus deciduis, pomis majoribus coronatis laetissime corallinis.

4) pinnatifida v. pinnatipartita,

(1) vel pinnatilobata: lobis inaequalibus dentatis, ovata v. ovato-oblonga petiolata supra glabra, subtus subvelutina, basi cuneiformia v. subcordata, inciso-angulata; ramuli, petioli, pedunculi calycumque tubi tomentosi: laciniae triangulari-lanceolatae tubo breviores apice subdenticulatae revolutae; poma sphaerica nigra.

22. **Ph. nigrum.**
Crataegus nigra *W. & K.* pl. rar. Hung. t. 61. — *Ser.* l. c. 628. 24. — *G.Don* l. c. 599. 31. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 1021. — *Guimp. & Hayne* fremd. Hlz. t. 106. — *Jaume St. Hil.* l. c. t. 359. — *Rchb.* l. c. 629. 4051.
Crat. carpathica *Lindl.*
Crat. versicolor *Roch.*
Mespilus nigra *Wlld.* En. 524. — *Wats.* l. c. t. 64. — *Sprg.* l. c. 34. — *Sp.* l. c. 64. t. 10. f. 1.
In *Hungariâ*, *Croatiâ* et *Transsilvaniâ*. ♄ ♄.

Arbor 15pedalis v. frutex, ramis fuscis inermibus. Folia $1\frac{1}{2}$—3″ longa, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$″ lata, firma, supra obscure viridia subtus canescentia, juniora utrinque mollia, basi subtruncata; petiolo 6—12‴ longo. Stipulae semiovatae v. cultriformes, serrulatae. Corymbi ampli, densi, simplices, $1\frac{1}{2}$—2pollicares. Flores albi v. leviter rosei, diam. 6‴. Poma magnit. illorum Oxyacanthae.

(2) in petiolum decurrentia, subtus tomentosa, profunde pinnatifida (vel pinnatipartita in No. 25, aut cuneiformi-trifida in No. 24.): laciniis
a. lineari-oblongis, (calyces cum ramulis junioribus pedunculisque tomentosi laciniis reflexis tubo longioribus)

a) vel cuneiformi-oblongis apice dentatis v. latere exteriore 2—3-dentatis haud imbricatis, supra velutinis, tomento persistente; corymbi compacti, parum ramosi; calycis laciniae triangulares cuspidatae; poma subglobosa rubra.

23. **Phaenopyrum odoratissimum.**
Crataegus orientalis *MB.* Fl. T. C. I. 387. III. 322.
Crat. tanacetifolia *β.* taurica *Ser.* l. c. 629. — *G.Don* l. c. 601.
Crat. odoratissima *G.Don* l. c. 44. — *Lindl.* l. c. t. 1885.
Mespilus odoratissima *Andr.* Bot. Rp. t. 590. — *Sims* Bot. Mg. t. 2314.
Mespilus orientalis *Habl.* Taur. — *Sprg.* l. c. 508. 88.
In *Tauriâ australi* ad *Pontum Euxinum.* ♄.
Arbuscula ramis inermibus patulis. Folia 1—2″ longa, breve petiolata. Pedicelli brevissimi; bracteolae minutae caducae. Flores albi, diam. 10‴, suaveolentes. Poma magnit. cerasi, coccinea, acidula, grate sapida.

b. tenuissime denticulatis subimbricatis supra pubescentibus; corymbi compacti capitulati; calycis laciniae triangulari-lanceolatae denticulatae; bracteae amplae stipulaeque fimbriato-glandulosae; poma sphaerica depressa pentagona, pallide flava rubescenti-tincta.

24. **Ph. tanacetifolium.**
Crataegus tanacetifolia *Pers.* l. c. 38. — *Ser.* l. c. 34. — *G.Don* l. c. 43. (uterque var. *β.* excl.). — *Ledeb.* Fl. Ross. II. 90. (p. p.) — *Lindl.* l. c. t. 1884.
Crat. orientalis *Pall.* Ind. Taur. (non *MB.* nec *Lindl.*).
Mespilus tanacetifolia *Poir.* l. c. IV. 440. — *Sm.* Exot. Bot. t. 85. — *Sprg.* l. c. 39. — *Sp.* l. c. 71. — *Andr.* l. c. t. 591.
Mesp. pinnata *Dum. Cours.*
β. Crat. glabra *Lodd.*
γ. Crat. incisa *Lodd.*
Crat. Leeana *Loud.*
In *Tauriâ* et provinc. *Caucasicis*, in *Oriente.* ♄.
Arbor ramis confertis patulis. Folia supra nitida, juniora velutina, $1\frac{1}{2}$—2″ longa, subtus pilis brevibus albidis hirsuta, denticulis mucronulatis glandulosis, breve petiolata. Pedunculi subtriflori brevissimi; pedicelli subnulli. Calyces bracteis obvallati. Flores albi, diam. 8—10‴. Poma magnit. cerasi, interdum fere pollicaria, edulia.

b. oblongis latioribus apice paucidentatis

a) subtus subvillosis supra glabris, subimbricatis; corymbi laxi, pedicellis elongatis; poma subglobosa sanguinea, pulpâ dilutiore.

25. **Ph. Schraderianum.**
Crataegus sanguinea *Schrad.* Ht. Goett. (non *Pall.*).
Crat. Schraderiana *Ledb.* l. c. 91.
In *Tauriâ orientali.* ♄.
Frutex arboreus, forsan a Ph. odoratissimo non specie diversus.

b) integerrimisque, tomento evanido; calycis laciniae triangulari-acutae reflexae; poma purpurea, putamine tenuiori.

26. **Ph. Tournefortii.**
Crataegus orientalis *Lindl.* Bot. Rg. t. 1852. (nec *MB.* & *Pall.*). — *Wlp.* l. c. II. 58. 2.
Crat. Tournefortii *Griseb.* l. c. 90.
In *Oriente* et *Chersoneso Taurico.* ♄.
Folia inciso-serrata, subtrifida basi cuneata tomentosa; fructus 4—5pyreni glabri sphaerici nudi, putamine crassissimo (?). *Wlp.* l. c. ex *Lindl.* (?).

14. Aronia.

Pers. Syn. II. 39. — *Spach* l. c. 87.

Pyrus Sect. VI. Sorbus (p. p.) et VII. Adenorachis *Ser.* l. c. 637. et *G.Don* l. c. 649. — Pyrus g. Adenorachis *Endl.* l. c.

Folia crenulata: crenis utplurimum glandulâ mucroniformi terminatis, nervis tenuibus plerumque curvilineis, costâ supra glandulosâ. Stipulae parvae caducae. Ramuli floriferi plus minus elongati, e ligno vetusto orti. Flores parvi, albi. Antherae ante anthesin violaceo-purpureae. Poma parva. *Spach.*

Sect. I. Adenorachis. *Ser.*

1. Folia pinnata 3juga subtus hirsuta, foliola ovata crenata, terminale majus; rhachis superne glandulosa; poma coccinea.

1. **Ar. spuria.**
Sorbus spuria *Pers.* l. c.
Pyrus hybrida *Wlld.* arb. 269. Sp. pl. I. 1022. 22. (p. p.) En. — *Mch.* Weissenst. 90. t. 6. — *Guimp.* fremd. Hlz. t. 81.

(Aronia spuria) Pyrus spuria *Ser.* l. c. 34. (excl. syn. *Poir.*). — *G. Don* l. c. 48.
Hab. . . . . . ♄.
A sequente diversa foliis definite pinnatis, rhachi glandulosâ et pomis coccineis. (*Rchb.*)

2. Folia basi pinnatipartita v. lyrata (rarius integra v. biauriculata) ovali-oblonga, inaequaliter serrata; poma ellipsoidea v. subturbinata nigra caesio-pruinosa.
Folia juniora subtus, pedunculi calycesque
1) tomentosa, illa adulta ad costam et nervos pubescentia: laciniae laterales ovales, ellipticae, oblongae v. lanceolato-oblongae, obtusae v. acutae, terminalis ovata v. ovato-rhomboidea v. elliptica, v. suborbiculata, apice acuta v. rotundata, amplissima, integra v. inferne pinnatifida, rhachis eglandulosa.

2. **Ar. sorbifolia** *Sp.* l. c.
Mespilus sorbifolia *Poir.* Enc. méth. Suppl. IV. 72.
Crataegus sorbifolia *Desf.* Ht. Par.
Pyrus spuria *Lindl.* Bot. Rg. t. 1196.
Sorbus heterophylla *Rchb.* l. c. 628. 4043.
Hab. . . . . . ♄. In *Thuringiâ* pr. *Suhl* (*Hoffm.*) (vix spontanea).
Frutex 6—8pedalis, ramis reclinatis rufofuscis. Folia formâ valde variabilia, ramulorum floriferorum $1^1/_2$—2'' longa, utplurimum obtusa, superiora saepius integra, ramulorum sterilium circ. 4'' longa, 2'' lata, plerumque acuta; petioli 8—10''' longi, basi biauriculati. Cymae multiflorae, densae, bipollicares, folia floralia superantes. Corolla diam. 4—5'''. Poma 3—4''' alta.

2) glaberrima; reliqua praecedentis.

3. **Ar. Watsoniana.**
Pyrus sorbifolia *Wats.* l. c. t. 53.
Hab. . . . . . ♄.

Sect. II. Aronia *s. str.*

Pyrus §. 2. Adenorachis. Folia simplicia: costâ mediâ supra glandulosâ; cymae compositae; petala patentia concava, styli (3—5) basi coaliti; poma turbinata v. globosa; carpella (putamen) subcartilaginea. *Torr. & A. Gr.* l. c. 471.

Folia breve petiolata,
I. subtus cum calycibus pedunculisque tomentosa,
1) ramulorum floriferorum oblonga v. elliptico-oblonga subacuminata tenuiter crenulata, turionum sterilium lanceolata v. lanceolato-oblonga v. lanceolato-elliptica v. lanceolato-obovata, acuminata, duplicato-denticulata; corymbi densi multiflori; poma subturbinata nigricantia glauco-pruinosa.

4. **Ar. densiflora** *Sp.* l. c. 88. t. 9. f. N.
Crataegus arbutifolia *Desf.* Ht. Par.
In *Americâ boreali*, ut omnes hujus sectionis. ♄.
Frutex 4—6pedalis, ramis erectis rufofuscis. Ramuli tomentosi. Folia $1^1/_2$—3'' longa, 10—20''' lata, petioli 4—6''' longa. Petala 2''' longa. Poma 5—6''' alta.

2) oblonga obtusa; corymbi foliorum longitudine; poma pyriformia atropurpurea. Caulis humilis, reclinatus.

5. **Ar. depressa** *Sp.* l. c. 90.
Pyrus depressa *Lindl.* in Trs. of the Hortic. Soc. Lond. VII. 230. — *G. Don* l. c. 51. — *Wlp.* l. c. II. 54. 15.
Similis Ar. melanocarpae, pumila, $1^1/_2$-pedalis: rami reclinati fusco-cinerei, ramuli brevissimi. Folia parva, apice rotundata, supra glabra, crenulis tenuissimis. Corymbi numerosissimi. Poma minima, copiosa, tomentosa, subglobosa.

3) oblongo-ovata acuta crenato-dentata; poma rubra.

6. **Ar. pyrifolia** *Pers.* l. c.
Crataegus pyrifolia *Lam.* Dict. I. 83.
Pyrus arbutifolia *α.* rubra *Wlld.* l. c. 1013.
Folia parva, subtus albo-tomentosa. Poma magnit. baccae Ribis rubri, acerba.

4) ovato-lanceolata v. lanceolato-obovata acuta; corymbi foliis

(1) breviores pauciflori; poma pyriformia coccinea.

7. **Aronia arbutifolia** *Sp.* l. c. 89. t. 9. f. L.

Pyrus arbutifolia *L. fil.* Suppl. 256. — *Wgh.* Amer. 89. t. 28. f. 64. — *Wlld.* l. c. 1012. 1. (*α.* p. p. et *γ.*) arb. 257. — *Sprg.* l. c. 510. 20. — *Torr.* & *A.Gr.* l. c. var. *a.* erythrocarpa (p. p. et excl. pl. synon.). — *Ser.* l. c. 36. (p. p.) — *G.Don* l. c. 49. — *Lindl.* l. c. 224.

Mespilus arbutifolia *L.* Sp. pl. 685. — *Sm.* arb. t. 86. — *Mill.* Dict. ic. t. 109. — *a.* erythrocarpa *Mchx.* l. c. I. 292.

Crataegus serrata *Poir.* l. c. Suppl. I. 292.

Sorbus virginiana, folio Arbuti. *Herm.* Lugdb. 578. t. 669.

A *Canadâ* et *Terrâ Novâ* usque ad *Georgiam* et *Louisianam* in dumetis depressis et ad paludum margines. ♄.

Truncus rectus nudus, ramis fuscescentibus erectis ramulis rufobrunneis. Folia parva, pallide viridia, ovalia, utrinque acuminata, basin versus paulo angustiora, supra glabra, crenis minimis fusco-apiculatis. (Folia ovato-lanceolata, interdum obovata s. cuneiformia, tenuissime serrata, subtus villosa, $1^1/_2$—2poll., adulta paginâ superiore rubrâ, inferiore luteâ. Rachis supra tota glandulifera. Glandulae confertae, subulato-cylindricae, luteo-rufescentes. Serraturae apice glanduloso-cartilagineae. Stipulae laterales petiolo adnatae, subulatae. Corymbus tomentosus, 6—12florus. Bracteae subulatae caducae. Flores vix magnit. Crataegi Oxyacanthae. Petala obovata, alba, extus rubella. Antherae rubrae. Styli 5. Fructus subglobosus, 5loc.: semina in quovis loculamento duo, oblonga fusca. *L. fil.)* Fructus rubri, nitidi, numerosissimi, parvi, obovati, subtomentosi. *(Lindl.)*

β. intermedia *Lindl.* l. c. 229.: fructu subgloboso fusco.

γ. serotina *Lindl.* l. c.: foliis utrinque magis angustatis supra nitidis subtus velutinis; pomis pyriformibus primum flavescentibus demum coccineis.

δ. alba: fructu albo *W.* l. c. *γ.*

(2) longiores multiflori; poma sphaerica atropurpurea.

8. **A. floribunda** *Sp.* l. c. 89.

Pyrus floribunda *Lindl.* l. c. 230. et Bot. Rg. t. 1006. — *G.Don* l. c. 50.

Differt a praecedente ramis reclinatis confertis griseis et fructu nigro. Nihilominus cl. *Torr.* & *A.Gr.* eam suae varietati erythrocarpae adnumerant.

2. subtus glabrescentia v. glaberrima,

1) calyces et pedunculi quoque glaberrimi. Folia

(1) lanceolata v. lanceolato-obovata v. lanceolato-elliptica, breve acuminata; corymbi densi, pauciflori foliis breviores; poma subglobosa violaceo-purpurea.

9. **Ar. glabrescens** *Sp.* l. c. 89. t. 9. f. M.

Frutex 3—5pedalis, ramis non inclinatis rufo-brunneis. Folia opaca, valde glandulosa, $1^1/_2$—3″ longa, 6—15‴ lata. Poma circ. 4‴ alta.

(2) oblonga v. obovato-oblonga

a. vel obovata, acuminata; corymbi multiflori laxi; poma sphaerica glabra atropurpurea; caulis erectus; ramuli pubescentes.

10. **Ar. pubens** *Sp.* l. c. 90.

Pyrus pubens *Lindl.* l. c. 232. — *G.Don* l. c. 53. — *Wlp.* l. c. 16.

Pyrus capitata *hortul.*

Truncus robustus, ramulis cinereis incanis. Folia abrupte acuminata, basi angustata, pallide viridia, subeglandulosa. Corymbi numerosi, foliis breviores. Poma magna, nitida, laxe corymbosa, disco apiceque glabriusculis. Haec et Ar. grandifolia habitum Chamaemespili prae se ferunt.

b. acuta nitida parum glandulosa; poma turbinata nigra lucida.

11. **Ar. melanocarpa** *Sp.* l. c. 90.
Pyrus melanocarpa *Wlld.* En. 525. — *Ser.* l. c. 37. — *G.Don* l. c. 52. — *Sprg.* l. c. 509. 4. — *Lindl.* l. c. 231.
Ar. arbutifolia *Pers.* l. c.
Pyrus arbutifolia *β.* nigra *Wlld.* l. c. 1013. — *β.* melanocarpa *Torr. & A.Gr.* l. c. (p. p.)
Aronia arbutifolia *β.* melanocarpa *Torr.* Fl. unit. stat. I. 479.
Mespilus arbutifolia *β.* melanocarpa *Michx.* l. c.
Pyrus pensylvanica *ht.*
Mespilus montana *ht.*
In montibus *Carolinae*, et a *Virginiâ* ad *Canadam* usque. ♄.

Caulis erectus, $1^1/_2$—2pedalis, glaber, ramulis erectis glabris. Folia pallide viridia, fortiter crenata, margine aut in nervis vix subglandulosa, anno prolapso obscure rubescentia. Flores minores ac in reliquis. Gemmae et turiones saepe coccinei.

β. subpubescens *Lindl.* l. c. 232.: foliis junioribus subtus tomentosis, adultis glabris, corymbis paucifloris, pomis flavescentibus.
Mespilus xanthocarpa *Lodd.* Cat.

(3) obovata v. oblongo-obovata (abrupte) breve acuminata acuta; corymbi pauciflori coarctati, poma sphaerica glabra atropurpurea, disco apiceque (ovarii) villosis.

12. **Ar. grandifolia** *Sp.* l. c. 91. t. 9. f. P. p[1]. et p[2].
Pyrus grandifolia *Lindl.* l. c. 233. et in Bot. Rg. t. 1154. — *G.Don* l. c. 54. — *Wlp.* l. c. 17.

Truncus erectus, robustus ramique glabriusculi; ramuli fusci, leviter pubescentes. Folia ampla, laete viridia, lata, supra nitida, serrulata, glandulis paucis Flores majusculi. Poma magnit. pisi majoris. Styli lanati.

2) calyces villosi dentibus obtusis glandulosis; folia obovata basi longe cuneato-attenuata crenulato-serrulata, in rachi superne glandulosa.

13. **Ar. pumila.**
Pyrus pumila *Neum.* — *Tsch.* Dendroth. exot.-boh. V. Flora XXI. Beibl. 77.
E seminibus a *Bartramio* ex *Americâ boreali* missis in horto *Leibnitziano* enata. ♄.

Proxima Ar. melanocarpae, quam inter et Ar. arbutifoliam quasi media. Flores quam in utrâque duplo minores. Fructus nigri.

Obs. Cl. *Torr. & A.Gr.* omnes hasce species sub P. arbutifoliâ: „foliis obovato-oblongis, obtusis, acutis v. acuminatis, crenato-serrulatis, in petiolum brevem attenuatis supra lucidis, subtus venosis; fructu pyriformi v. maturo subgloboso" conjungere conantur, duplicem recipientes varietatem:

α. erythrocarpa: calyce, pedunculis et paginâ inferiore foliorum, saltem juniorum, tomentosis, fructu obscure rubro.

β. melanocarpa: calyce, pedunculis foliisque glabris v. glabriusculis; fructu atropurpureo.

Ad illam praeter synonyma jam allata P. floribunda et depressa *Ldl.*, Aronia pyrifolia et Ar. arbutifolia *P.*, ad hanc Ar. grandifolia, pubens et glabrescens ducuntur.

Frutex humilis ramosissimus, copiam florum alborum, saepius purpureo-tinctorum, antheris purpureis v. fuscescentibus proferens. Folia 1, 2, interdum 3″ longa, serraturae apiculo incurvo calloso v. glanduloso mucronatae, costa media supra serie longitudinali glandularum purpurascentium. Styli basi villosi. Fructus diam. circ. 3‴, junior turbinatus, maturus subglobosus et obscure purpureo-ruber v. subniger, dulciusculus et adstringens. — Choke-berry vernac.

Species exclusae:

Aronia alnifolia *Nutt.*	= Amelanchier alnifolia.
— Amelanchier *Rchb.*	= — vulgaris.
— Aria-Chamaemespilus *Rchb.*	= Chamaemespilus Aria.
— asiatica *S. & Z.*	= Amelanchier asiatica.
— Botryapium *P.*	= — Botryapium.
— Chamaemespilus *P.*	= Chamaemespilus humilis.
— cretica *P.*	= Amelanchier cretica.
— ovalis *P.*	= — ovalis.
— rotundifolia *P.*	= — vulgaris.
— sanguinea *Nutt.*	= — sanguinea.
— subcordata *Raf.*	= — ovalis *β.*

15. Cormus.

Spach l. c. 96.

Folia impari-pinnata, multifoliolata. Rhachis inter singula foliolorum paria valde glandulosa. Stipulae subulatae, caducae. Ramuli floriferi elongati. Corymbi irregulares ramosissimi; flores parvi, albi. Antherae ante anthesin flavae.

Foliola oblonga v. lanceolato-oblonga, argute subduplicato-serrata, supra ruguloso-venosa, subtus subvillosa. Petala patentia, albida. Poma calycis limbo marcescente coronata, viridi-rubentia. — Gemmae glabrae glutinosae, acuminatae.

C. domestica *Sp.* l. c. 97.

Sorbus domestica *L.* Sp. pl. 684. — *Wlld.* l. c. 1009. 3. — *Jacq.* Austr. t. 447. — *Plenck* ic. t. 391. — *Guimp.* l. c. t. 63. — *Duh.* ed. nov. I. t. 44. — *Crtz.* Austr. 87. t. 2. f. 3. — *Rchb.* l. c. 627. 4041. — *Kern.* l. c. t. 93.

Pyrus domestica *Sm.* Engl. Fl. III. 362. — *E. B.* t. 350. — *Sprg.* l. c. 511. 35. — *G.Don* l. c. 648. 46.

Pyrus Sorbus *Gaertn.* fr. II. 45. t. 87. — *Ser.* l. c. 637. 32. — *Ledeb.* Ross. II. 99.

Malus Sorbus *Borkh.*

In *Europâ australi* usque in *Germaniam*, hinc inde culta, in *Tauriâ* et *Macedoniâ*, in *Barbariâ*, in silvis montanis. ♄.

Speierling, Garten-Eberesche germ., Cormier gall., Service-tree angl.

Arbor 30—50pedalis, ligno duro compacto rufo facile poliendo et valde aestimato, trunco recto, cortice griseo-fusco; rami comam satis regularem pyramidalem formantes. Foliola 11—17, sessilia, horizontalia, internodiis multo longiora, rarius obovato-oblonga, acuminata, serraturis cuspidatis, basi integra inaequaliter truncata, subtus sub anthesi tomentosa, serius subglabra. Ramuli, petioli, pedunculi et calyces primum lanati, demum glabri. Corymbi subpaniculati vel pyramidales v. convexissimi: ramificationibus inferioribus axillaribus, foliis multo brevioribus. Pedicelli calyce breviores, utplurimum terni. Petala circ. 3''' longa. Poma magnit. pyri minoris, virescenti-flava, hinc rubrotincta, acerba et adstringentia, diutius super stramen asservata mitiora et edulia fiunt; spiritus et in Britanniâ gallicâ vini species ex illis paratur.

α. pomifera *Rchb.* fructu globoso.
Sorbus domestica *Risso* l. c. 344.

β. pyrifera *Rchb.* fructu pyriformi.
Sorbus legitima *Clus.* hist. 62.

γ. microcarpa *Risso* l. c.: foliis virescenti-argentatis, fr. parvo ruberrimo.

Coma in modum Aurantii arboris rotundata; foliola 8juga; flores parvi, teneri, laete rubri; fructus Nov. matur.

δ. macrocarpa *Risso* l. c.: fr. maximo, depresso luteo-aurato.

Arbor amplissima, foliola ovalia, inaequaliter denticulata; poma utrinque subdepressa, laete aurea, calyce longe coronata, praecocia, sapida.

ε. elongata *Risso* l. c. 345.: fr. parvo ovato-oblongo dulci sapido.

Arbor comâ elongato-acuminatâ; poma minus numerosa, Oct. maturescentia.

ζ. albida *Risso* l. c.: fr. medio albido subsapido.

Arbor mediocris, ramis divaricatis; poma parum numerosa Aug. matura.

η. serotina *Risso* l. c.: foliis parvis, fructu magno rubro sapido.

Truncus elatus; folia quam in reliquis tenuiora et latiora; poma in latere soli exposito laete rubra, sapidissima, Julio mense matura, diutissime conservanda.

16. Pyrus.

Tourn. Inst. 404. — *Spach* l. c. 109.

Pyrus *Lindl.* l. c. 97. (p. p.) — Pyrus sect. I. Pyrophorum *(Neck.) Ser.* in *DC.* l. c. 633. — *G.Don* l. c. 605. — Pyrus a. Pyrophorum *Endl.* gen. 1237. 6342. — Pyrus a. Pyrus *Meisn.* gen. 106. (75.)

I. Flores corymbosi.

A. Corymbi simplices v. subramosi. Petala supra unguem haud lanata. Antherae ante anthesin violaceo-purpureae. Styli liberi. — Foliorum costa eglandulosa.

1. Styli inferne leviter pubescentes.

1) Folia tenuissime denticulata, adulta glaberrima, nascentia (in sp. 1.) subtus cum pedicellis et calycibus lanata vel floccosa, aut (in sp. 2.) margine tantum floccosa. Calycis laciniae

(1) triangulari-lanceolatae, apice subulatae, corollâ dimidio breviores; petala elliptica; styli longitudine staminum; poma turbinata, in pedunculum producta. Folia ovato- v. ovato-lanceolata, acuminata, longe petiolata.

1. **P. communis** *L.* Sp. pl. 686. *β—ε.* — *Wlld.* l. c. 1016. 6. *β—ε.* — *Sprg.* l. c. 509. 1, et omnium fere auctorum. — *Sp.* l. c. 114. (quoad varr. cultas) et 122. — *Sm.* E. B. t. 1784. — *Lois.* in *Duh.* VI. t. 59. — *Guimp.* l. c. t. 75. — *Schk.* Hdb. t. 134. — *Reit. & Abel* t. 21. — *Gaertn.* t. 87. — *Rchb.* Fl. germ. exc. 631. 4064.

P. communis v. Achras (spinosa, foliis ovatis acuminatis integerrimis longe petiolatis, junioribus calycisque tubo lanatis demum glabratis, pomis basi productis) *Wallr.* Sched. crit. 213. — *Ser.* l. c. — *G.Don* l. c.

P. Pyraster *ht.*

Zahmer Birnbaum germ., Poirier gall., Pear angl., Pero ital.

β. dasyphylla *Tsch.* (Dendroth. boh. exs. et Flora XXI. 116.): spinosa, foliis subcordato-subrotundis serrulatis utrinque calycibusque cano-tomentosis, fructibus basi attenuatis.

In *Europae* silvis, in dumetis pr. *Pragam.* ♄. ♄.

Holzbirn germ.

Arbor pyramidalis, 30—40pedalis, circuitu 6—8 pedum, cortice rimoso, ramulis spinescentibus, cortice compacto duro gravi rufescente. Folia 1—3″ longa, firma, nitida, laete viridia, reticulata, petiolo laminam subaequante v. interdum superante. Corymbi 6—12flori: pedicelli graciles, 12—15‴ longi. Corolla alba, diam. fere pollicari. Poma primum dilute viridia, demum flavescentia, griseo-punctata, 12—15‴ alta, ejusdem circ. diametri, carne albâ firmâ, ante maturitatem completam acerbissimâ. *(Sp.)*

„Fruticosa ramis gaudet laevibus elongatis cortice cinereo tectis, ramulis lateralibus remotis spinescentibus auctis: arbor vero, ob ramos surrectos, habitum pyramidatum haud male exprimens, altitudinem proceram nanciscitur. Et in frutice et in arbore calyces aeque ac germina, ramuli juniores et folia subtus lanâ densâ arachnoideo-floccosâ marginem ut in Mespilo Cotoneastro circuli albi instar transeunte pubescunt, quam serius omnino fere exuunt aut obsoletam retinent. Pomum pediculo longiore instructum arboris

(Pyrus communis) typum optime reddit et Linnaeanae definitioni, Pyrum communem poma basi producta proferre, nominisque rationi respondet. Omnes partes a foliorum petiolo inde ad ipsam trunci ramorumque proceritatem hanc Pyri speciem ad formam productam s. elongatam proclivem esse monstrant.“ *(Wallr.* l. c.)

(2) triangulares, cuspidatae, corollâ semel breviores, tomentosae; petala elliptico-orbiculata; styli staminibus paulo longiores; poma subglobosa. Folia ovato- v. elliptico-orbicularia, breve acuminata, petiolo suo breviora.

2. **Pyrus Achras** *Rch.* l. c. 4063. — *Sp.* l. c. 123. — *Gaertn.* fr. t. 87. f. 2.

P. communis *β.* Pyraster (spinosa, foliis subrotundis acutis argute serratis, junioribus germinibusque glabris, pomis basi rotundatis). *Wallr.* l. c. 214. — *Ser.* l. c. — *G.Don* l. c.

P. silvestris *C. Bauh.* — *Dierb.* ökon. techn. Bot. I. 221. (praecedente inclusâ).

In silvis montanis *Europae.* ♄ ♄.

Küttelbirn germ.

Folia firma, nitida, obscure viridia, $1\frac{1}{2}$—2′′ longa et lata. Fructus parvus, subglobosus, calculosus. *(Sp.)*

„Stirps antecedentis more aut frutescit aut arborescit. Fruticis ramuli contorti sunt, magis diffusi et ob ramulorum approximatorum spinescentium congeriem quasi nodosi. Similiter rami distorquentur in stirpe arborescente, habitum patulum vel rotundatum haud male fingente et retinente. Omnes partes a pube alienae sunt et pilos raros, quibus petioli foliorumque juniorum semet modo explicantium nervi parcius obsiti sunt, post paucos jam dies exuunt. Calyces aeque ac germina et quae flori succedunt prima pomi initia nunquam pubescunt. Pomi pedunculus brevior ejusque forma ab antecedentis varietatis typo quadantenus absona, basi vel minus vel omnino non producta potius rotundatur nec in pyramidis formam producitur. Sapor acerbus. Hujus proinde varietatis typus in formâ subrotundâ versatur nec aliam foliorum, pomi ipsiusque arboris ratio declarat.“ *(Wallr.* l. c.)

Ex hisce duabus speciebus orta est

β. P. sativa *C. Bauh.* — *Dierb.* l. c. 223. et quidem, uti cl. *Wallr.* suspicatur, formae fructibus elongatis et in pedunculum productis e P. communi *α.*, et illae fructibus rotundatis gaudentes e P. c. *β.* v. P. Achras. — Varietatum fere innumerarum, quarum e. gr. cl. *G.Don* in suo opere p. 606—620 solus 677 enumerat, praestantiores hic indicamus, cl. *Dierbachii* dispositioni praecipue innixi.

α. favoniana Plin. — *Schübl. & Mart.* l. c. 321. *ε.* — fructibus ovatis obtusis moschato-saccharatis praecocioribus, pedunculo tenui elongato.

Muskateller-, Zuckerbirnen. — Pyra praecocia *Columella* — *Dierb.*

α) moschata *Risso* l. c. 252. 1.: fr. minimo rotundato subturbinato, carne duriusculâ submoschatâ dulci.

Kleine Muscatellerbirne, Sieben in's Maul germ., Poire petit Muscat, Sept-en-gueule. *Pom. Franc.* III. t. 3. f. 1, a, b. — *Duh.* arb. fr. II. 119. t. 1. — *Nois.* Jard. fr. t. 26.

Arbor magna, ramis regularibus, foliis laete viridibus; fructus Jul. maturi, fasciculati, partim longius pedunculati, flavescenti-virides, interdum fusco-punctati; semina albida, reniformia.

Subvar. minor (Poiron-Birne *Nois.* — *Sickl.* I. t. 5.) exstat fr. magnit. olivae, sapidissimo, corymboso-aggregato.

β) corymbosa: fr. praecedentis, paulo serius (Aug.) maturesc., flavo, fasciculato.

Kleine gelbe Strauss-Musk.

γ) aestiva: fr. parvo flavo, vix magnit. nucis moschatae, gratissimo.

Kleiner gelber Sommer-Musk.

(Pyrus Achras) δ) Mayeri: fr. praec. majore, fine Jul. maturo.
Mayer's Königs-Musk. Pom. Fr. t. 3. f. 2. — Sommer-Certeau, Honigbirne.

ε) ambrina: fr. minimo fragrantissimo sapidissimo flavo.
Robert's Muskateller *Sickl.* I. t. 9., Amberbirne, Königinbirne, Sommerrömerling, Poire Muscat Robert, et subvar. major: gros St. Jean musqué *Nois.* t. 26. — *Duh.* l. c. 120. t. 2.

ζ) punctata: fr. parvo, dilute viridi punctato, carne fragili moschatâ. Medio Jul.
Bisambirne, Bourdon-Muskateller, geblümte Muskatbirne. Pom. Franc. t. 3. f. 3. *Sickl.* X. t. 6. Muscat fleuri.

η) Laforetensis, fr. parvo, flavo rubroque, sapido, cito emolliente.
Kleine frühzeitige von Laforet. Pom. Fr. t. 4. f. 5, 6.

ϑ) Cypria (Cyprus) *Risso* l. c. 253. 3.: fr. medio pyriformi ruberrimo hinc viridi-lutescente, carne saccharatâ.
Rousselet hâtif *Nois.* — Cyprische braunrothe Sommerbirne *Dierb.*
Arbor mediocris; fruct. apice rotundatus, umbilico profundiore, interdum dilute ruber, carne albâ flavescenti-tinctâ moschatâ. Exeunte Jun.

ι) amerina *(Plin. ?)*: fr. oblongo nitido dilute viridi in citrinum vergente, hinc saturatiore, carne albâ tenerâ succosâ. Fine Jun.
P. c. praecox *Risso* l. c. 254. 4.
Johannisbirne, Pom. Franc. t. 7. f. 11. — Amiré Joannet *Duh.* l. c. 125. — *Sickl.* I. t. 4. (subvar. flava, magnit. Juglandis.)

κ) cerasiformis: fruct. minimo praecocissimo fasciculato aureo, carne succosâ subacerbâ.
Margarethenbirne, Kirschenbirne *Sickl.* I. t. 6.

λ) Jacobi: fr. magnit. Juglandis, flavescenti-viridi hinc rubello, carne succosâ sapidâ.
St. Jakobsbirne, Bender's Zuckerbirne. Subvar. major: Munkel-, Limonienbirne *Christ.*

μ) abietina: fr. parvo turbinato oblongiusculo inferne compresso flavescenti-viridi, carne albâ haud tenerâ sapidâ.
Tannenbirne, Sapin.

ν) aurata *Risso* 253. 2.: fr. medio subturbinato rubro luteoque variegato, carne dulci.
Goldbirne Pom. Franc. t. 5. f. 7. — Poire Aurate *Nois.* t. 26.
Folia rotundata, apice acuta; fr. hinc nitide ruber, illinc pallide flavus, umbilico ampliato, carne semidiffluente saccharatâ.

ο) albida *Risso* 258. 14.: fr. parvo pyriformi albido brevissime pedunculato, carne subfirmâ moschatâ.
Kleine Blankette Pom. Fl. III. t. 55. f. 67, 69. — Poire petit Blanquet, P. à perle *Duh.* — Perlförmige französische Weissbirne *Diel.*
Folia subrotundata, crassiuscula, canescenti-viridia; fr. laevissimus, pedunculo brevi crasso, flavescenti-albidus v. viridulo-flavus, carne albâ semifragili. Fine Jul., Aug.

π) parvula: fr. parvo elegantissime rubro flavoque gratissimo. Aug. mat.
Knechtchens-Birne *Sickl.* VII. t. 12.

ρ) mellea: fr. minimo pulchre rubro flavoque dulci. Aug.
Sommer-Honigbirne *Sickl.* XIV. t. 5.

σ) silesiaca: fr. parvo longe pedunculato flavescenti-viridi hinc laete rubro et rubro-punctato, aromatico-dulci.
Kleine schlesische Zimmtbirne *Sickl.* XVI. t. 15.

τ) Muscadella *Risso* 255. 6.: fr. parvo subgloboso albo-lutescente ad solem rubente, carne firmâ moschatâ dulci.
Grosse Muskateller, Frankenbirne Pom. Franc. III. t. 9. f. 14, c. — *Sickl.* IX. t. 17. f. A. — Grosse Muscadelle *Duh.*
Fructus hinc flavescenti-albi, illinc tenere rubri, umbilico profundo ampliato marginibus aequis stylisque persistentibus, pedunculo sublaterali subimmerso. Fine Jul., Aug.

β. *falerna* Plin. — *Dierb.* fructibus utplurimum mediocribus subrotundis circa calycem tumidis, pedunculo crasso brevi

(Pyrus Achras) profunde inserto, epidermide crassiusculâ flavescenti-viridi et flavo-punctatâ, carne semifragili semidiffluente sapidâ, odore grato.

Bergamotten *), Hesperiden-Birnen.

P. c. 1. Bergamotta *(Ruell.) Schübl. & Mart.* l. c. 322. (p. p.) et ϰ. falerna 323. (p. p.)

1. Aestivalia, Sommer-Hesperiden.

α) Bergamotta: fr. magno turbinato laete viridi et rubro, carne acidulâ. Sept. ineunte.

Sommer-Bergamottbirne, Pom. Franc. III. t. 28. f. 37. a, b. Weisse Mailänderbirne. — Bergamotte d'été, Milan blanc, Poire de la Beuvrière *Nois.* t. 30.

Subvarr. sunt: „die dünnstielige, kleine gelbe, grüne *(Sickl.* XIX. t. 8.), lange *(Sickl.* I. t. 13.), runde (l. c. t. 4.), Strassburger Sommer-Berg. (l. c. V. t. 3.).

β) ruberrima *Risso* 265. 29.: fr. magno subrotundato interdum turbinato obscure rubro hinc sulfureo, carne firmâ gratâ sapidâ.

Rothe Berg. Pom. Franc. t. 29. f. 38. — Bergamotte rouge *Duh.*

Fructus laevis, eximius, hinc fuscorubens subnitidus, umbilico parum profundo, pedunculo brevi crasso, carne fragili exquisite aromaticâ.

γ) mansueta: fr. magno subgibboso viridi fusco-punctato, hinc flavo v. rubro.

Rothe Einsiedlerin, wilde Birne, Mansuète.

δ) aurantiaca: fr. magno subrotundo apice brevissime attenuato, plus minus flavo, luteo, aurantiaco.

Pomeranzenbirnen: „bergamottartige, grosse müskirte (Pom. Franc. t. 91. f. 122.), korallenrothe (ibid. f. 124.), van Hoek's, frühe wohlriechende, braunrothe, Hamdens Pom. Birne; Muskateller Orangebirne (*Sickl.* II. t. 7.), runde Sommer-P. B., Brielsche, gestreifte, gelbe P. B. etc.

ε) laurea *Plin. (?)*: fr. praecedentis, viridi.

Grüne Pomeranzenbirne, B. von Charmoni.

ζ) rubra: fr. mediocri, griseo et laete rubro, carne fragili saccharatâ moschatâ.

Rothe Orangenbirne *Sickl.* XIII. t. 15. — Poire Orange rouge d'automne *Nois.* t. 31.

η) variegata: fr. mediocri, viridi fuscoque, dilute rubro striato griseoque marmorato, carne subfragili; Sept.

Tulpen-Orangebirne, Fliegenbirne Pom. Franc. t. 68. f. 88. — Poire Orange tulipée, P. aux mouches *Nois.* t. 39. — Subvarr.: Bigarade, „die Saintonge-Birne." — *Sickl.* XVIII.

ϑ) citrina; fr. mediocri citrino hinc intense rubro.

Rothbackige Citronenbirne. Sept. — Arbor robusta, feracissima.

ι) Carmelitarum: fr. mediocri turbinato viridi, citriodoro, carne deliquescente aromaticâ.

Magdalenenbirne, Carmeliter Citronenbirne; Menillon. Poire Madeleine, Citron des Carmes *Duh.* l. c. 124. t. 4. — *Nois.* t. 26. — Fine Jul.

Subvarr. sunt major et minor (Pom. Franc. t. 29. f. 40.): „Brüsseler Birne (ib. t. 39.), grosse Sommer-Citronenbirne *Sickl.* XX. t. 6. etc.

2. Autumnalia, Herbst-Hesperiden.

ϰ) tarda: fr. majusculo turbinato depresso flavo hinc rubrofusco, carne sapidissimâ aromaticâ.

Herbst-Bergamotte Pom. Franc. t. 30. f. 41. a, b. — P. Bergamotte d'automne *Nois.* t. 29. — *Duh.* l. c. 165. t. 21. et t. 19. f. 7.

Subvarr.: „die englische Bergamotte" et „die holländische Goldbg." Pom. Franc. t. 32. f. 43.

λ) elegans: fr. subrotundo flavo hinc leviter rubescente, carne semideliquescente gratâ.

Cadetten-Bergamotte, Cadettenbirne Pom. Franc. t. 31. f. 42. a, b.

---

*) A verbo turcico Begarmoud, i. e. princeps (beg) pyrorum (armoud) derivatum.

(Pyrus Achras) μ) crassana *Risso* 270. 38.: fr. magno subrotundato turbinato griseo-virescente subflavescente, carne deliquescente saccharatâ gratissimâ.

Crasanne, Bergamott-Crasanne. Pom. Franc. t. 34. f. 45, t. 35. f. 46. — subvar. folio variegato: *Sickl.* VII. t. 7. — Poire Bergamotte-Crassane, Crésane *Duh.* l. c. 166. t. 22. — *Nois.* t. 32.

Fructus tenuissime punctatus, pedunculo longo tenui subcurvato immerso (unde quoque nomen vern. Rattenschwanz), umbilico satis profundo, carne granulatâ; inter omnia fere sapidissima. Exeunte Oct. — Subvar. minor et praecocior: „Sommer-Crasanne" *Diel.*

ν) vittata: fr. subelongato viridi vittis flavis v. flavo vittis rubris striato, carne deliquescente saccharatâ aromaticâ. Fine Sept.

Schweizer Bergamotte, Schweizerhose *Sickl.* VII. t. 2. Pom. Franc. t. 33. f. 44. a, b. — Poire Culotte de Suisse, Verte longue panachée *Lois.* in *Duh.* ed. nov. VI. 210. t. 68. f. 1. — Subvar.: „die lange Schw. Bg." *Sickl.* III. t. 6.

ο) Fremion: fr. parvo viridi flavoque, carne acidulo-vinosâ. Oct.

Fremion *Diel.*

π) Thonieri: fr. subinde turbinato sèladonio serius citrino, circa calycem ferrugineo, creberrime punctato, carne butyraceo-deliquescente aromaticâ dulci-vinosâ. Medio Oct.

Bergamotte Thonier.

ρ) germanica: fr. maximo laevi luteo viridi-punctato, carne tenerâ. Medio Sept.

Deutsche National-Bergamotte.

σ) hildesheimensis: fr. dilute viridi serius citrino fusco ferruginoso, crebre punctato; carne albâ succosâ deliquescente aromatico-saccharatâ subgranulatâ. Fine Sept.

Hildesheimer B.

τ) ferax: fr. versus pedunculum acutiusculo laevi citrino fusco-ferruginoso crebre punctato, carne albâ deliquescente succosâ dulci.

Volltragende B. etc.

3. Hyemalia, Winter-Hesperidenbirnen.

υ) hiberna: fr. magno brevi subrotundo-turbinato viridi punctato, serius flavescente; carne succosâ acidulo-dulci tenerâ molli fragili gratissimâ.

Winter-, späte, Oster-Bergamotte, Winterbirne. Pom. Franc. t. 36. f. 47. — Poire Bergamotte de Paques, d'hiver. *Nois.* t. 33.

Januario maturans — Subvarr.: „graue runde Winter-Bergamotte," et „Pfingst-Bergamotte."

φ) flavissima: fr. specioso nitido virescente punctato tandem flavissimo hinc fuscescente, carne butyraceo-deliquescente dulci suavi gratâ.

Bergamotte von Soulers. Pom. Franc. t. 39. f. 50. a, b.

χ) Amosella: fructu maximo depresso dilute flavo, carne semifragili sapidissimâ.

Holländische Bergamotte, Birne von Alençon. Pom. Franc. III. t. 38. f. 49. a, b. — Poire Bergamotte de Hollande, ou d'Alençon, Amoselle. *Duh.* l. c. 170. t. 25. — *Nois.* t. 34.

Inter omnia pyra hyemalia propter elegantiam, saporem eximium et durationem maxime aestimatum.

ψ) paschalis: fr. majusculo viridi griseo-punctato maturo flavescente, saepe verrucoso-scabro.

Bergamotte von Bugy. Pom. Franc. t. 37. f. 48. Oster-Bergamotte.

ω) maliformis: fr. maliformi saepius verrucoso fusco-viridi punctato, tandem pallido, epidermide tenui, carne albâ tenerâ aromaticâ.

Winter-Pomeranzen-, Orangenbirne, Pom. Franc. t. 92. f. 126. — Poire Orange d'hiver *Nois.* t. 29.

Subvar. est „deutsche W. P. B., Klöppelbirne." *Diel.*

αα) regalis: fr. subgloboso v. turbinato laete citrino

(Pyrus Achras) hinc rubicundo longe pedunculato, carne subflavescente subdeliquescente dulci suavissimâ.

Winter-Citronenbirne, königliche Winterbirne, Royale d'hiver, Spina di Carpi. *Nois.* t. 38. — *Duh.* l. c. 191. t. 35.

ββ) aulica: epidermide dilute viridi, serius citrinâ, laevi, ad solem saepius rubrâ, carne albâ succosâ deliquescente aromaticâ saccharatâ. Ineunte Dec.

Hof-Bergamotte etc. etc.

γ. *myrapia* Plin. — Pyra plerumque oblonga, calycis rudimentis profunde immersis, pedunculo crassiusculo saepius elongato; epidermide primum viridi, serius hinc flavescente illinc plus minus intense rubescente, non raro crebre punctatâ; carne plerumque tenerâ subdeliquescente, succo copioso dulci aromatico. — Fructus tam adspectu pulcherrimo, quam sapore exquisito et praesertim odore, Myristicam, Rosas, Cinnamomum, Ananassam etc. aemulante insignes.

Gewürzbirnen *Dierb.* — Rouselettes gall.

P. c. dolabelliana *Plin.* (Schnabelbirnen: fructibus subglobosis basi acuminatis, carne fragili, pedunculo elongato; — rufescens *Pers.* (Rousselet) fructibus infra medium constrictis basi productis, carne succosâ saccharatâ; — oviformis (Eierbirne): fructibus ellipticis utrinque productis, carne fragili succosâ saccharatâ, — pompejana *Plin.* (Zuckerbirne) fructibus magnis oblongis subpentagonis, carne duriusculâ granulosâ saccharatâ, — globosa: fructibus subglobosis, carne duriusculâ granulosâ acidulo-saccharatâ, pedunculis elongatis. *Schübl.* & *Mart.* l. c. 320—322. (p. p.)

1. Aestivalia, Sommer-Gewürzbirnen.

α) rufescens: fr. mediocri subrotundo hinc fuscorubro, carne tenerâ dulci aromaticâ gratissimâ.

Frühzeitige Rousselette *Sickl.* XX. t. 26. — Pom. Franc. III. t. 56. f. 71. — Gelbe Sommer R. — Rousselet hâtif *Nois.* Subvarr. sunt: „die langstielige S. R. (Frankfurter Birne), müskirte, braunrothe S. R., kleine Muskateller R." *Sickl.* XVIII. t. 18.

β) aestatis *Risso* 259. 16.: fr. mediocri pyriformi saturate viridi hinc fuscorufo griseo-punctato, carne duriusculâ fragili acidulâ sapidâ aromaticâ.

Grosse Rousselette, Sommerkönig. *Sickl.* XII. t. 18. — Pom. Franc. t. 56. f. 72. — Gros Rousselet, roi d'été. *Nois.* t. 30. — Subvar.: Merlet's Sommerkönig. Pom. Franc. t. 58. f. 74.

Descriptio a cl. *Risso* data quoque recedit. „Fructus quoad $^2/_3$ diametri laete ruber, caeterum flavus, crebre punctatus, pedunculo cavitati parvae gibberibus cinctae immerso, umbilico ampliato."

γ) palatina: praecedenti similis, odore Rosarum atque sapore grato insignis.

Pfälzer Rousselette, Pfalzgrafenbirne Pom. Fr. t. 57. f. 70. a, b. — Subvar.: „die rothe Pfalzgräfin. *Sickl.* VII. t. 13.

δ) elongata *Risso* 260. 18.: fr. mediocri pyriformi intense viridi v. flavescente, griseo-punctato, hinc rubrofuscescente, carne subdeliquescente moschatâ gratissimâ.

Rousselette von Rheims, kleine R. Pom. Fr. t. 58. f. 75. — *Sickl.* IX. t. 2. — Rousselet de Rheims, petit R. *Duh.* l. c. 137. t. 11. — *Nois.* t. 31.

ε) stuttgardtiensis: fr. parvo, infra medium subito constricto, virescente et obscure fulvo, carne subdeliquescente dulci sapidissimâ.

Stuttgarter R., Gaishirtle.

ζ) cinnamomea: fr. parvo viridi-flavo, sapore cinnamomeo-dulci.

Kleine Zimmt-R., et subvar. Knoop's französische Zimmtbirne, tota flavescens, carne magis moschatellinâ.

η) velutina: fr. mediocri pyriformi elongato viridi, hinc subrubescente, carne valde moschatâ. Ineunte Sept.

Sommerbirne, saftige Muskateller, grüne Atlasbirne, Sommerdorn. — Poire Epine d'été,

(Pyrus Achras) Fondante Musquée, Satin vert. *Duh.* l. c. 182. t. 30. — *Nois.* t. 37.

Subvarr.: „der punktirte, der rothe (Pom. Fr. t. 22. f. 27.), der grüne Sommerdorn, die lange grüne und die graue Sommerbirne (graue Ambrette) *Christ*, gelbe Sommerherrnbirne, grosse britannische Sommerbirne, gestreifte schönste Sommerbirne, gelbe Sommer-Prinzessinbirne *Diel*, die schönste Sommerbirne *Sickl.* IX. t. 1.“ etc.

η*) aurantia *Risso* 264. 25.: fr. medio subgloboso ruberrimo albo-rufescente viridi-punctato, carne subduriusculâ saccharatâ moschatâ.

Pyrum breve pedunculatum, hinc laete corallinum, illinc flavescenti-album viridi-punctatum; carne subfragili. Exeunte Aug.

θ) formosa *Risso* 264. 26.: fr. magno pyriformi apice subcostato pallide citrino: carne firmâ subsaccharatâ subsapidâ.

Belle d'été. Rami longi, rectiusculi; folia crassa, subrotunda, longe petiolata. Fructus rotundatus, superne ad $^2/_3$ subglobosus, tunc in pedunculum longum sublateralem cavitati parvae hinc elevatae subimmersum pyramidali-attenuatus, latere exposito parum rubellus, circa umbilicum costulis prominulis cinctus. Semina nigrescenti-fusca. Medio Jul.

ϑ) Magdalena: fr. parvo subrotundo viridi non flavescente, carne sapidissimâ.

Grüne Sommer-Magdalene *Sickl.* I. t. 10.

ι) Noisettiana: fr. medio oblongo citrino hinc subgriseo, carne deliquescente dulci subaromaticâ.

Passe-Magdalène *Noiss.*

κ) arenacea *Risso* 262. 21.: fr. mediocri turbinato flavo hinc saturate rubro breviter pedunculato, carne subfirmâ arenosâ sapidâ.

Sommer-Zwiebelbirne, Erzherzogsbirne, grosse Zwiebelbirne (*Sickl.* IX. t. 13.), et subvar. maliformis: deutsche Zw. Pom. Fr. t. 59. f. 77, 78. — Poire Oignonnet, Archiduc d'été, Amiré rouge, Poire Ognon. *Nois.* t. 27.

λ) bellissima: fr. magno ficiformi v. cucurbitaceo nitide rubro-striato elegantissimo, carne aromaticâ subbutyraceâ gratissimâ tenerâ dulci. Exeunte Jul.

Sommerwunderschöne. Pom. Fr. t. 61. f. 80. — Poire Bellissime d'été, Suprême *Poit.* — Subvarr.: „Carminbirne“ et „Sommerblattbirne“ *Diel.*

μ) Robina: fr. mediocri breve turbinato crasse pedunculato, flavo-punctato, hinc laete rubro, carne semifragili saccharatâ moschatâ.

Sommerkönig *Sickl.* XVI. t. 3. (?) — Poire Robine, Royale d'été *Nois.* t. 36. — Sommer-Robine *Sickl.* IX. t. 4. — Sommer-Königsbirne Pom. Fr. t. 6. f. 9. a, b.

ν) aurata: fr. mediocri turbinato flavescenti-viridi rubropunctato, hinc nitide intense rubro, carne tenerâ virescente subdeliquescente.

Sommerfeingoldbirne. Subvarr.: „Septemberfeingoldbirne“ Pom. Fr. t. 26. f. 34. 35. Poire d'or ou d'amidon ibid. t. 27. f. 36.

ο) Domina *Risso* 262. 22.: fr. mediocri pyriformi elongato flavescenti-viridi hinc obscure rubro, carne subdeliquescente saccharatâ et moschatâ.

P. c. pyramidalis *Pers.*

Frauenschenkel, Wadelbirne, Offiziersbirne. Pom. Fr. t. 65. f. 85. — Cuisse-Madame *Nois.* t. 27.

Fructus nitidus, pedunculo longo apice subcarnoso. Exeunte Jul.

π) grandiflora: floribus amplis, fr. mediocri valde elongato viridi, carne deliquescente.

Grosse Frauenschenkelbirne, Sparbirne, Heiligensamsonsbirne. Pom. Fr. t. 64. f. 83. a, b. Schutzbirne *Sickl.* VIII. t. 1. — Poire d'épargne, Beau-présent, grosse Cuisse-Madame. *Duh.* l. c. 133. t. 7. — *Nois.* t. 27.

(Pyrus Achras) ρ) corallina (Poire d'Epargne) *Risso* 259. 15.: fr. mediocri elongato corallino fulvo-punctulato, carne albâ.

Arbor elegans, ramis rectis; fructus elongatus, apice rotundatus, tunc tumidus et sensim in pedunculum brevem curvatum attenuatus ad $^3/_4$ ambitus sui corallinus fulvo-punctatus, caeterum dilute viridis, umbilico elevato, carne firmâ. Post initium Aug. matur.

σ) deliquescens: fr. magno spectabili flavescenti-viridi hinc pallide fusco-rubro, carne deliquescente gratissimâ.

Damenbirne *Sickl.* XI. t. 13. — Poire Madame, Mouillebouche d'été. Pom. Fr. t. 70. f. 92. — Subvarr.: „Franz-Madame" *Sickl.* IV. t. 3. — „Dickstiel" Pom. Fr. t. 70. f. 93., serior, carne duriore.

τ) tenella: fr. mediocri subrotundo flavescenti-viridi hinc rubro, carne granulosâ dulci subaromaticâ.

Chair à Dame *Christ.*

υ) Spinarosa *Risso* 263. 24.: fr. parvo sphaerico viridilutescente hinc subrubescente, punctis griseis consperso, carne subdeliquescente saccharatâ farinosâ.

Rosendorn, Duhamel's Rosenbirne *Diel.* — Pom. Fr. t. 22. f. 28. — Poire Épine Rose, P. de Rose *Duh.* l. c. 176. — *Nois.* l. c. t. 44.

Arbor praegrandis, foliis tenuibus. Fructus apice subdepressus, pedunculo subimmerso. Odor gratus rosaceus, sapor aromatico-moschatellinus. — Subvarr.: „gelbgraue Rosenbirne" *Diel*, „Caillou-Rosat" *Nois.*

φ) virginalis: fr. mediocri pulchro fere toto rubro, Sept.

Zink's rothe Jungfernbirne *Sickl.* IV. t. 8. Subvarr. sunt: „grosse schöne Jgfb." *Diel,* — kleine französische Jgfb., Weinbergsbirne s. Demoiselle Vigne, longe pedunculata, vix Juglande major.

χ) rubrostriata: fr. mediocri flavo rubro-striato pulchello, carne succosâ sapidissimâ. Fine Jul. et ineunte Aug. maturans.

Rothe Muskatellerbirne. Huc quoque pertinent: „August-Musk.-Birne *Christ.* (magis subrotunda)" — grosse lange und kleine lange Sommer-Musk.-Birne *Sickl.* IX. t. 17. f. a, b. — „doppelttragende grosse Musk.-B. *Sickl.* XIX. t. 12. — „Robert's Muskatbirne" Pom. Fr. t. 5. f. 8. a, b. medio Jul. mat., — Duhamel's königliche Muskatellerbirne, — französische süsse Musk.-B., fructibus fasciculatis, — Bourdon's müskirte Purdiner Birne. Pom. Fr. t. 7. f. 10. etc.

ψ) amoris: fr. oblongo subventricoso dilute flavo et rubro-tincto, latere exposito obscure rubro maculato, carne semifragili dulci subaromaticâ ($2^1/_2''$ longus).

Rothpunctirte Liebesbirne, Poire d'amour, ah mon Dieu *Sickl.* XVII. t. 16. — et subvar. minor elegantissima „Liebchensbirne." *Sickl.* XIX. t. 17.

ω) Jargonella: fr. turbinato suboblongo superne versus valde tumido $2^1/_2$pollicari nitido flavo hinc laete rubro, ad latera saepius obscurius rubro-maculato, carne semifragili moschatellinâ.

Jargonelle *Nois.* t. 38. — Pom. Fr. t. 71. f. 93. — Subvarr. exstant: „Herbst-Jarg." Pom. Fr. t. 71. f. 96. — Prinzenbirne ibid. f. 94., fr. pedunculum versus magis attenuato.

αα) italica: fr. valde elongato angusto, latere exposito amoene rubro-striato punctatoque.

Wälschbirne *Sickl.* XII. t. 1.

ββ) tenerrima: fr. mediocri oblongo-pyriformi, viridi et flavo, rubro-maculato, v. maximâ parte rubro, epidermide tenuissimâ, carne tenerâ dulci deliquescente aromaticâ. Ineunte Aug.

Birne ohne Schaale, ohne Haut, Kirschenblüthe, Pom. Fr. t. 68. f. 89. — Poire sans peau, Fleur de Guigne *Nois.* t. 28., cum subvar. autumnali.

γγ) nardina *Plin.*: fr. mediocri punctato hinc flavo illinc rubro, carne odoratissimâ gratissimâque saporis.

Parfümirte Augustbirne Pom. Fr. t. 9. f. 14. a. — parf. Septemberbirne ibid. f. 14. b., — „deut-

(Pyrus Achras) sche Augustbirne" *Sickl.* XII. t. 12. — „Balsambirne" Pom. Fr. t. 9. f. 14. c., intensius et obscurius rubra, saporis aromatici.

δδ) Ananassa: fr. majusculo eleganter punctato hinc flavo illinc rubro, carne saporis Ananassae.
Ananasbirne Pom. Fr. t. 53. f. 64.

εε) Amiralis: fr. mediocri elegante luteo hinc intense rubicundo, punctato, carne tenerâ aromaticâ gratâ.
Admiralsbirne Pom. Fr. t. 7. f. 12.

ζζ) Salviati: fr. majusculo subrotundo cerino-flavo et dilute rubro, carne tenerâ subdeliquescente saccharatâ valde aromaticâ.
Salviati-Birne Pom. Fr. t. 60. f. 79. a, b. — Poire Salviati *Nois.* t. 28.

ηη) oviformis: fr. ovato, epidermide fortiter punctatâ magis viridi quam rubicundâ, carne tenerâ deliquescente gratissimâ.
Eierbirne, Bestenbirne, Würzburger Citronenbirne. Pom. Fr. t. 24. f. 30. b. — Subvarr. majores et magis adhuc oblongae sunt: „Strassburger Bestenbirne" ibid. f. 30. a, et „das Schwanenei" f. 31. — „Sommer-Eierbirne" *Sickl.* VI. t. 19.

ϑϑ) citriformis: fr. ovali utrinque attenuato crebre punctato, laete citrino et rubro.
Citronenbirne, Schneiderbirne Pom. Fr. III. t. 28. f. 37. a. — *Sickl.* XVI. t. 18.

ιι) cervina: fr. mediocri longe pedunculato hinc flavescente, illinc sanguineo v. puniceo, striato et punctato, succo copioso acidulo-dulci.
Hirschbirne *Sickl.* XIX. t. 3.

κκ) longicaudata: fr. parvo pyriformi albido-lutescente, pedunculo elongato, carne saccharatâ. *Risso* 256. 10.
Französische langstielige Weissbirne oder Blanquette, — Poire Blanquette à longue queue *Nois.* t. 27.
Arbor alba; folia subinde oblonga acuta; pyrum parvum, in pedunculum attenuatum, a latere umbilici superficialis rotundatum, rubicundo-album, carne subfragili albâ saccharatâ aromaticâ gratissimâ; semina dilute brunnea.
Subvar. est: „die deutsche langstielige Bl." Pom. Franc. t. 55. f. 70. „Langstieler, Owener Birne" *Sickl.* VII. t. 4.

λλ) dolabelliana *(Plin.)*: fr. mediocri pyriformi albido, carne saccharatâ.
Poire Blanquet, gros Blanquet, Roi Louis. *Duh.* l. c. 129. — Königs-Blanquette.

μμ) camogina *Risso* 257. 11.: fr. medio pyriformi viridiflavescente, carne firmâ saccharatâ.
Blanquette ronde. Truncus valde elatus, foliis subelongatis. Fructus versus pedunculum crassum brevem sublateralem obtuse attenuatus, superne rotundatus, latere soli exposito saturatius coloratus, umbilico majusculo fere superficiali, carne subfragili albâ saccharatâ odoratissimâ, subinde subgranulosâ.
Subvar. videtur „die grosse runde Sommer-Blankette Pom. Fr. t. 55. f. 68., pulchre rubicundo tincta.

νν) mellosa: fr. magno flavescente rubroque viridi-punctato, carne gratissimâ.
Grosse Sommer-Honigbirne Pom. Fr. t. 93. f. 127. — Subvar.: runde gelbe Honigbirne *Sickl.* XXI. t. 17.

οο) Cassoletta: fr. parvo dilute flavescenti-viridi hinc rubente, carne tenerâ succosâ fragili saccharatâ aromaticâ.
Cassolette, grüne Muscatellerbirne Pom. Fr. t. 10. f. 15. — Poire Cassolette, Muscat vert, Friolet, Lèche-Friand *Duh.* l. c. t. 18. — Subvar. longe pedunculata: Schalksbirne, Galgenschwengel.

ππ) Laurentii: fr. mediocri oblongo flavescente hinc obscure rubro, carne sapidâ, Sept. mat.
Lorenzbirne *Sickl.* XIX. t. 22.

(Pyrus Achras) ρρ) pedunc ularis: fr. longe pedunculato sordide fusco-flavescente hinc rubescente, carne grate aromaticâ.
Kleine Pfalzgräfin *Sickl.* II. t. 2. — Kümmelbirne prope Heidelbergam.

σσ) Petri: fr. mediocri oblongo-rotundo longe pedunculato hinc flavescenti-viridi illinc laete rubro punctato, carne succosâ grate aromaticâ. Aug.
Petersbirne *Sickl.* XI. t. 7.

ττ) varia: fr. mediocri dilute flavo hinc rubello, punctis maculisque copiosis, carne albâ suaviter dulci deliquescente. Aug.
Runde Mundnetzbirne *Sickl.* XV. t. 17.

υυ) freistädtensis: fr. mediocri valde elongato breviter pedunculato, hinc virescenti-flavo punctato, illinc intense fusco-rubro striato, carne sicciusculâ. Medio Aug.
Freistädter Birne *Sickl.* XV. t. 17.

φφ) Boyon *Risso* 260. 17.: fr. medio rotundato basi apiceque depresso et umbilicato, carne deliquescente saccharatâ.
Poire de Boyon. Arbor mediocris, satis ramosa; folia ovalia acuta, petiolis longis flavis; fructus virescenti-flavus, hinc fulvo-punctatus, illinc sordide rubro-striatus, umbilico profundo tuberculis parvis cincto, pedunculo longiusculo robusto sublaterali, gibbere instructo. Medio Jul.

φφ*) purpurea *Risso* 261. 20.: fr. magno pyriformi viridi-lutescente hinc kermesino; carne duriusculâ saccharatâ.
Poire cremesine. — Arbor parva, patula; folia longe acuminata. Pedunculus lateralis. Ineunte Jul. matur.

2. Autumnalia, Herbst-Gewürzbirnen.

χχ) rosselina *Risso* 256. 9.: fr. mediocri turbinato flavo hinc rubro-striato, carne deliquescente, saccharatâ et moschatâ.
Russeline Pom. Fr. t. 67. f. 87. a, b. — Rousseline *Nois.* t. 31. — Subvarr. exstant plures; descriptio *Rissoi* cum illâ *Noisettii* non convenit; folia subrotunda, longe petiolata; pedunculus longus, pyrum tenuiter punctulatum. Affines videntur: „die Forellenbirne *Sickl.* XX. t. 16., parfümirte Herbstbirne, Rosanne etc.“

ψψ) serotina: fr. parvulo globoso longe pedunculato fuscescenti-rubro, carne tenerâ aromaticâ.
Herbst-Muscateller. Affinis est „die Herbst-Eierbirne“ *Sickl.* XVI. t. 18. Rocken-Eierbirne Heidelbergensium.

ωω) Frangipana: fr. mediocri oblongo dilute flavo hinc rubro punctato, carne fragili subdeliquescente dulci aromaticâ.
Franchipane, Marzipanbirne. Pom. Fr. t. 69. f. 91. — *Sickl.* XVI. t. 5. — Poire Frangipane *Nois.* t. 41.

α*) cinnabarina: fr. majusculo elongato pulchre punctato hinc elegantissime cinnabarino, carne dulci aromaticâ.
Wunderschöne Herbstbirne. Pom. Fr. t. 63. f. 82.

α**) pulchella *Risso* 269. 37.: fr. magno subgloboso subcompresso lutescenti-ruberrimo; carne saccharatâ.
Poire gentil. Pyrum eleganter carmineum, pedunculo brevi subterminali, umbilico amplo profundo; semina nigricantia complanata.

β*) fusca: fr. maximo fusco hinc rufescente subrotundo ventricoso, carne deliquescente dulcissimâ aromaticâ. Fine Oct.
Eifersucht, Jalousie Pom. Fr. t. 54. f. 65. — Poire Jalousie *Nois.* t. 41. — *Duh.* l. c. 225. t. 52.

γ*) hortensis: fr. mediocri pulcherrimo rotundato flavo hinc saturate rubro, punctis nitidis aureis, carne dulci fragili interdum lapillosâ. Dec.
Gartenbirne Pom. Fr. t. 79. f. 108. — Poire de jardin *Nois.* t. 29.

γ**) variata: fr. subgloboso longe pedunculato hinc virescenti-flavo illinc fusco-rubro, obscure griseo-dense punctato, carne aromaticâ dulcissimâ. Oct. et Nov.
Reichenecker *Schübl.* & *Mart.*

(Pyrus Achras) 3. Hyemalia, Winter-Gewürzbirnen.

δ*) brumalis: fr. parvo ovali isabellino, carne fragili succosâ sapidâ. Febr. matur.
Winter-Rousselette. Pom. Fr. t. 58. f. 76. — Poire Rousselet d'hiver. *Nois.* t. 29.

ε*) moschiodora: fr. magno oblongo griseo-viridi hinc rubescente, carne deliquescente aromaticâ.
Winter-Muskateller, Winterrömerling. Deutsche Muskatellerbirne *Sickl.* XVIII. t. 1.
Forsan huc spectant: „müskirte Winter-Acandotte" et „müskirte Winter-Eierbirne" *Diel.*

ζ*) decipiens: fr. maximo laetissime rubro elegantissimo, carne acerbâ.
Winter-Jargonelle, Vexierbirne, Dame Jeanne rousse. Pom. Fr. t. 72. f. 97.
Cocta tantum edulis.

η*) Augustini: fr. oblongo ventricoso dilute flavo fusco-maculato hinc rubescente, carne siccâ subaromaticâ.
St. Augustinsbirne.

ϑ*) Tarquiniana: fr. magno elongato viridi, carne fragili deliquescente.
Tarquinsbirne, Winter-Sparbirne, Winter-Frauenschenkel. Pom. Fr. t. 65. f. 84.

ι*) hungarica: fr. mediocri pyriformi elongato flavo v. griseo hinc laete rubro, carne fragili.
Verbrannte Katze, ungarische Birne Pom. Fr. t. 98. f. 133. a, b. — Chat brulé.

$\varkappa$*) principis: fr. mediocri oblongo-ovali citrino interdum roseo-tincto, hinc laete et intense rubro, carne flavescenti-albâ fragili dulci.
Winterhonigbirne, Certeau majeur d'hiver, Trouvé de la montagne, Prinzenbirne. — Valde affinis, sed multo major est „die Winter-Königsbirne Pom. Fr. t. 11. f. 17. — *Sickl.* X. t. 11. — Poire royale d'hiver" *Nois.* t. 38. — *Duh.* l. c. 191. t. 35.

λ*) rufula *Risso* 256. 8.: fr. mediocri pyramidato (oblongo) hinc rufulo (fuscescente) illinc rubro griseo-punctato, carne firmâ fragili saccharatâ sicciusculâ.
Trockne Martinsbirne, Winter-Rousselette. Pom. Fr. t. 89. f. 119. — *Sickl.* III. t. 9. — Poire Martin sec, Rousselet d'hiver *Nois.* t. 32. — *Duh.* l. c. 152. t. 14.
Umbilicus clausus, plicis cinctus. Nov. — Jan. matur.

μ*) Ronvillea *Risso* 267. 32.: fr. majusculo elongato pyramidiformi viridi-flavescente griseo-punctato hinc laete rubro, carne firmâ dulci saccharatâ aromaticâ, interdum lapillosâ.
Junker Martins Birne Pom. Fr. t. 95. f. 130. — Poire Martin Sire ou Ronville *Nois.*
Pedunculus apice tumidus.

ν*) bicolor: fr. magno pedunculum versus valde elongato flavo punctato hinc laete rubro, carne fragili tenerâ succosâ gratâ. Dec.
Petersbirne. — Subvar. „Mariges Birne.

o*) sancta: fr. magno formoso crasse pedunculato flavo hinc rubello punctato, carne albâ succosissimâ duriusculâ subdeliquescente.
Heilige Vatersbirne, Saint Père. Pom. Fr. t. 75. f. 102.

π*) wirceburgensis: fr. mediocri oblongo croceo et fuscescente, carne fragili siccâ aromaticâ maturitate liquescente.
Würzburger-, Knechtsbirne. Pom. Franc. t. 103. f. 141.

ρ*) perdurans: fr. mediocri flavo hinc rubicundo subrotundo, usque ad gelu in arbore persistente, cocto laete rubro, odore saporeque pergrato.
Röhrles Birne, Poire osseuse. Pom. Fr. t. 113. f. 149.

σ*) Claretta: praecedenti affinis, fr. paulo majore et dilutiore.
Clarettenbirne. Pom. Fr. t. 113. f. 150. — Cocta tantum edulis.

δ. *mulsa* Plin. — fructibus plerumque oblongis, substantiâ crassâ versus calycem gibbosâ, pedunculo magno robusto,

(Pyrus Achras) epidermide diu viridi, maturitate modo laete flavescente. — Pyra maximâ parte autumnalia et hyemalia, saccharo praevalentia, plerumque unicoloria viridia.

Methbirnen, Bon Chrétiens.

P. c. pompejana *Pers.*, *Schübl.* & *Mart.*

1. Aestivalia, Sommer-Methbirnen.

α) pompejana: fr. magno subpyramidali apice oblique truncato-gibboso, calyce immerso, pedunculo magno robusto, toto viridi serius aureo, carne dulci aromaticâ. Sept.

Sommer-Apothekerbirne, grosse Zuckerbirne, Strassburger-, Augsburger Birne, *Sickl.* I. t. 15. — Bon-Chrétien d'été, Gracioli, *Duh.* l. c. 219. t. 47. f. 4. — *Nois.* t. 40, 41.

Arbor magna, robusta, ad domos et in areis vegeta.

β) odorosa *Risso* 273. 45.: fr. medio subpyramidato irregulari tuberculato laevi flavescente hinc rubescente; carne albâ saccharatâ moschatâ odorosâ. Jul., Aug.

Bon-Chrétien d'été muscat, Frühzeitige gute Christenbirne. Pom. Franc. t. 82. f. 113, 114.

γ) ficiformis: fr. majusculo elongato ficiformi fusco-viridulo, carne copiosâ dulci suavi.

Feigenbirne. Pom. Fr. t. 62. f. 81. a, b. — *Sickl.* XX. t. 1.

δ) viridis: fr. medio elongato toto viridi, punctato v. striato succosissimo gratissimo.

Lange Mundnetzbirne, Mouille bouche d'été. *Sickl.* II. t. 1.

ε) aquosa: fr. versus pedunculum gibboso flavescenti-viridi, carne subfragili tenerâ moschatâ. Aug.

Engelsbirne, grosse und kleine Wasserbirne, Wässerling. Pom. Fr. t. 8. f. 13. a, b.

ζ) biceps: fr. virescente, utrâque extremitate incrassatâ medio constrictâ, calycis rudimentis bipartitis, carne succosâ sapidâ. Aug.

Zweiköpfige Birne, Zweibutzer, Deux Têtes. Pom. Fr. t. 103. f. 140. *Sickl.* XIV. t. 7.

η) christiana *Risso* 265. 27.: fr. maximo obtuse pyramidato flavo-rufescente gibboso, carne deliquescente saccharatâ.

Bon-Chrétien d'été (sed non *Duh.*). Arbor elata. Fructus formâ pyramidis truncatae, inaequalis, obliquus, tuberculis dispersis, dilutus flavus, viridi-punctatus, altero latere rubicundus. Umbilicus parum profundus, gibberibus cinctus; pedunculus longiusculus lateralis, caro subfragilis, succosa. Semina nigra. Aug.

ϑ) Joannis: fr. spectabili flavo-viridi praecoci (ineunte Jul.), carne tenerâ succosâ sapidâ.

Grosse Johannis-Zuckerbirne. Subvarr.: Sommer-Zuckerbirne *Sickl.* X. t. 8. fr. elongato pulchre colorato; holländische Zuckerbirne XI. t. 17., kleine gelbe Sommer-Z. XV. t. 16.

ι) lutea: fr. mediocri longo lutescente, sapore dulci, Rosarum odore. Aug.

Gelbe Laurentiusbirne.

κ) britannica: fr. mediocri turbinato elongato laete viridi et dilute rubro, carne fragili dulci-acidulâ aromaticâ.

Saftige Brester-Birne *Sickl.* XIV. t. 17. — Pom. Fr. t. 89. f. 120. a. — Poire cassante de Brest, Chéneau *Nois.* t. 28.

λ) olivaeformis: fr. mediocri ovali-oblongo fulvo-viridi, carne deliquescente aromaticâ sapidissimâ.

Olivenbirne.

μ) Lucnea: fr. mediocri oblongo pallide viridi, carne subdeliquescente dulci subaromaticâ. Sept.

Frühe Lucné.

ν) Angoberta: fr. mediocri longe pedunculato flavescente viridi-punctato, carne tenerâ sapidâ subdeliquescente. Sept.

Rietbirne, Aletbirne, Angobert simple. Pom. Fr. t. 74. f. 99.

ο) Silvani: fr. majusculo oblongo dilute viridi griseo-punctato, demum flavescente, carne liquescente dulci aromaticâ gratissimâ.

Silvanbirne cum subvar. Herbst-S.

(Pyrus Achras) π) romana: fr. mediocri turbinato flavescenti-viridi hinc parum colorato, carne fragili aromaticâ.

Römische Angelicabirne, Poire Angélique de Rome *Nois.* t. 42.

ρ) nucamentacea: fr. parvo toto viridi, epidermide crassâ, carne fragili sapidâ carnoso-acidulâ.

Nussbirne *Sickl.* XIV. t. 5. f. b. — et subvar. kleine runde Haferbirne" XXI. t. 12., utraque ad siccandum apta.

σ) eximia: fr. mediocri oblongo longe pedunculato albo-flavo viridi-punctato, altero latere pallide rubello, carne succosâ saccharatâ.

Fürsten-Tafelbirne *Sickl.* XVII. t. 2.

τ) fallaciosa *Risso* 263. 23.: fr. magno turbinato viridi, carne tenerâ molli aquosâ saccharatâ. Fine Jun.

Poire trompeur. Arbor mediocris, ramis subpendulis; folia longe et gracili-petiolata; fructus maturus laete viridis, umbilico convexo tuberculis circumdato.

υ) Tintinnabulum *Risso* 266. 30.: fr. magno pyramidato pallide viridi griseo tenuissime punctato, carne deliquescente saccharatâ.

Poire clochette. Arbor mediocris; fructus pedunculo longo terminali, carne sapidissimâ. Sept.

φ) hispanica *Risso* 273. 46.: fr. maximo pyramidato luteo hinc ruberrimo, carne molli saccharatâ grate odoratâ.

Poire Bon-Chrétien d'Espagne. Pyra semper inclinata, plus minus ventricosa, laevia, nitida, umbilico satis immerso, carne tenerâ gratissimâ. Jul.

φ*) immatura *Risso* 258. 13.: fr. mediocri pyramidato viridi-lutescente, carne deliquescente saccharatâ.

Poire vert. Truncus altus, rectus, ramis longis; folia ovalia subcordata longe petiolata; pyra longiuscule pedunculata, umbilico parvo cavo, carne albâ subgranulosâ. Semina nigra.

2. Autumnalia, Herbst-Methbirnen.

χ) pyramidiformis: fr. maximo, formâ pyramidis acutae basi latissimae, pallide flavo fusco-punctato hinc rubello, carne fragili dulci succosâ.

Spanische Christbirne *Sickl.* VI. t. 20. Herbst-Zuckerbirne Pom. Fr. t. 83. f. 115. cum subvarr. „der spanische Präsident," t. 84. f. 116. — „türkische Christbirne" *Nois.* — „rheinische Herbst-apothekerbirne *Diel*" *Sickl.* XVIII. t. 11. etc.

ψ) saccharata *Risso* 261. 19.: fr. mediocri turbinato viridi laevi, carne deliquescente saccharatâ.

Lange grüne Herbstbirne Pom. Fr. t. 25. f. 32. Poire sucré vert *Nois.* t. 37. — Caules ramique longi, flores purpurascentes; pyra dilute viridia, demum flavescentia, tenuissime punctata. Sept.

ω) Sickleri: fr. longo angusto pallide viridi, carne mollissimâ succosissimâ.

Lange grüne Mundnetzbirn *Sickl.* XVII. t. 10. cum subvar. Herbst-Mundnetzbirn ibid. X. t. 2.

αα) fasciata: fr. longo angusto flavo-viridique aequaliter longitudinaliter striato.

Gestreifte lange grüne Birn. Pom. Fr. t. 25. f. 33. Schweizerhose.

ββ) ambigua: fr. mediocri subrotundo laevi viridi, carne liquescente dulci sapidissimâ.

Grüne Herbstzuckerbirne *Sickl.* VII. t. 1. Pom. Fr. t. 23. f. 29. a, b. — Subvarr.: „Tolsduyns grüne Herbst-Zuckerbirn," Ter Tolens Herbstzuckerbirn" *Diel.*

γγ) venatoria: fr. ovali obtuso versus pedunculum subattenuato majusculo dilute viridi demum flavescente, carne diffluente dulci moschatâ.

Jagdbirne *Sickl.* V. t. 11. — Wildling oder Bezy de Chassery Pom. Fr. t. 48. f. 58. a, b. t. 49. f. 58. c. — Poire Echassery, Bezy de Chassery. *Nois.* t. 37.

δδ) flavescens: fr. majusculo viridi in cubiculo flavescente, carne sapidissimâ.

Hammelsbirne *Sickl.* II. t. 15.

εε) Marchesa: fr. magno crasso virescenti-flavo crebre punctato, in cubiculo flavescente, carne deliquescente dulcissimâ suave aromaticâ.

(Pyrus Achras) Herzogin, Markgräfin, Marquise. Pom. Fr. t. 42. f, 52. *Sickl.* VII. t. 17. — Poire Marquise *Nois.* t. 32. (?), quae Nov. et Dec. maturat.

ζζ) vitrea *Risso* 266. 31.: fr. magno turbinato aut ovato dilute viridi hinc saturate rubro, carne satis gratâ.

Poire de vitrier *Duh.* — Pyra hinc dilute viridia obscure viridi-punctata, illinc kermesina fusco-punctata, laevia, pedunculo crasso brevi terminali inter tuberculos plures inserto, umbilico amplo aperto minime profundo cum sinu ad pedunculum usque decurrente, carne firmâ albâ, seminibus nigris.

ηη) Mayeri: fr. mediocri subrotundo virescenti-flavo, carne tenerâ molli acidulo-dulci.

Glasbirne Pom. Fr. t. 96. f. 131. a, b.

ϑϑ) Isambertia: fr. elongato angusto viridi, epidermide scabriusculâ, carne liquescente succosâ aromaticâ delicatissimâ.

Grüner Isambert cum subvar. „Amboise Birne.“ Inter praestantissima.

ιι) sericea: fr. magno subrotundo v. suboblongo pallide alboflavo, carne deliquescente dulci aromaticâ sapidissimâ.

Atlasbirne *Sickl.* VIII. t. 20. — Poire Lansac, Satin, Dauphine, *Nois.* t. 36.

κκ) sarracenica: fr. majusculo oblongo fusco, flavo-griseoque punctato, carne subdeliquescente.

Sarazenenbirne, Sarasin. *Sickl.* XIV. t. 14. Pom. Fr. t. 99. f. 34.

λλ) parochialis: fr. magno subrotundo, epidermide scabrâ viridipunctatâ demum flavescente, carne dulci tenerâ gratâ liquescente.

Pfarrbirne, Poire aux prêtres.

μμ) bifera: bis fructifera, copiâ fructuum aestivalium cum autumnalibus ratione inversâ; autumnales saepius apyreni, curvi et contorti.

Doppelttragender Birnbaum. *Sickl.* XVII. t. 8. Pom. Fr. t. 81.

νν) alutacea: fr. mediocri viridi-fusco v. alutaceo.

Lederbirne Pom. Fr. t. 75. f. 101. cum subvar. „Russbirne.“ *Sickl.* XIX. t. 20.

οο) anglicana *Risso* 255. 7.: fr. magno pyramidato pallide-viridi, hinc subinde flavescente, rubro-punctato; carne deliquescente saccharatâ gratâ et sapidâ. Sept.

Poire d'Angleterre.

3. Hyemalia, Winter-Methbirnen.

ππ) hyemalis *Risso* 273. 44.: fr. maximo pyramidato truncato viridi hinc paulo rubente, carne saccharatâ, aromaticâ granulosâ.

Winter-Zuckerbirne, Winter-Apothekerbirne *Sickl.* III. t. 13. a, cum subvarr.: „von Tours“ Pom. Franc. t. 85. f. 117. a, b. etc., „von Vernon,“ ibid. t. 86. f. 117. b. — Poire Bon-Chrétien d'hiver, P. d'Angoisse, *Nois.* t. 42. — *Duh.* l. c. 212. t. 45.

ρρ) autumnalis *Risso* 272. 43.: fr. maximo lagenaeformi gibboso subsulcato, carne firmâ gratâ.

Bon-Chrétien d'Auch. Fructus pyramidalis, irregularis, tuberculis magnis sulcisque obsoletis obsitus, umbilico ampliato immerso tuberculis circumdato, dilute viridis, fusco- et rufescenti-maculatus, carne fragili granulosâ saccharatâ aromaticâ.

σσ) bruxellensis: fr. flavescenti-viridi fusco-punctato, carne rudi aromaticâ.

Brüsseler Christbirne.

Huc quoque spectant „die Christbirne mit marmorirtem Holze,“ flavo-striata, „die goldgelbe Winter-Apothekerbirne“ *Diel.* Omnes hae varietates mense Febr. v. Martio maturant.

ττ) neapolitana: fr. mediocri cucurbitaceo flavo, rubro-fusco-tincto, carne subfragili saccharatâ.

Neapolitanerin, armenische Birne. Pom. Fr. t. 78. f. 105. — Poire de Naples. *Nois.* t. 36.

υυ) armeniaca: fr. magno subrotundo virescenti-luteo, flavo viridi v. rubro-striato, carne fragili.

Gefüllt blühende armenische Birne. Pom. Fr. t. 80. f. 109. 110. — Poire double-fleur, Arménie. *Nois.* t. 36.

(Pyrus Achras) φφ) duplex: flore semipleno, fr. magno rotundato compresso viridi-rubescente, carne firmâ, fragili.

P. c. flore duplici. *Risso* 269. 36.

Fructus valde complanatus et depressus, flavescenti-viridis, griseo-punctatus maculatusque, umbilico amplo parum immerso, pedunculo tenui, cavitati angustae margine protuberante inserto.

χχ) Germana: fr. magno pyramidato viridi subflavescente, fulvo-punctato; carne deliquescente moschatâ gratissimâ vix acidulâ. *Risso* 272. 42.

Poire St. Germain *Nois.* t. 32. — *Duh.* l. c. 224. t. 51.

Pedunculus longus, gibberi parvo oblique insertus; caro saccharata, centrum versus granulis arenaceis repleta.

ψψ) mirabilis: fr. maximo pyramidato viridi tandem flavescente punctato, carne praecedentis.

Winter-Wunderbirne, Merveilleuse.

ωω) Imperatrix: fr. mediocri pyriformi crasse pedunculato, epidermide laevi viridi tandem flavâ, carne subliquescente dulci.

Kaiserin *Sickl.* III. t. 14. — Pom. Franc. t. 76. f. 103.

Subvar. quercifolia: foliis sinuato-lobatis. Pom. Fr. t. 77. f. 104. — Poire impériale à feuilles de chêne *Nois.* t. 33.

α*) Spina hyemalis: fr. majusculo oblongo dilute viridi punctato, demum flavescente, carne liquescente miti saccharatâ.

Winterdorn *Sickl.* V. t. 14. — Poire Épine d'hiver *Duh.* l. c. 184. t. 44. f. 3. — *Nois.* t. 35. — Pom. Fr. t. 21. f. 26. — Mouille bouche d'hiver, Merveille d'hiver *Christ.* — Affinis est „Petit vin, kleine Schneebirne" Pom. Fr. t. 21. f. 25.

β*) Ambretta: fr. magno subrotundo longe pedunculato, epidermide scabrâ viridi-fuscescente, carne tenerâ deliquescente dulci aromaticâ.

Winter-Ambrette, Bisambirne Pom. Fr. t. 47. f. 56. — *Sickl.* V. t. 13. — Poire Ambrette *Nois.* t. 34.

Inter optima et antiquissima. Affinia sunt „die Dagobertus-Birne" *Diel*, „die wahre Winter-Ambrette," vix nuce Juglandis majus.

γ*) medullosa: fr. parvo virescenti-flavo griseo-punctato, carne fragili acidulo-dulci.

Markbirne *Sickl.* XII. t. 15.

δ*) longa: fr. mediocri elongato viridi, carne subdeliquescente succosâ aromaticâ.

Lange grüne Winterbirne *Sickl.* III. t. 5. — Verte longue gall. — Subvarr. „die englische lange grüne, die lange gelbe, die Grumkower Winterbirne."

ε*) virgulosa *Risso* 267. 33.: fr. magno pyramidato viridi-flavescente rufo-punctato, carne saccharatâ.

Virgouleuse, Glanzbirne *Sickl.* IX. t. 12. — Pom. Franc. t. 53. f. 53. a, t. 44. f. 53. b. — Poire Virgouleuse, P. glace *Nois.* t. 32. — *Duh.* l. c. 212. t. 45.

Nomen a pago Virgoule, non procul a Limoges. — Arbor elata, ramis elongatis, fronde viridissimâ. Fructus subinde ovalis, epidermide scabrâ, nitide viridis, rufo-punctatus, maturitate citrinus, carne deliquescente gratissimâ.

Varietas inter optimas.

ζ*) meloniformis: fr. subrotundo depresso magno viridi formoso.

Winter-Robine *Sickl.* XI. t. 1. et westphälische Melonenbirne *Sickl.* XX. t. 13.

η*) colmariensis: fr. maximo pyramidali truncato flavescenti-viridi hinc rubescente fusco-punctato, carne deliquescente dulci saccharatâ.

Mannabirne, Kolmarsbirne Pom. Fr. t. 40. f. 51. a., t. 41. f. 51. b. *Sickl.* XX. t. 20. — Poire Colmar, Poire Manne *Nois.* t. 32. — *Duh.* 222. t. 50.

Subvarr. sunt „die goldgelbe Kolmarbirne," major magis oblonga latere altero subrubescens, et „Poire

(Pyrus Achras) Passe-Colmar" *Nois.*, fr. subelongato citrino succulento valde saccharato.

ϑ*) fuscopunctata: fr. magno viridi fusco-punctato subrotundato, carne gratâ dulci moschatellinâ.
Deutsche Muskatenbirne Pom. Fr. t. 10. f. 16. — Usque in mensem Maji durans.

ι*) badia: fr. mediocri oblongo ferrugineo-fusco punctato, carne tenerâ subdeliquescente vinosâ gratâ.
Kaffeebirne Pom. Fr. t. 74. f. 100. — Subvar. atrofusca: „die schwarze Birne" *Sickl.* XXI. t. 22.

κ*) excellens: fr. magno breve pyramidato ad pedunculum obtuse acuminato viridi demum flavescente, carne flavescente dulci deliquescente.
Passa Tutti, die Vorzügliche.

λ*) Louisia *Risso* 271. 41.: fr. maximo pyramidato viridi maturitate subalbido, punctis subfulvis consperso; carne subdeliquescente moschatâ tenerrimâ dulci succosâ.
Gute Louise Pom. Fr. t. 66. f. 86. — *Sickl.* V. t. 5. Folia parva, pedunculus mediocris, lateralis; umbilicus radiatus, parum immersus.

μ*) Reichenfeldii: fr. mediocri viridi punctato, carne albâ subfragili, ecalculosâ.
Italienische Reichenfeld, Champ-riche d'Italie. Pom. Fr. t. 79. f. 107.

ν*) solitaria: fr. magno formoso pyramidali fuscoviridi, tandem flavescente, carne subdeliquescente dulci-acidulâ.
Katharinenbirne, Winter-Einsame. Pom. Fr. t. 73. f. 98. — Poire Mansuète solitaire *Nois.* t. 43.

ο*) flavogrisea: fr. magno pyramidali flavescenti-griseo hinc rubicundo, carne subdeliquescente dulci.
Gutes Pfropfreis, bonne Ente.

ε. *crustumia* Columella. Pyra plerumque oblonga mediocria, epidermide unicolore, utplurimum griseâ v. virescenti-griseâ, carne tenerâ butyri ad instar in ore deliquescente, saepius simul dulci atque aromaticâ. Maximâ parte autumnalia.
Butter-, Schmalz-, Saftbirnen germ. Poires beurrés gall.
P. c. liquescens *Pers.*
P. c. Bergamotia et falerna (p. p.) *Schübl.* & *Mart.*

1. Aestivalia. Sommer-Saftbirnen.

α) sapida: fr. turbinato griseo-viridi, carne liquescente dulci. Fine Aug.
Gute graue Sommerbirne *Sickl.* VI. t. 21. — Pom. Fr. t. 46. f. 55. Waldbirne, Grise bonne, schöne Gabriele *Diel.* Subvar.: französische gute graue S., saporis grati cinnamomei.

β) grisea *Risso* 274. 47.: fr. magno subovoideo fusco rubro-variegato, carne molli saccharatâ.
Poire beurré gris *Risso* (nec alior.). Pyrum versus pedunculum angustius, paululum obscure rubro suffusum, pedunculo sublaterali, superficialiter inserto, seminibus fuscis. Sept.

γ) cana: fr. magno ovali griseo v. virescente, carne succosâ sapidissimâ. Sept.
Graue Butterbirne *Sickl.* X. t. 1. et (minor) XXI. t. 23. — Pom. Franc. t. 13. f. 19. a. t. 14. f. 19. b. — Poire beurré gris *Duh.* l. c. 196. t. 38.

δ) alba: fr. magno subrotundo flavo v. albido, carne succosâ sapidissimâ. Sept.
Weisse Butterbirne, St. Michaelsbirne, Sommer-Dechantsbirne. Poire beurré blanc, Doyenné blanc, St. Michel *Duh.* l. c. 205. t. 43. — *Nois.* t. 40, 41.

* nepalensis 189. 219
Neumanniana 147
nivalis *Jcq.* 185
nivalis Ldl. 184
nivalis Pall. 188

Pag.
(Pyrus) Nussia 188
oblongifolia 184
orientalis 188
ovalis Sprg. 146
ovalis W. . . . . —
parviflora 185
Pashia 189
* pensylvanica *Fisch.* . . . . —
pensylvanica ht. 161
persica 188
pinnatifida 136
Pollveria 187
Pollvilla . . . . —
Pollwilleriana . . . . . . —
praecox 195
prunifolia 213
pubens 160
pumila 161
Pyraster 163
quinqueflora 216
rivularis 215
rotundifolia 129
rubicunda 216
salicifolia Lois. 184
salicifolia *Pall.* 186
amygdaliformis . . . 185
genuina 186
parviflora 185
salvifolia 183
sanguinea 145
sativa (*v. communis*) . . 164
Bergamotia 178
dolabelliana 168
crustumia 178
alba . . . . —
andegavensis 179
anglica 178
Ardemponti 180
armoricana . . . . —
butyracea 179
cana 178
Chaulis 179
Chaumontelia . . . 180
cinerascens 179
Coloma 178
decanalis 179
Dielii 180
diffluens 179
foeniculacea . . . . —
grisea 178
griseola 179
Lamottea . . . . . —
Montignyana . . . . —
nicerana 180
ovoidea 179
pallida . . . . . . —
pastoralis 180
pratensis 179
Renetta . . . . . . —
Sabina 180
sapida 178
Voltmari 179
falerna 165. 178
Amosella 167
aulica 168
aurantiaca 166
Bergamotta . . . . —
Carmelitarum . . . —
citrina . . . . . . —
crassana 167
elegans 166
ferax 167
flavissima . . . . . —
Fremion . . . . . . —
germanica . . . . . —
hiberna . . . . . . —
(Pyrus sativa falerna) hildesheimensis . 167
laurea 166
maliformis 167
mansueta 166
paschalis 167
regalis . . . . . —
ruberrima 166
rubra . . . . . . —
tarda . . . . . . —
Thonieri 167
variegata 166
vittata 167
favoniana 164
abietina 165
aestiva 164
albida 165
ambrina . . . . . —
amerina . . . . . —
aurata . . . . . . —
cerasiformis . . . —
corymbosa 164
cypria 165
Cyprus . . . . . . —
Jacobi . . . . . . —
Laforetensis . . . —
Mayeri . . . . . . —
mellea . . . . . . —
moschata 164
Muscadella 165
parvula . . . . . —
punctata . . . . . —
silesiaca . . . . . —
globosa 168
libralis 181
Angelicae 183
Audiberti 182
Chaptalii . . . . . —
chloroxantha . . . 183
cordiformis 182
coronaria . . . . . —
cucurbitacea . . . 183
doliiformis 182
felina 181
Francisci . . . . . —
Gillogillea 182
globosa 183
gravis 181
griseopunctata . . 182
lagenaria 183
Lallemandi . . . . —
leucocephala . . . 182
maculata . . . . . —
Mogul . . . . . . —
pileata . . . . . . —
pomiformis . . . . —
ponderosa . . . . . —
pretiosa . . . . . —
princeps . . . . . —
splendida . . . . . —
turbinata . . . . . —
Veneris 181
liquescens 178
mulsa 173
alutacea 176
ambigua 175
Ambretta 177
anglicana 176
Angoberta 174
aquosa . . . . . . —
armeniaca 176
autumnalis . . . . —
badia 173
biceps 174
bifera 176
britannica 174
bruxellensis 176

Pag.
(Pyrus sativa mulsa) christiana . . . 174
colmariensis . . . 177
duplex . . . . . —
excellens 178
eximia 175
fallaciosa . . . . —
fasciata . . . . . —
ficiformis 174
flavescens 175
flavogrisea 178
fuscopunctata . . —
germana 177
hispanica 175
hyemalis 176
immatura 175
Imperatrix 177
Joannis 174
Isambertia 176
longa 177
Louisia 178
Lucnea 174
lutea . . . . . . —
Marchesa 175
Mayeri 176
medullosa 177
meloniformis . . . —
mirabilis . . . . —
neapolitana . . . 176
nucamentacea . . . 175
odorosa 174
olivaeformis . . . —
parochialis . . . 176
pompejana 174
pyramidiformis . . 175
Reichenfeldii . . . 178
romana 175
saccharata . . . . —
sarracenica . . . 176
sericea . . . . . —
Sickleri 175
Silvani 174
solitaria 178
Spina hyemalis . . 177
Tintinnabulum . . 175
venatoria . . . . —
virgulosa 177
viridis 174
vitrea 176
mustea 180
amoena 181
arvalis . . . . . —
attenuata . . . . —
campaniformis . . —
clavata . . . . . —
cruenta 180
ferruginosa . . . —
flavens 181
flavoviridis . . . —
impressa . . . . —
Musetta . . . . . —
ovata . . . . . . —
paradisiaca . . . —
rufogrisea . . . . —
sanguinea 180
sanguinolenta . . . —
tubingensis . . . 181
umbilicata 180
viarum 181
vinifera 180
vinosa . . . . . —
viridula 181
myrapia 168
aestatis . . . . . —
Amiralis 171
amoris 170
Ananassa 171

Pag.
(Pyrus sativa myrapia) Augustini . . 173
aurantia 169
aurata . . . . . —
avenacea . . . . —
bellissima . . . . —
bicolor 173
Boyon 172
brumalis 173
camogina 171
Cassoletta . . . . —
cervina . . . . . —
cinnabarina . . . 172
cinnamomea . . . 168
citriformis 171
Claretta 173
corallina 170
decipiens 173
deliquescens . . . 170
dolabelliana . . . 171
Domina 169
elongata 168
formosa 169
Frangipana . . . 172
freistaedtensis . . —
fusca . . . . . . —
grandiflora 169
hortensis 172
hungarica 173
Jargonella 170
italica . . . . . —
Laurentii 171
longicaudata . . . —
Magdalena 169
mellosa 171
moschiodora . . . 173
nardina 170
Noisettiana 169
oviformis 171
palatina 168
peduncularis . . . 172
perdurans 173
Petri 172
principis 173
pulchella 172
purpurea . . . . —
Robina 169
Ronvillea 173
rosselina 172
rubrostriata . . . 170
rufescens 168
rufula 173
Salviati 171
sancta 173
serotina 172
Spinarosa 170
stuttgardtiensis . . 168
Tarquiniana . . . 173
tenella 170
tenerrima . . . . —
varia 172
variata . . . . . —
velutina 168
virginalis 170
wirceburgensis . . 173
oviformis 168
pompejana . . . 168. 174
pyramidalis 169
rufescens 168
vinifera 180
saxatilis 216
semilobata 129
semipinnata 127
sempervirens 191
Sieversii 216
silvestris 164
Sinai 185

		Pag.
(Pyrus)	*sinaica* Gp. & Hn.	184
	sinaica Thouin	185
	sinensis *Ldl.*	183
	sinensis Poir.	218
	sorbifolia Sprg.	139
	sorbifolia Wats.	159
	Sorbus	162
	auriculata	136
	foliolosa	139
	lanuginosa	138
	microcarpa	—
	sambucifolia	139
	spectabilis	191
	sphaerocarpa	214
	spinosa	185
	spuria Ldl.	159
	spuria Ser.	—
	suaveolens	215
	subcordata	192
	Sumboshia	218
	tomentosa Mch.	187
	tomentosa Ser.	215
	torminalis Ehrh.	130
	torminalis Griseb.	—
	Torminaria torminalis	—
	minor	131
	trilobata	216
	upsaliensis	195
	ursina	139
	variolosa	189
	vestita	188
	Wangenheimiana	146
Rhaphiolepis		100. 113
	crataegoides	—
	japonica	114
	indica	113
	indica Sprg.	—
	indica Bot. Rg.	114
	integerrima	—
	* laevis	—
	* latifolia	—
	Loureiri	113
	Mertensii	114
	phaeostemon	—
	rubra *Ldl.*	—
	rubra Sprg.	—
	salicifolia	—
	Sieboldi	111
	sinensis	114
	spiralis	113
Rhodocerasus		5. 93
Scorpius		4. 15
Shicola		112
Sorbus		101. 136
	Amelanchier	143
	americana	138
	Arbuscula	137
	Aria Crtz.	128
	Aria Rchb.	126
	graeca	127
	Aucuparia *L.*	137
	duplicato-serrata	138
	Aucuparia Mx.	—
	auriculata	136
	Chamaemespilus	131
	corymbosa	127
	Cydonia	217
	domestica	162
	foliolosa	139
	fruticosa	131
	glabra	137
	graeca	127
	heterophylla	159
	hybrida Huds.	128
	hybrida *L.*	136
	Arbuscula	137
	intermedia	128
	lanuginosa	138
	latifolia	128
	Malus	195
	micrantha	138
	nivea	127
	sambucifolia	139
	scandica	128
	sitchensis	139
	microphylla	—
	spuria	158
	subserrata	138
	torminalis	130
	ursina	139
	vestita	125
Spartioides		4. 7
Spinus		5. 34
Stranvaesia		104. 216
	glaucescens	—
Torminaria		101. 130
	Clusii	—
	glabrata	—
	longifolia	—
	florentina	131
Trichocarpus		16

Index

nominum vernaculorum principalium *).

Pag.

Abricot noir 28
à feuilles de Pêcher 29
Abricotée 20
Adamsapfel 193
Aepfel, bunte 200
Ahlkirsche 83
Alisier 130
Allerheiligenkirsche 79
Allouchier 126
All-saints Cherry 79
Amandier-Pêcher 11
Pistache 9
Sultane —
Amandes douces 10
en coques 8
Amarellen 64
Amelanchier 143
Anisäpfel 212
Apfel-Aprikosen 31
Apiäpfel 199. 200
Aprikosen 28
Pfirsche 20
schwarze 28
Apricots —
Atlasbeere 130
Aubépine 109
Azarolbirne 187
Azarolier 132
Azzarole —

Bauernpflaumen 45
Baumschlehen 35
Beam-tree, white 126
Bergamotten 166
Bergquitte 222
Bigarreautier 69
Bigarreaux 70
Bird-Cherry 83
Birnbaum 163
Blanquettes 171
Blassäpfel 205
Bon Chrétiens 174
Borsdorfer Aepfel 211
Brugnons 27
Brustpfirschen 19
Buisson ardent 220
Buke 218
Butterbirnen 178
Bywa 147

Calvillen 196
Cerises 70. 73
de la Toussaint 79
Cerisette 36
Cherry 70 etc.
Cherry Laurel 91
Chickasaw Plum 58
Christbirnen 174
Citronenbirnen 166
Clingstone-Peaches 23
Cluster-Cherry 83
Cochêne 137
Coignassier 217
Cormier 162
Crab-Apple 192

Damascenen 41
Damson 54
Darmbeerbaum 130
Dattelzwetsche 37
Diaprée, rothe 40
violette 43. 45
weisse 48
Diaprée blanche —
rouge 40
violette 43
Doucin 196

Eberesche 137
Eierbirnen 168
Eierpflaumen 39
gelbe 43
grüne —
Eisapfel 213

*) Dieses Verzeichniss enthält nur solche Trivialbenennungen, die entweder einer systematisch aufgenommenen Art angehören, oder einem pomologisch giltigen Collectivbegriffe entsprechen, unter dessen Namen sodann die einzelnen Sorten, deren alphabetische Aufzählung zu vielen Raum eingenommen haben würde, ohne grossen Zeitverlust auf der angegebenen oder den nächstfolgenden Seitenzahlen, welche die dazu gehörigen Sorten ausfüllen, leicht aufgefunden werden können.

Pag.

Elsenbeere. 83. 130
Elzbeerbaum, weisser 126
Epine blanche 109
Erdbeeräpfel 196
Eschrösel 130

Feigenapfel 139
Feigenzwetsche 37
Felsenkirsche 80
Fencheläpfel 212
Fenouillets . . . . —
Fleiner 206
Fowl-Cherry 83
Freestone-Nectarines 26
Freestone-Peaches 17

Geans 66
Gewürzbirnen 168
Glasapfel 213
Glaskirschen 70
Gobets 64
Green-gage 51
Griottes 73. 75
Guigniers 66. 70
Guindoux 75

Haberschlehen 57
Hagdorn 109
Hainbuttenbirne 187
Härtlinge 23
Hartkirschen 70
Hawthorn 109
Heaumier 69
Heckenpflaume 45
Herbstkriechen 44
Herzkirschen 66. 69
Hesperidenbirnen 166
Holzapfel 193
Holzbirn 163
Honigbirne, rothe 187

Impératrice, Impériale blanche 43
jaune . . . . —
violette . . . 37. 39
Johannisapfel 196
Jungfernäpfel 197
Jungfernpflaume 55

Kaiserpflaume, blaue 37. 39
rothe . . . . —
Kantäpfel 196
Kirschlorbeer 91
Kirschpflaume 36
Knorpelkirschen 70
Kochbirnen, bunte 181
einfarbige 182
Königsäpfel, deutsche 211
englische 209
französische 207
Krachmandel 8
Kriechen 57

Laurier Amandier 91
Cerise . . . . —
Lazarolbaum 132
Lederpfirschinge 23
Lorbeerkirsche 91
Lucienholz 80

Magnum bonum, yellow 43
red 39
white 43
Mahaleb 80
Malagné . . . . —
Mandeln, bittere 9
süsse 10

Pag.

Marillen 29
Matäpfel 199
Medlar 149
Mehlbeerbaum 126
schwedischer 128
Mehlbeere 109
Melting Nectarines 26
Peaches 17
Merise, Merisier 62
Methbirnen 174
Mispeln 149
Mirabellen 55
Moletten 29
Mostbirnen 180
Mountain-ash. 137
Muskatellerbirnen 164

Nectarines 26
Clingstone-N. 27
Néflier 149
Nusspfirschen 26

Ostheimer Weichsel 64
Oxelbirne 128

Paradiesapfel 196
Parmänen 211
Pavies 23
Pear 163
Pearmains 211
Pêches 17
violettes 26
Peppings 209
Perdrigon 46
Pfirschen, Pfirschinge 17
Pflaumen 41
Pfundbirnen 181
Pippings 209
Plattäpfel, blasse 206
bunte 203
rothe 199
Poires à cidre 180
beurrés 178
Poirier 163
Pomeranzenbirnen 166
Pommier à bouquets 191. 192
d'Astracan 213
de Chine 191
de Sibérie 212
de St. Jean 196
Doucin . . . . —
Paradis . . . . —
Prune Cerise 36
Prunelier 34
Prunelle 40
Prunier des Alpes 33
Putiet 83

Quetsche 38
Quince 217
Quitten, Quittenbaum . . . . —
Quittenmispel 222

Rambour-Aepfel 193
Reine Claude 51
Renetten 207
Renkloden 51
Rippenäpfel, blasse 205
bunte 200
Roan-tree 137
Roddon . . . . —
Rosenäpfel 200
Rosspauke 44
Rothäpfel 196
Rousselettes 168
Rundäpfel, blasse 206

	Pag.
Rundäpfel, bunte	201
rothe	198
Saftbirnen	178
Sauerkirschen	76
rothe	65
Sauerweichsel	77
Schlehen	34
Schlotteräpfel	196
Schmalzbirnen	178
Schnabelbirnen	168
Schneebirnen	185
Schwarzdorn	34
Schwarzpflaumen	54
Schweinspflaume	45
Service - tree	162
Sorbier	137
Speierling	162
Spilling, gelber	46
Spitzäpfel, blasse	205
bunte	201
Steinapfel	222
Steinweichsel	80
Süsskirschen	66
Süssweichselbaum	73. 75
Sumboshi - swa	218
Taubenäpfel	197
Traubenkirsche	83

	Pag.
Umbato	218
Vogelbeerbaum	137
Vogelkirschen	62
Waldapfel	193
Waldkirschen	62
Weichseln	76
türkische	36
Weinbirnen	180
Weinpflaumen	40. 42
Weissdorn	109
White - thorn	—
Yung - to	79
Zeiberl, rothes	39
weisses	50
Zuckerbirnen	164
Zwergkirsche, Zwergweichsel	64
Zwetsche	38
Burgunder	39
grüne	40
rothe	39
ungarische	37

Emendanda.

P. 57. n. 43. deleatur Prunus pubescens et ponatur:
Pr. sphaerocarpa *Mich.* l. c. I. 284. (non *Sw.*).
Pr. pubescens *Pursh* l. c. 331. (non *Poir.*) — *Sprg.* l. c. 477. 23. etc.

P. 188. n. 19. Pyrus florentina ex integro deleatur, utpote eadem ac Torminaria florentina p. 131.

P. 206. l. 6 ab infra leg. „Plattäpfel" loco „Blattäpfel."

Familiarum naturalium regni vegetabilis

Synopses monographicae

seu

Enumeratio omnium plantarum hucusque detectarum secundum ordines naturales, genera et species digestarum, additis diagnosibus, synonymis, novarumque vel minus cognitarum descriptionibus

curante

M. J. Roemer.

Fasc. IV.

E n s a t a e.

Pars prima.

Vimariae.

Landes-Industrie-Comptoir.

1847.

Familiarum naturalium regni vegetabilis

Synopses monographicae

seu

Enumeratio omnium plantarum hucusque detectarum secundum ordines naturales, genera et species digestarum, additis diagnosibus, synonymis, novarumque vel minus cognitarum descriptionibus

curante

M. J. Roemer.

Fasc. IV.

E n s a t a e.

Pars prima.

Vimariae.

Landes-Industrie-Comptoir.

1 8 4 7.

Synopsis monographica

e classe

Ensatarum

familiam naturalem

Amaryllidearum

secundum genera et species adjectis diagnosibus synonymisque dispositam continens.

Praefatio.

Si, quem habetis in manu, quod attinet ad enumerationem specierum hucusque notarum, forsan minus completus, sed quoad descriptionem earum, ad quas mihi patuit aditus, fusior provenit et copiosior fasciculus, quam quos prius edidi, illud in eo est, quod plantae monocotyledoneae in universum ab auctoribus doctisque peregrinatoribus (paucis tantum exceptis) secus plane ac Dicotyledonearum familiae conspicuum in modum in omni fere opere systematico neglectae appareant atque illis ubique fere praemissis sint postpositae. Etiam fasciculi recentissimi commentariorum maxime celebrium externorum, praesertim anglicorum, opportuno tempore praesto mihi non fuerunt, quare in synopsi hic elaboratâ nonnulla jam alicubi descripta deerunt.

Quae quidem a me certe invito praetermissa secundâ fortunâ brevi post tempore haud magni supplementi loco me lubentissime additurum esse, lectores benevoli certo sciant.

Species vero enumeratas quam accuratissime describere, id propterea necessarium duxi, quod fortasse in hac familiâ diversissimae plantae sub eodem conjunctae fuerint nomine. In formis enim hisce heterogeneis secernendis, eoque quod plane diversum esse elucet, sejungendo, summum incepti posui studium; ad secretionem hanc et sejunctionem defendendam accurata vero rerum descriptio fuit requirenda, quum diagnoses hodie, praesertim in generibus specierum numero pollentibus, nisi in molem descriptionis ambitum superantem extensae, scientiae parum inserviant.

Ad hunc praecipue finem Systema Vegetabilium, a beatis Schultesiis patre et filio editum potissimum prae oculis habui, illoque me ab omni plagii maculâ liberum, eo majore jure uti posse credidi, quoniam suo tempore in opere citato Liliacearum Amaryllidearumque familias majore ex parte ipse elaboravi.

Cl. *W. Herberti* Amaryllidearum monographia quod a monographiâ nobis liceat postulare prorsus non praestat. Characteres et diagnoses specierum novarum pro maximâ parte tam imperfectae et in notis (ut mensura absoluta floris partium secundum pollices eorumque fragmenta) tam vacillantibus sunt positi, ut ne minimi quidem ad scientiae botanicae usus fere sint pretii. Icones additae quoque tam imperfectae sunt et mancae, ut descriptiones inde vix possint suppleri, et ita opus per se splendidum

hortulanorum modo et florum cultorum usui videtur destinatum, qui de plantarum culturâ velint erudiri. In diversis enim formis in unam speciem secundum suum arbitrium formatam conjungendis auctor tantâ abusus est libidine, ut speciei notio fere evanescat et omnia in varietates fere dilabantur. En illud infaustum anglicorum florum cultorum studium ad formas hybridas gignendas adhibitum, quo nonnulla genera tam inextricabili fere jamjam obvoluta sunt perturbatione, ut definiri vix amplius possit, quae sit species, quae varietas, qui lusus sit, an forma. Speciebus ita typicis plane fere oblitteratis postremo eo perveniemus, ut genuinae species Pelargonii, Haemanthi, Amaryllidis etc. in promontorio bonae spei tantummodo possint reperiri.

Quum hisce momentis breviter indicatis tractatio hujus ordinis tam elegantis atque egregii perdifficilis reddita sit, errores et vitia, si quae forte irrepserint, et de quibus moneri justeque reprehendi lubenti patiemur animo, facilem eo magis reperient excusationem, quo certius summae perfectionis studium a nobis adhibitum a nullo viro docto, aequo laborum judice, ignorabitur.

Classis

(C o r m o p h y t a, A m p h i b r y a.)

Ensatae. *L.* (p. p.)

Rchb. Consp. 59. — *Bartl.* Ord. 23. et 40. — *Endl.* gen. 159. — *Meisn.* gen. pl. vasc. 390. (292.)

Herbae perennes, interdum suffrutescentes, **caule** simplici vel ramoso, basi plerumque tuberoso, rarius bulboso, **foliis** integris, saepissime ensiformibus, basi vaginantibus, equitantibus; **perigonio** cum germine plus minus connato, limbo saepius plane supero regulari v. irregulari, 6fido v. partito, **staminibus** simplici v. dimidio loborum perigonii numero, rarius pluribus, nunquam cum stylo coalitis, **germine** saepissime infero, trophospermiis plerumque centralibus, **ovulis** indefinitis v. rarissime definitis, **fructu** capsulari aut interdum baccato, **seminibus** albuminosis embryone intrario, rarissime exalbuminosis. *Endl.* Ench. bot. 93.

Conspectus Ordinum.

1. Semina albuminosa.

1) Stamina 3, perigonii laciniis exterioribus

(1) alterna. Ovarium 1—3loculare . . . . *Burmanniaceae.*

(2) opposita, antheris extrorsis. Ovarium 3loculare . . . . *Irideae.*

2) Stamina 6. Ovarium 3loculare,

(1) inferum. Semina strophiolata . . . . *Hypoxideae.*

(2) plus minus liberum v. cum tubo perigonii connatum.

a. Staminum 3 perigonii laciniis exterioribus opposita saepius ananthera . . . . *Haemodoraceae.*

b. Perigonii laciniae exteriores calycinae. Semina saepius comosa . . . . *Bromeliaceae.*

3) Stamina 6. v. plura, sterilia saepius in coronam coalita. Ovarium 3loculare . . . . *Amaryllideae.*

2. Semina exalbuminosa. **Stamina** 6. v. indefinita. Ovarium 1—6—9loculare . . . . *Hydrocharideae.*

Obs. H y d r o c h a r i d e a s cl. *Meisner*, meliore forsan ratione, classi H e l o b i a r u m inseruit.

Fam. I. Amaryllideae.

RBr. Prodr. Fl. Nov. Holl. 296. et in verm. Schrft. von *N. v. E.* III. 152. — *Bartl.* Ord. nat. 45. — *Endl.* gen. pl. 174. Ench. bot. 102. — *Meisn.* gen. pl. vasc. 393. (295.) — *Spach.* hist. nat. des Végét. Phan. XII. 403.

Amaryllidaceae *Lindl.* Introd. ed. 2. 328. (excl. sect. 1.)

Narcisseae *Agdh.* Aph. 173. — *Rchb.* S. N. 151. Fl. exc. germ. 86.

Narcissorum sect. II. *Juss.* gen. 54. in Dict. des sc. nat. XXXIV. 180.

Amaryllidaceae sect. II. Subord. 2. §. 3. (Alstroemeriaeformes) et Subordo 3. (Agaveae) §. 2. et 3. et Sect. III. (excl. subord. 7.). — *W. Herbert* Monogr. Amaryllid. 53 et sqq. *)

Spathaceae *Linn.* (p. p.)

Character familiae.

Perigonium (Perianthium) epigynum (superum), corollinum, deciduum v. marcescenti-persistens, hexaphyllum v. infundibuliformi-tubulosum limbo regulari vel ringente 6partito: laciniis biseriatis, 3 exterioribus sub aestivatione imbricatis interiores 3 saepius dissimiles obtegentibus.

Stamina 6 (rarissime et exceptionaliter tantum plura et tunc alterna sterilia) antepositiva (perigonii laciniis opposita), epigyna (disco epigyno inserta) vel tubo aut fauci perigonii inserta, si plura adsunt sterilia in **coronam (paracorollam)** petaloideam aut in appendices petaloideas disjunctam perigonii fauci impositam connata: **filamenta** libera v. basi dilatatâ inter se coalita, erecta aequalia vel declinata inaequalia. **Antherae** lineares vel oblongae, basi vel (sub) medio affixae, introrsae, biloculares (dithecae), erectae v. incumbentes, loculis juxtapositis parallelis contiguis vel rarissime connectivo (angustissimo si adest, utplurimum nullo) antice adnatis, interdum septo secundario bilocellatis, rimâ longitudinali vel interdum subapicilari brevissimâ dehiscentibus.

Pistillum semper unicum simplex. **Ovarium** inferum, 3- vel rarissime septis incompletis uniloculare: loculis laciniis perigonii exterioribus oppositis, multi-rarius pauciovulatis. **Ovula** in loculorum angulo

---

*) In hoc opere splendidissimo (Amaryllidaceae, Lond. 1837) Amaryllidaceae l. c. in sensu ampliore sequenti modo disponuntur:

Div. I. Ramosae. Subord. 1. Xerophyteae.
— II. Caulescentes. Subord. 2. Hypoxideae. §. 1. Hypoxidiformes. §. 2. Lanariaeformes. §. 3. Alstroemeriaeformes.
Subord. 3. Agaveae. §. 1. Dioscoreaeformes. §. 2. Ixiaeformes. §. 3. Agaviformes.
— III. Scapaceae.
Subord. 4. Amaryllideae.
— 5. Narcisseae.
— 6. Galantheae.
— 7. Taccaceae.

Cl. Endlicherium aliosque auctores secuti Xerophyteas sub Vellozieis, Hypoxideas §. 2. sub Haemodoraceis, Hypoxideas §. 1. (Hypoxideae), Agaveas §. 1. (Dioscoreaceae) et subordinem 7. (Taccaceae) familiarum propriarum dignitate suo loco tractabimus. — Monographia ista litteris *W.H.* paginae et iconis numero adpositis citabitur.

centrali biseriata, interdum definita (axilia), in ovario uniloculari parietalia, utplurimum horizontalia, nunc pendula v. rarius adscendentia, semper anatropa. **Stylus** terminalis, simplex, erectus v. declinatus: **stigma** indivisum v. trilobum.

Fructus plerumque **capsula** 3locularis, loculicido-3valvis, valvis medio septiferis, polysperma, rarius oligo- vel (abortu?) monosperma, quandoque abortu uni-bilocularis, rarius **bacca.**

Semina horizontalia v. pendula, rarissime adscendentia, globosa, compressa aut angulata, saepius alata, interdum abortiva bulbiformia: **testa** tenuis, membranacea et subinde in marginem v. alam producta, aut crassa coriacea, carnosa, nigra, fusca v. variegata, **umbilico** basilari ope **rhapheos** immersae vel saepius carnosae cum **chalazâ** apicali conjuncto.

Embryo axilis, rectiusculus, **albumine** copioso carnoso plerumque multo brevior, **extremitate radiculari** hilo contiguâ.

Habitus.

Herbae perennes, bulbosae, acaules, scapigerae, rarius (Alstroemerieae et Agaveae) radice fibrosâ, fasciculatâ v. rhizomatosâ caulescentes. **Scapus** nudus, teres v. angulatus, solidus v. fistulosus.

Folia radicalia, simplicia integerrimaque, striata, linearia v. graminea aut loriformia, basi vaginantia, amplexicaulia.

Flores hermaphroditi, regulares v. irregulares, terminales, solitarii v. simpliciter umbellati, **spathis** (bracteis) membranaceis singuli v. insimul inclusi, plerumque magni et speciosi.

Affinitas.

Amaryllideae in classe Ensatarum Haemodoraceis et Irideis proxime affines sunt; ab illis aestivatione perigonii, structurâ albuminis et directione embryonis, ab hisce staminum numero et antherarum directione differunt. Hypoxideae quoque affines seminum hilo strophiolato, radice haud bulbosâ aliisque recedunt notis. Agaveis caulescentibus ad Bromeliaceas accedunt, quibuscum haec tribus aberrans a plerisque botanicis conjungitur. Liliaceae ex classe Coronariarum persimiles quidem habitu jam ovario supero satis distinguuntur.

Distributio geographica.

Plantae hujus familiae maximâ parte regionibus inter tropicos inclusis propriae sunt, eâ quidem ratione, ut omnium specierum hucusque notarum duae partes tertiae in orbe veteri v. hemisphaerâ orientali, tertia pars in orbe novo (Americâ) vigeant. In orbe veteri Africa australis extratropica (regio Capensis) sedes earum primaria est. Ibi saltem quarta pars omnium Amaryllidearum quae hucusque innotuerunt, habitat, et inter eas multa genera speciebus ditiora illi regioni exclusive propria, e. gr. Gethyllis, Strumaria, Nerine, Brunsvigia, Haemanthus, Cyrtanthus, aliaque numero specierum parciora. Attamen paucae tantum in Africam aequinoctialem s. tropicam vel in insulas Africae orientales, Mascarenas et Madagascariam, transire videntur. Alia grex, Narcissorum praecipue, culturâ nimis auctorum et pro speciebus distinctis divulgatorum, in regione mediterraneâ orbis veteris occurrit, ubi, speciebus Narcissi patriae ignotae inclusis, ultra 120 enumerantur, plurimae caeterum vix pro varietatibus censendae. Vastum genus Narcissi, cum subgeneribus nimis levibus a cl. *Haworthio* *) constitutis, et genera minora Sternbergiae, Leucoji, Galanthi, Lapiedrae,

*) Narcissinearum Monographia, 2da ed. Lond. 1831.

in hac regione, Orientem quoque proprie sic dictum amplectente, crescunt. Narcissi species quaedam paucae, Galanthi et Leucoja quoque in Europam et Asiam mediam intrant, unicae hujus familiae cives in terris magis borealibus, quibus etiam Ixiolirii species una vel altera, in Sibiriâ degens, adnumerari potest. Altera formarum series, Crina et Pancratia potissimum complectens, in Indiâ orientali, in sensu ampliore, insulisque ei adjacentibus evolvitur, intra tropicos quoque multo locupletior, specierum numero boream versus, in Bengaliâ, Nepaliâ, Silhet, Chinâ atque Japoniâ, sensim sensimque decrescens, in universum octavam circiter partem totius familiae continens.

Nova Hollandia et quidem praecipue tropica ejus regio Amaryllideas pro ratione perpaucas continet. Ill. *R. Brown* in Prodromo suo 6 tantum enumeravit, detectionibus nuperioribus duplo circ. numero addito adauctas, quas inter plures adhucdum dubiae sunt. Peculiares formae, ut Calostemma, Campynema, Doryanthes, ex hac quoque familiâ, ut ex omnibus in illâ orbis parte paradoxâ obviis, apud auctores describuntur. Crina quaedam, in parte septentrionali crescentes, floram hujus regni cum indicâ connectunt.

In orbe novo ora occidentalis Americae meridionalis, Andium tractum immensum concomitans, sedes principalis Amaryllidearum esse videtur, et quidem praecipue regio tropica, Mexicanae reipublicae partem, Novam Granatam at Peruviam amplectens. Praeter Amarylleas et Narcissineas numerosas, utplurimum generibus peculiaribus appertinentes (Collania, Phycella, Stenomesson, Coburgia, Zephyranthes), ibi praesertim tribus hujus familiae aberrantes, Agaveae et Alstroemerieae, majori numero pollent, illae in parte septentrionali (Mexico), hae in australi (Peruviâ) praevalentes, ambae quoque extra tropicos progredientes, ita ut regio Chilensis extratropica adhuc Amaryllideis sit locupletissima. In toto circiter quinta pars totius ordinis huic regno attribui potest. Numerus satis aequalis in Americâ tropicâ ab Andium tractu orientem versus sitâ, praesertim in Guianâ et Brasiliâ, viget, Amarylleis propriis pro maximâ parte subjungendus. Et ibi plures species tropicum Capricorni excedunt et respublicas ad flumina magna Rio grande, Rio de la Plata, Uruguay etc. sitas intrant, minore tamen ut videtur numero ac in orâ oppositâ occidentali.

India occidentalis 20 circiter species proprias continet, quibuscum singulae in Continente vicino Americae borealis, Floridâ nempe, Louisianâ et rebus publicis Unionis meridionalibus obviae, — quae regio neogaeo-mediterranea dici potest, eâdem affinitate cohaerent, ut quae in orâ occidentali Americae borealis (Californiâ) occurrunt cum mexicanis. Cooperiae et Choretis genera, speciebus procul dubio ulteriori examine magis adhuc locupletanda, regioni Texanae propria esse videntur.

Familia Amaryllidearum igitur tropica est et subtropica, in hemisphaerâ orientali et occidentali aequali fere numero disposita, tropicum vero Capricorni numero et varietate multo majori excedens, quam tropicum Cancri, vel aliis verbis, familia tropica et subtropica amphigaea, extensione australi praevalente, arcticis regionibus penitus aliena.

Qualitates et usus.

De viribus et usu Amaryllidearum parum constat. Bulbi, mucilagine pleni, gummiresinam utplurimum continent, magis amari quam acres, vim emeticam non raro perhibent, quidam etiam venenati habentur, e. g. Haemanthi toxicarii capensis, cujus succo indigenae tela inficiunt, Amaryllidis Belladonnae, qui Caribaeis ad succum lethalem parandum inservit, Crini zeylanici aliorumque. Usus officinalis plurium quondam celebratus hodie fere abolitus est. „Radix Leucoji bulbosi v. albi seu Narcisso-Leucoji“ (bulbus Leucoji verni), et „Radix Pan-

cratii monspessulani v. Hemerocallidis valentinae v. Scillae minoris" (bulbus Pancratii maritimi), atque „Radix Pseudo-Narcissi s. Narcissi majoris v. Bulbocodii," a Narcissis pluribus sumta, inter emetica olim adhibitae sunt, „Radix Lilio-Narcissi" (bulbus Sternbergiae luteae) ad fomentum tumorum. Simili modo quoque bulbi plurium Amaryllidearum apud gentes diversas usurpantur.

Alstroemeriarum tubera amylo repleta Chilensibus farinam praebent, et A Salsilla *L.* loco Salsaparillae interdum adhibetur. Huic saepius quoque radix Agaves americanae admiscetur, succo limpido viscoso plena et Americae incolis propter vires antisyphiliticas et diureticas nomine Metl, Magney, Pita, Ozal, Champaghara celebrata. Usus Agaves specierum apud Mexicanos caeterum quoque diversus est: caro foliorum et scapi grate acidula comeditur, spinis tela armantur, fibrae cannabis loco ad vestimenta texenda adhibentur, e succo ex gemmâ centrali abscissâ effluente potus inebrians Pulque paratur. Mexicani veteres quoque e fibris Agavium plurium, nomine Metl salutatarum, chartam suam scriptoriam, ill. *de Humboldt* teste, comparaverunt. In Hispaniâ australi et Siciliâ ex Agave ibi efferatâ cum Opuntiis sepes impenetrabiles struuntur. E foliis interioribus exsiccatis et vario modo coloratis Siculi flores artificiales conficiunt, quibus templa et sanctorum imagines exornant. E fibris, Zambarone vocatis, vestimenta etiam, rigida quidem et rudia, texuntur.

In hortis et tepidariis nostris numerosae species propter florum splendorem et pulchritudinem ornamenti causa coluntur et in hybridam generationem pro parte inclinantes, quotannis formae novae gignuntur, ita ut specierum typicarum vestigia sensim evanescant. Hoc praecipue in pluribus Crinis et Amaryllidibus accidit. Narcissorum quoque grex vasta maximam quoad partem e culturâ originem duxisse videtur.

Subdivisio familiae.

Amaryllidearum familia in subordines quinque dividitur, quorum tres (acaules) typicas, duae (caulescentes) aberrantes complectuntur formas.

I. Acaules, scapigerae, radice bulbosâ.

1. Stamina sterilia nulla,

1) disco epigyno inserta . . . . Subord. 1. *Galantheae W. H.*

2) perigonii tubo v. fauci inserta . . Subord. 2. *Amarylleae Endl.*

Hae a cl. *W. H.* iterum sequenti modo subdividuntur:

a. *Cavae*, scapo fistuloso; seminibus compressis, testâ nigrâ, capsulâ 3loc. 3valvi.

§. 1. Tubus fauce ampliatus: germen ovale pedunculatum. *Cyrtanthiformes* (melius sane **Cyrtantheae.**) Africanae.

Cyrtanthus *Ait.*, Gastronema *W. H.*, Vallota *W. H.*

§. 2. Tubus fauce angustâ; germen superne latius, medio constrictum. Occidentales. *Hippeastriformes.* **(Hippeastreae.)**

Sprekelia *Heist.*, Hippeastrum *W. H.*, Phycella *Lindl.*, Habranthus *W. H.*, Zephyrites(?) *W. H.*, Zephyranthes *W. H.*, Argyropsis (?) *W. H.*, Cooperia *W. H.*, (Sceptranthes *Grah.*), Pyrolirion *W. H.*, Haylockia *W. H.*

b. *Solidae*, scapo solido.

§. 3. Perianthium absque coronâ; semina testacea (?). *Oporanthiformes* **(Oporantheae.)**

Gethyllis *L.*, Sternbergia *Kit.*, Oporanthus *W. H.*. Lapiedra *Lag.*

§. 4. Stamina haud coronâ coalita; semina carnosa. *Amaryllidiformes.* **(Euamarylleae.)**

Griffinia *Ker*, Lycoris *W. H.*, Clivia *Lindl.* (Imatophyllum *Hook.*) Haemanthus *L.*,

Buphane *W. H.*, Ammocharis *W. H.*, Crinum *L.*, Amaryllis *L.*, Brunsvigia *Heist.*, Nerine *W. H.*, Strumaria *W. H.*, Hessea *W. H.*, Imhofia *W. H.*, Carpolyza *Salisb.*

2. Stamina filamentis sterilibus liberis v. in coronam petaloideam (paracorollam) connatis aucta. Subord. 3. *Narcissineae Endl.*

Huc pertinent *Herberti* (ac subtribus)

Scapaceae §. 4. *Pancratiiformes.* Corona staminifera. **Pancratieae.**

Tapeinanthus, Chlidanthus, Clinanthus *W. H.*, Collania *Schult.* (Urceolina *Rchb.* & *W. H.*), Leperiza, Carpodetes *W. H.*, Coburgia *Sweet*, Stenomesson *W. H.* (Chrysiphiala *Ker*), Eucrosia *Ker*, Elisena *W. H.*, Pancratium *L.* (Halmyra & Tiaranthus *W. H.*), Hymenocallis *Salisb.*, Choretis *W. H.*, Ismene *Salisb.*, Callithauma *W. H.*, Calostemma *RBr.*, Vagaria *W. H.*, Eurycles *Salisb.*

Subordo 5. *Narcisseae.* Scapaceae, schistandrae, haud operculatae; filamenta sepalina praevalentia, corona ea includens. **Narcisseae.**

Corbularia, Ajax, Ganymedes, Queltia *Salisb.*, Narcissus *L.*, Hermione *Salisb.*

II. Caulescentes, radice non bulbosâ,

1. fibrosâ v. tuberosâ, caule folioso, erecto, scandente v. volubili . . . . Subord. 4. *Alstroemerieae Meisn.*

Amaryllideae anomalae *Endl.* — Caulescentes, subord. 2. *Hypoxideae* §. 3. *Alstroemeriaeformes* (Alstroemeria *L.*, Bomarea *Mirb.*, Choeradodia, Collania, Sphaerine *W. H.*)

2. aut acaules, caudice apice folioso, scapo paniculâ multiflorâ terminato *). . . . . . Subord. 5. *Agaveae Endl.*

Caulescentes Subordo 3. *Agaveae* §. 3. *Agaviformes* W. H. (Fourcroya *Vent.*, Agave *L.*, Doryanthes *Corr.*)

In systemate sexuali Linnaeano Amaryllideae omnes, nec unicâ exceptâ, Hexandriae Monogyniae inserendae sunt.

Synopsis generum.

Subordo I. Galantheae.

Ovarium 3loc.: **ovula** plurima, in loculorum angulo centrali biseriata, horizontalia.

1. Antherae apice dehiscentes, erectae. **Capsula** carnosa, demum loculicido-3valvis. **Perigonium** 6phyllum, campanulatum **). — Herbae in **Europâ mediâ** et regione **mediterraneâ** orbis antiqui crescentes.

1) **Phylla** exteriora concava, semipatentia, interiora breviora, erecta, cuneiformia, emarginata (biloba, squamas nectariferas amplas simulantia

*) Agaveae sic dictae acaules haud propie reverâ acaules sunt, sed rhizoma sub formâ caudicis foliis densissime vestiti supra terram elevatur et caulis locum obtinet. — Ixiolirion radice bulbosâ et caule folioso instructum, inter Alstroemerieas et Amarylleas ambigit et familiam cum Irideis conjungit.

**) Perigonii segmenta v. lacinias uno verbo phylla aut lacinias dicamus, ad evitandas innumeras repetitiones. *W. H.* lacinias seriei exterioris sepala, seriei interioris petala dicit, et eodem respectu quoque filamenta illis vel hisce opposita in sepalina et petalina distinguit.

W. H.). **Filamenta** brevissima: **antherae** convergentes, subtetragonae, apice in setam productae ibique poris duobus rotundis dehisc. **Ovarium** oblongo-ovatum: **stylus** rectus filiformis, **stigma** simplex, acutum. **Semina** subglobosa, albida, **testâ** membranaceâ, **rhaphe** carnosâ. **Embryo** minimus, in basi **albuminis** carnosi. (Pollen minimum, nec dimidiâ magnit. pollinis minimi cujusdam Amaryllideae. *W. H.*) —

Bulbus ovatus; scapus solidus uniflorus (compressiusculus). Folia radicalia, pauca, lineari-lorata, carinata v. lanceolata margine plicata. Spatha monophylla, inferne tubulosa, superne hinc plana fissa, illinc diaphana. Flores pedunculati, albi, primo vere post nivem deliquescentem evoluti. Capsula maturescens scapum prosternens, sub terrâ dehiscens. . . . . , ... 1. **Galanthus** *L.*

2) **Phylla** subaequalia, ovata, basi subcoalita, apice incrassata. **Filamenta** brevia: **antherae** tetragonae, ab apice (poro pertuso) juxta totam longitudinem dehiscentes. **Stylus** rectus, **stigma** simplex **Semina** pauca globosa, testâ crustaceâ laxiusculâ, **rhaphe** vix manifestâ. **Embryo** axilis, dimidii albuminis longitudine. — Herbae **europaeae**, et **mediterraneo-orientales**, bulbo radicali subgloboso tunicato; foliis radicalibus, scapo angulato, spathâ monophyllâ oblongâ compressâ, latere plano fissâ, pluriflorâ, floribus albis v. rubello-suffusis. (*Leucojum L.* et plur. auct.)

Antherae haud apiculatae, dehiscentes

1) solo apice. **Stylus**, apice clavatus, deorsum attenuatus; **stigma** triangulare, tenue, cuspidatum. **Phylla** similaria, separata (vix basi subcoalita). **Capsula** turbinata, seminum testâ flavescenti-albâ. — Bulbus ovatus; folia lineari-lorata; scapus solidus, pauci- (interdum uni-)florus, floribus pedunculatis; ovarium triangulare, obovatum, pendulum; spatha tubulosa, superne hinc fissa, illinc diaphana. . . . . . 2. **Erinosma** *W. H.*

2) ab apice lateraliter. **Phylla**

(1) dissimilia, basi imâ coalita; **stylus** filiformis, sursum paulo attenuatus; **stigma** subdivisum, **Semina** carnosa, angulata: testâ albido-virescente.
Herbae mediterraneae; bulbo ovato, foliis filiformibus, scapo solido paucifloro, spathâ bivalvi, germine pendulo. . . . . 3. **Acis** *Salisb.*

(2) subaequalia, prope apicem angustata, separata; **stylus** gracilis, clavatus, **stigma** integrum acuminatum. **Capsula** mollis, triangulari-turbinata, 3valvis, semidehiscens. **Seminum testa** laxa foliacea nitide atra, integumentum interius brunneum, molle, separabile. **Albumen** corneum, chalazâ amplâ circulari; embryo curvatus.
Bulbus ovatus; folia vaginantia, erecta, linearia, lorata; scapus fistulosus, pauci-multiflorus: spatha monophylla, profunde fissa, evanida; germen obovatum . 4. **Leucojum** *L.*

2. Antherae a basi longitudinaliter dehiscentes,

1) breves, erectae, basi affixae. **Perigonium** regulare, tubo brevi, limbo patente v. (in **Hesseâ**)

semipatente. **Stamina** aequalia v. subaequalia, subulata (antherae effoetae circulares),

(1) erecta, dein reflexa (fauci tubi inserta (?) *W. H.*). **Stylus** filiformis: **stigma** trifidum, patens, fimbriatum. **Ovarium** primo minimum, ante maturitatem ample turgidum, turbinatum.

Herbae capenses, foliis lorato-linearibus, spathâ bifidâ, umbellâ multiflorâ, floribus pedunculatis . . . . 5. **Hessea** *W. H.* *)

(2) ad basin perigonii (disco) inserta, patentia, basi dilatata. **Stylus** erectus, crassus v. strumosus (inferne tumidus) trisulcus: **stigma** simplex v. subtrifidum. **Semina** viridia, dorso rotundata, facie angulata.

Herbae capenses, foliis filiformibus, scapo autumnali, spathâ bivalvi . . . . 6. **Imhofia** *W. H.* **)

2) incumbentes (versatiles). **Perigonium** regulare, stellatim patens,

(1) hexaphyllo-partitum: phyllis omnibus distinctis vel basi in tubulum brevissimum cohaerentibus. **Filamenta** subulata, libera v. inter se aut cum styli basi dilatatâ inferne cohaerentia: **antherae** oblongae. **Ovarium** globoso-triquetrum. **Stylus** rectus, infra medium incrassato-strumosus, sulcato- vel alato-triqueter: **stigmata** 3 acuta replicata (vel stigma trifidum). **Capsula** membranacea, subgloboso-turbinata, loculicido- 3valvis. **Semina** in loculis pauca, subglobosa v. compressiuscula.

Herbae capenses, bulbo tunicato fibroso, foliis e vaginâ radicali linearibus planis; umbellâ scapum teretiusculum terminante multiflorâ, floribus pedunculatis, spathâ foliaceâ bivalvi umbellâ breviore . . . . 7. **Strumaria** *Jacq.*

(2) hexaphyllum. **Filamenta** erecta; **antherae** sagittatae (an potius erectae, ut suspicatur ex earum formâ *W. H.?*). **Semina** parva, angulata. (Reliqua ignota.) 8. **Lapiedra** *Lag.*

Subordo II. Amarylleae.

Ovarium omnium 3loculare. **Ovula** in loculis

1. pauca.

1) **Stigma** simplex v. obsolete trilobum, **stamina** summo tubo inserta. **Ovula**

(1) duo collateralia, ex anguli interioris basi adscendentia. — **Perigonium** tubo brevi, limbo 6partito inaequali subbilabiato. **Filamenta** filiformia, declinata, uno adsurgente, **antherae** versatiles. **Stylus** trisulcus. **Capsula** membranacea, trisulca. **Semina** in loculis subsolitaria, obovata, erecta, **testâ** ochroleucâ nitidâ, **rhaphe** filiformi immersâ. **Embryo** axilis, dimidii albuminis longitudine.

Herbae brasilienses, bulbo radicali tunicato, foliis paucis coriaceis petiolatis, laminâ oblongâ costato-nervosâ reticulato-venosâ, scapo subcylindrico solido, umbellâ multiflorâ, spathâ bivalvi aridâ. (Perigonii tubus declinatus, cylindricus, limbus reflexus: phylla inferiora divaricata, infimum projectum. *W. H.*) . . . . 9. **Griffinia** *Ker.*

(2) e loculorum angulo centrali adscendentia v. pendula. — **Perigonium** tubo brevi recto, **limbi** regularis 6fidi laciniis erectis v. patentibus. **Stamina** erecta, exserta:

---

*) Non *Bergius*, (Hessea *Berg.*, quae est Carpolyza). — Si stamina reverâ fauci tubi inserta sunt, hoc genus inter Amarylleas est relegandum.

**) In Amaryllid. p. 79. et 290. n. 72., nec in Bot. Mag. App. 18., quae inter Brunsvigias collocatur. Ab auctoribus systematicis penitus praetervisum est, cl. *W. Herbertium* in Monographiâ genera sua Hesseam et Imhofiam non ab Amaryllideis propriis, sed a Strumariis separavisse. Imhofia marginata ejusdem in Bot. Mg. App. 18. est illi in Monogr. Amaryll. p. 283. Nerine marginata.

filamenta filiformia; **antherae** ovato-oblongae, dorso supra basin affixae. **Stylus** filiformis, rectus. **Bacca** globosa v. oblonga, abortu 1—2loc. **Semina** in loculis solitaria, loculum replentia: **testâ** membranaceâ adnatâ, **rhaphe** immersâ. **Embryo** minimus, in basi albuminis dense carnosi.

Herbae africanae, plerumque capenses, glabrae v. pubescentes; bulbo tunicato, saepius bifariam squamoso; folia pauca, saepius bina, coriacea, crassiuscula, plerumque plana, orbiculata, erecta v. humistrata, rarius angusta elongata canaliculata, rarissime petiolata petiolis vaginantibus, laminâ oblongâ; scapus brevis, basi saepius bracteis 2 radicalibus interdum coloratis stipatus; umbella terminalis, multiflora, spathâ utplurimum polyphyllâ, foliolis erectis coloratis umbellâ longioribus, rarius diphyllâ v. reflexâ. *(Endl.)* . . . . **10. Haemanthus** *L.*

1. Spathae v. involucri foliola 2—4: Tristegia *Rchb.*
2. — — — plura: Polystegia —

2) **Stylus** rectus, filiformi-triqueter: **stigmata** 3 filiformia, recurvata. **Stamina** tubo biseriatim inserta: **filamenta** subulata, brevissima; **antherae** erectae, ovatae, basi sagittatae. **Perigonium** infundibuliformi-campanulatum, tubo brevi, **limbi** regularis 6fidi laciniis exterioribus subulato-mucronatis, interioribus paulo angustioribus. **Ovarium** globoso-triquetrum. **Capsula** membranacea, trisulca, 3loc., loculicido- 3-valvis. **Semina** in loculis 2—6, angulato-subglobosa . . . . **11. Carpolyza** *Salisb.*

2. plurima et (quatenus observata sunt) in loculorum angulo centrali biseriata, horizontalia. — **Perigonium**

1) infundibuliforme, **tubo** recto sensim ampliato, **limbo** 6partito regulari. **Antherae** incumbentes, versatiles. **Stylus** rectus, erectus, filiformis. **Stamina**

(1) summo tubo inserta, conniventia, filiformia, basi dilatata, alterna longiora; **antherae** subcordatae, breves, oblongae. **Phylla** erecta subaequalia v. exteriora paulo majora. **Capsula** baccata, oblongo-trigona, 3loc., indehiscens. **Semina** plurima, subglobosa, **testâ** crustaceâ atrâ, **rhaphe** carnosâ cristaeformi (crassâ spongiosâ albâ), umbilicum basilarem **chalazae** in altero seminis latere infra-apicali jungente. **Embryo** dimidiâ **albuminis** carnosi lgt., subexcentricus.

Herbae pusillae, Colchici facie, acaules, mediterraneo-orientales; foliis linearibus v. filiformibus, floribus solitariis in scapo brevi, v. radicalibus, spathâ tubulosâ, apice hinc fissâ . . . . **12. Sternbergia** *W. & K.*

a. Tubus perigonii erectus, cylindricus, limbus semipatens. Stylus sursum crassior; **stigma** trigonum v. obsolete trilobum. — Bulbus ovatus; folia linearia, serotina; scapus autumnalis, uniflorus.
Subg. 1. Sternbergia *s. str.*

b. Tubus perigonii brevis; filamenta decurrentia; **stigma** trifidum. Ovula subrotunda, mutuâ pressione irregulariter angulata. — Bulbus subrotundus; folia hyemalia; scapus autumnalis, uniflorus; spatha tubulosa, apice divisa; germen erectum.
Subg. 2. Oporanthus *W. H.*

(2) phyllis subaequalibus semipatentibus basi biseriatim inserta, **filamenta** brevissima, conniventia; **antherae** medio affixae, lineares. **Stigma** profunde trifidum, laciniis (erectis apice) recurvatis, intra tubum inclusum. **Capsula** trigona, trisulca, loculicido- 3valvis (pedun-

culo brevi suffulta). **Semina** plurima, deorsum imbricata, hinc complanata inde convexa, **testâ** nigrâ.
Herbae Americae meridionalis extratropicae orientalis, facie **Sternbergiae**, ovario cum tubi parte hypogaeo, capsulâ maturâ tandem protrusâ . . . . 13. **Haylockia** *W. H.*

2) infundibuliformi-tubulosum, limbo 6fido, **tubo** sensim ampliato (stamina omnium fauci inserta)

(1) longo curvo, superne interdum ventricoso, limbi brevis laciniis subaequalibus, erectis v. patentiusculis. **Antherae** ovatae, breves, incumbentes. **Stylus** filiformis: **stigma** breviter trifidum. **Capsula** trigono-ovata, loculicido- 3valvis. **Semina** plurima, paleaceo-compressa, testâ nigrâ.
Stamina inclusa: **filamenta** filiformia, conniventia, alterna breviora,

a. recta, brevi discrimine altius et (interiora) profundius inserta. **Stylus** erectus v. declinatus. —
Herbae capenses, bulbo ovato v. subrotundo, foliis bifariis, scapo aestivo cavo, germine cum pedunculo continuo . . . . 14. **Cyrtanthus** *Ait.*

a) Germen breve trigonum, mediâ parte crassius. Tubus germini continuus, obsolete 6angularis, fauce amplâ, sulcis intus 6 angulosis 6dentatâ. Stylus apicem versus gracilior. Stigma minutum trilobum. — Folia perennia. Umbella multiflora.
Subg. 1. Eucyrtanthus.

b) Germen trigono-ovale. Tubus intus laevis. Stylus incurvatus. Stigma trifidum. — Folia decidua. Umbella 2—multiflora.
Subg. Monella *W. H.*

b. interiora summo, exteriora medio tubi partis ventricosae inserta: superiora 3 prope tubi latera torte declinata, inferiora recta apicibus conniventibus. **Stylus** declinatus, phyllo inferiori adpressus: **stigmata** 3 patentia. — Herbae capenses, foliis distichis deciduis . . . . 15. **Gastronema** *W. H.*

(2) angusto subcurvato, phyllis regularibus patenti-recurvis, interioribus angustioribus. **Filamenta** simplicia, subulata, basi dilatata, alterna phyllis exterioribus opposita breviora; **antherae** laterales, erectae. **Stylus** cylindricus, rectus: **stigma** trifidum, lobis angustis divaricatis. **Capsula** . . . . 16. **Coleophyllum** *Klotzsch.*

(3) recto, limbi erecti laciniis aequalibus

a. ovatis planis obtusis. **Filamenta** filiformia, erecta, exserta. **Ovarium** trigonum. **Stylus** filiformis: **stigma** capitato-hemisphaericum.
Herba peruviana adhucdum dubia . . . . 17. **Sphaerotele** *Presl.*

b. subbilabiato-patentibus. **Filamenta** basibus dilatatis connata, alterna phyllis exter. opposita breviora bidentata, alterna subulata simplicia; **antherae** oblongae, loculis connectivo crassiusculo antice adnatis. **Stylus** filiformis, rectus: **stigma** trilobum. **Capsula** subcartilaginea, loculicido-3valvis, 3loc. **Semina** plurima, testâ brunneâ membranaceo-marginatâ.
Herbae chilenses, bulbo radicali tunicato, foliis serotinis linearibus, scapo tereti, umbellâ terminali pauciflorâ, spathâ scariosâ 1—2phyllâ, floribus magnis luteis.

Perigonii tubus

a) erectus, cylindricus, triangularis, fauce ampliatus, limbus subaequalis semipatens; **filamenta** brevissima, curvata, dentium alterne inaequalium membranae tenuis tubo et phyllorum basi complete adhaerentis, sed partibilis apicibus inserta, **antherae** prope basin affixae; **stylus** erectus: **stigma** trifidum, patens.
Germen erectum, oblongum, triangulare. Folia

lineari-lorata, basi vaginantia; umbella pauciflora . . . . 18. **Chlidanthus** *W. H.*

b) longus infundibuliformis (declinatus), limbus brevis continuus; **filamenta** acuminato-alata (alis connexa?) decurrentia; **antherae** breves basi latae, erectae, basi affixae. — Germen subrotundum; folia lineari-lorata, basi vaginantia; scapus biflorus; spatha bivalvis . . . . 19. **Clinanthus** *W. H.*

3) urceolato-campanulatum, **tubo**

(1) basi gracili cylindrico, superne late ventricoso, **limbo** 6fido regulari, laciniis brevibus patentiusculis.

a. **Stamina** imo tubo inserta: **filamenta** filiformia, exserta, erecta v. adscendentia; **antherae** ovatae, versatiles. **Stylus** filiformis; **stigma** trigonum. **Capsula** ovato-trigona, 3sulca, 3loc. **Semina** plurima.

Herbae neogaeae tropicae, facie **Haemanthi,** bulbo radicali tunicato, foliis subbinis crassis latis, scapo solido flexuoso, umbellâ terminali pauciflorâ, spathae polyphyllae foliolis lineari-lanceolatis, exterioribus majoribus marcescentibus . . . . 20. **Collania** *Schult. fil.*

b. **Stamina** medio tubi ventricosi inserta: **filamenta** filiformia suberecta: **antherae** medio affixae, versatiles. **Stylus** rectus, gracilis: **stigmate** incrassato. — **Ovarium** subcurvatum, trigonum, oblongum, utrinque attenuatum, antice declive . . . . 21. **Pentlandia** *W. H.*

(2) subinfundibuliformi, limbo 6partito, phyllis haud undulatis, alternis minoribus. **Stamina** imo perigonio inserta: **filamenta** libera, v. basi cum tubo connata, **antherae** versatiles. **Stylus** filiformis. **Capsula** membranacea, subdiaphana, turbinatim trilobo-trigona, lobis depressis v. alatis, 3loc., loculicido-3valvis. **Semina** in loculis pauca, oblonga, testâ nigrâ, saepius tuberosâ fuscescente.

Herbae capenses, bulbo radicali globoso, saepius scarioso-tunicato, foliis crassiusculis spathulato-oblongis v. ligulatis, serotinis v. rarius scapo varie compresso coaetaneis, umbellâ multiflorâ: pedicellis bracteis scariosis plerumque interstinctis, spathâ communi bivalvi. (Brunsvigia *Ker & Endl.*)

Phylla

a. curvata; **filamenta** sursum curvata, alterna basi tubo adnata. **Stylus** apice sursum curvatus: **stigma** obtusum trigonum. **Capsula** trisulca . . . . 22. **Brunsvigia** *W. H.*

b. apicibus reflexa, tubus subtrigonus; **Stamina**

a) patentia; **stylus** rectus; **stigma** obsolete trigonum. **Capsula** sicca: **ovulis** funiculo affixis . . 23. **Buphane** *W. H.*

b) declinata, apice sursum curvata; **stylus** declinatus, apice sursum curvatus: **stigma** brevissime trilobum. (Phylla subpatentia. Ovula margini placentae affixa. Antherae breves. Capsula non pulposa.) . . 24. **Ammocharis** *W. H.*

(3) brevissimo recto, phyllis subundulatis reflexis. **Filamenta** erecta, subfasciculata. **Stylus** rectus: **stigma** obtusum, trigonum. Reliqua ut sub (2) . . . . 25. **Elisena** (*W. H.*) *m.*

4) campanulatum, limbo 6partito regulari, **tubo**

(1) elongato gracili

a. ad faucem ampliato, phyllis aequalibus stellatim patentibus. **Stamina** fauci inserta: **filamenta** brevissima; **antherae** subulatae, dorso supra basin affixae, conniventes. **Stylus** filiformis, rectus inclusus: **stigma** incrassatum, obsolete trilobum. **Capsula** . . . . **Semina** plurima complanata, **testâ** tenui nigrâ, foliaceo-alata.

Herbae neogaeo-mediterraneae (texanae), bulbo radicali tunicato, foliis linearibus canaliculatis, scapo

fistuloso unifloro, spathâ univalvi tubulosâ apice hinc fissâ . . . . 26. **Cooperia** *W. H.*

b. fauce haud ampliato, phyllis subaequalibus erectis, patentibus v. reflexis. **Stamina** summo tubo inserta: **filamenta** filiformia, patentia v. declinata; **antherae** lineares, versatiles. **Stylus** filiformis, inclinatus: **stigma** obtusum v. obsolete trilobum. **Capsula** membranacea, depresso-sphaerica, 3- (v. abortu 1—2)-loc., irregulariter rumpens. **Semina** pauca v. solitaria, angulato-subglobosae, saepe in bulbillos carnosos mutata.

Herbae tropicae amphigaeae, v. pauciores extratropicae capenses et Novae Hollandiae indigenae, bulbo radicali columnari v. sphaerico, foliis multifariis, scapo solido, umbellâ multiflorâ, spathâ bivalvi, pedicellis bracteis ramentaceis interstinctis . . . . 27. **Crinum** *L.*

a) Flores patentes. — Patentia *W. H.*

(a) Alabastra inclinata. Inclinata *W. H.*

α. Bulbus longe columnaris; folia divaricantia; umbella multiflora, flores pedunculati. — Species asiaticae et australasicae . . . . Sect. 1. Clinocrinum.

β. Bulbus breviter columnaris; folia suberecta; umbella multiflora: flores subsessiles. — Asiatica. Sect. 2. Yuccaeopsis.

(b) Alabastra nutantia. — Nutantia *W. H.* Bulbus breviter columnaris, ovatus v. sphaericus, flores sessiles; umbella

α. multiflora; bulbus non v. rarius stolonifer. — Gerontogaea. . . . Sect. 3. Eucrinum.

β. 4—8flora; bulbus stolonifer. — Neogaea . . Sect. 4. Hesperocrinum.

b) Flores semipatentes. — Semipatentia *W. H.*

(a) Folia plerumque undulata; umbella 1—20flora; phylla lata; germen sessile v. subsessile. — Amphigaea. . . . . Sect. 5. Callicrinum.

(b) Folia plana; flores pedunculati.

α. Perigonium patentius. — Novae Hollandiae indigena. . . . . Sect. 6. Cyrtoloma.

β. Perigonium minus patens. — Capensis . . . . . Sect. 7. Crinopsis.

(2) brevi, ad faucem incrassato squamuloso, phyllis subaequalibus. **Stamina** fauci inserta, fasciculata, valde inaequalia. **Stylus** declinatus, sursum curvatus; **stigma** trifidum. **Capsula** membranacea, trisulca, 3loc., loculicido-3valvis. **Semina** plurima, compressa, testâ crustaceâ atrâ.

Herbae americanae tropicae et australi-extratropicae, foliis angustis bifariis flaccidis, scapo cavo multifloro, spathâ apice bifidâ . . . . 28. **Habranthus** *W. H.*

a. Filamentum sepalinum (phyll. exter. oppos.) superius elongatum; scapus 2—pluriflorus . . . . Subg. 1. Habranthus *s. str.*

b. Filamentum sepalinum superius et petalinum (phyll. inter. oppos.) abbreviatum; scapus uniflorus . . . . . Subg. 2. Zephyrites *W. H.*

5) subringens (i. e. phyllis mutuâ distantiâ v. directione plus minus dissimilibus), **tubo** brevi v. nullo, **limbo** 6partito, laciniis subaequalibus recurvatis, fauce saepius squamulosâ. **Stamina** fauci perigonii inserta: **filamenta** libera, **antherae** versatiles. **Stylus** filiformis, elongatus, staminum situ; **stigma** hians v. trifidum, lobis recurvis. **Capsula** membranacea, oblongo-trigona v. depresso-sphaerica teres, 3loc., loculicido-3valvis. **Semina** plurima, globosa v. paleaceo-compressa, marginata v. alata, interdum baccato-carnosa, abortu solitaria loculum totum v. omnem capsulam explentia. **Embryo** axilis,

dimidii albuminis lgt. (Amaryllis *L. Endl.* et plur. auct.)

(1) **Stylus** suberectus: **stigma** bifidum, fimbriatum. **Capsula** bisulca. **Semina** angulata. — **Perigonium** regulare, hexaphyllum. **Stamina** imis phyllis inserta, subaequalia: **filamenta** basi dilatata, gibboso-monadelpha.
Herbae capenses, foliis bifariis, scapo solido, umbellâ multiflorâ. . . . . **29. Nerine** *W. H.*

(2) **Stylus** declinatus: **stigma**

a. trigonum indivisum. — **Perigonium** infundibulare, tubo recto intus costato, fauce ampliatâ, phyllis inaequalibus. **Stamina** alterna demissius fauci inserta, conniventia. **Capsula** triquetra. **Semina** compressa, nigra, foliaceo-alata.
Herbae capenses, foliis distichis perennantibus, scapo cavo, umbellâ 4—5florâ, spathâ bifidâ. . . . . **30. Vallota** *W. H.*

b. trilobum, fimbriatum. **Perigonium** praecedentis, phyllis undulatis patentibus, alternis brevioribus. **Stamina** recta v. adscendentia. **Capsula** trisulca. **Semina** globosa, magna, carnosa, capsulam rumpentia.
Capenses, foliis praecocibus v. serotinis, scapo solido, umbellâ multiflorâ, spathâ diphyllâ. . . . . **31. Amaryllis** *W. H.*

c. trifidum; limbus perigonii

a) semiringens; membranâ faucis integrâ: phylla undulata, exteriora apice incurvo-conniventia, interiora recurvo-divaricata, summum medium antrorsum depressum arcuatum. Stamina exserta, fasciculata: stylus crassior et longior: stigmata revoluta. **Capsula** oblato-ovata, ventricoso-triloba. **Semina** foliaceo-complanata, latissime alata.
Herba brasiliensis, foliis coriaceis lanceolato-loratis, scapo bifloro, ... **32. Amarylliris.**

b) infundibulare,

(a) aequale suberectum. **Stamina** phyllorum basi inserta, uno saepius sejuncto, patentia subconniventia, lgt. alternâ. **Capsula** trilobo-trisulca. **Semina** compressiuscula, deorsum imbricata, **testâ** crustaceâ atrâ.
Americanae tropicae, foliis serotinis, scapo cavo 1—2floro, spathâ cylindricâ v. bifidâ.
Stigmatis lobi
α. patentes; **antherae** lineares, infra medium affixae, suberectae; **pollen** ovale. — Flores sub sole expansi. . . . . **33. Zephyranthes** *W. H.*
β. erecti; **antherae** erectae, post foecundationem apice subulatae et spiraliter tortae; **pollen** irregulare . . . . **34. Argyropsis** *W. H.*

(b) tubo apice ventricoso, phyllis aequalibus, apice reflexis. **Stamina** erecta (patentia simul (?) ap. *W. H.*), aequalia.
Species peruvianae; foliis angustis suberectis, scapo cavo unifloro, spathâ bifidâ. . . . **35. Pyrolirion** *W. H.*

(3) **Stylus staminaque** declinata, apice sursum curvata; **stigma** trifidum (v. in **Hippeastro** trilobum). **Perigonium** declinatum, **tubo**

a. abbreviato, subinfundibulare, fauce coarctatâ intus laevi, gibbosâ v. fimbriatâ, phyllis inaequalibus. **Stamina** inaequalia. **Capsula** trisulca. **Semina** imbricata, **testâ** nigrâ saepe marginatâ.
Species americanae, utplurimum tropicae, foliis bifariis, scapo cavo bi—multifloro, spathâ bifidâ.

a) **Ovula** in loculis pauciora, trigona, oblonga, biseriata, angulis interioribus alternatim consertis. **Semina** globosa, nitida, fusco-purpurascentia. — Folia perennia. . . . . **36. Leopoldia** (*W. H.*)

b) **Ovula** plurima, cumulata, complanata, marginibus rotundatis alternatim imbricantibus. **Semina** uniseriata, testâ nigrâ, foliaceo-marginata v. alata. . . . . 37. **Hippeastrum** *W. H.*

b. nullo, ringens, phyllis inaequalibus, postico recto, reliquis deflexis genitalia amplectentibus. **Stamina** basi membranâ fimbriatâ juncta.
Species mexicanae et australi-americanae, foliis serotinis lorato-elongatis, scapo cavo 1—2floro, spathâ bivalvi. . . . . 38. **Sprekelia** *Heist.*

(4) **Stylus** sursum curvatus: **stigma** simplex, fimbriatum. **Stamina** assurgentia, curvata, alterna longiora. — **Perigonium** tubo declinato, fauce ampliato, trigono, limbo sursum curvato, phyllis undulatis alternis brevioribus.
Species indicae et capenses, foliis distichis, scapo solido, umbellâ multiflorâ . . . . 39. **Lycoris** *W. H.*

Subordo III. Narcissineae.

1. Stamina (fauci inserta) **libera** (haud in paracorollam connata)

1) 6—18; **filamenta** subulata libera, v. basi per paria aut ternatim connata: **antherae** lineares, basifixae, rectae v. apice producto inflexae, aut spiraliter intortae. **Perigonium** tubo filiformi elongato, limbo 6partito, laciniis aequalibus patentibus. **Ovarium** 3loculare: **ovula** in loculorum angulo centrali plurima, pluriseriata, subadscendentia. **Stylus** cum perigonii tubo connatus, apice exserto libero; **stigma** capitato-trigonum. **Bacca** 3loc. **Semina** plurima, subcompressa, sphaeroidea, in pulpâ gelatinosâ nidulantia, **testâ** laxâ hyalinâ. **Embryo** axilis, **albumine** carnoso graveolente parum brevior.
Herbae capenses, rhizomate bulboso imbricatim tunicato; foliis radicalibus serotinis, linearibus, saepe spiraliter convolutis; floribus radicalibus, perigonii tubo pedunculum mentiente; baccâ clavato-cylindricâ diaphanâ eduli, primum hypogaeâ, demum emergente, embryonis plumulâ valde evolutâ. (*Endl.*) . . . . 40. **Gethyllis** *L.*

Obs. Typum propriae subtribus forsan: Gethyllideae, sistit, e generibus nunc tribus, hic subgeneribus v. sectionibus, compositae:
1. **Stamina** 6 simplicia. Subg. 1. Gethyllis.
2. **Stamina** 12: antherae dimidio superiore tantum undulato dehiscentes. . . . . Subg. 2. Abapus (*Adans.*).
3. **Stamina** 6, singula tridentata triantherifera: **antherae** spirales. . . . . . . Subg. 3. Papiria (*Thb.*).

2) 6, fertilia, **filamenta** filiformia declinata; **antherae** oblongae incumbentes; totidemque sterilia. **Perigonium** tubulosum, tubo brevissimo, 6partitum. **Ovarium** 3loc.: **ovula** plurima, in loculorum angulo centrali biseriata. **Stylus** filiformis, declinatus, exsertus. **Capsula** 3loc., loculicido-3valvis. **Semina** plurima, complanata, **testâ** cinereâ membranaceo-marginatâ.
Herbae australi-americanae extratropicae; bulbo radicali atro-tunicato, foliis linearibus canaliculatis, scapo tereti, umbellâ terminali multiflorâ.

Stamina

(1) basi phyllorum inserta, exteriora (sepalina) basi processubus 2 subulatis (stam. sterilibus) filamento brevioribus. **Perigonii** convoluti clausi limbus campanulato-subringens. **Ovarium** trigonum. **Stigma** simplex, apice fimbriato. — Spatha bivalvis. . . . . 41. **Phycella** *Lindl.*

(2) imis phyllis supra foveolam inserta, linearia, plana, prope faucem trifida: laciniâ mediâ antheriferâ, lateralibus (stam. steril.) brevioribus. **Perigonium** cylindraceum, fauce perviâ. **Ovarium** turbinato-triquetrum. **Stigma** incrassatum. — Spatha 4valvis, marcescens. . . . . 42. **Eustephia** *Cav.*

3) 6 perigonii lgt.: **filamenta** e basi declinatâ adscendentia, filiformia, alterna breviora: **antherae** ovatae versatiles. **Corona** hexaphylla, e disco germinis verticem coronante orta, foliolis erectiusculis spathulatis extus carinatis, apice emarginatis. **Perigonium** 6partitum, phyllis aequalibus subspathulatis expanso-reflexis, duabus anticis divaricatis. **Ovarium** trigonum, 3loc. **Stylus** filiformis, adscendens: **stigma** gibboso-clavatum, obtusum, cavum.

Plantae chilenses, bulbis tunicatis, foliis radicalibus linearibus, basi scapum amplectentibus; umbellâ pauciflorâ, spathâ 2—4valvi. . . . . 43. **Placea** *Miers.*

Obs. Generis hujus nimis imperfecte descripti locus incertus; forsan Amarylleis consociandum. Corona 6phylla transitum ab Amarylleis ad Narcissineas, et inter hasce a generibus staminibus liberis instructis ad ea stam. in paracorollam connatis indicare videtur.

2. Stamina 6 fauci inserta: **filamenta** libera,

1) filiformia longe exserta declinata, inferne in tubum postice fissum, basi intus 6glandulosum inaequaliter connata: **antherae** oblongae incumbentes. **Perigonium** tubo brevi obliquo, **limbo** 6partito subringente, phyllis exterioribus angustioribus. **Ovarium** 3loc.: **ovula** plurima, in loculorum angulo centrali biseriata. **Stylus** filiformis, staminum directione: **stigma** obtusum. **Capsula** ovata, 3sulca, 3loc. . . . . 44. **Eucrosia** *Ker.*

2) basi tuberculo munita; **stylus** apice adscendens: **stigma** rotundato-dilatatum. **Perigonium** tubo declinato, **limbo** regulari a latere compresso: lobis exterioribus cymbiformibus, interioribus latioribus apice subreflexis, antico genitalia initio deflexa amplectente. Reliqua **Eucrosiae.** . . . . 45. **Callipsyche** *W. H.*

3. Stamina 6 (basi limbi inserta): **filamenta** filiformi-attenuata, basi utrinque membranâ unidentatâ aucta et **paracorollam** imperfectam 6partitam, marginibus segmentorum contiguam at non concretam sistentia; **antherae** oblongae, versatiles. **Stylus** apice subcurvatus; **stigma** depresso-capitatum. **Perigonium** tubo subtriquetro striato, **limbo** regulari 6partito stellatim patente. **Capsula (?)** . . . 46. **Vagaria** *W. H.*

4. Stamina in coronam faucis **(paracorollam)** connata. (Pancratieae.) **Perigonium** infundibuliforme

1) **tubo** brevi, **limbi** 6partiti regularis laciniis patentibus. **Antherae** versatiles. **Stylus** filiformis, rectus. **Semina** pauca, bulbiformia. **Ovarium**

(1) triloculare: **ovula** in loculorum angulo centrali gemina collateralia, alterum erectum, alterum pendulum. **Stigma** simplex. **Capsula** tricostata, dissepimentis incompletis subunilocularis. **Paracorolla** ad basin 6partita, laciniis tridentatis, dente medio antherifero elongato; **antherae** sagittatae.
Species australasicae et Novae Hollandiae extratropicae, bulbo radicali tunicato, foliis petiolatis cordato-subrotundis costato-nervosis venoso-reticulatis, scapo teretiusculo, umbellâ terminali pauciflorâ, spathâ 2—3valvi, floribus candidis. 47. **Eurycles** *Salisb.*

(2) uniloculare: **ovula** 2—3, parietalia, superposita. **Stigma** obtusum. **Bacca** 1—2sperma. **Paracorolla** tubulosa, exserta, ore 12dentato, dentibus alternis subulatis antheriferis; **antherae** oblongae.
Plantae Novae Hollandiae extratropicae, habitu **Pancratii**. . . . . 48. **Calostemma** *RBr.*

2) **tubo** plus minus elongato, (**Antherae** incumbentes. **Ovarium** 3loculare: **ovula** plurima, in loculorum angulo centrali biseriata. **Capsula** 3locularis, loculicido-3valvis; **semina** plurima.)

(1) breviusculo, obverse infundibuliformi, **limbi** (in hoc et duobus sequentibus generibus) brevis 6fidi regularis laciniis conniventibus. **Paracorolla** brevis, 6dentata, dentibus cum **filamentis** alternis; haec subulata, perigonio longiora; **antherae** oblongae. **Stylus** filiformis: **stigma** obsolete trilobum. **Capsula** conica, trigona; **semina** plura, oblongo-subrotunda. . . . . 49. **Leperiza** *W. H.*

(2) medio constricto, **limbi** laciniis semipatentibus v. reflexis. **Antherae** oblongae, breves. **Stylus** supra basin fusiformi-incrassatus: **stigma** clavatum, obtusum. **Capsula** oblonga, acute trigona. **Semina** compressiuscula, testâ nigrâ.
Plantae americanae tropicae, bulbo radicali tunicato, scapo tereti, umbellâ terminali pauciflorâ, spathâ membranaceâ, di — polyphyllâ, floribus luteis.
Paracorolla turbinata, v. cylindrica, inclusa v. subexserta, 6dentata,
a. dentibus staminiferis, i. e. filamentis cum dentibus continuis. . . . . 50. **Chrysiphiala** *Ker.*
b. inter dentes (in sinubus) v. intus staminifera; filamenta alterna longiora. 51. **Stenomesson** *W. H.*

(3) incurvo, supra medium ventricoso-dilatato,
a. imâ parte tenui cylindrico; **limbi** brevis regularis 6fidi laciniis patentibus. **Paracorolla** tubo recurvato tenui, limbo brevi ovato-cyathiformi 6dentato: dentibus in **filamenta** alterna paulo breviora continuatis. **Stylus** staminibus paulo longior: **stigma** simplex, dilatatum. **Capsula** obovata, acuminata, trigona, triloba. **Semina** magna nigra. . . . . . . 52. **Carpodetes** *W. H.*
b. angulato, **limbi** 6fidi regularis laciniis imbricato-patentibus. **Paracorolla** subcampanulata, 12dentata, dentibus alternis brevissimis bifidis, alternis subulato-filiformibus antheriferis; **antherae** lineares. **Ovarium** triquetrum. **Stylus** filiformis: **stigma** incrassatum, obtuse trigonum. **Capsula** oblonga. **Semina** alato-marginata (?).
Plantae peruvianae, bulbo tunicato, foliis linearibus glaucescentibus, scapo ancipiti, umbellâ terminali pauciflorâ, spathâ membranaceâ 2—4phyllâ, floribus aurantiacis magnis speciosis. . . . . 53. **Coburgia** *Sweet.*

(4) longo gracili. **Limbus perigonii** 6partitus; **paracorolla** tubulosa, exserta, libera v. perigonio adnata; **antherae** oblongae; **stylus** filiformis, staminum directione; **stigma** simplex. **Capsula** membranacea. **Semina** subglobosa, interdum abortu pauca bulbiformia; **testâ** crustaceâ atrâ. **Embryo** axilis, dimidio **albumine** parum longior. (Pancratium *L.*) — Perigonii tubus

a. rectus, **limbus**

a) regularis; **paracorolla** 6dentata:

(a) dentibus in filamenta aequalia elongatis; **phylla** flaccida; **semina** pauca, bulbiformia.
Species americanae tropicae et subtropicae, bulbo tunicato. 54. **Hymenocallis** *W. H.*

(b) filamenta aequalia, dentibus paracorollae integris bifidisve alterna; **phylla** patentiuscula. **Semina** plurima.
Species indicae et mediterraneae. . . . . 55. **Pancratium** (*L.*)

α. Flores subsessiles; semina foliaceo-compressa, testâ nigrâ; folia persistentia. . . . Subg. 1. Pancratium *W. H.*
β. Flores pedunculati; semina subrotunda, testâ duriore. . . . Subg. 2. Halmyra *Salisb.*
γ. Flores sessiles; semina . . . .; folia decidua. Subg. 3. Tiaranthus *W. H.*

b) ringens. **Paracorolla** declinata, basi intus staminifera: **filamenta** declinata.
Species americanae tropicae. . . . . 56. **Liriopsis** *Rchb.*

b. incurvus; **phylla** patentia. **Paracorolla** 12dentata, dentibus alternis emarginatis, sinu staminiferis. **Semina** pauca, bulbosa.
Species americanae tropicae. . . . . 57. **Ismene** *W. H.*
Subg. v. genus (?) minus notum: Paracorolla lgt. phyllorum, stamina haec superantia. Flores bracteati. 57. a. **Callithauma** *W. H.*

c. rectiusculus cylindricus, **limbi** laciniae reflexae. **Paracorolla** patula, rotata, dentibus 6 magnis reflexis. **Filamenta** erecto-conniventia; **antherae** supra medium calli prominentis ope affixae, utrâque extremitate recurvae, longae, primum pendulae. **Semina** bulbiformia, viridia, oblonga.
Herbae mexicanae, bulbo tunicato, foliis linearibus obtusis, scapo tereti, umbellâ terminali pauciflorâ. . . 58. **Choretis** *W. H.*

5. Stamina sterilia petaloideo-dilatata, in **paracorollam** stamina **fertilia** superantem, apice libero e perigonii fauce exsertam, varie lobatam, dentatam v. subintegram connata. **Stamina** 6 paracorollae tubo (intus) vel potius infra paracorollam summo perigonii tubo biseriatim inserta: **filamenta** inclusa, alterna breviora aut altius adnata, **antherae** oblongae, incumbentes, 3 superiores quandoque subexsertae. **Stylus** filiformis: **stigma** parvum obtusum, trigonum v. brevissime trifidum. **Capsula** membranacea, obtuse trigona, 3locularis, loculicido-3valvis. **Semina** plurima v. pauca, subglobosa, **testâ** atrâ rugosâ, **rhaphe** immersâ. **Embryo** axilis, rectus v. subincurvus, **albumine** carnoso parum brevior. — **Perigonium** hypocrateriforme, **tubo** subcylindrico recto, **limbi** 6partiti laciniis aequalibus, patentibus v. reflexis.
Herbae gerontogaeae mediterraneae, bulbo tunicato, spathâ monophyllâ hinc fissâ, floribus albis v. flavis, paracorollâ saepius discolore. (Narcissus *L.*) **Narcisseae.**

Stamina

1) imo tubo inserta; **filamentis** maximâ parte liberis elongatis. **Paracorolla** magna, exserta, continua, phylla aequans v. superans v. vix dimidio brevior.

(Spatha uni-pauciflora. Flores lutei, paracorollâ saturatiore.)

Genitalia

(1) declinata, apice sursum curvata. **Stylus** exsertus. **Antherae** oblongae, curvatae. **Phylla** parva angusta, paracorollâ amplâ truncatâ saepe breviora. **Ovarium** subturbinatum, cylindricum; **semina** triangularia, bifaria. — Folia filiformia, canaliculata. . . . . 59. **Corbularia** *Haw.*

(2) recta; **antherae** lineares, rectae. **Stylus** inclusus. **Paracorolla** phylla aequans v. superans, rarius parum tantum brevior, ... 60. **Ajax** *Haw.*

a. lobata, crenata v. serrata, **phylla** saepissime imbricata; **ovula** in loculis 4faria. — Folia ensiformia v. lorata, obtusa, saepe inferne carinata et supra late canaliculata. . . . . Sect. 1. Ajax *s. str.*

b. integra v. integerrima,

a) truncata; phylla patentia. Spatha uniflora. . . . Sect. 2. Oileus *Haw.*

b) poculiformis subundata; phylla perigonii nutantis subsemireflexa. Stamina inclusa: 3 ori tubi inserta, 3 fere os paracorollae attingentia. Spatha biflora. — Folia lorata plana. . . . . Sect. 3. Assaracus *Haw.*

2) ultra medium tubo adnata, apice libero brevi. **Paracorolla** phyllis

(1) duplo circiter brevior, rarissime lgt. aequali,

a. integra v. subintegra; perigonium nutans v. cernuum s. pendulum, laciniis patentibus v. reflexis. . . . . 61. **Queltia** *Haw.*

Paracorolla

a) poculiformis. **Filamenta**

(a) 3 breviora fere ad antheras erecta, 3 e tubo progressa usque ad 3''' ultra tubum libera, paracorollâ breviora. **Stylus** exsertus. **Genitalia** gracillima. — Spatha 2—4flora. Folia juncoidea, valde canaliculata. Phylla tota (ad pedunculos usque) reflexa. . . . . Sect. 1. Illus *Haw.*

(b) subaequalia, tubo semi-plusve deorsum connata. Perigonii **tubus** clavato-cylindricus validus. . . . . Sect. 2. Diomedes *Haw.*

(c) aequalia; **antherae** superne curvatim semierectae, non versatiles. Paracorolla recta, majuscula, plicata, ore plicatim crenulato. Spatha 1—2flora. . . . . Sect. 3. Tros *Haw.*

b) late campanulata, ore valde dilatato et sexlobulatim crispo-undulato. Filamenta et antherae *Trois.* Sect. 4. Queltia *s. str.*

b. semitripartita patula recta; **phylla** stellatim patentia. **Antherae** valde elongatae (3 lineares).

Spatha 3—4flora. Scapus valde compressus, fistulosus. Folia lorata, plana, erecta. . . . . 62. **Schisanthes** *Haw.*

c. varians, (nonnunquam heminaeformis?) plus minus profunde 6lobata, lobis crispis undulatisque. **Perigonium** concolor. **Antherae** contiguae, erectae, lineares, altitudine tubi. **Stylus** subgracilis, antheras longe superans, paracorollâ brevior. **Ovarium** oblongum: **ovula** biseriata, oblonga, subcapitata, basi attenuata. Spatha 2—4flora. . . . . 63. **Philogyne** *Haw.*

(2) 3–5plo brevior,

a. minima 6partita: segmentis incurvatim cochleatis incrassatis. **Filamenta** omnino tubo adnata, 3 tubo breviora, 3 ejus lgt. **Perigonii** viridis laciniae stellatim patentes. . . . . 64. **Chloraster** *Haw.*

b. cyathiformis v. calyciformis v. cupularis. **Filamenta** tubo fere tota adnata, apice extimo tantum libera, inaequalia, 3 tubo longe breviora, 3 eum aequantia v. subaequantia. **Stylus** rectus: **stigma** trilobo-trifidum, lobis rotundatis. . . . . 65. **Hermione** *Haw.*

Phylla

a) (perigonii nutantis vix cernui) semireflexa. **Stylus** subinclusus. **Semina** ovata. . . . . Sect. 1. Ganymedes *Haw.*

b) stellatim patentia, tubo perigonii (in *Hermione* s. str. gracili angulato-cylindrico, in *Helenâ* grosso valde compresso angulis obtusis) multo breviora. **Stylus** inclusus (in *Helenâ* tubum aequans). **Antherae** 3 tubo inclusae, 3 semiexsertae,

(a) trigono-ovatae erectae. — Spatha 3—20flora. Sect. 2. Hermione *s. str.*

(b) demum subspiraliter tortae. **Ovula** obovato-spathulata. . . . . Sect. 3. Helena *Haw.*

c. patellaris s. acetabuliformis, margine eroso-crenata. **Phylla** stellatim patentia v. subreflexa. **Filamenta** omnia inclusa: superiorum antherae semiexsertae. **Paracorolla** perigonio . . . . 66. **Narcissus** (*L.*) *Haw.*

a) flavo concolor. Semina immatura subreniformia. — Spatha 2—6flora. Scapi laeves, obtuse subcompressi. Folia juncina, semiteretia, supra concavo-canaliculata. . . . . . Sect. 1. Jonquilla *Haw.*

b) albo discolor, flava v. crocea, rubro-marginata. — Spatha 1—3flora. Scapi compressi v. subangulati. Folia lorata v. linearia, planiuscula. . . . . Sect. 2. Narcissus *s. str. Haw.*

Subordo IV. Alstroemerieae.

Ovarium 3loculare: **ovula** plurima. **Fructus**

1. bacca abortu monosperma: **semen** adscendens, subgloboso-compressum, **testâ** carnosâ areolatâ, **umbilico** et **chalazâ** lateralibus **rhaphe** brevi elevatâ conjunctis. **Embryo** axilis, **albumine** carnoso copioso dimidio brevior, extremitate radiculari umbilico parallele contiguâ inferâ. **Perigonium** hexaphyllum, phyllis in tubum conniventibus imbricatis basi subconnatis, exterioribus paulo brevioribus. **Stamina** phyllis basi inserta, aequalia, subexserta: **filamenta** subulata; **antherae** lineares, versatiles. **Stylus** filiformis, rectus: **stigma** trilobum.

Herba capensis, radicibus fibrosis fasciculatis, fibris carnosis tuberoso-incrassatis, foliis radicalibus distichis, scapo plano-convexo apice umbellatim multifloro, floribus nutantibus. (*Endl.*) . . . . 67. **Cliviia** *Ldl.*

2. Capsula 3locularis,

1) loculicido-3valvis,

(1) trigona; **stylus** strumosus; **phylla** valde disparia. — Planta minus nota chilensis, radice fibrosâ, foliis radicalibus majoribus, caulinis minoribus, caule alto umbellato multifloro. Flores habitu *Albucae*. . . . . 68. **Choeradodia** *W. H.*

(2) oblonga; **semina** plurima

a. reniformia. **Perigonium** infundibuliforme, fauce ampliatâ, limbo brevissime 6fido. **Stamina** imo perigonii tubo inserta, subexserta: **filamenta** filiformia libera, **antherae** lineares. **Stylus** filiformis.

Herbae mexicanae, rhizomate bulboso, foliis radicalibus linearibus carinatis, caulinis alternis basi vaginantibus, caule tereti, pedicellis axillaribus geminis

racemosis basi scarioso-bibracteolatis, floribus nutantibus. — **Stigma** . . . . 69. **Bravoa** *Llav. & Lex.*

a) triquetrum, stylus incrassatus; perigonium subcylindricum. . . . . . . Subg. 1. Bravoa *s. str.*
b) concavum, explanatum, subinfundibuliforme, margine fimbriatum; perigonium incurvum. . . . . Subg. 2. Coctocapnia *Lk. & Otto.*

b. ovali-oblonga. **Perigonium** hexaphyllo-partitum, subcampanulato-patens, phyllis exterioribus angustioribus mucronulatis. **Stamina** phyllis imis inserta, inclusa: **filamenta** subulata, alterna breviora; **antherae** oblongae, basifixae, demum revolutae. **Stylus** filiformis: **stigmata** 3 patentim recurva. **Capsula** basi angustata, multistriata.
Herbae orientales et centro-asiaticae, bulbo radicali ovato, foliis radicalibus anguste linearibus subulatis, caule flexuoso oligophyllo, spathis axillaribus subunifloris, terminali polyphyllâ multiflorâ. . . . . 70. **Ixiolirion** *Fisch.*

(3) oblonga v. globosa, 3—6costata, **semina** in loculis plura, subglobosa, horizontalia, **testâ** membranaceâ rugosâ, **rhaphe** immersâ **umbilicum** basilarem **chalazae** apicali tuberculiformi jungente. **Embryo** axilis, **albumine** carnoso dimidio brevior. — **Perigonium** 6partitum, subcampanulatum: **phylla** interiora angustiora, duo basi subtubulosa. **Stamina** imo perigonio inserta: **antherae** ovales, erectae. **Stylus** filiformis, directione staminum: **stigma** trifidum, lobis replicatis.
Herbae **americanae** tropicae vel in australi hemisphaerâ extratropicae, radicibus tuberoso-fasciculatis, caule folioso, floribus terminalibus umbellatis.

Capsula

a. acute operculata, 6costata, valvis crustaceis septigeris dissilientibus axi ab imâ parte trifariam disrupto, costarum dimidio inseparabiliter pedunculo adhaerente. **Semina** subrotunda, **testâ** tuberculatâ difficulter separabili, **hilo** laevi, **chalazâ** circulari, **endopleurâ** ab albumine corneo inseparabili. — **Germen** 6costatum (superne 12angulare 12costatum); **phylla** quater disparia, interiora duo erecta, imum porrectum. **Filamenta** recurvata, glandulis in disco deciduis inserta, phyllorum basi vix adnata tardius distincta, petalina basi acute ovali sepalina ultra-semicirculari discum signantia. **Stylus** recurvus.
Caulis erectus, foliosus v. squamatus; pedunculi unipluriflori. . . . . 71. **Alstroemeria** *L.*

b. evalvis coriacea trigone turbinata 6sulcata operculo obtuso, serius corrugata dissepimentis integris operculo late dehiscente; **semina** obovato-subrotunda pericarpio maturo diu adhaerentia, exopleurâ molli (semper rubrâ aurantiacâ v. aureâ?), sarcopleurâ pulpaceâ, endopleurâ subfuscâ albumini corneo adhaerente, chalazâ internâ annulari in endopleurâ conspicuâ, extus vix discernendâ. — **Germen** trigone turbinatum. **Phylla** disparia, interiora et exteriora inter se subaequalia. **Filamenta** glandulis in disco deciduis inserta, phyllorum basi vix aut nequaquam adnata. Caulis scandens v. volubilis. . . . . 72. **Bomarea** *Mirb.*

c. turbinata, basi styli maxime grandefactâ semisupera, mollis pulposa (in omnibus?). **Perigonium** tubulosum, minime patens. **Genitalia** recta (?). Reliqua *Alstroemeriae.*
Caulis erectus rigidus, apice curvatus; folia rigida. Umbella pendula. . . . . 73. **Wichuraea** *m.*

d. indehiscens, subbaccata. **Semina** pulpâ paucâ. **Perigonium** breve, phyllis interioribus et exterioribus disparibus, inter se aequalibus. **Stylus** rectus (?).
Caulis rectus superne attenuatus; folia subrigida; pedunculi uniflori. . . . . 74. **Sphaerine** *W. H.*

2) septicido-3partibilis, intus dehiscens, oblonga, trisulca. **Semina** uniseriata, depressa, **testâ** spongiosâ. — **Perigonium** hexaphyllo-partitum, **phyllis** elliptico-lanceolatis aequalibus patentibus persistentibus. **Stamina** phyllis imis inserta: **filamenta** recurva; **antherae** cordatae, versatiles. **Styli** 3 recurvi: **stigmata** simplicia.
Herba insulae **van Diemen**, glabra, radice fasciculatâ fusiformi, foliis gramineis semiamplexicaulibus, floribus terminalibus paucis. . . . . 75. **Campynema** *Labill.*

Subordo V. Agaveae.

Ovarium 3loculare: **ovula** plurima, in loculorum angulo centrali biseriata, horizontalia. — **Capsula** loculicido-3valvis,

1. corticata, intus lignosa, turbinato-trigona, septis demum bifidis. **Semina** plano-reniformia, **testâ** rugosâ, nucleo unilaterali subtriquetro. **Embryo** axilis, fungiformis, **albumine** carnoso dimidio brevior. — **Perigonium** 6partitum, infundibuliforme, deciduum, laciniis 3 interioribus basi latioribus. **Stamina** basi phyllorum inserta: **filamenta** subulata; **antherae** tetragonae, basi cavâ insertae, erectae. **Stylus** trisulcus: **stigma** trigonum.
Plantae **Novae Hollandiae** orientalis extratropicae, radicibus fasciculatis, caule excelso tereti folioso, foliis radicalibus late ensiformibus, caulinis multo minoribus, capitulo terminali e spicis suboppositis confertis paucifloris composito: floribus alternis breve pedunculatis puniceis, bracteis semivaginantibus pedunculisque coloratis. . . . . 76. **Doryanthes** *Correa.*

2. coriacea, 3loc.: **semina** plurima, plano-compressa. **Stylus** cavus, apice pervius,
1) filiformis, exsertus: **stigma** capitato-trigonum. **Capsula** trigono-triquetra: **sem. testa** chartacea marginata, **rhaphe** laterali **umbilicum** prope basin lateralem **chalazae** subapicali jungente. **Embryo** cylindricus, axilis, **albuminis** carnosi lgt. — **Perigonium** infundibuliforme, persistens, **limbi** 6partiti laciniis subaequalibus. **Stamina** tubo perigonii inserta: **filamenta** filiformia, aestivatione inflexa, sub anthesi exserta; **antherae** lineares, versatiles.
Plantae **americanae** tropicae et in hemisphaerâ boreali subtropicae, acaules v. caulescentes, giganteae plerumque, at monocarpicae (semel tantum florentes), foliis radicalibus carnosis, interdum maximis, marginibus spinosis, scapo radicali bracteato: floribus paniculatis numerosissimis. 77. **Agave** *L.*
(1) Germen cylindraceo-oblongum, pedunculatum horizontale; limbus infundibuliformis; filamenta fauci tubi inserta; stigma capitatum, vix lobatum. . . . . Subg. 1. Chloropsis *W. H.*

(2) Germen ovale sessile subhorizontale; limbus revolutus; filamenta basi phyllorum inserta; stigma inconspicuum. . . Subg. 2. Littaea *Tagliabue.*
(3) Germen oblongo-ovale; perigonium erectum v. assurgens; limbo filamentis adpresso; stigma trilobum, lobis emarginatis. . . . . Subg. 3. Agave *s. str.*

2) triqueter, basi strumoso-incrassatus, subexsertus: **stigma** obtusum, fimbriatum. — **Perigonium** deciduum hexaphyllo-partitum, foliolis aequalibus patentiusculis. **Stamina** epigyna: **filamenta** basi cuneato-dilatata, aestivatione erecta, sub anthesi inclusa; **antherae** ovatae, medio dorso affixae, erectae.

Plantae **mexicanae,** longaevae, monocarpicae, caudice subinde giganteo apice folioso, scapo terminali paniculatim ramoso multifloro. . . . . . . 78. **Fourcroya** *Vent.*

Synopsis specierum.

(Subordo I. Galantheae.)

(*W. H.* Am. 80. et 329.)

Porandrae (antheris non fissis et inversis, sed pro parte tantum dehiscentibus, polline e poris duobus parvis rotundis in extremitate emisso. Haud operculatae, pulvinatae, i. e. germine tegumento glanduloso spongioso, cui filamenta inserta sunt, instructo. *W. H.*
Plantae hemisphaerae borealis orbis antiqui cis tropicum cancri.

1. Galanthus.

L. gen. 401. — *Meisn.* l. c. 393. (295.) — *Endl.* gen. 174. 1265. — *N. ab E.* gen. pl. VI. t. 3. — *W. H.* ll. cc. — *Schult. S. V.* VII. p. XLVII. n. 1427. — *Spach* l. c. 406. — *Lam.* Ill. t. 230.

Erangelia *Renealm.* Spic. t. 96.

Acrocorion *Adans.*

Scapus uniflorus; **folia**

1. linearia, carinata, obtusa.

1. **G. nivalis** *L.* Sp. pl. 413. — *Wlld.* Sp. pl. II. 29. — *Jacq.* austr. t. 313. — *Knorr* del. I. t. S. 15. n. 2. — *Sprg. S. V.* II. 48. 1. — *Schult.* l. c. 781. — *Sp.* l. c. 407. — *E. B.* t. 19. — *Sturm* Dtschl. Fl. II. F. t. 6. — *St. Hil.* Fl. gall. 27. t. 5. — *Hook.* Fl. Lond. t. 14. — *Mayerh.* Fl. Monac. t. 25. — *Red.* Lil. t. 200. — *Tratt.* Tab. t. 292. — *Hayne* term. bot. t. 3. f. 7, 8. — *Schk.* Hdb. t 89. — *W. H.* l. c. 330. t. 34. f. 10—13. (floris partes).

Leucojum bulbosum praecox minus *Clus.* Pann. 181. hist. 1. 169. f. 1. — *Lob.* ic. 123. — *Moris.* hist. f. 4. 364. t. 9. f. 23. — *Rudb.* Elys. 2. 96. f. 4.

In *Europâ mediâ* et *meridionali,* in silvis, et ad radices montium. ♃.

Schneetropfen, Schneeglöckchen germ., Perce-neige, Nivéole, Galanthine gall.

Bulbus parvus, vix pollicaris, ovatus, albus, tunicis 2—3 carnosis compositus, acris. Folia plerumque bina, erecta, glauca, supra canaliculata, 3—4‴ lata, scapo breviora. Scapus 3—6″ altus, anceps, glaucus, fistulosus: pedunculus filiformis, erectus, apice inclinatus. Spatha monophylla, superne subarcuata, albida, apice bifida, laciniis obtusis carinatis, pedunculo paulo longior, compressa, latere plano fissa. Phylla exteriora concava, semipatentia, ovato-oblonga, obtusa, basi angustata, candida; interiora dimidio breviora, erecta, cuneiformia, emarginata, crassiuscula, intus viridula, flavescenti-striata, extus sub emarginaturâ maculâ semilunari viridi. Stamina phyllis internis duplo breviora; antherae filamentis longiores, basi tetragonae, aurantiacae. Stylus paulo longior. Ovarium obovatum, viride, nitidum. Capsula parva, subglobosa. Semina laevia, subopaca, primum pallide flava, tandem fuscescentia. — Primo vere et nive vix deliquescente (Febr., Mart.) floret. Odor debilis melleus.

(Galanthus nivalis) β. latifolius: foliis latioribus et obtusioribus *Besser.* An eadem var. ac sequens?
γ. major (non *Rchb.* & *Schult.*): ultra pedalis, flore multo majore, foliis 1/2'' latis.
In editioribus silvaticis Banatus (ubi forma vulgaris 2—3'' alta foliis angustioribus quoque obvia) *Wierzbicki* in Florâ XXV. (1842.) 258.
δ. hortensis *W. H.* flore pleno.

2. lanceolata,

1) margine plicata, plicâ utrinque margini parallelâ; spatha pedunculum superans.

2. **Galanthus plicatus** *M. B.* T. C. Suppl. 255. — *Schult.* l. c. 782. — *Sprg.* l. c. 2. — *Bot. Rg.* t. 545. — *Bot. Mg.* t. 2162. — *W. H.* l. c.
G. nivalis *Pall.* Ind. Taur. — *M. B.* T. C. 259. n. 642. — var. β. *Red.* l. c.
In *Tauriâ* et ad *Caucasum.* ♃.
Differt a G. nivali staturâ majore robustiore, bulbo majore, foliis latioribus hinc bicarinatis illinc bicanaliculatis, pedunculo breviore, floribus minoribus maculâ viridi ampliore et intensiore, phyllis interioribus supra parietem internum ovarii sitis, magis squamaeformibus.

2) plana; bulbus globosus; phylla exteriora ovato-oblonga, unicum majus.

3. **G. Imperati** *Bertol.* Fl. Ital. IV. 1.
G. nivalis β. major *Rchb.* & *Schult.* l. c.
G. plicatus *Guss.* (non *M. B.*).
G. Clusii *Fisch.*
Leucojum bulbosum praecox byzantinum *Clus.* Pann. 183. hist. II. 169. ic.
? Leucojum bulbosum trifolium majus *Bauh.* Pin. 56.
? Leucojum bulbosum II. *Tabern.* Krtb. 1005.
? Narcisso-Leucojum trifolium majus *Tourn.* Inst. 387.
In montibus regni *Neapolitani.* ♃.
Praeter notas indicatas quoque omnibus partibus duplo majoribus differt a G. nivali, et serius floret.
Obs. Synonyma antiquiora potius ad hunc quam ad G. plicatum pertinere verisimilius est.

Species e genere exclusae:

Galanthus autumnalis *All.* = Acis hyemalis.
— vernus *All.* = Erinosma verna.

2. Erinosma.

W. H. Am. 80. et 330.

Spatha pedunculo longior; phylla concava, ovalia, obtusa; ovarium obovatum, stylus clavatus; folia late linearia, scapo florente solido breviora. — Spatha

1. uniflora; phyllorum apices virides.

1. **E. verna** *W. H.* l. c. 331. *) t. 34. f. 14—17.
Leucojum vernum *L.* Sp. pl. 414. — *Wlld.* l. c. 30. 1. — *Jacq.* Austr. t. 312. — *Schk.* Hdb. t. 89. — *Tratt.* l. c. t. 288. — *Mayerh.* l. c. t. 32. — *Sturm* l. c. Fasc. XI. — *Sprg.* l. c. 48. 1. — *Schult.* l. c. 782. 1. (excl. var. β.). — *Sp.* l. c. 408. — *Bot. Mg.* t. 46.
Galanthus vernus *Allion.* Pedem. n. 1865.
Nivaria verna *Mch.* Meth. 280.
Leucojum bulbosum vulgare *Rudb.* Elys. II. 95. f. 1.
Narcissus VII. Matthioli *Camer.* Epit. 957.
In *Europâ mediâ* et *meridionali*, *Germaniâ*, *Galliâ*, *Helvetiâ*, *Italiâ*, in pratis umbrosis ad rivulos. Primo vere cum Galantho florens. ♃.
Knotenblume, Nivéole, Perce-neige vulgo.
Bulbus ovoideus, albidus, magnâ copiâ tunicarum tenuium compositus, 3—6phyllus. Folia cum scapo vaginâ albidâ tetragonâ inclusa, erecta, carinata, obtusiuscula, laete viridia, nitida, scapo breviora, 3—4''' lata. Scapus 4—12'' altus, ancipiti-trigonus, pallide virens. Spatha erecta, ovato-lan-

*) Οσμή, odor, generis feminini est ideoque cl. *Herberti* nomina E. vernum, carpathicum haud correcta.

(Erinosma verna) ceolata, obtuse bicuspidata, dorso membranacea albida, lateribus carinatis viridibus, pedunculo gracili nutante longior. Phylla ovata, concava, obtuse apiculata, sub apice utrinque maculâ virente notata, interiora paulo breviora. Stam. perigonio duplo breviora: filamenta filiformia, albida; antherae tetragonae, truncatae, luteae. Stylus stamina paulo superans, albus, apice virescens, stigmate subulato albo. Germen obovatum. Flores Violam redolent.

β. flore pleno.

2. biflora; phyllorum apices lutei.

2. **E. carpathica** *W. H.* l. c.

Leucojum carpathicum *Sweet.*

L. vernum β. spathâ biflorâ, corollae apicibus luteis. *Sims* Bot. Mg. t. 1993. — *Schult.* l. c. 783.

L. praecox majus *Clus. (?).*

In *Carpathis* et *Bavariae* subalpinis. ♃.

Bulbus oblongus, 3poll., pallide fuscus. Scapus semipedalis, compressus, viridis, superne attenuatus. Folia oblonga, obtusa, striatula, pollicaria, 4''' lata. Spatha 1½-poll., ultra dimidium bifida: laciniis concavis lanceolatis acutiusculis albidis. Pedicelli filiformes, teretes, virides, erecti, apice cernui. Ovarium saturate viride, subovatum, 4''' longum. Perigonium late campanulatum, 1½poll., album, laciniis late ovatis obtusiusculis suberectis 5''' longis. Stamina corollâ duplo breviora, antheris flavis. Stylus stamina paulo superans, albo-viridis.

Obs. Genus Erinosmae a Leucojo differre seminibus ochroleucis nec testaceis nitide atris, stylo clavato nec fusiformi; a Galantho sepalis petalisque conformibus et stylo clavato crasso nec gracili sursum attenuato; ab Acide perigonii segmentis perfecte discretis nec coalitis, stylo deorsum nec sursum attenuato, stigmate acuto antherarum aperturis rotundis nec oblongis, foliis non filiformibus *W. H.* l. c.

3. Acis.

Salisb. Parad. Lond. t. 74. nt. — *Sweet* Br. Fl. Gard. I. t. 297. — *W. H.* l. c. 80. et 331.

Stylus foliaque filiformia; spatha

1. monophylla, 2—3-flora; petala ovata, apice tridentata; stamina corollâ plus duplo breviora.

1. **A. autumnalis** *W. H.* l. c. 332. 4.

Leucojum autumnale *L.* Sp. pl. 414. — *Wlld.* l. c. 3. — *Sprg.* l. c. 49. 5. — *Red.* Lil. t. 150. f. 2. — *Bot. Cab.* 812. — *Tratt.* l. c. t. 290. — *Salisb.* l. c. 21. — *Bot. Mg.* t. 960. — *Schult.* l. c. 784. 4.

L. bulbosum autumnale *Clus.* Hisp. 271. f. 272. — *Dod.* Pempt. 230. f. 4. — *Park.* Parad. 110. 2. t. 107. f. 10. — *Ger.* emac. 148. f. 5. — *Bauh.* hist. I. 593. f. 1. — *Besl.* Ht. Eyst. ord. 3. autumn. 6. f. 1.

Tricophyllum *Renealm.* spec. 101. t. 100.

In collibus siccis arenosis *Hispaniae*, *Lusitaniae*, *Algeriae*. Fl. autumno foliis utplurimum jam emarcidis et dejectis. ♃.

Bulbus ovatus, albidus, magnit. avellanae. Folia scapusque inferne vaginâ diaphanâ truncatâ inclusa, illa 3—4, angustissime linearia, obtusa, flaccida, scapo breviora v. subaequalia, 3—6'' longa, ½—¾''' lata. Scapi interdum plures, filiformes, erecti. Spatha concava, lineari-lanceolata, basi dilatata, acutiuscula, erecta, pedunculis floriferis fere longior, fructiferis brevior, viridis v. purpurascens, dorso albido membranaceo. Pedunculi plerumque 2, rarius 1—3, filiformes, graciles, penduli, fructiferi erecti. Flores albi, diam. 4—5''': laciniae ovatae v. ovato-oblongae, dente medio fortiore calloso, lateralibus minoribus, dorso crassiores et obsolete 3nerviae. Stam. perigonio duplo et ultra breviora: antherae filamentis multo longiores, luteae. Stylus antheras paulo superans, superne paulo crassior, albus: stigma obtusum, subcapitatum. Capsula obtuse trigona, subglobosa, magnit. grani piperis.

2. bivalvis, valvis linearibus

1) pedunculos superantibus; petala in-

tegra acuta; stamina corollâ paulo breviora;

(1) flores autumnales; spatha

a. uniflora; perigonii phylla ovalia rubella; folia glaucescentia, scapis (solitariis, geminis ternisve) multo breviora.

2. **Acis rosea** *Sweet* l. c. t. 297. — *W. H.* l. c. 3.
Leucojum roseum *Mart.* Bibl. phys. écon. (Pluv. an. XIII.) n. 5. — *Lois.* Fl. gall. 1. 190. t. 8. ed. 2. 239. — *Red.* Lil. 217. — *Sprg.* l. c. 48. 3. — *Rchb.* Iconogr. 944—946. Pl. crit. III. t. 704.
L. trichophyllum *DC.* Syn. 1896. — *Tratt.* l. c. t. 291. — Var. B. *Red.* l. c. t. 150. f. (non *Schousb.* nec *Brot.*) (?).
L. hyemale *β.* flore roseo *Schult.* l. c. 785.
In *Corsicâ*, pr. *Ajaccio* et *S. Bonifacio.* ♃.

Bulbus ovatus, fuscus, 8''' lg. Folia 3, basi vaginis brevibus aridis fuscis inclusa, flaccida, $2^{1}/_{2}$poll., vix crassitie fili emporetici. Scapus gracilis, erectus, $3^{1}/_{2}$poll. Spathae valvae erectiusculae, lineari-lanceolatae, apice subcallosae, marginibus membranaceae, dorso nervoso-striatae, $4^{1}/_{2}$''' longae, $^{1}/_{2}$''' latae. Pedicelli filiformes, erecti. Flos subnutans 4''': phylla oblonga, acuta, exteriora apice subreflexa dorsoque magis carinata, staminibus triente longiora. Germen obovato-rotundatum, magnit. seminis Sinapeos. *(Schult.)*

b. 1—2flora; phylla ovato-oblonga alba; folia scapum aequantia.

3. **A. hyemalis.**
Leucojum hyemale *DC.* Fl. Fr. Suppl. 327. — *DC.* & *Duby* Bot. gall. I. 457. — *Poir.* Enc. méth. VIII. 740.
L. hyemale *α.* flore albo *Schult.* l. c. 785. 5.
Galanthus autumnalis *All.* auct. 33.
In *Galliâ meridionali* et circa *Nizzam.* ♃.
Bulbus ovatus, magnit. nucis Avellanae. Folia 3—4, sub anthesi persistentia, tenuia, 3poll. Flores duplo minores quam in A. grandiflorâ: phylla integerrima, stamina parum excedentia.

(2) flores vernales; spatha 2 — 4flora: phylla striata nervosa, alba, alterna acuta et obtusiuscula cum acumine; folia scapo paulo breviora.

4. **A. trichophylla** *Sweet.* — *W. H.* l. c. 331. 1.
Leucojum trichophyllum *Brot.* Fl. Lus. 552. — *Ker* in Bot. Rg. t. 544 (?).
In *Lusitaniâ* inter *Cadema* et *Figueira* in *Beira* et ad *Tagum*, locis arenosis. ♃.
Folia membranacea, basi scapum vaginantia. Scapus filiformis, 5—6poll. Spatha uncialis, marcescens. Flores nutantes: pedunculi capillares, inaequales, major $1^{1}/_{2}$poll. Perigonium vix majus ac in autumnali, album, aut interdum externe leviter rubellum.
Ker l. c. duas distinguit varietates:
α. uniflora,
β. 2—4flora.

Illam b. *Schultes* l. c. 786. in nt. ad L. hyemale, hanc ad L. grandiflorum ducere inclinatus est. Descriptio illius saltem cum A. trichophyllo minime convenit. „Folia scapo plerumque longiora, linearia, obtusula, extus convexa, striata, canaliculata, superne plana, cinereo-virentia. Scapus 4—5unc., viridis, teres, erectus. Spatha erecta, monophylla, bifisse-dehiscens. Pedunculus firmulus, recurvus. Germen oblongum, viride, non striatum, breve. Cor. alba, firmula: laciniae disco lgtali crassiore striato absque omni carinâ v. canaliculo; exteriores ovali-oblongae acuminatae integerrimae planae, mucrone basi uncato intus pruinoso; interiores subbreviores latioresque, obovato-ellipticae, apice rotundatae cum mucrone obsoleto, integerrimae. Stamina recto-conniventia, corollâ $^{1}/_{4}$ circ. breviora: filamenta antherâ 3—4plo breviora, distantia, curva, compresso-linearia, alba; antherae vitellinae, majusculae, sagittato-lineares, basi postice affixae, fasciculato-contiguae, utrinque summitate poro laterali longitudinali dehiscentes. Discus glandulosus staminifer luteo-virescens, 6crenato-plicatus. Stylus albus, staminibus parum longior, erectus, 3sulco-filiformis, apiculo stigmatoso mutico obtuso pruinoso. L. autumnali affine, sed floret vere, petala integerrima nec dentata, alba nec rubella."

2) pedunculis brevioribus, biflora; perigonium staminibus duplo lon-

gius; petala integerrima acuta; folia

(1) lgt. scapi, linearia; stylus staminibus longior.

5. **A. grandiflora** *Sweet.* — *W. H.* l. c. 332. 2. t. 30. f. 4.
Leucojum grandiflorum *Red.* Lit. t. 217. — *Tratt.* l. c. t. 289. — *Poir.* l. c. VIII. 740. — *Schult.* l. c. 786. 6.
L. trichophyllum *Schousb.* Marocc. 139. — *Roth* n. Beitr. I. 186. — *Poir.* l. c. Suppl. IV. 100. — *Pers.* Syn. I. 349. — *Lk.* En. 310. — *Lois.* l. c. ed. 2. I. 238. — *Rchb.* Fl. germ. exc. 87. 596. — *Sprg.* l. c. 48.
L. trichophyllum A. biflorum *Red.* l. c. fol. 150. 2.
In *Barbariae tingitanae* campis arenosis prope *Schaaf el Kaab.* ♃.
Bulbus ovoideus, magnit. cerasi, tunicis fuscis. Folia exteriora squamae vaginantes, interiora erecta, gracilia, plana, linearia, angustissima, obtusiuscula. Scapus nudus, gracilis, fere pedalis, teres, glaber. Spathae valvulae oppositae, membranaceae, oblongae, acutae, concaviusculae. Pedicelli 2 lgt. inaequales, sub anthesi cernui. Perigonium album: laciniae ovato-oblongae, (lineari-lanceolatae *Poir.*) acutiusculae, nec vero apice callosae, $^3/_4$—1'' longae, nervis lgt. 5—8. Filamenta brevissima; antherae flavae, lineares. Germen subglobosum virescens. Stylus gracilis, filiformis.

(2) scapo longiora, sub anthesi longissima angustissima; stylus staminibus brevior; spatha interdum 1—v. (rarissime) 3flora.

6. **A. longifolia.**
Leucojum longifolium *Gay* ined.
L. trichophyllum *Rchb.* pl. crit. t. 703.
In *Corsica* pr. *Vico* in rupibus, alt. 1500—3000'. ♃. *(Salis-Marschlins.)*
Gay verum L. trichophyllum diversum censet, quippe cui *Schousboe* folia eadem ac L. autumnali, i. e. brevia et florendi tempus mensem Januarium tribuit. Flores albi. Scapi solitarii, foliis synanthiis breviores.

4. Leucojum.

L. gen. 402. — *Endl.* gen. 175. 1266. — *Meisn.* l. c. 393. (295.) — *Sp.* l. c. 407. — *Lam.* Ill. t. 230. f. 1. — *Schult.* l. c. n. 1428 (omnes excl. sp. pl.). — *W. H.* l. c. 80. et 332. n. 83. t. 34. f. 18. et t. 44. f. 42.
Nivaria *Mch.* Meth. 280.

Folia scapum subaequantia; **spatha**

1. 1—3flora; germen oblongum.

1. **L. Hernandezianum** *Cambess.* in Mém. du Mus. XIV. 315. — *Schult.* l. c. 784. 3. — *W. H.* l. c. 333. 3.
In insulis *Balearicis:* in montibus prope *Lluch* ins. *Majorcae.* *(Hernandez.)* ♃.
Bulbus ovoideus, 15''' longus, unciam latus. Folia linearia, 1—$1^1/_2$pedalia, 3—4''' lata, plana, apice obtusa. Scapus foliis paulo longior. Spatha monophylla, linearis, $1^1/_2$-poll., 2''' lata, apice obtusa. Pedunculi 1—$1^1/_2$poll., filiformes. Perigonium 4—5''' lg., lobis oblongis obtusis albis apice viridi maculatis. Stamina brevia. Stylus staminibus paulo longior, perigonio triente brevior, filiformis. Germen subclavatum. Differt a L. aestivo foliis triente angustioribus, floribus dimidio minoribus, spathâ pauciflorâ, germine oblongo.

2. multi (3—8) flora: germen subglobosum; pedunculi

1) penduli (4—8), folia late linearia; scapus compressus anceps.

2. **L. aestivum** *L.* Sp. pl. 414. — *Wlld.* l. c. 30. 2. — *Lam.* Ill. t. 230. f. 2. — *E. B.* t. 621. — *Jacq.* Austr. t. 203. — *Curt.* Fl. Lond. V. t. 23. — *Red.* Lil. t. 135. — *Fl. Dan.* t. 1265. — *Tratt.* l. c. t. 287. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1210. — *Kern.* gen. sel. t. 7. — *Schult.* l. c. 783. 2. — *Sprg.* l. c. 49. 6. — *Sp.* l. c. 408. — *W. H.* l. c. 332. 1.
L. vernum *β. Gouan* Monsp. 303.
Nivaria aestivalis *Mch.* Suppl. 93.
Nivaria monadelpha *Medic.* Act. palat. VI. 422.
Leucojum bulbosum serotinum majus I. *Clus.* hist. 170. Pann. 184. ic.
Lob. ic. 122. — *Besl.* ht. Eyst. vern. III. fol. 17. f. 3. — *Rudb.* El. II. 95. f. 3. — *Park.* Parad. t. 107. f. 1.
Polyanthemum *Renealm.* l. c. 99. t. 100.
In *Europâ* mediâ a mari balthico ad mediterraneum usque, in *Britanniâ;* praesertim in silvis montanis. Fl. Majo. ♃.

(Leucojum aestivum) Bulbus subglobosus v. ovatus, albidus, magnit. ovi columbini et ultra. Vaginae radicales membranaceae, folia inferne involventes. Folia plura (6—8), ab inferne fistuloso-vaginantia, longe canaliculato-ligulata, superne plana obtusiuscula, interiora longiora, $1\frac{1}{2}$—2pedalia, 4—6''' lata, erecta, laete viridia, scapo sursum tereti-deorsum alato-ancipiti erecto cavo 1—2pedali subisometra. Spatha monophylla, follicularis, viridula, lanceolato-oblonga, compressa, concava, bicarinata, erecta, lgt. florum et ultra. Germen viride, rotundato-ovatum, exsulcum. Flores pedunculis longis gracilibus, inclinatis inaequalibus, 1—$1\frac{1}{2}$pollicaribus viridibus, inodori. Phylla ovata, subaequalia, lineis nervose prominulis parallelis creberrimis longitudinaliter striatula, alba, ad apicem extus et intus maculâ ovatâ viridi-flavâ notata, ad connexionem cum germinis summitate glanduloso-incrassata: exteriora subangustiora apice tridenticulata (*Gawl.*), interiora obovata. Filamenta corollâ duplo breviora, subulata, (capillaria *Gawl.*) aequalia, erecto-divergentia, perigonii disco incrassato imposita, lgt. antherarum flavarum. Stylus staminibus longior, clavato-elongatus, obtuse trigonus, cuspide stigmatosâ triquetrâ gracillimâ rectâ praefixus, albus, apice viridis. Capsula majuscula, obovata, transverse rugosa, (laevis *Gawl.*). Semina in quovis loculo plura, subrotunda, atra, nitida.

β. flore pleno.

2) elongati haud crenulati (?) 3—7; folia serotina (Nov. prodeuntia).

3. **Leucojum pulchellum** *Salisb.* l. c. t. 74. — *W. H.* l. c. 2.

In *Angliâ.* ♃.

Folia intense viridia; pedunculi virides. Perigonium album, maculâ viridi prope apicem cujusque laciniae; filamenta alba; stylus albus, maculâ viridi sub stigmate. Ovula in singulis loculis 13—20.

Nec plura meminit de hac specie auctor, vix a L. aestivo diversâ, nisi ic. in Bot. Mag. eam repraesentat, cujus diagnosis a *Gawlero* data pluribus notis ab illo recedit. Caeterum hic auctor et b. *Schultes* L. pulchellum cum aestivo conjungunt.

Species e genere exclusae:

Leucojum autumnale *L.*	= Acis autumnalis.
— capitulatum *Lour.*	= Curculiginis s. Molineriae species sec. *W H.*
— carpathicum *Sweet*	= Erinosma carpathica.
— grandiflorum *Red.*	= Acis grandiflora.
— hyemale *DC.*	= — hyemalis.
— longifolium *Gay*	= — longifolia.
— roseum *Mart.*	= — rosea.
— strumosum *Ait.*	= Imhofia filifolia.
— trichophyllum *Brot.*	= Acis trichophylla.
— — *Rchb.*	= — longifolia.
— — *Schousb.*	= — grandiflora.
— vernum *L.*	= Erinosma verna.

5. Hessea.

W. H. l. c. 78. et 289. *) (non *Berg*).

Spatha multiflora.

Stamina perigonio

1. breviora, inaequalia, divaricata; **stylus** rectus, staminibus brevior; **perigonium** patens, planum, tubo brevissimo: laciniae 3 alternae infra apicem barbatae; folia linearia, erecta.

1. **H. stellaris** *W. H.* l. c. 289. 1.

Amaryllis stellaris *Jacq.* Ht. Schbr. I. 37. t. 71. — *Wlld.* l. c. 61. 37. — *Ait.* Ht. Kew. ed. 2. II. 229.

Strumaria stellaris *Ker.* — *Sprg.* l. c. 58. 4. — *Schult.* l. c. 790. 4. — *Sp.* l. c. 410.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus ovato-subrotundus, fere magnit. nucis Juglandis, tunicis fusco-cinereis. Folia post scapum, 1—3, acutula, planiuscula, sub lente striatula, 5'' longa, 2''' lata. Scapus teres, gracilis, erectiusculus, virens, basi purpurascens, 3poll. Umbella fastigiata. Spathae valvulae lineari-lanceolatae, acuminatae, purpurascentes, erectiusculae, unciales. Pedunculi $1\frac{1}{2}$poll., teretes, virides, erectiusculi. Flores inodori. Phylla

*) Genus Hessea differt a Nerine et Brunsvigiâ antheris erectis basi affixis staminibusque subaequalibus, praeterea ab illâ insertione eorum aequali, ab hac defectu connexionis eorum gibbosae. *W. H.*

(Hessea stellaris) oblonga, obtusula, concava, basi erecta, caeterum patentissima, rubra v. carnea, lineâ mediâ saturatiore: 3 alterna apice fornicato-callosa et ad lentem barbatula, omnia basi cum filamentis in tubum connata. Filamenta e basi latiore compressulâ subulata, phyllis concolora, erecta, post pollinis explosionem reflexa: 3 alterna latiora praecocioraque. Antherae oblongae, erectae, purpureae. Germen subrotundo-trisulcatum, viride. Stylus filiformis, trisulcatus, albus v. rubescens. Stigma trifidum, patentissimum, hirsutulum. *(Jacq.)*

2. subaequalia v. paulo longiora, inter se aequalia; **perigonii** laciniae lanceolatae erectae; **stylus** perigonio staminibusque

1) brevior; folia anguste ligulato-lorata obtusa.

2. **H. breviflora** *W. H.* l. c. 2. t. 29. f. 6. (umbella) et t. 45. f. 4. (folium).
In *prom. bon. spei.* (Hb. Bks.) ♃.
Folia erecta, glabra, flavescenti-laete viridia, tenuissime striatula, basi subangustata. sursum versus sensim dilatata, subrotundata, apice tamen obtusiuscule acutato, 5—6″ longa, basi 3, apicem versus 4—5‴ lata. Scapus striatus, teres (?) sub umbellâ incrassatus. Spatha diphylla, valvis e basi dilatatâ lanceolatis longe acuminatis reticulato-nervosis carneis pollicaribus. Flores in umbellâ 14: pedunculi 2¼″ longi, graciles, filiformes, erecti (in siccis cum perigonio dilute fusci). Germen oblongum, striatum, 1½‴ longum; tubus perigonii germine paulo brevior, limbus circ. ¼″ longus, semipatens: phyllis acuminatis acutisque aequalibus circ. lineam latis, exterioribus paulo latioribus. Filamenta capillaria, antherae minutissimae. (Ex ic.)

2) longior, folia linearia, basi vaginata.

3. **H. (?) vaginata** *W. H.* l. c. 3.
Haemanthus vaginatus *Thb.* Fl. Cap. ed. *Schult.* 297.
Brunsvigia (?) vaginata *Schult.* l. c. 852. 12.
Amaryllis vaginata *Dietr.* Syn. II. 1181. 61.
In *prom. bon. spei: Carro* ultra *Olyfants-Rivier.* ♃.
Folia radicalia, circ. 4—6, lineari-lanceolata, erecta, glabra, basi vaginâ saepe duplici cincta, scapo breviora, spithamaea. Scapus solitarius, teres, erectus, glaber, pedalis et ultra, crassitie calami. Umbella terminalis circ. 20flora. Spatha bivalvis, ovato-lanceolata, acuta, concava, glabra, unguicularis. Pedunculi filiformes, erecti, glabri, pollicares. Phylla aequalia, acuta, alba. Stigma bifidum (non trifidum, ut vult *W. H.) Thb.*

Species exclusa:

Hessea spiralis *Berg.* = Carpolyza spiralis.

6. Imhofia.

W. H. l. c. 79. et 290. (non in Bot. Mg. App. 18.).

1. **Folia** filiformia; **stylus** basi in strumam inflato-globosam plicatam subsexangulatam, a staminibus liberam incrassatus; **phylla** plana, ovata, acuta, stellato-patentia; **antherae** purpureae; **stigma** breviter 3lobum.

1. **I. filifolia** *W. H.* l. c. 290. 1. t. 29. f. 8. (stylus).
Leucojum strumosum *Thb.* Prodr. fl. cap. 58. — *Jacq.* Coll. III. 222. — *Ait.* Ht. Kew. I. 407. t. 5.
Strumaria filifolia *Jacq.* ic. rar. II. t. 361. — *Wlld.* l. c. 32. 6. — *Ht. Kew.* ed. 2. II. 213. — *Thb.* Fl. Cap. ed. Schlt. 295. — *Sprg.* l. c. 57. 1. — *Schult.* l. c. 788. 1. — *Bot. Rg.* t. 440. — *Sp.* l. c. 409.
Strumaria liliifolia (sphalmate?) *Dietr.* Syn. pl. II. 1187. 1.
In *prom. bon. spei*, in planitie capensi pr. *Groenpoint.* ♃.
Bulbus subglobosus, magnit. nucis Avellanae, albus. Folia plura, saepius 2—3, basi vaginâ inclusa, glabra, erecta, initio subspiralia et scapo longiora, postea breviora, supra canaliculata. Scapus simplex, teres, glaber, erectus, spithamaeus v. digitalis. Umbella 5—11flora: pedunculi capillares, erecti, glabri, inaequales, 1—2pollicares. Spathae foliola e basi latâ sensim attenuata, lineari-setacea, glabra, pedunculis breviora. Phylla alba, haud undulata, lineâ dorsali incarnatâ, lineam longa, concava. Filamenta perigonio triente breviora, subulata, inaequalia, alba: antherae ovatae, compressae, demum fuscae, polline flavescente. Stylus albus, staminibus

duplo brevior: stigma album, obtusum (simplex, triquetrum *Thb.*). Capsula globosa, trisulca, glabra.

2. Folia ..... **stylus** et filamenta basi incrassata; **phylla** subundulata, lanceolato-ovata acuminata, stellato-patentia; **antherae** albae; **stigma** simplex aut obsolete trifidum.

2. **Imhofia Burchelliana** *W. H.* l. c. n. 3. t. 29. f. 5. (Specim. ex hb. Burch. 4954. et 4967.)

In *prom. bon. spei* pr. *Langkloof*, Martio absque foliis lecta a cl. *Burchell.* ♃.

Proxime affinis I. filifoliae, sed perigonio subundulato, phyllis albis dorso viridi-carinatis, antheris albis, stigmate simpliciore et stylo imâ basi incrassato diversa. Scapus $4\frac{1}{2}$-poll. (teres, crassitie pennae corvinae, glaber, erectus,) spatha $\frac{5}{8}$ (foliolis pluribus, 3—4, lanceolato-linearibus, acuminatis, inaequalibus). Flores 7—11: (pedunculi erecti, graciles, filiformes, glabri, 1 — $1\frac{3}{4}$'' longi,) perigonium vix $\frac{3}{16}$, staminibus paulo longius.

β. virescens *W. H.* l. c. 291.: major, floribus 15 albis virescentibus, stigmate vix trifido, lobis obsoletis. (Hb. Burch. 2683.)

Cum praec. lecta.

3. Folia lineari-filiformia; umbella pauciflora; **stylus**

1) simplex; **phylla** lanceolata aequalia; **stamina** erectiuscula, corollâ paulo breviora.

†3. **I. tenella.**

Crinum tenellum *L. fil.* Suppl. 194. (excl. syn. *Pluk.* Alm. 347. t. 225. f. 2. (?).

In *prom. bon. spei.* ♃.

Planta Ornithogalo minori minor. Folia digitalia. Scapus filiformis, teres, digitalis. Pedicelli 3—4, aequales, filiformes, pollicares, patulo-erecti. Spatha linearis, membranacea. Flores magnit. illorum Arenariae trinerviae. Perigonium patentiusculum. Germen tricoccum. *(L. fil.)*

Haec planta dubia hucusque cum I. filifoliâ confusa, ab eâ umbellâ pauciflorâ et stylo simplici abunde videtur diversa.

2) rectus crassus trisulcatus lgt. staminum: **stigma** trifidum, lobis attenuato-linearibus; **phylla** undulato-crispa,

(1) oblonga, obtusa patentissima; **stamina** divaricata.

4. **I. crispa** *W. H.* l. c. 290. 2.

Amaryllis crispa *Jacq.* Ht. Schbr. I. 37. t. 72. — *Wlld.* l. c. 61. 36. — *Ht. Kew.* ed. 2. II. 229. — *Tratt.* l. c. t. 493.

Strumaria crispa *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1363. — *Schult.* l. c. 790. 5. — *Sp.* l. c. 409. — *Sprg.* l. c. 3.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus ovato-subrotundus, magnit. Juglandis, tunicis fuscis. Folia bina, anguste linearia, canaliculata, divaricantia, utrumque (vel tantum alterum) scapum postveniens et tandem superans, acutiuscula, virentia, basi apiceque purpurea, primum erecta, dein reclinata, flaccida, semipedalia, lineam lata. Scapus semiteres, erectus, basi purpurascens, firmus, gracilis, foliis brevior, 4poll. Umbella laxa, fastigiata. Spathae valvulae 2 ovato-lanceolatae, acuminatae, purpurascentes, unciales, striatae, erectae. Pedunculi plerumque 4, glabriusculi, glandulosi, spathis duplo fere breviores, atrovirides, crassiusculi, stricti, obtuse trigoni, $1\frac{1}{2}$pollicares. Flores inodori, diam. 9'''. Perigonium pedunculis bis terve brevius, germine vero toties longius, nutans, gemmuloso-micans, turbinato-rotatum, recurvulum; laciniae subunguiculato-lanceolatae, intus albidae basi purpureâ, extus magis purpurascentes, diaphanae, alternae paulo angustiores. Filamenta subulata, subaequalia, perigonio duplo breviora, basi rubra, superne albida; antherae fuscae, ovatae, polline flavo. Stylus prismatico-fusiformis, ruber.

(2) lanceolata **stamina**que erecta, haec perigonio breviora.

5. **I. cinnamomea.**

Amaryllis cinnamomea *L'Hérit.* Sert. angl. 16. n. 27.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Flores cinnamomeo-rubri. Ab auctoribus cum praec. conjuncta, *Tratt.* teste diversa.

4. Folia lanceolato-lorata subfalcata subterna breviter acumi-

6. **I. gemmata** *W. H.* l. c. 291. 4.

Strumaria gemmata *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1620. — *Poir.* Enc. méth. Suppl. V. 259. — *Schult.* l. c. 792. 9. — *Sprg.* l. c. 58. 10.

In *prom. bon. spei.* ♃.

nata ciliolata; umbella laxa, diffusa; **phylla** stellato-patentia, oblonga, crispa; **filamenta** basi **styli** ovato-pyramidalis inferne bulboso-ventricosi exsulci, superne subulato-attenuati trisulci inserta.

Bulbus ovatus, nudus, magnit. ovi columbini, virens, tunicis fuscescentibus. Folia scapo tardiora, 2—3, acumine brevi, glabra, lateraliter subfalcata, 3—4″ longa, 3/4″ lata, viridia, subtus pallidiora flavescentia. Scapus teres, pedalis, crassitie pennae corvinae, virens, hinc rubellus. Spatha valvis 2 lanceolatis acuminatis undulatis sordide aquose fuscis fere pollicaribus, pluribusque interjectis lineari-fibrosis. Pedunculi stricti, elastici, graciles, flore spathâque pluries longiores, 4poll., rubelli. Flos subnutans, micans, bullis senis crystallino-glandulosis prostrato-ovatis in disco; diam. vix pollicaris: laciniae oblongae, utrinque inflexae, intus albidae, extus pallide roseae lineâ carinatâ viridi longitudinali, exteriores apiculo puberulo. Genitalia gynandra, puncticulato-pruinosa, inclusa alba; filamenta setiformia, patentissima, guttâ limpidâ in axillis, alterna subbreviora; antherae ovato-rotundae. Stylus staminibus isometrus. Stigmata clausa v. replicata. Capsula tenuissime membranacea, oblato-globosa, trigibba, semine bulbaceo-laxato singulos loculos (plerumque ad dehiscentiam usque) replente. *(Gawl.)*

Species exclusa:

Imhofia marginata *W. H.* in Bot. Mg. = Elisena marginata.

7. Strumaria.

Jacq. ic. rar. — *W. H.* Am. 78. et 287. n. 70. t. 29. f. 10—14. (partes floris). — *Schult.* l. c. XLVII. n. 1430. — *Endl.* l. c. 175. 1269. — *Meisn. l.* c. 393. (295.) — *Sp.* l. c. 409. (omnes excl. spec. plur.).

1. Folia linearia,

1) plana; umbella sub-8flora; **germen** supra triglandulosum; **styli** struma cum filamentis connata.

1. **Str. angustifolia** *Jacq.* Coll. Suppl. 48. ic. rar. II. t. 259. — *Wlld.* l. c. 32. 5. — *Sprg.* l. c. 58. 5. — *Schult.* l. c. 789. 2. — *W. H.* l. c. 287. 1. t. 29. f. 14. (stylus et apex folii). — *Sp.* l. c. 409.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Tota glabra. Bulbus ovatus, externe fuscus, nuce Avellanae major. Folia pauca, vaginâ radicali cylindricâ ore ampliatâ subcompressâ rubrâ 1—2poll. erectâ inclusa, obtusula, nitida, erectiuscula, 5poll. fere, angusta, 1/8″ lata. Scapus lateralis, teretiusculus, gracilis, erectus. Spatha valvulis (ovato-)lanceolatis, acutis, scariosis, pallidis, rubicundis, erectiusculis, vix 1/2pollicaribus. Pedicelli graciles, erectiusculi, 1/2—1 1/2poll., basi bracteis (ramentis) capillaribus. Flores successivi, odore illorum Lilii Martagonis. Phylla alba, extus carnea, (lineâ rubrâ notata,) obtusula, aequalia, patentissima. Glandulae 3 oblongae obtusae apice bifidae, inter filamenta 3 libera et stylum posita (Nectarium *Jacq.*). Filamenta subulata, erecta, fere lgt. perigonii, basi in corpus 6-sulcum connata, alterna 3 cum lateralibus alatis styli concreta. Germen subrotundum, trisulcum. Stylus ultra medium in 3 alas laterales apice bifidas excurrens, hisce cum filamentis 3 connatus, filiformis, trisulcus, lgt. staminum (paulo longior *W. H.*). Stigma trifidum, patentissimum. Capsula subrotunda, triquetra. Semina plerumque solitaria, subrotunda, magna.

2) oblique flexa; **styli** struma filamentis

(1) connata utrinque acuta; **umbella** 6—10flora; **phylla** plana.

2. **Str. rubella** *Jacq.* ll. cc. 46. et t. 358. — *Wlld.* l. c. 31. 3. — *Sprg.* l. c. 7. — *Schult.* l. c. 790. 3. — *W. H.* l. c. 288. 3. t. 29. f. 12. (stylus et folii apex). — *Sp.* l. c.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus ovatus, fuscus, pollicaris. Folia obtusula, 5—9-poll., 1/3—1/4″ lata, absque vaginâ. Scapus lateralis, teres, crassitie pennae columbinae, erectus, circ. pedalis. Flores inodori: pedunculi graciles, pollicares, patuli. Spatha diphylla, purpurascens v. violacea, valvulis lanceolatis acutis erectiusculis, fere lgt. pedunculorum. Phylla intus carnea, extus rubra, lanceolata, acutiuscula, aequalia, patentissima. Filamenta subulata, fere ad medium usque in cylindrum 6sulcum connata, dein libera et erecto-patula, 3 alterna cum infimâ styli parte connata. Germen subrotundum, triquetrum. Stylus filiformis, medio incrassatus, erectus, lgt. staminum. Stigma trifidum, patentissimum, superne villosum.

(2) libera; **umbella** sub-6flora; **phylla** undulata.

3. **Strumaria undulata** *Jacq.* Il. cc. 50. et t. 360. — *Wlld.* l. c. 32. 4. — *Sprg.* l. c. 6. — *Schult.* l. c. 791. 6. — *W. H.* l. c. 5. t. 29. f. 13. (stylus et folii apex).
In *prom. bon. spei.* ♃.
Tota glabra. Bulbus ovatus, fuscus, 1½poll. Folia obtusiuscula, erectiuscula, 6—10poll., ½'' lata, basi vaginâ tubaeformi 2poll. saturate sanguineâ. Scapus lateralis, teretiusculus, erectus, 1½pedalis, crassitie pennae columbinae. Flores inodori. Spatha purpurascens, fere lgt. pedunculorum (pedunculis duplo brevior *W.)*, valvulis lanceolatis acutis (ovato-acuminatis *W.)* erectiusculis. Phylla rosea, intus pallide carnea, lineari-lanceolata, obtusiuscula, aequalia, patentissima. Filamenta basi breviter connata, erectiuscula, longa, cum stylo non connata. Germen subrotundum, triquetrum. Stylus fere totus triqueter, e basi gracili in conum angustum longumque incrassatus, lgt. staminum. Stigma praecedentis.
W. H. folia ¼'' lata et (ut quoque *W.*) flores albos apice rubros dicit.

2. linguaeformia (i. e. lineari-ensiformia rotundato-obtusa plana); **styli** struma cum filamentis connata,

1) utrinque acuta; **scapus** teres, superne compressus; umbella sub-8flora; stamina lgt. perigonii.

4. **Str. linguaefolia** *Jcq.* Il. cc. 45. et t. 356. — *Wlld.* l. c. 31. 1. — *Sprg.* l. c. 9. — *Schult.* l. c. 791. 7. — *W. H.* l. c. 4. t. 29. f. 10. (stylus et apex folii).
In *prom. bon. spei.* ♃.
Tota glabra. Bulbus ovato-subrotundus, magnit. fere nucis Juglandis, extus fuscescens. Folia basi vaginâ brevi, ante folia e terra emersâ laete sanguineâ, demum fuscescente cincta, nitida, erectiuscula, obsolete lineata, 3—4poll., ½'' lata. Scapus lateralis, crassitie pennae columbinae, subpedalis. Spatha uncialis, valvulis lanceolatis acutis erectis (rubicundis, quam pedunculi duplo brevioribus *W.)*. Pedunculi unciales, virides, erectiusculi v. patuli, successive elongati. Flores suaveolentes; phylla anguste lanceolata, obtusiuscula, aequalia, patentissima, alba, (externe apice virescentia *W.*, lineâ viridi notata *W. H.)*. Filamenta subulata, lgt. perigonii, basi connata in corpus 6sulcum: 3 alterna cum stylo connata; antherae sulfureae. Germen subrotundum, parvum. Stylus paulo supra basin incrassatus, trisulco-conicus, dein filiformis, erectus, lgt. staminum. Stigma 3fidum, laciniis patentissimis. Capsula subrotunda, triquetra. Semina pauca, subrotunda, magna.

2) superne truncata; scapus subcompressus; umbella multiflora; stamina perigonio longiora.

5. **Str. truncata** *Jcq.* Il. cc. 47. et t. 357. — *Wlld.* l. c. 2. — *Sprg.* l. c. 8. — *Schult.* l. c. 792. 8. — *W. H.* l. c. 2. t. 29. f. 11. (stylus et apex folii). — *Sp.* l. c.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Tota glabra. Bulbus subrotundus, extus fuscus, magnit. nucis Juglandis. Folia plura, erectiuscula, 6—8'' longa, ½'' lata, omnia basi vaginâ tubiformi 1½poll. coriaceâ atrosanguineâ inclusa. Scapus lateralis, fere pedalis, fere calamum crassus, erectus. Flores inodori, plurimi. Spatha purpurascens, valvis lanceolatis, acutis, (ovato-acuminatis pedunculis brevioribus *W.)* erectiusculis (rubro-lineatis *W. H.)*. Pedunculi graciles, erecti, patuli. Phylla lanceolata, obtusa, aequalia, patentissima, candida, externe basi et in alabastro rubicunda. Filamenta subulata, erecta, perigonio paulo longiora, basi brevissime inter se et 3 alterna cum angulis styli connata. Germen subrotundum, triquetrum. Stylus medio (trisulcato-) incrassatus in alas (basi attenuatas, superne) truncatas, lgt. staminum.

3) scapus teres; umbella nutans; stamina perigonio longiora.

6. **Str. Baueriana** *W. H.* l. c. 394. t. 45. f. 5. (flos auctus et folia).
Hab. . . . . . .
Ex icone *Baueri* in herbario Banksiano tantum nota, et verisimiliter var. tantum Str. linguaefoliae. Spatha brevis; perigonium non undulatum album, levissime carneo suffusum, stylus viridis, stigma nondum evolutum; filamentorum basis ignota ideoque dubium, an cum stylo connata sint nec ne. (In ic. *W. H.* folia pallidissime glauca, exacte linguaeformia, rotundato-obtusa, 7—8''' lata, phylla lanceolata obtusiuscula, filamenta duplo fere longiora, subulata, alba, antherae oblongae, rotundatae, flavae.)

Species exclusae:

Strumaria chilensis *Mol.*	=	Choeradodia chilensis.
— crispa *Ker*	=	Imhofia crispa.
— filifolia *Jacq.*	=	— filifolia.
— gemmata *Ker*	=	— gemmata.
— spiralis *Ht. Kew.*	=	Carpolyza spiralis.
— stellaris *Ker*	=	Hessea stellaris.

8. Lapiedra.

Lag. gen. nov. 14. — *Schult.* l. c. XLVIII. n. 1431. — *Endl.* gen. 175. 1267. — *Meisn.* l. c. 393. (295.) — *W. H.* l. c. 73. et 188.

Herba bulbo radicali tunicato; folia lineari-ligulata obtusa, fasciâ longitudinali albâ, scapo ancipiti breviora; spatha 2—3phylla; umbella sub-8flora: flores erecti, pedicellis triquetris spathâ brevioribus; perigonium marcescens.

L. Martinezii *Lag.* l. c. — *Schult.* l. c. 793.

L. Placiana *W. H.* l. c. 188. t. 42. f. 10, 11. (perigonii circumscriptio et folium).

Crinum Martinezii: foliis linearibus obtusis disco discoloribus, umbellâ 8florâ, floribus erectis, antheris sagittatis. *Sprg.* l. c. 56. 27.

Narcissus autumnalis albus latifolius *Barrel.* ic. 993.

Sparganium Plaçae *Clus.* pl. rar. 164. (teste *W. H.*).

In saxorum rimis in monte arcis *Saguntinae*, pr. *Algeziras* et *Malacca* in *Hispaniâ.* ♃.

Bulbus ovatus. Scapus compressus, glaberrimus, ut tota planta laevis. (Folia obtusa, 5''' lata.) Corolla intus alba, patens. Antherae luteae. Stylus et stigma alba.

Obs. *W. H.* l. c. 416*. hanc plantam eandem censet cum Pancratio parvifloro *Red.* aut Vagariâ suâ, quod cf. Cl. *Meisner* interea (Comm. 295.) de hac identitate dubitat. — Genus caeterum differt ab Amaryllide et Leucojo corollà regulari, stellatim patente staminibus rectis, erectis; antheris sagittato-hastatis. *(Lag.)*

(Subordo II. Amarylleae.)

(*Endl.* l. c. 174. — *Meisn.* l. c. 393.)

9. Griffinia.

Ker in Bot. Rg. n. 444. — *Schult.* l. c. LI. n. 1434. — *Endl.* gen. 177. 1275. — *Meisn.* l. c. 394. (297.) — *W. H.* l. c. 77. et 228. n. 60.

1. Umbella subsessilis. Folia ovato-oblonga, petiolis brevibus plano-convexis; scapus subteres; phylla lanceolata, subundulata, 3 exteriora interiorumque imum angustiora; spatha tubum aequans.

1. **Gr. hyacinthina** *W. H.* in Bot. Mg. App. 21. Am. 228. 1. — *Lindl.* in Hortic. Soc. Trs. VII. 73. — *Schult.* l. c. 840. 1.

Amaryllis hyacinthina *Ker* Rev. 27. Bot. Rg. 163. et 444. — *Sprg.* l. c. 53. 58.

Lycoris (?) hyacinthina *W. H.* Bot. Mg. 2113. p. 5.

In *Brasiliâ.* ♃.

Bulbus ovatus. Folia 2—3, bifaria, sero post anthesin exorta, acumine abrupto, plana, nervosa atque lineolis transversis cancellata, saturate viridia, costâ mediâ crassâ carinata, 8 poll. longa, 3 lata: petioli crassi, laminâ triplo breviores. Scapus foliis longior, cylindricus. Spatha floribus multo brevior. Flores 9—10, erecto-nutantes, 2½poll., albo et hyacinthino varii, inodori. Perigonium infundibuliforme, ringens, inaequale: tubus violaceo-pallidus, limbo pluries brevior, antrorsum flexus, cylindricus, nervo postico subvaricoso; limbus e fauce brevi nudâ et subtus gibbosâ semiradiato-dispansus: laciniae consimiles, violaceo pallentes, labii superioris 3 arrecto-convergentes, harum laterales latiores firmiores planiores intense hyacinthinae, disco maculâ albâ elongato-oblongâ; labii inferioris 3 stellatae, harum laterales apice revolutae, media deflexa. Stamina limbo triente breviora, declinata, albida: summum arrectum reflexum distans. Antherae breves, oblongae, pallidae. Stigma punctum simplex. Germen subglobosum, subcoloratum: loculis collateralidispermis. Ovula oblonga, erecta, fundo affixa, fere ac in Pancratio amboinensi. (Ex *Schult.*)

2. Flores pedunculati. Folia

1) ovalia, in petiolum canaliculatum attenuata; scapus anceps, pedunculi breves; perigonii laciniae planae subaequales,

(1) oblongae obtusae; stamina iis breviora.

2. **Griffinia intermedia** *Lindl.* in Bot. Rg. t. 990. — N. Gart. Mg. III. 3. t. 11. f. 1. — *Schult.* l. c. 2. — *W. H.* l. c. 229. 2.

Amaryllis intermedia *Sprg.* l. c. C. p. 133. 70.

In *Brasiliâ* pr. *Rio Janeiro.* ♃.

Folia cum petiolo 8″ longa, 3″ lata, apiculo brevi obtuso, transverse nervosa (costato-reticulata, elliptico-oblonga *Sprg.*). Scapus compressus, obtuse anceps, dodrantalis. Spatha erecta, persistens, pedicellis longior, sub anthesi non marcescens. Flores pallide amethystini, unicolores, in umbellâ coarctatâ multiflorâ, post anthesin nutantes (subcapitati *Sprg.*). Laciniae regulariter patentes: exteriores paulo angustiores, apice appendiculatae. Stamina 5 declinata inaequalia, sexto assurgente. Ad basin laciniarum maculae violaceae striâ albâ percursae. Antherae olivaceae. — Differt a G. hyacinthinâ floribus minoribus, foliis brevioribus magis ovatis et in petiolum attenuatis; a parviflorâ floribus majoribus, foliis latioribus magis obtusis. *(Lindl.* ex *Schult.)*

(2) ovali-lanceolatae acuminatae; stamina iis paulo longiora, aequalia.

3. **Gr. dryades** *Comm. ad Fl. Flum.* 3.

Amaryllis dryades *Fl. Flum.* III. t. 117.

In *Brasiliâ* pr. *Rio Janeiro.* ♃.

Bulbus subrotundo-ovatus, inferne truncatus, magnit. ovi gallinacei, fibris radicalibus numerosis simplicibus v. subramosis, cylindricis, obtusiusculis, bipollicaribus, crassitie fili emporetici mediocris. Folia basi vaginata, e petiolo plano-convexo late canaliculato 4—5pollicari, 6—7‴ lato in laminam exacte ovalem, acutam, nervo medio crasso costisque numerosis tenuissimis, venarum transversarum ope elegantissime clathrato-conjunctis percursam, 9—10″ longam, 5—6″ medio latam dilatata. Scapus teres(?) aut compressus(?) pedalis et ultra, digitum crassus, glaber. Spatha diphylla, foliolis lanceolato-linearibus acuminatis dependentibus, pedunculis longioribus, circ. pollicaribus. Umbella circ. 10flora: pedunculi erecto-nutantes, cylindrici, crassiusculi, 5—10‴ longi. Germen ovale, laeve, semipollicare. Perigonii tubus superne sensim ampliatus, lgt. germinis; limbi laciniae $1\frac{1}{2}$pollicares, medio semipollicem latae, erecto-patentes, apice subreflexae, inferiorum media deflexa. Filamenta filiformia, aequalia, lacinias paulo superantia; antherae oblongae, breves. Stylus stamina vix superans, erectus, filiformis, stigmate simplici truncato. Capsula formâ et magnit. pomi minoris, utrâque extremitate umbilicata, profunde 6sulcata. Semina in loculis duo (?) collateralia, conferruminata, tuberoso-rugosa, bulbiformia, magnit. nucis Juglandis minoris. (Ex ic.)

2) ovali-lanceolata acuminata, petiolis transverse ancipitibus; perigonii phylla uniformia lineari-lanceolata, exteriora mucronata.

4. **Gr. parviflora** *Ker* in Bot. Rg. 511. — *N. ab E. & Mart.* in Nov. Act. Acad. C. L. N. C. XI. 10. — *Schult.* l. c. 841. 3. — *W. H.* l. c. 3.

In *Brasiliae* umbris tenebrosis circa flumen *Ilheos.* ♃.

Bulbus ovatus, magnit. ovi columbini. Folia G. hyacinthinae minora (laminâ in spontaneis 5—$5\frac{1}{2}$″ longâ, $1\frac{3}{4}$—2″ latâ, vix in petiolum 4—$4\frac{1}{2}$poll. attenuatâ). Scapus nudus, tereti-subcompressus, viridis. Spathae lanceolatae, marcescentes, aridae, tenues, reflexae, fuscescentes, 9 lin. longae, obtusiusculae. Pedicelli 3—5‴ longi. Perigonium lilacino-pallescens, turbinato-rotatum, $\frac{2}{3}$pollicare: tubus cum germine concolor et continuus, limbo multoties brevior, 1—$1\frac{1}{2}$‴ lg.: laciniae 5 labium superius constituentes, altera porrectior inferius; omnes spathulato-lanceolatae (in spontaneâ lineari-lanceolatae, utrinque attenuatae, 8 lin.), 3 exteriores mucronatae; 3 superiores intensius coloratae, proximiores, summa media quidquam latior, lin. lata: laterales 2 inferiores divaricatae, ima media reliquis plurimum minor, declinata, albicans. Stamina limbo fere duplo breviora; filamenta violaceo-albicantia, subulato-filiformia. Germen ovali-oblongum, lucidum. Stylus violaceo-pallescens, rectior, subulato-filiformis, strictus, triqueter, puncto stigmatoso nudo acuto terminatus. Semina obovato-oblonga, lucida, mellino et fusco varia, magnit. pisi majoris. — Apud *N. ab E. & Mart.* folia longe petiolata,

(Griffinia parviflora) lgt. plerumque scapi, glabra, venis rectangulis, perigonii laciniae angustae, lineares, in cuspidem filiformem excurrentes, undulatae, lilacinae, germen obovatum describuntur; an eadem planta?

10. Haemanthus.

Tourn. Inst. t. 433. — *L.* gen. n. 400. — *Gaertn.* fr. I. 31. t. 11. f. 4. — *Lam.* Ill. t. 228. — *Schult.* l. c. LII. n. 1437. — *Endl.* l. c. 177. 1278. — *Meisn.* l. c. 393. (296.) — *W. H.* Am. 77. et 232. n. 63. — *Sp.* l. c. 412.

Sect. I. Tristegia.

Rchb. Consp. 61.

Perigonii limbus
1. patens; folia
1) cylindraceo-vaginantia, glabra; bulbus ovatus; umbella multiflora,

(1) involucrum subaequans: germen gracile; perigonii tubus cylindricus, laciniae graciles filamentis breviores.

1. **H. delagoensis** *W. H.* l. c. 233. 3.
Ad sinum *Delagoa* in *prom. bon. spei.* (*Forbes*, in hb. *Lindl.*) ♃.
Spatha 3-(v. 4-?)valvis, $1\frac{1}{2}$ unc., bractea una $\frac{3}{8}$poll. $\frac{1}{4}''$ lata, caeteris gracilibus. Flores numerosissimi, rubri: pedicelli unciales v. ultra; tubus vix $\frac{1}{4}$ unc.
Obs. Descriptio haec, ut fere omnes cl. *Herberti*, aeque imperfecta ac haud satis perspicua, dubia gravia de vero hujus speciei loco relinquit.

(2) involucro longior; folia elliptico-lanceolata acuta undulata concava carinata erecta; stamina adscendentia.

2. **H. multiflorus** *Martyn* & *Nodder* Monogr. c. ic. — *Wlld.* l. c. 25. 4. — *Schult.* l. c. 883. 1. — *Sprg.* l. c. 57. 13. — *Bot. Rp.* 318. — *Sims* in Bot. Mg. t. 961. et 1995. — *Bot. Cab.* 912. et 1948. — *Red.* Lil. 204. — *Sp.* l. c. 413. — *W. H.* l. c. 232. 1.
Amaryllis multiflora *Tratt.* Gartenpfl. 37.
Satyrium e Guineâ *Vallet* ht. t. 33. — *De Bry* Floril. t. 44. — *Swert* Floril. I. 63. f. 3. — *Moris.* hist. III. 491. §. 12. t. 12. f. 11. — *Rudb.* Elys. II. 110. f. 3.
Hyacintho affinis africana, caule maculato. *Seba* Mus. I. 20. t. 12. f. 1, 2, 3.
In *Sierra Leone.* ♄.

Bulbus subrotundus, magnit. Cepae communis. Folia fasciculata, in petiolum longum vaginantem angustata, inferiora laminâ brevissimâ obtusâ subabortiente, superiora oblonga acuta, nervo medio crasso, longitudinaliter nervosa; inferiora cum vaginis rubescentia maculis albis v. viridibus. Scapus lateralis, erectus, teretiusculus, 16—20poll., basi maculis intense purpureis. Flores circ. 25, saepius 40—60, inodori, splendide rubri. Spatha ad basin usque in foliola 4 v. 3, oblonga, acuta, violacea, patentia, saepius reflexa partita. Pedicelli graciles, teretes, virides, non articulati (ut *Wlld.* vult), bracteis membranaceis intermixti. Perigonii tubus 6sulcatus, semipollicaris; limbi laciniae angustae, lineares, acutiusculae, poll. circ. longae, patentissimae, serius reflexae. Filamenta gracilia, laete rubra, pollicaria et ultra, erectiuscula; antherae oblongae, nigricantes, polline flavo. Germen ovatum, obtuse angulatum, virescens. Stylus filiformis, ruber, lgt. staminum; stigma simplex (*Red.*). *Link* flores roseos, *Spach* intense purpureos et folia subtus violacea describit.

2) haud vaginantia, plana (an semper?); bulbus compressus, imbricatus. Umbella
(1) pauciflora, involucro
a. duplo longior, fastigiata; folia longe lanceolata, basi attenuata, prostrata, glabra, retrorsum ciliata.

3. **H. lanceaefolius** *Jacq.* Ht. Schbr. I. 31. t. 60. — *Wlld.* l. c. 27. 11. — *Sprg.* l. c. 17. — *Schult.* l. c. 887. 10. — *W. H.* l. c. 234. 9. — *Sp.* l. c. 414.
In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus ovatus, squamis distichis, extus fuscus, magnit. juglandis. Folia post scapum, 2—3, acuta, subcoriacea, utrinque glabra lineata et ad lentem punctata, margine pilis den-

(Haemanthus lanceaefolius) sis recurvatis, supra intense, subtus pallide viridia, rarius erectiuscula, semipedalia, 2'' lata. Scapus fere anceps, glaber, erectiusculus, 2''' latus. Umbella circ. 7flora. Spatha glabra, purpurascens, valvulis 4 lanceolatis acutis concavis erectis inaequalibus. Pedicelli graciles, glabri, erecti, virides, $^1/_2$poll. Perigonium album, subtus leviter roseum: laciniae lineares, obtusulae, subconcavae, aequales, patensissimae. Filamenta subulata, perigonium superantia, alterna breviora, alba: antherae oblongae, flavae. Germen purpurascens, oblongum, obsolete triquetrum. Stylus subulatus, staminibus brevior, albus, superne rubens. Stigma simplex, acutum *(Jacq.)*. *W. H.* folia ovata, *Spach* lanceolato-elliptica et flores rubros dicit.

b. pedicellis spathas et flores lgt. aequantibus; folia lineari-lanceolata glabra erectiuscula falcata.

4. **Haemanthus Pumilio** *Jcq.* l. c. 32. t. 61. — *Wlld.* l. c. 13. — *Sprg.* l. c. 56. 10. — *Schult.* l. c. 9. — *W. H.* l. c. 10. — *Sp.* l. c.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Totus glaber. Bulbus ovatus, Avellanâ major, squamis carnosis crassis distichis. Folia post scapum, 2, acutiuscula, crassiuscula, virentia, inferne subtus maculis paucis ferrugineis, 4—5'' longa, 4—5''' ($^3/_4$'' *W. H.*) lata. Scapus lateralis, circ. 2poll. Umbella 4—5flora. Spatha ampla, colorata. Flores albi. Stylus totus albus.

(2) multiflora; involucrum floribus erectis paulo brevius v. subaequilongum; folia

a. subensiformia erectiuscula glabra angusta.

5. **H. amaryllidioides** *W. H.* l. c. 233. 6.
H. amarylloides *Jacq.* l. c. IV. 5. t. 408. — *Sprg.* l. c. 57. 16. — *Schult.* l. c. 884. 2. — *Poir.* Enc. méth. Suppl. III. 33.
Amaryllis haemanthoidea *Tratt.* Gartenpfl. 38.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Tota planta glabra, immaculata. Bulbus ovatus, non compressus, crasse tunicatus, extus fuscus, diam. bipollicaris. Folia pauca, plerumque bina, apice paulo latiora, acutiuscula, obsolete striatula, coriacea, enervia, nitida, apice marginali purpurascentia, 8'' longa, vix poll. lata, post flores emarcidos prodeuntia. Scapus subcompressus, erectus, 5—9poll., crassitie calami, inferne rubescens, superne magis virescens. Spathae valvulae 4 lanceolatae, acutae, striatae, rubellae (albo-marginatae). Pedunculi unciales, erecti, virides, ramentis interjectis. Phylla vix semipollicaria, rosea, ex ungue longiore canaliculato lanceolata, obtusa, patula, corollam infundibuliformem mentientia. Filamenta subulata, aequalia, erecta, perigonio concoloria pauloque longiora; antherae oblongae, flavae. Germen subrotundum, triquetrum, 6sulcum (rubrum). Stylus filiformis, erectus, staminibus longior: stigma (minutum) trifidum. *(Jcq.)*

b. oblongo-ovata longitudinaliter striata obtusa, recumbentia; involucri foliola lineari-lanceolata acuta reflexa.

6. **H. strigosus** *W. H.* l. c. 234. 8. t. 30. f. 2.
In *prom. bon. spei.* (*Masson,* in hb. Bks.) ♃.
Folia bina, 2'' longa, $1^3/_8$ lata. Scapus 6—7 unc. Spatha $^3/_4$ unc., 3 (4?) phylla. Flores 15—16, pedicellis $^1/_4$'' lgis. Perigonium pallide roseum, cum germine $^3/_8$poll. Filamenta vix breviora; stylus vix longior; stigma minute trifidum. *(W. H.)*
In icone folia delineantur basi truncata, margine subrepanda, sordide obscure viridia, apice obtusato, striis pluribus fortibus parallelis e nervis verisimiliter ortis percursa; scapus teres, crassitie pennae corvinae; involucri foliola tota deflexa, acuminata, pallida, 8—9''' longa, 2—3''' lata. Pedunculi erecti, filiformes, crassiusculi, 4—5''' longi, cum germine oblongo magnit. grani piperis sordide fusci. Perigonii tubus 1—$1^1/_2$''' longus; limbi laciniae magis erectae quam patentes, lanceolato-lineares, acutissimae, aequales, 3''' longae, vix lineam latae. Filamenta capillaria, laciniis quadrante breviora, antheris minutissimis. Stylus perigonio lineâ circ. longior. Cur speciem hanc nomine s t r i g o s i salutaverit cl. auctor, neque ex icone, nec ex descriptione apparet.

c. ex ovatâ basi oblonga sursum attenuata rotundato-obtusa, involucri foliola linearia acuminata deflexa.

7. **H. brevifolius** *W. H.* l. c. 11. t. 30. f. 3.
In *prom. bon. spei.* ♃. *(Masson,* in hb. Bks.)
Plantula curiosa, foliis tribus uncialibus $^3/_8$ latis; scapo unciali, spathâ reflexâ pendulâ 4valvi gracili acutâ, floribus 10 una cum germine $^3/_8$ unc. albis. *(W. H.)*
In icone folia 3 basi e bulbo compresso ovato v. potius subcampanulato et superne quasi ampliato exorta, recumben-

(Haemanthus brevifolius) tia, striatula, obtusissima, sordide glauca; scapus lateralis, teres, erectus, pallidus, ut videtur rubello tinctus; involucri foliola semipollicaria, lineam lata; pedunculi 9, erecto-patuli, 1½—2''' longi, crassiusculi, cum germine subgloboso magnit. seminis Sinapeos obscure fusci. Perigonii tubus brevissimus, ½''' longus, limbi laciniae erecto-patentes, lineares, acutissimae, 3''' longae, vix lineam latae. Filamenta capillaria, illis lgt. subaequalia, antheris minutissimis; stylus filamentis lineâ circ. longior.

2. erectus; folia
1) cylindraceo-vaginantia, oblonga, elliptica, acuta, retusa, undulata glabra; umbella coarctata fastigiata, lgt. involucri, multiflora.

8. **H. puniceus** *L.* Sp. pl. 413. (excl. syn.) — *Wlld.* l. c. 25. 3. — *Thb.* Prodr. 39. Fl. Cap. ed. Schult. 299. — *Sprg.* l. c. 56. 7. — *Schult.* l. c. 885. 4. — *Sims* in Bot. Mg. t. 1315. — *Gaertn.* l. c. t. 11. f. 3. — *Lodd.* Bot. Cab. 912? — *Sp.* l. 413. (non *Red.*, nec *W. H.*)
H. Colchici foliis, perianthio herbaceo. *Dill.* Elth. 167. t. 140. f. 2. — *Trew.* Ehret. t. 44.
In *prom. bon. spei* umbrosis udis ad *Steenboks-Rivier*, *Krum-Rivier* etc. ♃.

Folia duo, ovato-oblonga, tenuissime reticulata, palmam lata, attenuata in petiolum maculatum, spithamaea. Scapus teres, purpureo-maculatus, spithamaeus. Spatha 4phylla, purpurea, foliolis ovato-oblongis sanguineis, ciliis albidis interspersis. Pedunculi breves, lineam longi. Perigonium incarnato-sanguineum, phyllis lanceolatis. Filamenta purpurascentia, perigonio paulo longiora, antheris luteis. *(Thb.)*

In H. puniceo *Gawl.* in Bot. Mg. l. c., quam circumscribit: „radice e rhizomate crasso carnoso bulbicipiti; foliis paucis petiolatis, petiolis stipitiformi-vaginantibus, laminis elliptico-lanceolatis undulatis, costâ mediâ crassâ intersectis, stipite petiolari parum longioribus; scapo extrafoliaceo; involucro plurivalvi subherbaceo-pallido umbellae multiflorae coarctatae circumposito fereque isometro, valvis lanceolato-oblongis," — folia sunt saturate viridia, subtus pallide glauca, obtusiuscula, semipedalia v. ultra, 3—4'' lata; scapus fere pedalis, digitum crassus, teres, viridis, fusco-purpureo-punctato-variegatus, sursum unicolor. Spathae valvae 4—5, 3'' longae, 1'' latae, pallide glaucescentes, obsolete fusco-striatae, superne fusco-purpureo punctatae, obtusae. Pedicelli ⅓poll., cum germine pallide glauci. Perigonii tubus ovatus, ⅓poll., laciniae oblongo-lanceolatae, obtusae, erecto-patentes, ¾'' longae, ⅔'' latae, cum filamentis dimidio longioribus, tubo et stylo sordide et pallide fulvescentes; antherae flavae.

2) non vaginantia, non undulata; bulbus (in plurimis) compressus imbricatus.
Folia
(1) integerrima,
a. laevia, glabra,
a) linearia, carinata, erectiuscula.

9. **H. carinatus** *L.* Sp. pl. 413. — *Wlld.* l. c. 27. 12. — *Schult.* l. c. 885. n. 5. — *Ait.* Ht. Kew. ed. 2. II. 209.
H. coccineus var. 3. carinatus *W. H.* l. c. 236.
In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus magnus. Folia 3—4, ultra pedalia, canaliculata, multo angustiora ac in H. coccineo, cui floribus licet paulo intensioribus caeterisque notis convenit.

b) linguaeformia plana humi adpressa bifaria; umbella coarctata fastigiata, involucro brevior, hujus foliola rotundato-obtusa.

10. **H. coccineus** *L.* l. c. 412. — *Ait.* Ht. Kew. ed. 1. I. 403. ed. 2. II. 206. — *Wlld.* l. c. 24. 1. — *Thb.* Fl. Cap. 300. — *Red.* Lil. t. 39. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1075. — *Thomps.* Bot. displ. t. 2. — *Lodd.* Bot. Cab. 240. — *Kern* ht. semperv. t. 56. — *Sprg.* l. c. 56. 1. — *Schult.* l. c. 886. 6. — *W. H.* l. c. 236. 19. (excl. varr. 2. et 3.) — *Sp.* l. c. 412.
H. foliis obtusis basi truncatis. *Commel.* Hort. II. 127. t. 64.
H. africanus *Tourn.* Inst. 657. t. 433.
Narcissus bifolius prom. bonae spei. *Robin.* ic. 243.
Narc. indicus gemino latiore folio *Rudb.* Elys. II. t. 49. f. 8.
Lilium indicum puniceum gemino latiore folio. *Moris.* hist. I. 410. 4. t. 21. f. 16.
Ad *prom. bon. spei* in arenosis saxosis, et collibus solo argilloso, circa urbem, *Duyvelsberg*, *Tafelberg*, *Kampsbai* etc. ♃.

(Haemanthus coccineus)

Folia radicalia 2, rarius 1, ovata et linguaeformia, longitudinaliter venosa, spithamaea, palmam lata, post anthesin prodeuntia, coriaceo-crassa, planissima, rubro-apiculata. Scapus teres, erectus, incarnatus, palmaris v. spithamaeus, crassitie digiti, (viridis, purpureo-variegatus). Umbella 12- et pluriflora. Spatha 4phylla, sanguinea: valvulae coloratae, lamellaeformes, ovatae, $1\frac{1}{2}$poll., umbellam breviorem campanulatim obvolventes. Pedunculi breves, vix unguiculares, inaequales. Perigonium sanguineum v. pallide coccineum, (infundibuliforme *Gawl.*): laciniae lanceolatae, erectae, in cultâ plantâ lineares, obtusae. Filamenta capillaria, incarnata, perigonio longiora, antheris flavis. Stylus teres, lgt. staminum. Stigma simplex.

α. grandivalvis *W. H.*: spathae valvulis amplis intense rubris subrotundis, foliis immaculatis.

β. maculatus (*m.*): foliis angustioribus, maculis 2—3 rubris pictis.

γ. striatus (*m.*): foliis basin versus striis angustis virescenti-rubris arctis notatis.

δ. angustifolius (*m.*): foliis angustioribus, plagis rubicundis latis.

Quae varietates 3 ulteriores a cl. *W. H.* l. c. 237. indicatae nondum floruerunt.

ε. speciosus *W. H.*: foliis duplo angustioribus.
H. speciosus *Colla* Ht. Rip. 63. (?)

b. margine ciliata, caeterum glabra; scapus tereti-compressus villoso-hirsutus; involucrum 4phyllum, umbellâ rotundatâ brevius.

a) Folia oblongo-lorata; scapus assurgenter reclinatus; spatha inaequivalvis, umbellae subisometra, albido-membranacea, venis viridibus reticulata, glabra ciliata; phylla linearia, convergentia, tubo triplo longiora; stylus elongatus: stigma levissime trifidum, patulum.

11. **Haemanthus intermedius.**
H. virescens (bulbo viridi, foliis pubescentibus vel ciliatis, spathâ non coloratâ, perianthio albescente filamentis breviore) var. 2. intermedius. *W. H.* l. c. 235.
H. albiflos *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1239. (non *Jacq.*)
In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus e terrâ prominens, viridis, margine tunicarum ustulato. Folia circ. 4, 4—6'' longa, 1—2'' lata, scapo paulo breviora, villoso-ciliata, albo-marginata, saturate viridia, obtusissima, rotundata. Spathae valvulae ovatae, obtusae, 1—$1\frac{1}{2}$'' longae, $\frac{1}{2}$—1'' latae. Flores brevissime pedicellati, albi, spathâ duplo breviores. Filamenta spatham aequantia, alba, antheris luteo-spadiceis. Stylus staminibus satis crassior et altior, erectus, albus. Bacca magnit. pisi, subrotunda, laete cinnabarina, lucida. — Inodorus.

b) Folia lanceolata v. elliptica, acutiuscula, plana; scapus declinatus; stylus lgt. filamentorum.

12. **H. albiflos** *Jcq.* l. c. 31. t. 39. — *Wlld.* l. c. 27. 9. — *Lodd.* Bot. Cab. 602. — *Schult.* l. c. 890. 17. — *Red.* Lil. t. 398. — *Sp.* l. c. 414.
H. pubescens *Sprg.* l. c. 57. 12. (p. p.)
H. virescens var. 3. albiflos *W. H.* l. c.

In *prom. bon. spei,* pr. *Georgetown.* ♃.

Bulbus subrotundus, vix compressus, pollicem crassus. Folia pauca, acutiuscula, crassa, utrinque glabra et punctata, subtilissime striatula, semipedalia, 1—2'' lata et ultra, primum erecta, dein procumbentia. Scapus lateralis, crassitie calami, rigidulus, viridis, 3poll. Umbella erecta, densa. Involucri foliola 4 ovata, acuta, erecta, glabra, alba striis virentibus, fere unc., floribus breviora; 2 opposita expansa, alia 2 conniventissima, hinc compressa et carinata. Pedunculi brevissimi, teretiusculi, glabri, virides, ramentis linearibus albidis interjectis. Perigonium album: tubus brevis, teres, 6sulcatus; limbi laciniae lineares, obtusae, concavae, aequales. Filamenta filiformia, petalis (triente) longiora, alba; antherae oblongae, flavae. Germen teres, nitidum, viride. Bacca subrotunda, piso major, nitida, miniata. Semina solitaria, alba.

β. pubescens *Schult.*: spathâ coarctatâ albâ, foliis subnudis villoso-ciliatis.

H. pubescens Bot. Rg. t. 984.

c. ciliata supra villosa subtus glabra, sublanceolata; involucrum cam-

13. **H. quadrivalvis** *Jcq.* l. c. 30. t. 58. — *Wlld.* l. c. 26. 6. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1523. — *Kern* l. c. t. 269. — *Sprg.* l. c. 56. 4. — *Schult.* l. c. 888. 12. — *W. H.* l. c.

panulatum, 4valve, umbellâ coarctatâ longius.

235. 14. t. 31. f. 4. (perigonium et apex folii). — *Sp.* l. c. 413.

H. trispathinus *Htl.*

In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus compresso-planus, squamosus, ultra 2''' latus, basi fibris calamo crassioribus, sordide pallens, squamis distichis carnosis oblongis truncatis crassissimis imbricatis, interioribus in bulbum oblongo-ovatum mutuo amplexantibus. Folia 2, post scapum, elongate sublanceolata, acuta, coriacea, striata, patentia, plana, 6—9 unc. longa, 1½ lata, utrinque viridia, ad oras pilis mollibus, subtus glabra nitentia et inferne maculis sanguineis densis, supra villis sparsis basin versus rarioribus. Scapus glaber, crassitie calami, compressus, sordide sanguineus, 3—4poll., erectus. Involucrum maximum: foliola lanceolata, acutiuscula, inferne erecta, superne patentia, apice recurva, coccinea. Flores circ. 20, involucro breviores, breviter pedicellati, interjectis ramentis crassis linearibus lgt. florum. Perigonii tubus albidus, brevis, superne in marginem sexgibbosum rubescentem ampliatus: laciniae lineares, obtusae, concavae, longae (5—6''', ½''' latae) coccineae (albo-apiculatae). Filamenta subulata, erecta, perigonio paulo longiora; antherae oblongae, flavae. Germen subrotundum, triangulare, nitidum, viride Stylus subulatus erectus, staminibus longior. Stigma trifidum, acutum, patulum, recurvum. *(Jacq.)*

Apud *Gawl.* l. c.: „Folia flores postvenientia; bulbus bifariam squamosus, squarroso-laxatus, squamis late laminosis crassis truncatis sordide violaceis superne flavescenti-viridibus ex ic., rhizoma fibris crassis, radicatum; folia bina divaricato-bifaria, lorato-sublanceolata, acuta, plana, striata, ciliata, a supino hirsutius villosa, a prono glabra nitida, saturate viridia, pilis sursum inclinatis, interdum versus partem inferiorem maculis saturate kermesinis notata et irregulariter punctata, sed minus distincte quam scapus compressus glaber 4—5'' longus semipoll. crassus pallide fuscus, 6—9'' longa, ultra 1'' lata; spatha colorata, campanulatim connivens, umbellam multi(20)floram coarctato-fastigiatam superans; coccinea (potius aurantiaca, intus pallidissima) valvis ovato-lanceolatis apice recurvulis, 1½'' longis latisque obtusis; flores breviter pedicellati, ramentis bracteaceis linearibus isometris intermixti; perigonium infundibuliforme: tubo brevi albido fauce 6gibbâ ampliore continuato; limbus illis simul longior, turbinato-connivens: laciniis linearibus concavis obtusis; stamina illas paulisper transeuntia, albida: antherae oblongae flavae; germen subrotundato-trigonum viride nitidum; stylus setaceus, erectus, staminibus altior: stigmata trina brevia acuta replicata." (Ex diagn. et ic.)

d. undique hirsuta, oblongo-lanceolata, umbella fastigiato-rotundata, spathae 4phyllae foliolis brevior; stamina erecta.

14. **H. pubescens** *L. fil.* Suppl. 193. — *Wlld.* l. c. 26. 7. — *Ait.* Ht. Kew. ed. 1. I. 404. ed. 2. II. 208. — *Thb.* Fl. Cap. 299. — *Lodd.* Bot. Cab. 702. — *Sprg.* l. c. (p. p.) — *Schult.* l. c. 890. 16. — *Sp.* l. c. 413.

H. pubescens *α.* foliis undequaque villosis *Gawl.* in Bot. Mg. adn. ad 1523.

H. pubescens *α.* spathâ laxâ viridi. *Bot. Rg.* t. 382.

H. virescens var. 1. pubescens (foliis latis villosis, spathâ polyphyllâ viridi; perianthio albo, staminibus styloque breviore). *W. H.* l. c. 235. 13.

In *prom. bon. spei* in arenosis: *Groene Kloof, Saltrivier, Riedvalley.* ♃.

Folia radicalia, lingui- s. ensiformia, venosa, erecta, spithamaea, pollicem lata (obtusa, in speciminibus hb. Bks. acuta). Scapus glaber, palmaris. Spatha 4phylla, sanguinea; foliola ovato-oblonga, floribus longiora, pollicaria. Umbella circ. 8flora: pedunculi brevissimi, vix lineam longi. Perigonium incarnatum, laciniis lineari-lanceolatis. Stamina exserta, purpurea, antheris flavis.

Cl. *Schultes* H. albiflorem *Red.* Lil. t. 398. huc ducere conatur, cujus folia hysteranthia, primum ovato-elliptica, serius oblonga, linguiformia, acutiuscula, coriacea, supra intense viridia, utrinque pilosa describuntur.

(2) margine cartilagineo-serrato-denticulata, subtus scabra, orbiculata, divaricata, acumine obsole-

15. **H. rotundifolius** *Ker (Gawl.)* in Bot. Mg. t. 1618. — Fortges. Gart. Mg. 3. t. 24. — *Sprg.* l. c. 56. 8. — *Schult.* l. c. 891. 18. — *W. H.* l. c. 235. 15. t. 31. f. 8. (perigonium) excl. var. 2. — *Rchb.* Fl. exot. I. 58.

to; spatha 4valvis, ventricoso-campanulata, floribus paulo brevior.

H. orbicularis *Donn.* Ht. Cantabr. ed. 6. 81 (?)
In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus e terrâ exstans, squamosus, compresse ovatus, nudus, diam. $^2/_3$'', dilute viridis, squamis amplis rotundatis disticho-conniventibus, marginibus late pallide brunneis. Folia duo, scapo tardiora, rotundata, nervis parallelis creberrimis obsoletius striata, a supino tactui subaspera, a prono glabrata, supra opaca obscure viridia, subtus flavescenti-viridia, nitida, cartilagine fimbriatâ laete roseâ marginata, sessilia, basi latissimâ inter se conjuncta, alterum paulo longius oblongo-rotundatum, alterum orbiculatum. Scapus 6'' altus, $^1/_3$'' crassus, cum umbellâ et spathâ uniformiter saturate coccineus. Spatha corollaeformis, 4valvis, ventricoso-campanulata: valvulae $1^1/_2$poll., poll. latae, obtusae, alternae exteriores cordatae. Umbella congesta, parum exserta. Perigonii cucullato-infundibuliformis tubus albidus, vix pollicaris; limbus semipollicaris, sordide incarnatus, laciniis erecto-conniventibus oblongis acutis apice albis. Filamenta perigonium paulo superantia, alba, antheris luteis. Stylus albus.

3) . . . . umbella multi(17-)flora, spathâ 4valvi: valvis lanceolatis coloratis subaequilongâ; perigonii laciniae lineares, filamentis et stylo breviores.

16. **Haemanthus Hookerianus** *W. H.* l. c. 404. t. 46. f. 7.
H. tenuiflorus *Hook.* (?)
In *prom. bon. spei* (ex hb. *Hook.* absque foliis). ♃.

Scapus $8^1/_2$poll., gracilis. Spathae foliola 4 $1^1/_2$'' longa. $^1/_4$'' lata, coccinea (acuta, reflexo-patentia). Pedunculi $^1/_2$—$^3/_4$'' longi (filiformes, cum germinibus oblongis fuscescentes); perigonii tubus viridis v. pallidus; limbus, filamenta et stylus coccinea, laciniae gracillimae (erecto-patentes, 8—10''' longae, $^1/_2$''' latae, obtusiusculae), stylo filamenta longiora aequante breviores. (Antherae oblongae, luteae.)

β. mozambicensis: caule dimidio altiore.
H. tenuiflorus *β.* mozambicensis *Hook.* in Bot. Mg. t. 3870. (quod opus comparare mihi haud contingit).

Sect. II. Polystegia.

Rchb. l. c.

1. Bulbus ovatus; folia cylindraceo-vaginantia, undulata; perigonii limbus

1) patens; spatha reflexa colorata; umbella multiflora.

17. **H. abyssinicus** *W. H.* l. c. 232. 2.
In *Abyssiniâ (Salt.* in hb. *Lamb.).* ♃.

Spatha plurivalvis, $1^3/_4$poll., purpurea; flores numerosissimi, pedunculis $1^1/_8$poll., illis H. multiflori dimidio v. ultra minores.

2) erectus; spatha suberecta persistens herbacea; perigonia clausa.

18. **H. Redouteanus.**
H. puniceus *Red.* Lil. t. 320. — *W. H.* l. c. 233. 4. (non *L.)*
In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus subrotundus, irregularis, tunicis flavescentibus rugosis, fibris teretibus viridibus carnosis. Folia fasciculata, apice obtusa cum acumine parvo e nervo excurrente, exteriora minora maculis purpureis parvis. Umbella primum sessilis ad latera foliorum, serius in apice scapi crassitie digiti, 4—$7^1/_2$poll. Spathae foliola 7—8 lanceolata, erecta, concava, viridia, fusco-maculata. Flores numerosi, subsessiles. Perigonium pallide rubrum: laciniae approximatae, lineari-lanceolatae, obtusae, apice subdilatatae et subfornicato-concavae, pilis brevibus. Filamenta filiformia, crassa, rubra; antherae ovato-oblongae, flavae. Germen pallidissime virens, irregulariter subrotundum. Stylus filiformis, primum staminibus brevior, demum ea superans, spiraliter tortus. Stigma simplex, album acutum.

β. subalba: floribus albidis. *W. H.*
In *prom. bon. spei: Lee.*

2. Bulbus cylindraceo-ovatus; folia erecta undulat(issim)a; spatha colorata; filamenta alterna stylo longiora.

19. **H. undulatus** *W. H.* l. c. 233. 5. t. 30. f. 1. (non *Thb.)*
In *prom. bon. spei.* (*Masson*, in hb. Bks.) ♃.

Specimen mancum et maximâ parte destructum. Bulbus pollicaris, $^5/_8$ unc. latus (viridis, tunicis fuscescentibus). Folia 6'' longa, $^1/_2$'' lata (basi sese amplectentia, lineari-lorata, sursum magis magisque dilatata, nervo medio forti percursa,

(Haemanthus undulatus) laete viridia, margine valde undulato et quasi irregulariter sinuato, apice obtusa). Scapus biuncialis (teres, medio geniculato-nodosus, glaber, fuscescens). Spatha coccinea, subuncialis (foliolis anguste lanceolatis acuminatis erectis, 2''' latis, basi valde attenuatis). Perigonium destructum. (Filamenta capillaria, erecta v. declinata, antheris ovalibus flavis.)

3. Bulbus compressus imbricatus; folia nec vaginantia, neque undulata; perigonii limbus

1) patens; folia 2 subrotundo-ovata acuminata scapusque undique hirsuta, pilis

(1) retrorsis; spatha sphacelata, reflexa, umbellâ brevior; stamina inclusa.

20. **H. carneus** *Ker* in Bot. Rg. 509. — *Bot. Mg.* t. 3373. — *Schult.* l. c. 892. 20. — *W. H.* l. c. 234. 7. — *Sprg.* l. c. 57. 18.
In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus e laminis imbricato-bifariis, introrsum sensim longioribus, compresso-conicus. Folia scapo tardiora duploque breviora, erecto-divergentia, pubescentiâ cana, viridi-translucentia. Scapus subspithamaeus, compresso-columnaris robustus, purpurascenti-marmoratus. Spatha sphacelato-membranacea, valvis pluribus lanceolatis imparibus. Umbella laxius multiflora: pedicelli teretes, subrubentes, glabri. Perigonium laete carneum, semipollicare, turbinatum: tubus limbo aequali patente 3—4plo brevior: laciniae ovali- s. obverse oblongae. Stamina erecta: filamenta limbo duplo breviora, alterne sublongiora, alba, stricta, subulata, crassiuscula; antherae ovali-oblongae, breves, mucronato-apiculatae, polline flavo. Germen subrotundum, exsulcum, non striatum, parvulum, semine Sinapeos vix majus, glabrum, rubido-virescens: loculi monospermi, ovulis oblongiusculis, summo angulo loculi affixis. Capsula subglobosa, lutescens, magnit. circ. pisi. — H. lanceaefolio affinis, sed foliis brevioribus latioribus utrinque hispidis staminibusque perigonio brevioribus diversus.

(2) erectis; folia subrotunda (obtusa?).

21. **H. roseus** *Ht. angl.* — *Lk.* En. I. 309.
In *prom. bon. spei.* ♃.

Forsan eadem cum praeced. Huc pertinere videtur H. carneus *W. H.*, ab icone in Bot. Mg. l. c. foliis obtusioribus pedunculisque brevioribus diversus.

2) erectus clausus. Folia

(1) integerrima,

a. glaberrima,

a) lorato-lanceolata subacuta; spatha floribus vix brevior; perigonium, filamenta (limbo longiora, stylo breviora) et stylus concoloria; stigma trifidum.

22. **H. concolor** *W. H.* l. c. 238. 24. t. 31. f. 2.
In *prom. bon. spei* (Hb. *Burch.* B. 276.) ♃.

Folia 8'' longa, $1^{3}/_{8}''$ lata. Scapus 6pollicaris (teres, glaber, crassitie calami tenuioris). Spatha circ. 8valvis, $1^{1}/_{4}''$ longa, rubra (foliola obovato-lanceolata, acuta, erecta, medio 6''' lata, basin versus attenuata) floribus vix (sextâ parte circ.) brevior. (Flores 8—10; pedicelli erecti, semipollicares, crassiusculi, teretes, cum germine subgloboso magnit. pisi minoris glaberrimi laete virides. Perigonium 9—10''' longum, laciniis erecto-approximatis linearibus obtusis saturate roseo-incarnatis, vix lineam latis. Filamenta erecta, capillaria, aequalia, perigonio 2—$2^{1}/_{2}$ lineis longiora; antherae subovatae obtusae flavae. Stylus filamenta 2—3''' superans, erectus, filiformis, albidus, stigmate trifido: laciniis brevibus erecto-patentibus. Ex ic.)

Haemanthus quidam a cl. *Loddigesio* nomine H. coccinei e prom. bon. spei advectus, foliis glaberrimis, vix pollicem latis, basi rubro punctatis huc pertinere videtur. *(W.H.)*

b) lanceolata immaculata apice callosa erecta; umbella coarctato-oblonga fastigiata, involucro brevior.

23. **H. coarctatus** *Jcq.* l. c. 30. t. 57. — *Wlld.* l. c. 25. 2. — *Sprg.* l. c. 56. 2. — *Bot. Rg.* t. 181. — *Schult.* l. c. 886. 7. — *Sp.* l. c. 412.
H. coccineus var. 2. coarctatus. *W. H.* l. c. 236. t. 31. f. 6.
In *prom. bon. spei.* ♃.

(Haemanthus coarctatus)

Totus glaber. Bulbus oblongo-ovatus, squamosus, magnit. pugni, squamis crassis truncatis sordide albentibus, margine tenuissimo fuligineo marcidoque, distichis imbricatis. Folia post florescentiam, 2—3, elongate sublanceolata, acutiuscula, utrinque ad lentem punctatula, striatula, crassa, coriacea, planiuscula, laete viridia, erecta v. patula, fere pedalia (juniora rubro apiculata). Saepe ad latus scapi alia folia simul prodeunt parva subrubentia, quae non ultra prolongantur, tandem marcescentia (stipulae radicales intrafoliaceae *Ker*). Scapus valde compressus, erectiusculus, 8—10poll., viridis sanguineo-punctatus. Involucri foliola 6—8, oblonga, obtusa, subconcava, erecta, sordide sanguinea (venosa, basi flavescenti-pallida), latitudine et situ inaequalia, $1^1/_2$—2poll. (4—5''' lata). Flores numerosi, erecti, pedicellati, lgt. involucri: (pedicelli erecti, teretes, 3—4''' longi, cum germine oblongo paulo breviore glaberrimi, virides. Perigonium basi incrassatum album, laciniis lato-linearibus 1—$1^1/_4$''' latis sordide et pallide sanguineis callo obtuso albo terminatis, 8—9''' longum; filamenta erecta, capillaria, limbo 3—4''' longiora; antherae oblongae obtusiusculae flavae $1^1/_2$''' longae. Stylus filamenta antheris demtis aequans, stigmate simplici truncato.)

c) oblonga obtusiuscula erecta immaculata; umbella rotundata, involucro heptaphyllo brevior; bacca semipellucida.

24. **Haemanthus hyalocarpus** *Jcq.* l. c. IV. 5. t. 409. — *Poir.* Enc. meth. Suppl. III. 33. — *Schult.* l. c. 887. 8. — *Sprg.* l. c. 56. 6. — *W. H.* l. c. 236. 17. t. 31. f. 9.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus ovatus, squamosus, compressus, juglande major, squamis distichis carnosis truncatis albidis margine fusco. Folia 2, basi concava, caeterum plana, coriacea, longiora fere pedalia, 2'' lata. Scapus foliis praecocior, valde compressus, erectus, in fructu dejectus, punctis maculisque sordide sanguineis densis (in ic. *W. H.* flavescens). Umbella multiflora, compressa, inodora. Involucri foliola eleganter rubra, elliptica, acutiuscula, nitidissima, erectiuscula, 2poll., latitudine valde inaequalia. Pedicelli compressuli, breves, virides, ramentis linearibus rubris brevibus interstincti. Perigonii tubus albus, 6sulcatus, brevis: laciniae lineares, erectae, unciales, rubrae, apice rotundato albo. Filamenta perigonio paulo longiora, rubescentia, superne alba: antherae flavae. Stylus lgt. staminum. Stigma trifidum. Bacca subrotunda, albida, glabra, pulpâ glutinosâ aqueâ. Semen 1 (loculis 2 abortivis), fuscum, glabrum.

d) oblongo-elliptica erectiuscula; involucrum subheptaphyllum, umbellâ patulâ paulo brevius; phylla linearia canaliculata obtusa.

25. **H. sanguineus** *Jcq.* l. c. 4. t. 407. — *Poir.* l. c. 32. — *Sprg.* l. c. 57. 14. — *Schult.* l. c. 884. 3. — *W. H.* l. c. 235. 16. t. 31. f. 5.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus oblongo-ovatus, squamosus, subcompressus, fere 3 unc., squamis carnosis albidis, margine truncato et marcescente fuscis. Folia 2 acutiuscula, immaculata, coriacea, inferne canaliculata, caeterum plana, 10poll., 3'' lata. Scapus ante folia, compressus, calamo crassior, glaber, declinatus, sanguineus, immaculatus, 9pollicaris. Umbella multiflora. Involucri foliola circ. 7, lanceolata, acuta, fere $1^1/_2$poll. (basi 7—8''' lata, in ic. *W. H.* flava sanguineo-striata et apice tota sanguinea), erectiuscula, tenuiter striata, sanguinea. Pedicelli unciales, glabri, exteriores patuli, ramentis nullis (teretes, cum germine subgloboso apice truncato glabri virides). Perigonii tubus albus, brevissimus: laciniae semipollicares, sanguineo-rubrae, apice basique albidae. Antherae flavae. Stylus figurâ, colore et lgt. filamentorum. Stigma trifidum, patulum. *(Jacq.)*

e) obovata obtusa basi attenuata,

(a) recumbentia immaculata; involucrum multivalve, floribus brevius; stylus limbo longior, filamentis brevior; stigma minutum.

26. **H. incarnatus** *W. H.* l. c. 237. 20. t. 31. f. 1.

In *prom. bon. spei.* ♃. *(Burch.* 4556. tab. pict. 1818.) ♃.

Folia 7'' longa (superne circ. 5'' lata). Scapus ruber (crassitie digiti minoris). Spatha pallide rubra (erectiuscula: foliola lanceolato-oblonga, obtusa, concava, $1^1/_2$—2'' longa, 3—4''' lata). Pedunculi $^3/_8$'' longi (cylindrici, cum germine subrotundo magnit. pisi dilute virides, glabri). Perigonii tubus (subincrassatus, 3''' longus) et limbus (semipollicaris) rubri: (laciniae lineares, obtusae, lineam latae). Filamenta limbo (2—3''') longiora (capillaria, antherae oblongae, flavae, lineam longae).

(b) dorso ad medium usque densissime, superficie rarius clathrato-maculata.

27. **H. zebrinus** *W. H.* l. c. 273. 23.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Nondum floruit. Folia 8—11″ longa, superne $1^{1}/_{8}$, basi tantum dimidium pollicem lata.

b. margine ciliata,
a) caeterum glabra,
(a) elliptica plana erecta; involucrum fere lgt. florum, hexaphyllum.

28. **H. humilis** *Jcq.* l. c. IV. 6. t. 411. — *Sprg.* l. c. 56. 9. — *Schult.* l. c. 888. 11. — *W. H.* l. c. 234. 12.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus ovatus subcompressus, subsquamosus, magnit. juglandis. Folia 2 opposita, acutiuscula, subcoriacea, immaculata, basi concava, laete virentia, semipedalia, $1^{1}/_{2}$″ lata. Scapus foliis praecocior, valde compressus, immaculatus, cum virore pallens, 2—3poll., erectiusculus. Umbella erecta, compressa. Involucri foliola lanceolata, acuta, plana, erecta, fere aequalia, carnea, $^{3}/_{4}$poll. Flores vix 20, inodori, involucro paulo longiores: pedicelli erecti, lgt. fere florum, ramentis nullis, $^{3}/_{4}$poll. Perigonium albidum, laciniis linearibus obtusis. Filamenta alba, iis paulo longiora; antherae flavae. Stylus lgt. filamentorum. Bacca ovato-subrotunda, alba. Semen 1 subrotundum, nitidum, fuscum, in pulpâ liberum. *(Jacq.)*

(b) suboblonga obtusa inferne subtus punctata; involucrum sub-5phyllum flores vix superans; perigonium basi turbinatum, laciniis erectis linearibus obtusis.

29. **H. crassipes** *Jcq.* l. c. c. 7. t. 412. — *Poir.* l. c. 333. — *Sprg.* l. c. 56. 5. — *Schult.* l. c. 889. 13. — *W. H.* l. c. 237. 22. t. 31. f. 10.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus magnit. juglandis, ovatus, tunicis carnosis crassis truncatis subdistichis, radicibus fusiformibus crassis semipedalibus sordide albidis. Folia 2 opposita, semipedalia, basi canaliculata erecta et dorso purpureo punctata (et striata), caeterum plana, viridia, patentia ($1^{1}/_{2}$″ lata). Scapus ante folia, centralis, compressus, erectus, cum flavedine pallens, punctis sanguineis densis, 3poll. Flores inodori, plurimi, pedicellati, lgt. et colore spathae, cujus foliola lanceolata, acutiuscula, inaequalia, rubro-miniata (in ic. *W. H.* obovato-oblonga, obtusa, 2″ longa, superne 8—9‴ lata). Perigonium basi sexsulcatum, album, laciniis concavis subaequalibus (obtusis sordide miniatis, 10‴ longum). Filamenta perigonio longiora, erecta, aequalia, antheris flavis; stylus brevior, stigma bi- (in ic. *W. H.* tri-)fidum, acutum.

(c) oblonga, subtus cum scapo maculata; umbella coarctata.

30. **H. tigrinus** *Jcq.* l. c. I. 29. t. 56. — *Wlld.* l. c. 25. 5. — *Hayne* term. bot. t. 30. f. 8. — *Sims* in Bot. Mg. t. 1705. — *Kern* l. c. t. 164. — *Sprg.* l. c. 56. 3. — *Schult.* l. c. 14. — *W. H.* l. c. 237. 21. t. 31. f. 3. — *Sp.* l. c. 413.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus ovatus, squamosus, compressus, magnit. pugni, sordide albescens, squamis truncatis carnosis crassis distichis. Folia scapo seriora, 2, opposita, lanceolato-oblonga, (late lingulata *Sims*), obtusiuscula, crassiuscula, striatula, ad lentem utrinque punctata, inferne subtus maculis irregularibus obscure ferrugineis picta, humi plane recumbentia, 9—10poll., 4″ lata. Scapus compressus, firmus, erectus, semipedalis, calamo duplo crassior, pallide virens, atrosanguineo eleganter punctatus maculatusque. Involucri foliola circ. 9, oblonga, obtusissima, glabra, erecta, $1^{1}/_{2}$poll., latitudine inaequalia, extus sanguinea, intus ex rubro pallida. Flores numerosi, erecti, glabri, pedicellati: pedicelli filiformes, semipollicares, cum germine subgloboso virides. Perigonium inferne albidum, superne pallide miniatum, tubo brevissimo superne subampliato, laciniis linearibus obtusis superne concavis aequalibus semipollicaribus, vix lineam latis. Filamenta subulata, erecta, perigonio concolora atque triente longiora; antherae flavae, oblongae, 2‴ longae. Stylus filiformis, erectus, colore et lgt. filamentorum; stigma obtusum, flavescens.

b) pubescentia, ad oras revoluta, elliptica, acuta, erecta, subtus fasciato-maculata; involucrum polyphyllum, flores fere superans, foliolis interioribus angustioribus.

31. **H. moschatus** *Jcq.* l. c. IV. 6. t. 410. — *Kern* l. c. t. 226. — *Sprg.* l. c. 57. 15. — *Schult.* l. c. 890. 15. — *W. H.* l. c. 236. 18. t. 31. f. 7.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus ovatus, fibris crassis, squamis carnosis crassis distichis truncatis fuscescentibus, summis superne rubentibus. Scapus ante folia, glaberrimus, compressus, fere $^{1}/_{2}$″ latus, semipedalis, erectus, pallide viridis, maculis sordidis satura-

(Haemanthus moschatus) tioribus variegatus (dilute coccineus *W. H.*). Involucri foliola erectiuscula, oblonga, acuta, rosea, fere 2″ longa, membranacea, interiora multo angustiora. Flores numerosi, pedicellati, erecti, invol. fere breviores, moschum redolentes. Pedicelli et germina pallide viridia. Perigonii tubus brevissimus, angulatus, albus; limbus (sordide) roseus, lgt. fere involucri (poll. circ.), laciniis linearibus (apice obtusiusculis albis). Filamenta subulata, perigonio (pollice dimidio) longiora, erecta, rosea, superne alba; antherae luteae (oblongae, 2‴ lg., 1‴ latae). Germen oblongum. Stylus subulatus, erectus, staminibus brevior. Folia post florescentiam 2, plana, coriacea, crassa, sesquipedalia, infra medium $4^1/_2$ basi 2″ lata, nitida, pube praesertim margine rarissimâ, supra laete viridia, subtus supra medium virentia, infra medium pallida, tota fasciis interruptis undulatis transversis saturate virentibus (rubris *W. H.*) picta.

(2) margine cartilagineo obsolete denticulata, bina, suborbiculata retusa, subtus scabriuscula; spatha multivalvis, umbellam paulo superans.

32. **Haemanthus Lambertianus** *Schult.* l. c. 891. 19.
H. rotundifolius var. 2. multivalvis. *W. H.* l. c. 235.
H. callosus *Burch.* Cat. et tab. pict.
In *prom. bon. spei (Niven*, ex hb. *Mart.).* ♃.

Folia $4^1/_2$—5poll., 5—6″ lata, nervis parallelis longitudinalibus per nervulos transversales conjunctis, basin versus crassiora, subtus ut videtur flavescenti-viridia et pilis densis brevissimis rigidulis. Scapus crassus, glaber, 8poll., basi diam. 10‴, superne quidquam attenuatus. Spathae valvulae 10 et ultra, in plantâ defloratâ reflexae, ovato-lanceolatae, acuminatae v. obtusiusculae, valde inaequales, umbellam defloratam subaequantes v. paulo superantes, glabrae, purpureae (?), 1—$1^1/_2$″ longae, 8—10‴ latae. Umbella congesta, floribus numerossimis, deflorata diam. $2^1/_2$″. Pedunculi 8‴ circ. longi. Perigonium (defloratum) 7—8‴ lg., tubo tenui 2‴ longo, laciniis anguste linearibus, superne paulo latioribus. Bacca rotundato-ovata, 4‴ longa, diam. 3—$3^1/_2$‴. — H. rotundifolio affinis, sed abunde diversus foliis retusis nec obsolete acuminatis, spathis multo- nec 4valvibus. *(Schult.)*

Species dubia:

Folia ovali-oblonga nervosa, nervo medio (rhachi) subtus violaceo-guttata; spatha nonnisi dentata; setae longae pedicellis interjectae.

33. **H. arabicus.**
H. coccineus *Forsk.* Fl. Aeg.-Arab. 75. (certe non *L.*) — *Schult.* l. c. 886. in obs.
In *Arabiâ.* ♃.

Radix tuberosa (?). Caulis e vaginis foliorum clausis albis violaceo-guttatis; folia $1^1/_2$ spith. longa, integra, viridia.

Obs. Species plures ab illustr. *Jacquinio* descriptae forsan proles hybridae et culturâ ortae, cum nec a *Thunbergio* neque a peregrinatoribus per regionem capensem recentioribus, ut ex eorum collectionibus et enumerationibus conjicere licet, inventae sint.

Species incerti generis, sed certissime non Haemanthi est:

Haemanthus causticus *Molina* Sagg. d. Chili ed. 2. 284. — foliis oblongis obtusis carnosis, umbellâ 2—3florâ, involucro longiori.
In *Chili.* ♃.
Scapus fistulosus, 5—6poll. Flores sat magni, sanguinei. Succus acerrimus. *(Schult.* l. c. 1721.)

Species indescriptae et nomine tantum notae:

(omnes e prom. bon. spei.)

Haemanthus hydrophilus *Thb.* Mus. Ups.
— longifolius *Ht. Nymphb.*
— maculatus *Jcq.* (ubi?)
— obliquus *Don* Ht. Cantabr.
— orbicularis *Fisch.*
— sinuatus *Thb.* l. c.
— spathulatus *ht.*

Species e genere exclusae:

Haemanthus ciliaris *L.* = Buphane ciliaris.
— dubius *HBK.* = Phycella chloracra.
— falcatus *Thb.* = Ammocharis falcata.
— guttatus *Hb. Bks.* = Buphane guttata.

Haemanthus	orientalis *Thb.*	= Brunsvigia multiflora.
—	sarniensis *Thb.*	= Nerine Jacquini.
—	spiralis *Ait.*	= Carpolyza spiralis.
—	tenellus *Steud.*	= — —
—	toxicarius *Jcq.*	= Buphane intermedia.
—	toxicarius *Thb.*	= — toxicaria.
—	undulatus *Thb.*	= Nerine undulata.
—	vaginatus *Thb.*	= Hessea vaginata.

11. Carpolyza.

Salisb. Parad. Lond. t. 63. — *Endl.* gen. 175. 1268. — *Meisn.* l. c. 393. (295.) — *W. H.* l. c. 79. et 292. n. 73. — *Sp.* l. c. 410.

Hessea. *Bergius* in Linn. I. 252. — *Schult.* l. c. p. XLVII. n. 1429.

Herba digitalis, bulbo radicali ovato tunicato, foliis linearibus recurvatis, scapo basi spiraliter convoluto; spathae bivalvis valvis linearibus, floribus albis nutantibus. (*Endl.*) — Folia semifiliformia, canaliculata, glandulis elevato-puncticulata, tandem flexuoso- v. gyrato-prostrata; scapus parum altior, subclavato-filiformis, elastico-flexilis, juxta supra basin sinubus subbinis flexuosus; umbella uni- pauciflora, pedicellis teretibus strictiusculis papilloso - puncticulatis, flore duplo longioribus, perigonium turbinato-campanulatum, basi in brevem tubulum connexum, laciniis oblongo-lanceolatis recurvo-patulis, alternis obtusulis; stamina perigonio duplo breviora, alterna parum longiora; stylus fusiformi-acicularis, obtusangulo-triqueter trisulcus: stigmata hirtula replicata; semina bulbilloso-laxata, herbaceo-emollita. (*Gawl.*)

C. spiralis *Salisb.* l. c. — *W. H.* l. c. 292. t. 29. f. 9. — *Sp.* l. c.

Haemanthus spiralis *Ait.* Ht. Kew. ed. 1. I. 405. — *Thb.* Prodr. 58. Fl. Cap. ed. *Schult.* 296. (excl. synon. *L.*) — *Wlld.* l. c. 28. 14.

Haemanthus tenellus *Steud.* Ncl. ed. 1.

Crinum tenellum *Jacq.* Coll. Suppl. 43. Ic. rar. II. t. 363. (vix *L.*)

Crinum spirale *Andr.* Bot. Rp. t. 92.

Amaryllis spiralis *L'Hér.* sert. angl. 10. — *Gmel.* S. N. II. 539.

Strumaria spiralis *Ait.* l. c. ed. 2. II. 313. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1383. — *Sprg.* l. c. 57. 2. — *Dietr.* Syn. II. 1188. 10.

Hessea spiralis *Berg.* l. c. — *Schult.* l. c. 787.

In *prom. bon. spei:* ad pedem montium *Tafelberg*, *Löwenberg* et *Duyvelsberg (Thb.)*, ad *Drieankerbay (Berg.)*, ad flum. *Cango (Mund)* etc. Fl. Jul. — Oct. ♃.

Bulbus ovatus, magnit. nucis Avellanae (ovi passerini *Gawl.)*, fibris simplicibus brevibus, tunicâ luteâ molli unciae altitudine scapum involvente. Folia 3—4, linearia, compressa, recurvata, brevissima, $^1/_2$—1″ longa, uti tota planta glabra, saturate viridia. Scapus 2—5poll., basi spiraliter flexuosus, corneus, niger, nitidus, superne subincrassatus herbaceus viridis. Involucri foliola linearia, erecta, adpressa, rubra, pedunculo breviora, $2^1/_2$—4‴ longa (in ic. *Gawl.* flavo-virides rubro-marginatae). Pedunculi solitarii v. rarius 2—6, nutantes v. erectiusculi, lgt. floris v. ultra, 5—8‴ longi (filiformes, teretes, pallide virides). Flos albus, basi e viridirubicundâ, 5—6‴ longus, tubo $1^1/_2$‴ longo, laciniis limbi patentis v. erecto-patentis ovato-oblongis obtusis, interioribus parum angustioribus, exterioribus externe subulato-mucronatis, interne fimbriis paucis pellucidis, omnibus lineis 2 distinctis et tertiâ mediâ obscuriore. (In ic. *W. H.* laciniae lineari-lanceolatae, acutae, basi attenuatae, semipoll. et $1^1/_2$‴ latae, totae dilute roseae apiculo viridi, tubus 2‴ lg. pallidior et flores erecti delineantur.) Stamina medio tubo affixa, perigonio dimidio breviora, erecta, 3 petalina parum longiora; antherae oblongae, inferne emarginatae, flavae, 3 praecociores. Germen globoso-triquetrum, viride. Stylus filiformis, subtriqueter, superne attenuatus, staminibus brevior. Stigmata 3 filiformia patentissima recurvata. Capsula magnit. seminis Coriandri, membranacea. Semina in loculis 2—6, viridia.

Descriptio *Thunbergii* (sub Haemantho spirali) recedit floribus albis purpureo-striatis, spathâ lineari-lanceolatâ pedunculis multo breviore, limbi laciniis ovatis obtusis aequalibus, alternis apice setâ nigrâ brevi inermi aristatis, stylo lgt. filamentorum, stigmate acuto subbifido. — *W. H.* in textu flores dicit albos, at sepala (phylla 3 exteriora) externe rubra, viridi-apiculata, dum in icone omnes utrinque pallide roseae tinguntur. Cl. *Spach* flores in diagn. generis albos, in descr. speciei roseos nuncupat. — Plures stirpes similes apud auctores forsan confusae.

12. Sternbergia.

Waldst. & *Kit.* pl. rar. hung. II. 172. — *Schult.* l. c. p. XLVIII. n. 1432. — *Endl.* l. c. 175. 1270. — *Meisn.* l. c. 393. (296.) — *N. ab E. jun.* gen. pl. VI. t. 5. — *Sp.* l. c. 410.

Subg. I. Sternbergia.

W. H. l. c. 73. et 186. n. 40.

I. Flos radicalis aphyllus (potius scapus subterraneus brevissimus); stamina alterna breviora, antheris oblongis; folia

1) linearia obtusa, basi margine scabriuscula oblique torta, lucida; spatha obtusa, germen multo superans; phylla exteriora mucronulata, interiora obtusa, omnia

(1) linearia, tubo sesqui- v. duplo longiora; stylus stamina longiora aequans; spatha lineari-lanceolata obsolete bifida.

1. **St. colchiciflora** *W.* & *K.* l. c. t. 157. — *Wlld.* Mg. d. Ges. naturf. Fr. 1808. 26. et En. 356. — *Sprg.* l. c. 57. 1. — *Schult.* l. c. 793. 1. — *W. H.* l. c. 187. 1. — *Sp.* l. c. 411. — Bot. Rg. t. 2008.

Amaryllis colchiciflora *Ker* Rev. Amar. 3. et in Journ. of sc. et arts II. 345.

Oporanthus colchiciflorus *Herb.* in App. Bot. Mg. 38.

Narcissus autumnalis minor *Clus.* hist. I. 164. ic.

Colchicum parvum montanum *Lob.* ic. I. 148. — *Barr.* ic. 984.

In montibus siccis apricis calcareis *Hungariae* pr. *Buda*, *Ors*, *Palota*, *Füred* (*W. K.*), in campis *Tauriae* et ad *Bosporum* (*M. B.*), in *Aprutii* pratis montanis (*Tenore*). ♃.

Bulbus ovatus, fuscus, intus flavescenti-albidus, 6—9''' longus, basi fibris pluribus albidis; vagina radicalis scapum subterraneum involvens, fusca. Folia hysteranthia, vernalia, (cum fructu ut in Colchico autumnali apparentia), rarissime autumnalia, plerumque 5, erecta, parum torta, planiuscula, parum carinata, callose obtusa, viridia, 4poll., 4''' lata v. paulo ultra, basin versus paululum angustiora et ibidem ad margines et dorsi nervos pilis brevissimis patentibus sub lente tantum conspicuis. Flos autumnalis, solitarius (Jasminum redolens), erectus in scapo subterraneo teretiusculo semipollicari v. subnullo. Pedicellus proprius nullus. Spatha ad basin germinis, inferne tubulosa, a medio uno latere fissa concava vel bicarinata, dorso impresso membranaceo, erecta, dimidium laciniarum fere attingens, $1^1/_2$poll. Perigonii tubus strictus, partim subterraneus, cylindraceus, tenuis, flavescenti-albidus, 5—9''' longus; limbus erecto-patens, (dilute) flavus, 12—16''' longus: laciniae exteriores paululum longiores, 2''' latae, apice concaviusculae cum acumine brevi; interiores 1—$1^1/_4$''' latae, obtusissimae, omnes nervis longitudinalibus simplicibus. Filamenta filiformia, basi quidquam dilatata, vix trientem laciniarum superântia, alterna lineâ fere longiora; antherae luteae, fere lineam longae. Stylus subulatus, superne crassior. Stigma lobis 3 brevibus patenti-recurvis. Capsula succrescente scapo humo extrusa, inferne spathae vestigiis involuta, oblongo-ovata, subtrigona, fulva. Semina in quovis loculo 3—5, nigra, nitida, ad lentem punctata, funiculo fungoso crasso albo. (*Schult.*)

(2) angustissima, tubum subaequantia; stylus stamina longiora superans; spatha filiformis bifida.

2. **St. dalmatica** *W. H.* l. c. 413. t. 47. f. 2.

St. colchiciflora β. dalmatica *Rchb.* Fl. germ. exc. 87. 591. — *Schult.* l. c. 1720. — *W. H.* l. c. 187.

In *Dalmatiâ* pr. *Dernis* et *Czerno*. (L. Baro de *Welden*.) ♃.

St. colchiciflorâ multo minor et humilior, adspectu et proportionibus valde diversis. Bulbus diam. circ. $^3/_8$'', ovatus, fuscus; tubus collum bulbi $^3/_8$—$^5/_8$ superans, limbus gracilior, pallide flavus (laetior *Rchb.*), $^3/_4$—$^7/_8$'' longus; stylus

limbo $^3/_8$—$^1/_2$ brevior, stamina longiora paululum superans. *(W. H.)*

2) lorata plana glaucissima, laxius spirali-obliquata; phylla exteriora latiora hamato-mucronata.

3. **St. Clusiana** *Ker.* — *Schult.* l. c. 794. 3. — *Sprg.* l. c. 2. — *W. H.* l. c. 187. 2.
Amaryllis Clusiana *Ker* ll. cc. 4. et 346. in Bot. Mg. ad 1089. (excl. syn.).
Oporanthus Clusianus *Herb.* App. 38.
Narcissus persicus *Clus.* hist. I. 163. c. ic.
Byzantii, unde ad *Clusium* allata. ♃.
Bulbus globoso-ovatus, tunicâ fuscescente. Folia vernalia, subquaterna, caesia, erecta. Flos autumnalis, e flavo pallescens, odore ingrato viroso. Capsula in scapo brevi e humo emicans. *(Ker ex Schult.)*

3) . . . . erecta, subtortuosa; spatha indivisa obtusa; perigonium subcampanulatum erectum, laciniis linearibus emarginatis.

4. **St. citrina** *Ker.* — *Sprg.* l. c. 4. — *Schult.* l. c. 795. 5. — *W. H.* l. c. 3. t. 43. f. 9.
Amaryllis citrina *Ker* Rev. 4. et in Bot. Mg. l. c. — *Sm.* Prodr. Fl. graec. 221. et *Sibth.* Fl. gr. t. 311.
Oporanthus citrinus *Herb.* App. 38.
In monte *Olono Peloponnesi*, sero autumno florens. ♃.
Perigonii tubus ultra pollicaris; limbus circ. pollicaris v. ultra, pallide flavus, laciniis angustis. Stylus $1^1/_4$poll., stamina longiora paulo superans; stigma trifidum, lobis recurvis. (Bulbus ovatus, fuscus, magnit. juglandis minoris. Laciniae limbi in ic. alternae breviores emarginatae, et paulo longiores acutae, 2—$2^1/_2$''' latae.)

2. Scapus uniflorus; spatha lgt. germinis,

1) subulata acuta; perigonium rectum campanulatum: laciniae oblongae obtusae, exteriores majores mucronatae; stamina aequalia; antherae rotundatae; folia linearia, acuta, spiralia.

5. **St. aetnensis** *Schult.* l. c. 794. 2. — *W. H.* l. c. 187. 4.
St. colchiciflora *Guss.* Prodr. Fl. Sic. I. in Add. 8.
Amaryllis aetnensis *Rafin-Schm.* Caratt. 84. t. 18. f. 2. (pess.).
In nemore montis *Aetnae* pr. *Nicolosi.* (Emil. *Guatadauro.*) ♃.
Differt a St. luteâ foliis angustioribus spiralibus, staminibus aequalibus et perigonio pallidiore. Bulbus ovatus; scapus cylindricus, flore brevior, folia post florescentiam enata, longa, angusta, planiuscula. Perigonium pallide flavum v. citrinum, laciniis basi paulo attenuatis. Stamina et stylus filiformia; antherae minimae; stigma 3lobum.

2) apice concavo biloba, lobis obtusis; perigonium erectum, tubo spatham laciniasque subaequante; laciniae lineari-oblongae integrae obtusae; stamina alterna longiora, stylum aequantia; folia coaeva, anguste linearia, carinata, flore multo breviora, obtusa.

6. **St. Schuberti** *Schenk* pl. sp. in itin. Schuberti in Orient. coll. 11. n. 60.
In *Asiâ minore* pr. *Achmet-li* (Ephesum antiq.) fine Oct. fl. lg. *Roth.* ♃.
Bulbus . . . . . Folia plerumque 4, arcuato-patentia, scapum subaequantia, 3-4'' longa, 1—2''' lata, obtuse carinata, margine sub lente cartilagineo tenuissime crenulata indeque leviter scabriuscula, obscure viridia, basi vaginâ membranaceâ albidâ truncatâ hinc parum protensâ inclusa. Scapus erectus, 3—4poll., cylindricus, glaber, viridis. Spatha univalvis, membranacea, albida, basi tubulosa, ruptilis, viridi-nervosa. Perigonium luteum: tubus erectus, cylindricus, superne parum ampliatus, 8—9linearis, intus nudus; laciniae exteriores quidquam latiores, $1^1/_2$—3''' latae, interiores angustiores, 1—2''' latae, inferne angustatae, omnes inter se (lgt.) aequales, $1^1/_2$'' longae, glabrae, nervoso-striatae. Stamina summo tubo inserta: filamenta 3 longiora pollicaria, 3 breviora 9''' longa, erecta, plana, filiformia. Ovarium sessile, oblongum, 2''' latum, 4—5''' longum, viride. Stylus filiformis, rectus, stamina longiora aequans, stigmate truncato. — Inter St. citrinam et luteam media, differt a priore spathâ apice bifidâ, perigonii laciniis integris, stigmate truncato; ab ulteriore spathâ tubum, tubo corollae lacinias subaequante, perigonii laciniis linearibus, stylo stamina longiora aequante. *(Schenk.)*

Subg. II. Oporanthus.

W. H. l. c. 73. et 188. n. 41.

Scapus uniflorus, flore erecto

1. sessili. Folia plura, linearia, carinata pro-

strata lucida; scapus anceps; stamina alterna breviora. Perigonii tubus brevis: laciniae exteriores majores, omnes ovali-oblongae

1) obtusae elongatae.

7. **Sternbergia lutea** *Ker.* — *Sprg.* l. c. 5. — *Schult.* l. c. 795. 6. — *Sp.* l. c.
Oporanthus luteus *Herb.* App. l. c. 38. et Amar. 188. 1.
Amaryllis lutea *L.* Sp. pl. 420. — *Wlld.* l. c. 50. 1. — *Curt.* Bot. Mg. t. 290. — *Red.* Lil. t. 148. — *Tratt.* Tabular. t. 384. — *Kern.* l. c. t. 222. — *Sibth.* Fl. gr. t. 310. (et fere omnium auctor.).
A. lutea A. major (scapo elatiore, foliis latioribus) *Ten.* Fl. Neap. I. 150. 161.
Narcissus autumnalis major *Clus.* hist. I. 164. — *Lob.* ic. t. 147. f. 2. — *Park.* Par. 77. 75. f. 7.
Colchicum luteum 1. majus *Bauh.* Pin. 69.
In *Europâ meridionali* a *Hispaniâ* ad *Graeciam* (in fissuris rupium calcarearum *Arupinii* in Istriâ; circa *Athenas* in *Anchesmo* et *Hymetto*, in colle *Musaeo*, ad littus *Phthioticum*), in *Tauriâ*, *Asiâ minore* et *Syriâ* (in montibus inter *Damascum* et *Baalbek*). ♃.
Vulgo Lis-Narcisse, Narcisse d'automne gall.

Bulbus globoso-ovatus, $^1/_2$—$^3/_4$poll., tunicâ nigricante, fibris radicalibus longis. Folia 3—6 et plura, autumnalia, et hyeme persistentia, arcuato-reflexa, serius humi decumbentia, lineari-lorata, obtuse carinata, canaliculata, obtusa, atroviridia, margine sub lente tenuissime cartilagineo-crenulata, $^1/_2$—1pedalia, 4—6‴ lata, vaginâ cylindricâ truncatâ inclusa. Scapus autumnalis, raro 2, robustus, 2—4poll., intense viridis. Spatha tubulosa, supra germen uno latere fissa, ovato-lanceolata, concava, obtusa, obsolete bifida, membranacea, striata, dimidium perigonium attingens, 1—1$^1/_2$poll. Perigonium luteum, 1$^3/_4$—2$^1/_4$poll., turbinato-campanulatum; tubus strictus, infundibuliformis, angulosus, 3—4‴ lg.; laciniae concaviusculae, inferne angustatae: exteriores ovato-oblongae obtusae, 14—20‴ longae, 5—8‴ latae, interiores oblongae obtusae v. emarginatae, 12—17‴ longae, 4—5$^1/_2$‴ latae, omnes nervis longitudinalibus simplicibus. Stamina conniventia, tubo adnata: filamenta subulata, basi latiora, erecta v. suberecta, 3 longiora limbo fere duplo breviora; antherae oblongae, luteae, 1—2‴ longae. Germen sessile, oblongum, 3—4‴ lg., intense viride. Stylus subulatus, trigonus, stamina superans. Stigma truncatum, obsolete trilobum. *(Schult.)*

β. angustifolia *Herb.* foliis angustioribus.
γ. flore pleno *Herb.*
Hill's Eden.

Obs. A. lutea B. minor *Ten.* l. c. s. Narcissus autumnalis minor *Clus.* 164. f. 2. — *Bertolonio* teste ap. *Schult.* ob florem odoratum, scapum nudum, folia hysteranthia et faciem diversam non est hujus loci.

2) acutae abbreviatae.

8. **St. Fischeriana.**
Oporanthus Fischerianus *W. H.* l. c. 412. t. 47. f. 3. *(Fischer* in hb. *Hook.)* ♃.
In collibus graminosis circa castellum *Agh-oglan* provinciae *Karabagh.* ♃.

Bulbus ovatus collo producto sexunciali semunciam lato (subterraneo?). Folia subpedalia, $^5/_{16}$ unc. lata, obtusa. Scapus 9uncialis, magnâ parte subterraneus. Spatha univalvis, 1$^1/_4$poll. Perigonium vix 1$^3/_8$″ (pallide?) luteum. Stylus uncialis staminibus longior; stigma vix lobatum. Differt a St. luteâ perigonio vix 1$^3/_8$pollicari, quod in illâ bipollicare, coloreque ut videtur.

2. pedicellato; spatha acuta pedicellum aequans; phylla lineari-lanceolata obtusa; stamina subaequalia, perigonium subae-

9. **St. exigua** *Ker.* — *Sprg.* l. c. 3. — *Schult.* l. c. 795. 4.
Oporanthus exiguus *W. H.* l. c. 188. 2. App. to Bot. Mg. 38.
Amaryllis exigua *Schousb.* Marocc. I. 160. — *Roth* n. Beitr. I. 190. — *Ker* Rev. 4.
In agro *tingitano.* ♃.

Bulbus rotundo-ovatus, indusio fusco. Scapus teres, tenuis, digitalis. Folia 1—3, lgt. fere scapi. Spatha lgt. pedicelli. Perigonium luteum, laciniis aequalibus, nervo dorsali

quantia; folia filiformia. — intensius luteo. Filamenta lgt. fere perigonii. Stylus filiformis.

Species e genere exclusae:

Sternbergia americana *C. a Hoffmsgg.* = Haylockia americana.
— caucasica (foliis lineari-lanceolatis erectiusculis, laciniis corollae ovatis) *Wlld.* Mg. Ges. naturf. Fr. II. 27. — *Schult.* l. c. 796. 7. est (teste *W. H.*) = Merendera caucasica.

13. Haylockia.

W. H. in Bot. Rg. t. 1371. et Amar. 72. et 182. n. 37. (38.) — *Endl.* gen. 175. 1271. — *Meisn.* l. c. 393. (296.)

1. Tubus radicatus; perigonii laciniae cuneiformi-lanceolatae; stamina alterna longiora: stigmata 3 foliaque (humi fusa angustissima) filiformia.

1. **H. pusilla** *W. H.* in Bot. Rg. 1371. et Amar. 183.
Sternbergia americana *C. a Hffmsgg.* Verz. d. Pfl. Kult. 197. f. 5. — *Sprg.* l. c. 6. — *Schult.* l. c. 796. 8.
Zephyranthes pusilla *Dietr.* Syn. II. 1176. 17.
In *Americâ meridionali* extratropicâ pr. *Maldonado.* ♃.
Bulbus subglobosus, magnit. pisi majoris. Folia synanthia, (hyemalia *W. H.*), flaccida, 5, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$pollicaria, $\frac{1}{2}'''$ lata, (linearia, angustissima *W. H.*). Perigonii tubus tenuis, strictus, 9''' longus (pollicaris); laciniae subaequales, acutae, fere pollicares ($1\frac{1}{8}''$) 3—$3\frac{1}{2}'''$ latae, (albido-)stramineae, basi violascenti-striolatae. Filamenta breviora, limbo 4plo breviora; antherae lineares; stylus stamina vix aequans, albus; stigmata subrecurvo-patentia, $1\frac{1}{2}$—$2'''$ longa. — Differt ab Amaryllide: perigonio penitus regulari; stigmatibus 3 longis, scapo nullo; a Bulbocodio: unguibus longis staminiferis; a St. colchicifiorâ: laciniis perigonii duplo latioribus, stylo haud stigmate subcapitato, sed stigmatibus 3-filiformibus terminato.
β. rubella *Hffmsgg.* l. c. floribus incarnatis.
Ibidem cum var. floribus stramineis frequens.

2. Folia canaliculata acuta; spatha apice fenestrata s. bifida; stigma amplum, 3lobum (album).

2. **H. mesochloa.**
Zephyranthes mesochloa *Hook.* in Bot. Rg. t. 1361. et Am. 170. 1. t. 34. f. 1. 24. — *Dietr.* l. c. 8.
In *Bonariâ.* ♃.
Bulbus ovatus, nigricans. Perigonium inferne viride, superne album extus rubro notatum, laciniis acutis, tubo brevissimo intus glabro; stylus albus, limbo pollice brevior, filamentis vix longior.
β. lutescens: spathâ apice bifidâ, floribus magis flavescentibus,
γ. immaculata: pedunculo breviore, flore non rubro-maculato.
Hae varietates a cl. *W. H.* Am. p. 171. commemorantur.

14. Cyrtanthus.

Ait. Ht. Kew. I. 144. — *W. H.* App. in Bot. Mg. 79. et Amar. 70. et 128. n. 28. — *Schult.* l. c. p. LIII. n. 1441. (excl. sect. c.). — *Endl.* l. c. 178. 1279. — *Meisn.* l. c. 394. (296.) — *Sp.* l. c. 426.

Timmia *Gmel.* S. N. I. 538. (non *Hedw.*).

Subg. I. Eucyrtanthus.

Cyrtanthus *W. H.* App. 28*).

Umbella multiflora; flores pedunculi, infundibuliformi-tubulosi, limbi laciniis rectis apice inflexulis. — Folia plura, lorata, obtusata disticha, paginis oppositis,

*) Bulbus subrotundus. Folia bifaria, perennia. Scapus aestivus. Umbella multiflora. Germen breve, trigonum, mediâ parte crassius, cum pedunculo continuum (ambo curvata et cernua). Tubus germini continuus, curvatus, subinfundibuliformis, obsolete sexangulatus, fauce amplâ, sulcis intus 6 angulosis 6dentatâ, compactis, membranâ apicibus inter laciniarum bases terminatâ. Laciniae breves, alternae aequales. Filamenta longitudinis subalternae, mediâ fere parte tubi costis inter sulcos inserta, interiora quidquam profundius. Antherae breves, erectae (flore cernuo). Stylus apicem versus gracilior. Stigma minutum, trilobum. Capsula 3loc. Semina nigra, foliaceo-alata. *W. H.* l. c.

1. obliquata subglauca, sesquipollicem lata

1) lanceolata, apicem versus undulata; flores subquini, (purpurei v.) incarnati; stylus lgt. staminum; stigma simplex obtusum.
Phylla tubo paulo breviora.

1. **Cyrtanthus obliquus** *Ait.* l. c. ed. 1. I. 414. ed. 2. II. 222. — *Wlld.* l. c. 49. 3. — *Jacq.* Ht. Schbr. I. 39. t. 75. — *Andr.* Bot. Rp. t. 265 (?). — *Red.* Lil. t. 381. — *Kern* ht. semperv. t. 157. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 947 (?). — *Sprg.* l. c. 58. 3. — *Schult.* l. c. 894. 1. (p. p. et excl. syn. Bot. Mg. et descr. plantae cultae).

Crinum obliquum *L. fil.* Suppl. 195. — *Thb.* Prodr. 59. Fl. Cap. ed. *Schult.* I. 301.

Amaryllis Umbella (Umbrella) *L'Hér.* sert. angl. 15. t. 16.

Timmia obliqua *Gmel.* l. c.

In *prom. bon. spei: Plettenbergs Bay*, ad *Kabeljou-Rivier* in collibus infra montes, solo arenoso lapidoso. Fl. Dec. ♃.

Bulbus globosus, magnit. pugni, laevis, fibrillosus. Scapus teres, glaber, striatus, spithamaeus. Folia pauca, scapo paulo breviora, spirali-obliqua, erecta, glabra. Flores pedunculati, recurvato-cernui: pedunculi striati, aequales, pollicares. Spatha bivalvis, lanceolata, acuta, marcescens, reflexa, glabra, pedunculis paulo longior, filamentis interspersa laceris marcidis lgt. pedunculorum. Perigonii tubus cylindricus, sensim ampliatus, incurvatus, glaber, crassitie calami anserini, lgt. $1^1/_2''$; laciniae alternae paulo latiores, ovatae, obtusissimae, nervosae, patentes, tubo paulo breviores, alternae subtus apice glandulâ obtusâ callosae. Color totius floris incarnatus. Filamenta filiformia, limbo paulo breviora, inaequalia, inferiora sensim longiora; antherae oblongae, compressae, sulco exaratae: pollen flavum. Capsula ovata, triangularis, glabra. *(Thb.)*

β. (?) purpureus: flore solitario purpureo.

C. obliquus *W. H.* l. c.

2) lineari-lanceolata, subglauca plana; flores 10—12, aurantiaci, flavo- et viridi-mixti; stylus subspiralis, stamina superans; stigma trilobum.
Phylla triplo v. ultra breviora.

2. **C. varius.**

C. obliquus *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1133. (excl. synon.). — *W. H.* l. c. 128. 1. — *Schult.* l. c. (quoad plantam cultam). — *Sp.* l. c. 426. (excl. synon.).

In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus fuscus, superne attenuatus, maximus. Folia basi sese involventia, coriacea, glauca, oblique convoluta, superficiebus planis opposita; erecta, divergentia, 15—22″ longa, 1—2″ lata. Scapus centralis, (lateralis *Sch.*) erectus, teres, compressiusculus, crassitie digiti, 1—2pedalis, inferne viridis superne rubescens rore glauco, foliis longior. Umbella laxa, 10—12flora. Spatha bivalvis, fere bipollicaris. Pedicelli recurvo-reflexi, 9—13‴ longi, virides, crassitie pennae columbinae, bracteolis linearibus membranaceis flore brevioribus intermixti. Perigonium elongato-cylindraceo-infundibuliforme, subcarnosum, firmulum, extus hexagono-sulcatum, 3poll.: tubo curvato superne sensim ampliore laete coccineo; laciniae suberectae, ovatae v. obovato-ellipticae, acuminatae, aurantiaceae, marginem versus flavescenti-viridique mixtae, exteriores paulo angustiores acutae, interiores latiores. Germen trigono-ovatum, viride, laeve, pedicello brevius. Stamina dimidia tubo decurrenter adnata, basin laciniarum attingentia: filamenta virescenti-flava; antherae ovali-oblongae, perpendiculares. Stylus erectus, triquetro-filiformis, virescens, in stigma inconspicuum subpubescens capitellatum terminatus.

Obs. Haec descriptio tantopere a *Thunbergianâ* abhorret, ut species propria vix dubitanda sit, non solum florum colore, sed aliis notis indicatis diversa.

3) . . . . . . flores obscure rubri.

3. **C. puniceus** *Eckl.* topogr. Verz.

In *prom. bon. spei.* ♃.

C. obliquo major — praeterea indescriptus et loci incerti. Anne C. obliquus *W. (?)*.

2. . . . . obtusissima; filamenta altius inserta; flores 8 v. plures, subventricosi.

4. **C. carneus** *Bot. Rg.* t. 1462. — *W. H.* l. c. 129. 2.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Folia obtusiora quam ea C. obliqui. Flores illis angustiores, 3pollicares, incarnati, basi pallidiores. *(W. H.)*

Subg. II. Monella.

W. H. App. 29.*)

Perigonii **tubus**
1. subinfundibuliformis (i. e. sensim in limbum ampliatus)
1) rotundato-trigonus subcurvatus gracilis angustus; flores rectiusculi nutantes, fauce anguste turbinatâ, limbi laciniis subdistantibus obtusis; antherae fauce inclusae, 3 alternae reliquis

(1) duplo breviores. — Flores sub-4ni, intense punicei.

5. **C. odorus** *Ker* in Bot. Rg. VI. 503. — *Schult.* l. c. 895. 2. — *Sprg.* l. c. 7. — *W. H.* l. c. 129. 9.
Monella odora *W. H.* App. 29.
In *prom. bon. spei:* ad *Georgetown,* in districtu *Zwellendam* ad *Potberg.* ♃.
Folia 2—3, angusta, lineari-lorata, deorsum attenuata, lgt. scapi, 1''' lata, viridia. Pedunculi floribus pluries breviores v. subnulli, virentes. Spatha sphacelata, lanceolata, umbellâ fere triplo brevior. Tubus plus quam bipollicaris; limbus tubo cum fauce 4plo brevior, patens: laciniae lineari-oblongae, planae, obtusulae, exteriores subangustiores acutioresque. Filamenta brevia, conniventia, alterna brevissima, fauci proxime infra limbum inserta, antheris oblongis flavis. Germen oblongum, minimum, fusco-virens, ovulis numerosis compressis biseriato-cumulatis. Stylus filiformis, medium limbum attingens, superne roseus: stigmata 3. — Ab omnibus floribus intense puniceis, odoris, a C. collino praesertim umbellâ pauciflorâ magis erectâ, perigonio longiore graciliore minus curvato, fauce angustius turbinatâ diversus. *(Ker.)*

(2) profundius insertae. Flores 2—3ni, ochroleuci.

6. **C. lutescens** *W. H.* l. c. 10. t. 33. f. 14. (perig. dissect.).
C. albo-luteus *Burch.* hb. 7144.
Monella ochroleuca *W. H.* App. 29.
In *prom. bon. spei,* in regione montanâ inter *Zwellendam* et *George. (Burchell.)* ♃.
C. odoro arcte affinis. Antherae subsessiles, 3 exacte intra tubum, $3^3/_8$'' infra eas. *(W. H.)*

2) cylindricus; folia linearia, canaliculata; flores

(1) erecti, vittati.

7. **C. vittatus** *Desf.* Mus. d'hist. nat. IX. t. 63. — *Poir.* Enc. méth. Suppl. III. 438. — *Red.* Lil. IV. t. 182. — *Sprg.* l. c. 2. — *Schult.* l. c. 899. 9. — *Bot. Rg.* 168. — *Sp.* l. c. 427.
Amaryllis (?) *Ker* in Journ. of sc. II. 177.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Folia radicalia, longa, glabra, acuta, fere lgt. scapi erecti. Spathae valvae 2 lanceolatae, concavae, acutae, membranaceae, subcoloratae. Tubus perigonii albi longitudinaliter rubro-vittati gracilis, longus, virens, teres; limbus infundibuliformis: lobis ovatis acutiusculis. *(Desf.)*

(2) cernui; folia obtuse carinata, laxa recta; umbella multiflora.

8. **C. angustifolius** *Ait.* l. c. ed. 1. I. 414. ed. 2. II. 222. — *Wlld.* l. c. 48. 1. — *Curt.* Bot. Mg. t. 271. — *Bot. Cab.* 368. — *Sprg.* l. c. 4. — *Schult.* l. c. 896. 3. — *Sp.* l. c.

---

*) Bulbus parvulus, ovatus aut subrotundus. Folia disticha, decidua. Scapus aestivus, cavus. Umbella 2—pluriflora. Germen pedunculo recte continuatum, trigono-ovale. Tubus intus laevis, parte inferiore curvatâ arctâ, superiore subinfundibuliformi vel ventricosâ amplâ. Laciniae breves, subaequales. Filamenta tubo prope faucem, alterna brevi discrimine profundius inserta et breviora. Stylus incurvatus. Stigma trifidum. Capsula ovalis, 3loc.: loculi ovulis circ. 20. Semina nigra, foliaceo-alata. *W. H.*

(Cyrtanthus angustifolius) Crinum angustifolium *L. fil.* Suppl. 195. — *Thb.* Prodr. 59. Fl. Cap. ed. *Schult.* I. 300.
Amaryllis cylindracea *L'Hér.* sert. angl. 15.
Monella angustifolia *Herb.* App. 29.
Timmia angustifolia *Gmel.* l. c.
In *prom. bon. spei.* Fl. Oct. et mensibus seqq. ♃.
Scapus simplex, glaber, erectus, 1½pedalis. Folia lgt. scapi, glabra, striata, 1—2‴ lata. Flores plurimi, umbellati, reflexo-nutantes. Pedunculi inaequales, radii longiores, interiores breviores, filiformes, striati, glabri. Spatha bivalvis, sessili-connata, concava, lanceolata, acuta, venosa, membranacea, grisea, lgt. pedunculorum. Filamenta (ramenta) inter flores pedunculo breviora. Flos ruber; tubus incurvatus, glaber: laciniae ovatae, obtusae, aequales, erectae, alternae intus apice glandulosae. Filamenta subulata 1½‴ longa, inaequalia. Antherae, germen et stylus ut in C. obliquo. Stigmata 3 reflexa, capitata. Capsula ut in C. obliquo, a quo simili differt: foliis angustis nec obliquis, floribus angustioribus numerosi(oribu)s, laciniis alternis intus glandulosis. *(Thb.)*

(3) horizontales v. subpenduli; folia utrinque attenuata, scapo longiora; umbella 2—5-flora.

9. **Cyrtanthus coccineus.**
C. angustifolius *Red.* Lil. t. 388. — *Schult.* l. c. (quoad descriptionem plantae cultae). — *W. H.* l. c. 129. 8.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus ovatus, magnit. nucis moschatae, superne attenuatus, tunicis fuscis laxis. Folia 2, obtusa, subcanaliculata, dorso striata, minime glauca, 7½″ longa, 3½‴ lata, (ultra ¼″ lata, inferne (?) rubra *W. H.).* Scapus glaucus, teretiusculus vel obsolete triangularis, 4—6poll. Spathae valvulae 2 erectae, flavescentes, margine involutae, 13‴ lg. Pedicelli violaceo-rubri, erecti, 9‴ longi, apice flexi. Perigonium arcuatum, coccineum, (aurantiaco-rubrum *W. H.)*, 1½pollicare: laciniae 4½‴ longae, semipatentes, obtusiusculae, apice intusque flavescentes, 3 exteriores apice intus acumine parvo pubescente. Filamenta filiformia, lgt. fere perigonii, alba, arcuata; antherae flavae, ovatae. Germen ovato-trigonum, virescenti-rubrum. Stylus albus, perigonio paulo longior (limbo filamentisque paulo longior *W. H.).* Stigmatis lobi 3 subfiliformes, arcuati. *(Red.)*

3) e basi angustatâ sensim ampliatus. Flores nutantes, 3—5,

(1) limbo tubum subaequante; folia lineari-lanceolata, carinata, hysteranthia.

10. **C. pallidus** *Sims* in Bot. Mg. t. 2471. — *Schult.* l. c. 897. 5. — *W. H.* l. c. 129. 3.
Amaryllis bivaginata *Don* Ht. Cantabr. ed. 8. 98.
In *prom. bon. spei.* ♃.
C. ventricoso proximus, a quo differt florum colore pallidiore, perigonio a limbo ad basin usque absque tumescentiâ tubi regulariter angustato, proportione fere aequali limbi ad tubum cum fauce, quae proportio una cum defectu glaucescentiae foliorum et scapi eum quoque a C. collino distinguit. A C. spirali distinguitur formâ et colore foliorum. — Bulbus ovato-oblongus, diam. 1½poll., tunicis tenuissime striatis albido-fuscis. Folia 5—6, erecto-divergentia, acuta, basi attenuata, glabra, laete obscure viridia, basi subviolacea, 4—6poll., 4—5‴ lata. Scapus erectus, teres, glaber, rubescenti-violaceus, semipedalis, crassitie calami cygnei. Spatha ex ovatâ basi linearis, acuminata, striata, rubra, apice virescens, pollicaris, basi 3—4‴ lata, pedicellis erectis teretibus glabris pallide viridibus duplo longior. Flores 4—6, pallide miniati, tubo laciniarumque carinis intensioribus, bipollicares: laciniis subpatentibus ovato-oblongis retusis cum mucrone flavo, 5‴ latis, interioribus subemarginatis. Filamenta limbo paulo breviora, alba, antheris ovatis flavis. Stylus filamentis longior, limbum aequans, albus, stigmate obsolete trifido. Germen subovatum, glabrum, pallide viride hinc rubescens, magnit. pisi minoris.
Clo. *Sprg.* in C. p. 134. est synonymon C. collini.

(2) limbo reflexo: laciniis obtusiusculis, tubo cernuo; pedunculi colorati; folia linearia, utrinque attenuata, basi rubro-maculata.

11. **C. striatus** *Herb.* in Bot. Mg. t. 2534. et l. c. 129. 7. — *Schult.* l. c. 898. 8.
Amaryllis falcata *Lee.*
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus fuscus, 1½poll. et ultra. Folia pedalia, semipoll. lata, acutiuscula, intense viridia, basi rubro variegata. Sca-

(Cyrtanthus striatus) pus 8poll., crassitie pennae anserinae, rubescens. Spatha $1^1/_4$poll., rubescens, apice viridiore acuta, bracteis intermixta, 3—4flora. Pedunculi vix pollicares, rubri, apice curvati. Flores penduli, $2^1/_2$poll., anguste infundibuliformes. Germen viride, rubro maculatum, $3^1/_2$''' longum. Tubus miniatus, inter stamina luteo-striatus, 2poll. Limbus luteus (ruber luteo-striatus) diam. 9''', laciniis ovatis obtusiusculis $2^1/_2$''' latis. Filamenta inter tubi costas inserta decurrentia, 3 petalina limbum aequantia v. superantia, 3 sepalina paulo breviora et altius inserta: antherae breves, polline luteo. Stylus filamentis limboque longior, deflexus, flavescens: stigma trifidum.

2. ventricosus; flores cernui; folia hysteranthia,

1) bina (rarius unicum) linearia plana stricta; stamina adscendentia.

12. **C. ventricosus** *Wlld.* l. c. 49. 2. — *Schult.* l. c. 896. 3. — *Kern.* l. c. t. 234. — *W. H.* l. c. 129. 6. — *Sp.* l. c. 426.
C. angustifolius *Jacq.* Ht. Schbr. I. 40. t. 76. (excl. synon.).
C. spiralis *Sprg.* l. c. (p. p.)
Monella ventricosa *Herb.* App. 29.
In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus longe ovatus, 2poll., diam. pollicis, tunicis fuscis. Folia lineari-lanceolata, obtusiuscula, subcanaliculata, erectiuscula, non obliqua, firmula, sub lente utrinque striatula, viridia, 4poll., in petiolum rubellum quasi angustata. Scapus utrâque extremitate attenuatus, compressiusculus, atropurpureus, rore glauco, erectus, semipedalis, crassitie calami. Umbella 2—6flora. Spatha sanguinea, $1^1/_2$poll., valvulis acuminatis erectis 9—18''' longis, saepe purpureo punctatis. Pedunculi teretes, inaequales, 6—15''' longi, erecti, atropurpurei, ramentis sanguineis interjectis. Flores inodori, saturate miniato-coccinei, (aurantiaco-rubri,) fere bipollicares, nitidi. Tubus clavatus, incurvus, sulcatus, longus: laciniae oblongae obtusae patulae, 3 alternae mucrone parvo. Filamenta filiformia, apice antrorsum incurvata, perigonio paulo breviora, rubra, superne alba; antherae oblongae, flavae. Germen oblongum, triquetrum, purpureo-virens. Stylus lgt. perigonii. Stigma subtrifidum.

2) subtrina, glauca,

(1) ligulata, spiralia, obtusa: umbella sub-7flora; stylus tubo brevior.

13. **C. spiralis** *Burch.* — *Gawl.* in Bot. Rg. 167. (excl. syn. *Jcq.* & *W.*) — *Sprg.* l. c. 6. (p. p.) — *Schult.* l. c. 897. 6. — *W. H.* l. c. 129. 5. — *Rchb.* Fl. exot. I. t. 42.
Monella spiralis *Herb.* App. 29.
In *prom. bon. spei* pr. *Uitenhage, Algoa-Bay.* ♃.

Bulbus oblongo-ovatus, magnit. fere ovi gallinacei, tunicâ glabratâ dilute fuscâ, nervis rectis parallelis remotis. Folia 2—3, erecta, spiraliter contorta, semipedalia, $^1/_2$'' lata, basin versus attenuata, subsplendentia. Scapus pedalis, pennâ anserinâ crassior, strictus, columnaris, virens, rubedine quadam suffusus, rore glauco. Spatha bivalvis, lanceolata, pedunculos fere aequans. Flores miniati, (aurantiaco-rubri, inferne lutei,) bipollicares. Perigonium clavato-cylindricum, ubi latius diametro fere pennae olorinae; tubus gracilis, recurvus: limbus tubo 4plo fere brevior, patens, laciniis elliptico-ovatis, exterioribus mucronulatis. Stamina ad medium usque limbi circ. tangentia. Antherae flavae.

(2) linearia, basin versus attenuata canaliculato-involuta, superne plana; umbella multi-(9—10)flora; stylus adscendens, stigmatibus (3 brevibus replicatis) os tubi excedentibus.

14. **C. collinus** *Burch.* — *Bot. Rg.* 162. — *Sprg.* l c. 5. — *Schult.* l. c. 898. 7. — *W. H.* l. c. 129. 4.
Monella glauca *Herb.* App. 29.
In *prom. bon. spei* collibus circa *Genadendal.* ♃.

Bulbus globoso-ovatus, integumentis fuscescentibus. Folia (basi) subpurpurascentia, obtusiuscula, 7—8'' longa, $^1/_3$—$^1/_4$'' lata. Scapus cylindricus, glaucus, crassitie pennae scriptoriae mediocris, foliis passim brevior. Spatha lanceolata, sphacelata, rufescens, pedicellis longior. Flores miniato-coccinei, lineis 6 pallidioribus quasi sexangulares, fere bipollicares, pedicellis aliquoties longiores, tubo gracili in faucem pluries ampliorem cylindrico-infundibuliformem ampliato: limbus campanulato-patens, tubo cum fauce 4plo brevior, laciniis oblongis obtusis rotundatis, interioribus paulo longioribus, exterioribus mucronulatis. Stamina brevissima, basin limbi non excedentia, conniventia, alterna subbreviora. Germen glabrum, breviter oblongum, rotundato-trigonum, striis 6 albis.

Species nomine tantum notae:

Cyrtanthus albus *Ht. angl.* (*Steud.* Ncl. ed. 2.)
— luteus *Eckl.* & *Zh.* (Omnium minimus.)

Species e genere exclusae:

Cyrtanthus helictus *Lehm.* = Gastronema helictum.
— Pumilio *Schult.* = — clavatum *β.*
— purpureus *Ker* = Vallota purpurea.
— uniflorus *Ker* = Gastronema clavatum.

15. Gastronema.

W. H. App. 30.*) Amar. 70. et 132. n. 29. t. 33. f. 11. (flos dissect.).

Limbus perigonii faucem subaequans; folia scapum superantia v. saltem aequantia,

1. plura lineari-loriformia spiratim torta; scapus teretiusculus biflorus; phylla ovata acuta patula.

1. G. helictum.
Cyrtanthus helictus *Lehm.* Del. sem. ht. Hamb. 1839.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Formâ, colore et directione perigonii cum G. clavato convenit.

2. unicum lineare glaucum planum; scapus 1-(rarius 2-)florus teres; phylla ovata acutiuscula patula.

2. G. clavatum *W. H.* App. 30. in Bot. Mg. t. 2291. Amar. l. c. 132.
Cyrtanthus uniflorus *Ker* in Bot. Rg. t. 168. — *Sprg.* l. c. 1. — *Schult.* l. c. 899. 10.
C. angustifolius *Ker* Rev. 28.
Amaryllis clavata *L'Hér.* sert. angl. n. 11. — *Wlld.* l. c. 52. 8. — *Poir.* Enc. Suppl. I. 316.
Amaryllis tubiflora *Hb. Soc. Linn.* & *Hb. Bks.*
In *prom. bon. spei,* prope *Comptour's Rivier.* ♃.
Bulbus parvus, subrotundus, magnit. Juglandis, dilute fuscus. Folium angustissimum, erectum, acutum, glabrum, laete viride, semipedale usque pedale, 1—1½''' latum. Scapus lateralis, teres, erectus, striatus, glaucus, inferne rubescens, subspithamaeus, crassitie culmi triticei. Spatha foliolis 2 lineari-attenuatis acuminatis glabris striatis aquose viridibus, pollicaribus, 2''' latis. Germen triangulari-ovale, e pedunculo atrovirente tereti glabro 2—3''' longo continuatum, concolor, glabrum, 2''' longum et crassum. Perigonium horizontaliter nutans, albidum, extus striis 6 aequidistantibus lateritiis puniceisve longitudinalibus, intus lineis totidem sanguineis brevibus cum exterioribus alternantibus in fundo tubi, rectiusculum, ubi latius diametro fere digiti: tubus fusco-rubens, (in ic. in Bot. Mg. parte inferiore angustâ cylindricâ incurvâ viridis, superiore ventricosâ limbo concolor,) germini fere aequalis; limbus patulus, brevis: laciniis undulatis reflexis, nervo medio intus prominulo, exterioribus 3 mucrone brevi obtuso viridi terminatis. Filamenta faucem vix superantia, incurvo-conniventia, alba; antherae breves, oblongae, luteae. Stylus (albus, superne) ruber, antheras parum superans: stigma trifidum, rubrum. — Variat laetitiâ striarum et magnitudine limbi, etiam germine parteque tubi inferiore rubris, ut in Bot. Rg.
β. (?) Pumilio: flore sessili, limbi laciniis tubo longioribus ovato-oblongis revolutis.
Amaryllis Pumilio *Ait.* Ht. ed. 1. I. 415. ed. 2. II. 223. — *Wlld.* l. c. 50. 2. — *Ker* in Journ. of Sc. et A. II. 348. Rev. 6. — *Sprg.* l. c. 49. 7.
Amaryllis humilis *Lk.* En. I. 313.
Cyrtanthus Pumilio *Schult.* l. c. 900. 11.
In *prom. bon. spei.* ♃.

---

*) Bulbus, folia, germen, pedunculus, laciniae et stigma ut in Monellâ. Tubus ut in M. (Cyrtantho) ventricosâ, parte inferiore cylindricus arctus curvatus, superiore ventricosus amplus. Filamenta conniventia, alterna longiora: interiora summo, exteriora medio tubi regionis ventricosae inserta; superiora 3 prope tubi latera torte declinata, inferiora recta apicibus conniventibus. Antherae breves, incumbentes. Stylus declinatus, laciniae inferiori adpressus. Semina verisimiliter plana, foliacea. *W. H.* l. c.

(Gastronema clavatum) Folium inferne angustatum. Scapus palmaris, virescens. Spathae foliola lineari-subulata, basi invicem amplexa, tubo longiora, virentia. Perigonii tubus infundibuliformis, uncialis albidus, externe lineis 6 elevatis, interne lineis 6 rubris cum illis alternantibus; limbi laciniae extus albidae, intus lateritiae. Filamenta filiformia, tubo infra faucem inserta, apice inflexa, albida, 3 alterna breviora. Antherae oblongae, luteae. Germen oblongum. Stylus filiformis, staminibus longior, albidus. Stigma trifidum: laciniae lineares, rubicundae, apice albae.

Obs. Cl. *W. H.* Am. 132—133. ex inspectione speciminum in herbariis Societatis Linnaeanae et Banksii demonstravit, A. Pumilionem *Ht. Kew.* eandem esse plantam cum A. clavatâ *L'Hér.* aut Gastronemate clavato suo. Descriptiones etiam supra datae in omnibus notis essentialibus conveniunt. Cum autem systematici hucusque utramque speciem admiserint, cl. *Sprengelius* vero genere eas removerit, interea varietatis loco hic indicare melius duxi.

Species indescripta:

Gastronema spirale *Eckl.* topogr. Verz. An idem ac Cyrtanthus spiralis?

16. Coleophyllum.

Klotzsch in allg. Gart. Zt. VIII. n. 24. 185. — *Endl.* gen. Suppl. II. 15. 128/1. — *Meisn.* l. c. 371. 11/1.

Bulbus tunicatus, ovatus; folia praecocia, linearia, exteriora basi dilatata, in vaginas clausas connata; scapus anceps, uni-(pauci)florus; spatha membranacea, diphylla; flores magni, lutei, odoratissimi. (*Endl.*)

Folia 5—7 longissima, linearia obtusa canaliculata integerrima laete viridia; vaginae dilute carneae, 3—4unciales; scapus foliis brevior uniflorus: flore pendulo; stylus staminibus longior, limbi laciniae lanceolatae, acuminatae.

C. Ehrenbergii *Kl.* l. c.
In *Mexico.* (*C. Ehrenb.*) ♃.

Bulbus fuscus, globoso-ovatus. Folia ante scapum, quem includunt, conspicua, margine membranaceo-attenuata, laxe dependentia, dilute viridia, 1—2pedalia, 3—5''' lata. Vaginae integrae. Scapus complanatus, anceps, solidus, flavo-viridis, glaber, pedalis. Spatha foliolis lanceolatis longe acuminatis 1—2pollicaribus. Flos pallide flavus, fragrans, tubo viridi flavo, pendulus, pedunculatus. Perigonii tubus 6costatus, obtuse triqueter, diametro 2—2½''', 2'' longus, subtortus et vix curvatus, superne sensim ampliatus: limbi laciniae lanceolatae, longe acuminatae, dorso costâ longitudinali virescente obtusâ instructae, patenti-recurvae, 18—21''' longae, exteriores 4—5''', interiores 3—4''' latae. Stamina fauci tubi inserta, libera, perigonii laciniis opposita, exterioribus opp. paulo profundius inserta et breviora: filamenta subulata, basi dilatata, 2 et alterna 4''' longa, flava, glabra; antherae erectae, nunquam mobiles. Stylus stamina superans, cylindricus, superne subattenuatus tortusque, inferne pallide flavus, superne viridulus. Stigma viride, 3partitum: lobis linearibus patulis subrecurvis 2''' longis. Ovarium obtuse trigonum, 4''' longum.

Genus a proximo Chlidantho antheris erectis rectis et defectu coronae staminiferae diversum.

17. Sphaerotele.

Presl in Rel. Hk. I. 119. — *Schult.* l. c. LIV. n. 1442. — *Endl.* gen. 78. 1280. — *Meisn.* l. c. 393. 296.

Scapus teretiusculus; umbella terminalis 5-flora; spatha diphylla. Radix et folia nondum observata.

Sph. peruviana *Presl* l. c. t. 16. f. 2. (excl. synon. Amaryllidis cyrtanthoidis). — *Schult.* l. c. 900.
In *Peruviâ.* (*Haenke.*) ♃.

Scapus 7poll., nudus, erectus, striatus, basi paulo crassior. Spatha foliolis linearibus scariosis pedicellos superantibus. Flores erecti, pedicelli 6''' longi, filiformes. Perigonium 1½poll., flavescens (?), limbi laciniis erectis 2''' longis, fauce nudâ. Stylus erectus, filamentis longior. (*Presl.*)

18. Chlidanthus.

Lindl. Coll. t. 34. — *Schult.* l. c. LIV. 1445. — *Endl.* l. c. 178. 1281. — *Meisn.* l. c. 393. (296.) — *W. H.* App. 46. Amar. 73. et 190. n. 44.

Clitanthus *W. H.* in *Lindl.* Misc. adn.

Folia glauca, erecta, ¼'' lata; flores lutei, fra-

Chl. fragrans *W. H.* App. l. c. Amar. 190. t. 27. f. 2. — *Lindl.* l. c. — *Bot. Rg.* VIII. 640. — *Fortg. Gart. Mg.* VIII.

grantes; germen subsessile; tubus circ. 2— limbus $1^1/_2$poll. v. ultra; stylus filamentis longior, limbo brevior; stigma late trifidum; ovula in quovis loculo 22 v. plura, opaca, complanata; scapus valde planus, marginibus alatis sulcatis.

t. 21. — *Schult.* l. c. 902. — *Rchb.* Fl. exot. I. t. 45. — *Dietr.* Syn. II. 1175. 1.
Pancratium luteum *Sprg.* l. c. II. 48. 30. (p. p.)
In *Peruviâ.* ♃. Ariruma incolarum.

Folia linearia, graminea, cum scapo simultanee provenientia. Scapus praecox, $1^1/_2$pedalis, pauciflorus (glaber, glaucus, 3‴ latus). Flores lutei, sessiles, (in icone *W. H.* 3) subodori (odore thuris incensi), spathâ 1—2valvi, ovatâ, ipsis dimidio breviore (foliolis in ic. *W. H.* ex ovatâ basi lineari-lanceolatis acutis curvatis, $2^1/_2$poll. 4—5‴ latis). Perigonium infundibuliforme, subirregulare: tubo 3—4″ longo, gracili sulcato (inferne crassitie $1^1/_2$‴, superne sensim ampliato); laciniis triplo brevioribus, $1^1/_2$poll. ($^1/_2$″ latis) patentibus, interioribus ovalibus retusis, exterioribus ovatis mucronatis. Stamina recta, inclusa, inaequalia: filamenta sepalina subulata integra, petalina breviora bidentata. (Membrana tenuis 6dentata, cui filamenta inserta sunt, tubo et laciniarum interiorum basi adhaerens, dentibus petalinis elongatis, in flore recenti partibilis, alarum acuminatarum ad filamenta decurrentia adinstar separabilis *W. H.*) Antherae oblongae, flavae. Germen trigonum (oblongum, magnit. pisi majoris). Stylus staminibus longior. Semina badia.

Apud *Lindl.* et in Bot. Rg. folia laete viridia, serotina dicuntur; anne varietas v. species secunda?

19. Clinanthus.

W. H. App. 40. et l. c. 74. et 192. n. 45. — *Schult.* l. c. LV. n. 1446.
Chlidanthus (p. p.) *Endl.* & *Meisn.* ll. cc.

Folia linearia, obtusa; scapus compressus bi—(sub-3)florus; limbi laciniae oblongae mucronatae patentes tubo breviores; filamenta alterna bidentata in urceolum coalita; antherae erectae; stigma 3fidum. (*Sprg.*)

Cl. luteus *W. H.* ll. cc. t. 27. f. 1. — *Schult.* l. c. 902.
Chlidanthus luteus *Dietr.* l. c.
Pancratium luteum *Ruiz* in Hb. Lamb. — *Sprg.* l. c. 48. 30. (excl. synon.).
In *Peruviâ.* ♃.

Folia anguste ensiformia, basi tubulosâ scapum amplectentia (glauca, flaccida, acutiuscula, glabra) 6—7″ longa, $^3/_8$—$^5/_8$″ lata. Scapus (quantum e vaginâ foliorum emersus, 3—4″ longus, teres, adscendens, glaber, crassitie pennae corvinae, atroviridis. Spatha diphylla, foliolis basi ad $^1/_3$ lgt. coalitis ovatis, in acumen longum lineare obtusiusculum attenuatis, pallidissime glaucis $1^1/_2$″ longis, basi $3^1/_2$—4‴ latis). Pedunculi (2, inaequales), $^5/_8$—$1^1/_4$″ longi, erecti, teretes, glabri, striati, cum germine subrotundo magnit. pisi atrovirides). Perigonium luteum, circ. bipollicare, tubo $1^1/_4$″ (inferne gracili cylindrico diametro lineae, dimidio superiore sensim in limbum ampliato, ad basin laciniarum 4‴ amplo), limbo circ. $^3/_4$poll., laciniis obtusiusculis (obovato-oblongis, apice $3^1/_2$—4‴ latis.)

20. Collania.

Schult. fil. in *Schult. S. V.* VII. 2. p. LIII. n. 1439. — *Endl.* l. c. 177. 1277. — *Meisn.* l. c. 394. (296.)
Urceolaria *W. H.* App. 28. — Urceolina *Rchb.* Consp. 61. — *W. H.* Am. 74. et 193. n. 46.

Filamenta et stylus limbo longiora; spatha 5phylla; flores campanulato-urceolati,

1) dependentes, quini: pedunculi apice attenuati; folia oblonga.

1. **C. urceolata** *Schult. fil.* l. c. 893. 1.
Crinum urceolatum *R. & P.* Fl. Per. III. 58. t. 287. f. b. — *Sprg.* l. c. 56. 26.
Urceolaria pendula *Herb.* App. 28.
Urceolina pendula *W. H.* l. c. 193. 1.
In *Andium Peruvianarum* nemoribus, ad *Pozuzo* et *Pampamarca* tractus.

Bulbus subrotundus, fibris longis filiformibus. Scapus solitarius, teres, solidus, pedalis, contortus, subspiralis. Folia sub anthesi solitaria binave, erecta, 3palmaria, latitudine $1^1/_2$palmari, multinervia, utrinque glabra: petioli inferne teretes, superne compressi, subancipites. Spatha foliolis lineari-lanceolatis marcescentibus, 2 exterioribus majoribus (in ic. $1^3/_4$poll.). Flores umbellati, pedunculis 15—18‴ longis. Perigonium a medio usque ad basin laciniarum luteum, superne viride, marginibus albidis (in ic. $2^1/_2$poll., diam. pollicis): tubus cylindricus, tenuis, semipollicaris; laciniae lanceolatae, concavae, (3‴ latae,) 3 exteriores acuminatae. Stamina pe-

(Collania urceolata) rigonio paulo longiora; antherae parvae, luteae. Stylus stamina superans; stigma trigonum. Capsula trigona, trisulca. Semina plura. *(R. P.)*

2) erecti, octoni: pedunculi filiformes; folia elliptica breviter acuminata (ex ic.)

2. C. fulva.
Urceolina fulva *W. H.* l. c. 194. 2. t. 26. f. 5.
Crinum urceolatum *Hb. Hook.* (*Matthews* Coll. 868.)
In *Peruviâ* ad *Parcahuanca*. Dec. ♃.

Petiolus 4poll. (anceps, 3''' latus, superne attenuatus); folium 9'' longum, 4'' latum (nervo crasso medio e petiolo continuato nervisque numerosis parallelis secundariis tenuissimis percursum, quasi striatum). Scapus 7½poll. (teres (?) glaber, erectus, rectus, crassitie calami). Spatha bipollicaris (valvae 5, inaequales, ovato-lanceolatae, longe acuminatae, concavae, in sicco pallide fuscae, basi 5 — 6''' latae). Pedunculi longitudinis variae (longiores 2—2½'' longi, erecti v. varie flexi, atropurpurei (?) teretes, glabri, crassitie fili emporetici tenuioris. Germen ovatum, tenuiter striatum, basi dilatatum, glabrum, 4''' longum et basi latum, pedicellis concolor). Tubus gracilis, ultra semipollicaris (lineam crassus, inferne germini, superne limbo concolor); limbus circ. pollicaris, fulvus, marginibus pallidis, laciniarumque apicibus (laete) viridibus (in sicco). (Laciniae in perigonium urceolato-campanulatum conniventes, apicibus liberis erecto-patentibus subreflexis v. incurvis, oblongae, acuminatae, circ. 3''' latae. Filamenta limbo vix longiora, capillaria, antheris parvis oblongis flavis. Ex ic.)

Species exclusae:

Collania andimarcana *W. H.*	=	Wichuraea andimarcana.	
— dubia *Schult.*	=	Phycella chloracra.	
— dulcis *W. H.*	=	Wichuraea dulcis.	
— glaucescens *W. H.*	=	—	glaucescens.
— involucrosa *W. H.*	=	—	involucrosa.
— puberula *W. H.*	=	—	puberula.

21. Pentlandia.

Herb. in Bot. Rg. 1839. n. 68.

Umbella 4 — 6flora; folium solitarium, hysteranthium, inferne subreflexo-compressum, tunc lanceolatum v. ovale acutiusculum crasse petiolatum; bulbus ovatus superne attenuatus.

Perigonium laciniis ovatis. Stamina et stylus limbo (fere ½'') longiora; tubus

1) ampliatus aequalis inter stamina elacunosus.

1. P. sulivanica.
P. miniata var. b. sulivanica *Lindl.* in Bot. Rg. l. c.
In *Peruviâ*. ♃.

Folia longa, petiolata, lanceolata. Scapus teres, semipedalis, glaucus (erectus, glaber, crassitie calami). Spatha bivalvis, ebracteata, acuta (valvis undulato-flexuosis, lineari-oblongis, acuminatis, albido - fuscescentibus, 1¼pollicaribus, 3—4''' latis). Pedunculi 4—6, inaequales, (longiores) 1½pollicares (erectiusculi, teretes, laete virides, glabri, uniflori, crassitie pennae corvinae). Flores cernui fere pollicares (in icone paulo longiores). Germen subcurvatum, trigonum, oblongum, utrinque attenuatum, antice declive, (laete viride, glabrum, ⅓pollicare. Perigonii tubus e basi rotundatâ viridi in collum breve constrictus, semipollicaris fere, tunc in limbum campanulatum subventricosum superne sursum subangustatum miniatum, 6striato-angulatum diametro medio semipollicarem ampliatus, laciniis brevibus erectis, ovatis acutis 5''' longis 3''' latis. Filamenta subulata, concolora; antherae oblongae, subreniformes, flavae. Stylus stamina vix superans, albidus. Ex ic.)

2) angustatus 6costatus ad medium usque constrictus, extus lacunosus intus inter stamina gibberibus totidem lacunis respondentibus.

2. P. miniata *Lindl.*
P. miniata var. a. lacunosa *Lindl.* in Bot. Rg. l. c. f. 1, 2, 3.
In *Peruviâ* prope *Quispicancha* haud procul a *Cusco*. ♃.

Flores fere bipollicares, miniati, nutantes. Limbi laciniae alternae basi angustatae et quasi subcordato-stipitatae. Folia 11/16'' lata.

22. Brunsvigia. *)

W. H. App. 16. et Amar. 78. et 280. n. 68. — *Schult.* l. c. LI. n. 1435. (excl. sect. Imhofiae, Buphanes et Ammocharis). — *Endl.* l. c. 176. 1274. b. Brunsvigia. — *Meisn.* l. c. 394. (296.) (quoad sect. hujus nominis).

Brunsvigia subg. Coburgia (Herb.) *Sp.* l. c. 421. 422. **)

1. Folia pustulato-scabra, obtusa,

1) elliptica, humi appressa, margine muricato-aspera; spatha multiflora; phylla lanceolata, subringenti-patentissima, plana, infimo divaricato; genitalia adscendentia eorum lgt.

1. **Br. Radula** *Ait.* Ht. Kew. ed. 2. II. 230. — *W. H.* App. 16. et l. c. 281. 5. — *Schult.* l. c. 842. 2. — *Sp.* l. c. 422. Amaryllis Radula *Jacq.* Ht. Schbr. I. 35. t. 68. — *Wlld.* l. c. 61. 34. — *Tratt.* tab. t. 497. — *Sprg.* l. c. 54. 63. Coburgia Radula *Herb.* in Trs. Hortic. Soc. IV. 181.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus subrotundus, Avellanâ major, tunicis fuscis. Folia post emarcidum scapum, duo, oblonga, crassa, subtus lineata nitida, pallideque virentia, supra et ad oras saturate viridia, 3'' longa, 1½'' lata; plerumque folium tertium sub alterutro ex prioribus, unciale, totum glabrum. Scapus 1—2, fere anceps, erectus, purpurascens, 2—3unc. Flores circ. 5, inodori: pedicellis angulatis, erectiusculis v. patulis, 1½ unc., sordide purpurascentibus, ramentis interjectis brevissimis. Spathae valvulae ovatae, obtusae, patulae, virentes suffusâ purpurâ, ½ unc. Phylla supra basin lateribus mutuo incumbentia, lineari-lanceolata, acuta, carnea (purpurea *Sp.*), unicum declinatum. Filamenta subulata, declinata, supra medium adscendentia, alba; antherae lineares, fuscae. Germen subrotundum, triquetrum, viride. Stylus filiformis, albus, situ et lgt. staminum; stigma brevissime trifidum. *(Jacq.)*

2) ovalia, margine cartilaginea, superficie asperrime et minute radulosa.

2. **Br. Burchelliana** (in ic.) *W. H.* l. c. t. 22. f. 2. (folium).
Br. radulosa *W. H.* l. c. in text. 281. 3.
In *prom. bon. spei,* ad flum. *Gariep.* ♃. (*Burch.* Cat. 2703.)
Folia 8'' longa, 3¼'' lata (margine tenui albo (?), apice rotundato-obtusa, superficie aculeolis ut videtur inter nervos longitudinales parallelos numerosos decumbentibus asperrima). Flores ignoti. Folia praecociora quam illa Br. multiflorae.

2. Folia glabra

1) erecta, elliptico-ovata, marginata; spatha multiflora; flores campanulati, breve tubulosi: phylla aequalia plana apice reflexa; genitalia adscendentia.

3. **Br. striata** *Ait.* l. c. 231. — *W. H.* l. c. 281. 2. — *Schult.* l. c. 843. 3. — *Sp.* l. c. 422.
Amaryllis striata *Jacq.* l. c. 36. t. 70. — *Wlld.* l. c. 61. 35. — *Sprg.* l. c. 54. 62. — *Tratt.* l. c. t. 496.
Amaryllis nervosa *Poir.* Enc. méth. I. 321.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus ovato-subrotundus, magnit. Juglandis, tunicis fuscis, rarius striatis. Folia plerumque 3, obtusa, vix semipedalia, 2½'' lata, nitida, ad oras rubentia, plana, erectiuscula v. patula, facie saturate virentia et subtiliter lineata, dorso flavo-virentia dense striata. Scapus ante folia, crassitie calami, valde compressus, erectus, sordide virescens suffusâ purpurâ, semipedalis. Spatha unc. longior, subcoriacea, erecto-patula, acutiuscula, colore scapi: valvula altera ovata oris introrsum plicatis, altera oblonga, oris planis. Flores

---

*) Bulbus ovatus aut rotundus. Folia 2—14 vel ultra, hyemalia, aestate pereuntia. Scapus brevis, autumnalis, plerumque praecox. Umbella sub-80flora (?). Spatha bifida, lata, brevis. Pedunculi divaricati. Germen trigone turbinatum vel obovatum, pedunculi flexu declinatum. Tubus cylindraceo-subinfundibuliformis, exterarum laciniarum marginibus summo tubo imbricantibus; (in Radulâ tubus subnullus v. margines imbricantes). Laciniae non undulatae, assurgenter curvatae, alternae subaequales. Filamenta sursum curvata, 3 laciniarum basi, 3 vix infra basin tubo adnata. Stylus sursum curvatus. Stigma obtusum, trigonum. Capsula recta, trisulca, 3loc., 3valvis: loculi ovulis paucis. Semina parva, rotunda v. oblongo-ovata, integumento viridi, non separabili (parte solari purpurascentia?) *W. H.* in App. 16. — in Amar. l. c. vero: Folia lata, recumbentia, hyemalia; scapus auctumnalis, praecox; spatha lata; germen angulare; tubus brevissimus (fere modo annularis); perianthium, stylus et filamenta recurva; filamenta tubo annulari solum adnata; capsula triangulari-turbinata.

**) Perianthium tubo subinfundibuliformi, laciniis non undulatis, curvatis, alternis longioribus et brevioribus. Filamenta retrorsum arcuata, alterna libera et tubo perianthii adnata. Stylus apice adscendens. Stigma obtusum, trigonum. Capsula trisulca.

(Brunsvigia striata) inodori, subnutantes, circ. 12: pedunculi erecti, longiores 3-unc., crassitie pennae columbinae, colore scapi, ramentis filiformibus, in fructu elongati. Laciniae basi tantum levissime connatae, lineari-lanceolatae, acutae, patulae, albidae roseaeque. (Flores purpurei *Sp.*) Filamenta superne adscendentia, rosea, perigonium subaequantia; antherae oblongae, atropurpureae. Germen turbinato-triquetrum. Stylus staminibus concolor et paulo longior. Stigma trifidum, obtusum. Capsula turbinata, retusa, alato-triquetra, straminea, uncialis. Semina pauca, ovata, teretia, acuta, virescentia, magnit. figurâque acini uvae. *(Jacq.)*

β. rosea *W. H.:* floribus roseis. *(Hb. Bks. & Hb. Lamb.)*

2) humi appressa,
(1) oblonga,
a. 3—4, scapo (radiis umbellae longiore) breviora; spatha erecta, carnosa, crassa, persistens.

4. **Br. minor** *Lindl.* Bot. Rg. t. 954. — *Schult.* l. c. 843. 4. — *W. H.* l. c. 281. 4.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Folia 6'' longa, ultra pollicem lata, rubro-marginata. Pedunculi $2^1/_2$poll. Germen sub flore 4'''; tubus 2—3''', laciniae pollicares, lineares, revolutae, intus albae viridi-striatae, extus roseae, rubro-marginatae. Filamenta flavescentia, adscendentia, laciniis longiora; antherae atrofuscae. Floret ante folia.

β. Herbertiana: floribus roseis.

Br. minor var. 2. (floribus roseis) *W. H.* l. c. t. 32. f. 1.

Prope *Langekloof.* (*Burch.* Hb. 4044.) ♃.

Bulbus parvus, ovalis (bipollicaris, pollicem crassus, fuscescenti-flavus). Folia illis Br. Radulae similia, sed glabra, poll. lata. (Flos in ic. singulus depictus pedunculo 4poll., tereti, sordide fusco, crassitie pennae corvinae, superne attenuato. Germen ovale, atrofuscum, 5''' longum, $2^1/_2$''' crassum. Perigonii tubus brevissimus; limbus bipollicaris, subcampanulato-infundibuliformis: laciniae erectae, lineari-oblongae, acutae, 3''' latae, sordide et pallide miniatae. Filamenta subulata, alba, limbo pauco longiora, adscendentia; antherae oblongae, cinerascentes, $1^1/_2$''' longae. Stylus albus, lgt. et directione staminum.) Forsan species propria.

b. 4—6, disticha, scapum subaequantia.

5. **Br. rubricaulis.**

Br. multiflora var. 2. rubricaulis (foliis margine laevibus). *W. H.* App. 16. et l. c. 280. — *Schult.* l. c. 844. 5. *β.* et 845. (in adn. descr.).

Amaryllis orientalis *Jacq.* l. c. 39. t. 74.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus subrotundo-ovatus, tunicis fuscis, fibris albidis crassitie calami, magnit. pugni v. triplo major. Folia post fructum maturum, obtusiuscula, lineata, crassiuscula, nitida, plana, 5—8'' longa. Scapus, spatha, pedunculi, ramenta, petala, pistillum staminaque sanguinea. Scapus teres, compressiusculus, crassitie pollicis, erectus, circ. 8poll. Umbella maxima, subrotunda: pedunculi numerosi, semipedales, utrinque patuli. Flos bipollicaris, inferne erectus, caeterum patentissimus et subringens, partim reflexus: laciniae lanceolatae, acutae, subaequales. Filamenta perigonio paulo breviora; antherae oblongae, atropurpureae. Germen turbinato-triquetrum, longum. Stylus filiformis, situ et lgt. staminum. Capsula cuneiformis, alato-triquetra, retusa, subpellucida, pallida, $1^1/_2$poll. Scapus fructescens in loco natali sesquipedalis, capsulae 4poll. *(Jacq.)*

(2) linguaeformia, subquaterna, viridia; scapus pedunculos sulcatos vix superans; perigonium suburceolatum: tubo subnullo, laciniis oblongo-acuminatis, lateralibus assurgentibus; stylus inclusus.

6. **Br. multiflora** *Ht. Kew.* l. c. 230. — *W. H.* App. 16. et l. c. 280. 1. (excl. var. 2.) t. 36. f. 1. (capsula et semen germinans). — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1619. (excl. synon. *Red.*). — *Schult.* l. c. 844. 5. — *Sp.* l. c. 422. (excl. synon. *Jacq.* & *Red.*).

Br. gigantea *Heist.* Monogr. c. ic.

Br. orientalis *Eckl.* top. Verz. 7.

Amaryllis orientalis *L.* Sp. pl. 422. Mt. 363. — *Lam.* Enc. I. 123. — *Wlld.* l. c. 58. 26. — *Ait.* l. c. ed. 1. I. 420. — *L'Hér.* sert. angl. 14. — *Sprg.* l. c. 53. 60.

Haemanthus orientalis *Thb.* Fl. Cap. 59. ed. *Schult.* I. 298.

Coburgia multiflora *Herb.* in Bot. Mag. adn. ad 2213. 5.

Crinum Candelabrum *Htl. Cap.*

Lilio-Narcissus indicus maximus sphaericus, floribus plurimis rubris liliaceis. *Moris.* hist. II. 568. s. 4. t. 10. f. 35.

Lilio-Narcissus indicus phoeniceus sphaericus vulgo polyanthos *Barr.* ic. 1037, 1038.

Narcissus indicus orientalis *Swert.* Floril. 31. t. 3. f. 1.

(Brunsvigia multiflora) Narcissus indicus flore liliaceo sphaericus *Ferr.* Flor. 12. t. 129, 130, 131.

In *prom. bon. spei:* in dunis infra *Constantiam* et prope *Zeekoe-valley*, ad litus intra *Leeuweberg*, in *Swartland.* Fl. Mart., Apr. ♃.

Bulbus globosus, glaber, fibrillosus, magnit. capitis infantis. Scapus compressus, laevis, spithamaeus v. paulo longior, carnosus. Folia obtusa, striata, spithamaea, palmam lata. Umbella 10—60flora. Pedunculi subteretes, sulcato-angulati, glabri, inanes, uniflori: exteriores longiores palmares v. spithamaei, prius florentes patentissimi; interiores disci breviores, digitales v. palmares, patenti-erecti. Spatha bivalvis, sessili-connata, ovata, sensim angustata, obtusa, concava, digitalis, pedicellis multo brevior, rubra, glabra: intus laciniae lineari-filiformes rubicundae; inter pedunculos ramenta purpurea eorum circ. lgt. Perigonium ad basin fere 6partitum, curvum, subringens, pollicare, purpureum: laciniae lanceolatae, acuminatae, obtusae, concaviusculae, apice patentes, revolutae; suprema intra 2 proximas laterales et infima extra laterales sibi proximas ut in Gladiolis. Filamenta 3 plerumque longiora, perigonio longiora, albo-purpurea; antherae oblongae, sulcatae, atropurpureae: pollen flavum. Germen planum, triangulare. Stylus filiformis, staminibus et perigonio duplo plerumque brevior, incurvus, triqueter, sulcatus, albo-purpureus. Stigma simplex, triangulare, obtusum. Capsula obovata, triquetra, trisulca, glabra, apice 3-, basi uniloc. Semina plurima, globosa, glabra, seminibus Sinapeos paulo majora. Absolutâ maturitate et disseminatione scapus emarcidus decidit et folia proveniunt. *(Thb.)*

Cl. *Gawl.* l. c. in diagnosi suâ solito more dodrantali plantam cultam, quam pro varietate

β. coccinea (floribus coccineis, flavo-viridi vittatis) censeo, sequentibus describit: „Bulbus ovato-sphaericus, integumentis (fuscis) crustaceo-membranaceis, rhizomate infra exstante, fibris tuberoso-crassis (crassitie calami); folia plura, divaricato-bifaria, lingulato-obversa v. obovato-oblonga, rotundato-acuminata, crassiuscula, plana, (5—8″ longa, 2—3″ lata, glabra, striata), scapo compresso-columnari, inflorescentiam longitudine parum excedente (8—12″ alto, diametro pollicari v. ultra) tardiora, exteriora humi recumbentia; umbella numerosa, bracteato-interstincta, brachiato-dispansa; pedunculi crassi, stricti, cum germine clavato-continui, rotundato-trigoni, sulcati, flore aliquoties longiores (6″ longi, crassitie calami majoris); germen turbinatum, lobato-triquetrum lobis compressis; perigonium decurvo-assurgens, hexapetalo-partitum, urceolato-campanulatum, ad juncturam cum germine constrictum, antice gibbum, ore obliquatum, recurvum, (bipollicare, laete coccineum): laciniis subaequalibus oblongo-acuminatis, 4 lateralibus falcato-assurgentibus concavis, summâ paulo majore revoluto-incumbente planâ, (semipoll. latis, utrinque fasciâ mediâ longitudinali virescenti-flavâ notatis); stamina 1/6 circ. breviora, fasciculato-assurgentia: filamenta cavitati nectariferae fundi adnata, filiformi-subulata, firma, alterne longiora (rubra, antheris atropurpureis); stylus triquetro-subulatus parum crassior, apiculo stigmatoso trifido puberulo; capsula obcordato-turbinata, alato-trigona, divaricato-venosa, angulis costatis (fere bipoll., semipellucida, dilute fusca, summitate profunde depressa); seminum testa nigra.“

γ. rubella: floribus roseis. (*Sp.* l. c.)

Semina omnium Brunsvigiarum viridia esse, haud nigra, testatur *W. H.* l. c.

Species indescripta:

Brunsvigia albiflora *Eckl.* top. Verz. 7.

Species e genere exclusae:

Brunsvigia	ciliaris *Ker*	=	Buphane ciliaris.
—	coracina *Steud.*	=	Ammocharis coranica.
—	coranica *Schult.*	=	— coranica.
—	disticha *auct.*	=	Buphane disticha.
—	falcata *Ker*	=	Ammocharis falcata.
—	fulva *Steud.*	=	Coburgia fulva.
—	grandiflora *Lindl.*	=	Amaryllis grandiflora.
—	Josephinae *Ker*	=	— Josephinae.

Brunsvigia laticoma *G.Don* = Nerine lucida.
— lucida *Herb.* = — —
— marginata *Ker* = Elisena marginata.
— toxicaria *Ker* = Buphane toxicaria et intermedia.
— vaginata *Schult.* = Hessea vaginata.

23. Buphane.

W. H. App. 18.*) Amar. 77. et 239. n. 64.
Brunsvigia c. Buphane *Schult.* l. c. 847. adn. — *Endl.* l. c. 177. — *Meisn.* l. c. 394.
Brunsvigia subg. Buphane *Sp.* l. c. 422.**)

I. Folia disticha, margine laevi, plurima, lorato-elongata, acuminata, obliqua glauca

1) incumbenti-patentia; bulbus subrotundus maximus, indusiis nigris; (reliqua sequentis).

1. **B. disticha** *W. H.* in Bot. Mg. ad 2578. nt. et l. c. 239. 1.
Amaryllis disticha *L. fil.* Suppl. 195. — *Patters.* trav. 51. ed. germ. 48. t. 1.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Sequenti simillima (quacum etiam ab omnibus auctoribus conjungitur) et solum bulbo majore, magnit. capitis humani, et magis rotundo atque floribus majoribus et numerosioribus diversa.

2) erecta; bulbus ovato-oblongus; umbella multiflora, florifera hemisphaerica conferta, fructifera sphaerica laxa, scapum subexcedens; perigonium infundibuliforme regulare; stamina erecto-divaricata.
Spathae foliola

(1) oblonga obtusa, floribus paulo longiora; scapus teres; folia obtusa; stamina exserta.

2. **B. toxicaria** *W. H.* ll. cc. t. 36. f. 7. (floris sectio) et (Boophane tox.) in App. 18.
Brunsvigia toxicaria *Schult.* l. c. 847. 8. (p. p.) — *Sp.* l. c. 422.
Amaryllis (Brunsvigia) toxicaria *Dietr.* l. c. 1181. 56.
Haemanthus toxicarius *Ait.* Ht. Kew. ed. 1. I. 405. ed. 2. II. 209. — *Thb.* Prodr. 59. Fl. Cap. ed. Sch. 298. — *Wlld.* l. c. 27. 10.
Amaryllis disticha *Sprg.* l. c. 52. 39. (p. p.)
In *prom. bon. spei*, interioribus regionibus: *Roggeveld.* Fl. Oct. et seqq. mens. ♃.
Succo bulbi venenatissimo incolae tela inficiunt.
Folia radicalia, ensiformia, subundata, apice obliqua, tenuissime striata, glabra, pedalia et ultra, pollicem lata, scapo longiora. Scapus digitum crassus, striatus, glaber, spithamaeus. Umbella floribus numerosissimis, ad 60 usque, bracteis sparsis linearibus albis intermixtis; spatha 2'' lata. Pedunculi erecti, pollicares. Flores incarnati, laciniis lineari-lanceolatis. *(Thb.)*

(2) ovata acuminata acuta, floribus triplo breviora, scapus compres-

3. **B. intermedia.**
Haemanthus toxicarius *Jacq.* fragm. 36. n. 116. t. 39. et 40. f. 1. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1217.

---

*) Boophane (App.). Bulbus oblongo-ovatus. Folia annua. Scapus praecox. Umbella 100—230flora. Pedunculi trigoni, confertim suberecti, dein sphaerice divaricati. Filamenta patentia. Stylus rectus. Ovula pauca, discreta, biseriatim alligata, uno ordine plerumque conserta. Capsula trigona, trisulca, 3valvis, 3loc. Caetera ut in Ammocharide, nisi quod corolla minor. — In Am. ll. cc.: „Scapus praecox, 100—230florus, pedunculatus (flores sc.); spatha bivalvis; tubus cylindricus; limbus expansus, regularis; filamenta extra tubum inserta, recta, distantia (divergentia); stylus rectus: stigma punctiforme. Capsula turbinata, 3sulca, 3loc., 3valvis: semina pauca, viridia (?).

**) Perianthium tubo subinfundibuliformi subtrigono; laciniae non undulatae, apice reflexae, alternae longiores et breviores. Stamina patula. Stylus rectus. Stigma obsolete trilobum.

sus; folia acutiuscula, stamina limbum aequantia.

Brunsvigia toxicaria *Ker.* in Bot. Rg. 567. — *Schult.* l. c. (p. p.)
In *prom. bon. spei.* ♃.

Umbella erectiuscula, vix hemisphaerica. Spathae foliola uncialia; pedunculi biunc., flores unciales: tubus cylindricus, laciniis triplo brevior, hae inferne angustatae, obtusae; antherae lineares; germen turbinatum triquetrum *(Jcq.)*. Bulbus plexubus multiplicibus subcrustaceis, superne squarroso-laxatis textus, rhizomate cylindraceo subtus prominente, extus fuscus, magnit. ovi struthionis. Folia erecto-divergentia, lorato-lanceolata, acuminata, tortiuscula, $1^{1}/_{2}$—2pedalia v. ultra, 4—5″ lata, supra viridia, subtus glaucescentia, albido-marginata, flore tardiora. Scapus tereti-compressus, glauco-pallescens, pollicem crassus. Spatha arrecta, lanceolato-ovata v. ovato-oblonga, subherbacea, glauca, fusco-marginata, recurvanda, pedicellis brevior, pollicaris, $1^{1}/_{2}$″ lata. Pedunculi bracteis tenuissimis distincti, triquetro-filiformes, virentes, nitidi, cum germine clavato-continui, floriferi 2″, fructiferi 4—6″ longi. Umbella subhemisphaerica densa. Flores foenum recens redolentes, carneo-pallentes. Perigonium $1^{1}/_{4}$″ longum, revoluto-infundibuliforme (hypocrateriforme in Bot. Mg.), pedunculo brevius: tubus germine pluries longior, laciniis isometrus, strictus, crassitie pennae scriptoriae, chloroleucus; laciniae stellato-distantes, anguste ligulatae (lanceolato-oblongae, concaviusculae), aequilongae, acutae: exteriores subangustiores, convoluto-canaliculatae, hamato-mucronatae, mucrone basi subpubente; interiores planiores obsolete mucronatae. Stamina aequalia, curvula: filamenta alba, subulato-filiformia, tubum prominenter decurrentia, capillaria, sanguinea; antherae anguste-oblongae, primo carneo-rubentes, defloratae purpureo-fuscescentes: pollen ochroleucum. Stylus staminibus aequilongus, $1^{1}/_{2}$poll., perigonio quadrante longior, albicans (in ic. Bot. Mg. sanguineus), inclinato-erectus, triquetro-filiformis; stigma simplicissimum. Germen anguste turbinatum v. trigono-clavatum, angulis acute compressis, estriatum, pedunculo 3—4plo brevius. Semina tuberoso-laxata, subrotunda, albida, magnit. fere pisi. *(Ker* in Bot. Rg. et [nomine *Gawler*] in Bot. Mg.)

Obs. Haec descriptio ab illâ *Thunbergii* tam maxime recedit, ut specie differat necesse sit. Secundum *W. H.* l. c. B. toxicaria valde variat, foliis acutis et obtusis (ejus var. obtusifolia), parum et valde undulatis, bulbo longo cylindraceo et breviore crassiore.

2. Folia 2—3, humi adpressa, margine ciliata, 1) lanceolato-oblonga v. ovato-oblonga subtus ad basin (purpureo-) maculata, pilis rigidulis patentibus recurvis densissime ciliata; involucrum latum, umbellâ rotundatâ brevius; limbus (demum) reflexus.

4. **Buphane ciliaris** *W. H.* ll. cc. 240. 3. t. 36. f. 8. (Boophane) App. 18.
Coburgia ciliaris *Herb.* in Trs. Hortic. Soc. IV. 181.
Brunsvigia ciliaris *Ker* in Bot. Reg. nt. ad t. 192. 193. — *Lindl.* ibid. t. 1153. — *Schult.* l. c. 848. 9. — *Sp.* l. c. 423.
Haemanthus ciliaris *L.* Sp. pl. 413. — *Thb.* Prodr. 59. et Fl. Cap. etc. 299. — *Wlld.* l. c. 26. 8. (excl. syn. plur.) — *Jacq.* Fragm. 36. t. 40. f. 1, t. 41. f. 2. — *Ait.* Kew. ed. 1. I. 404. ed. 2. II. 208. — *Sprg.* l. c. 56. 11.
Amaryllis ciliaris *L. fil.* Suppl. 195. (p. p., sed non *L.* Sp. pl.) — *Dietr.* l. c. 1181. 57. (p. p.)
?Lilium africanum sphaericum, floribus obsolete puniceis minoribus. *Herm.* Lugdb. 357.
?Bulbus oblongus aethiopicus, foliis guttatis et cilii instar pilosis. *Breyn.* Ct. t. 39.
In *prom. bon. spei:* prope urbem in collibus, et in campis arenosis extra promontorium. Fl. Mart. ♃.

Radix carnosa, oblonga, profunde insidens, alba, centro fibrosa, fibris filiformibus crassitie fere calami digitalibus carnosis albis. Folia patentia, initio sublanceolato-linearia, dein ovato-oblonga, obtusa, glabra, supra saturate viridia, subtus pallidiora venosa, ciliis distichis rectis fuscis semiunguicularibus tenuibus haud pungentibus, basi palmari intra vaginas reconditâ albâ ciliis adpressis purpureis, digitalia v. ultra, mense Junio evoluta. Scapus digitum crassus, spithamaeus v. ultra (vix semipedalis, pollicem crassus, hinc convexus inde planus, anceps, glaber, erectus *Jcq.)*. Umbella multiflora, floribus 30 v. ultra (100 v. pluribus, sphaerica *Jcq.*, circ. 60flora *Ldl.)*. Pedunculi trigoni, patuli, glabri, aequales, palmares (4 unc., ubique versi *Jcq.*, rigidi 4—5poll., e

(Buphane ciliaris) latâ basi ad germen attenuati *Ldl.)*. Spatha di-(3-)phylla (ovata, acuta *Jcq.*, brevis reflexa *Ldl.)*, ramentis setaceis interspersis. Perigonium fuscum, profunde 6partitum (hypocrateriforme, tubo brevi recto medio paulo constricto *Ldl.)*: laciniae lanceolatae, patentes v. reflexae, (basi levissime connexae, acutae, patentissimae, aequales, vix semipoll. *Jcq.*, purpureae, unguiculatae, tubo longiores *Ldl.)*. Filamenta perigonio paulo breviora (*Thb.* — subulata, patula, perig. aequantia *Jcq.)*. Germen subrotundum, triquetrum (*Jcq.*, inflatum, utriculatum, loculis 2—3spermis: ovulis mediae axi basibus suis acuminatis affixis adscendentibus. Capsula chartacea, oblonga, oligosperma. *Ldl.)*

2) linearia plana flaccida, minutissime dentata, subtus undique et supra basin versus fusco-variegata, ciliis albidis densissimis undequaque versis.

5. **B. amaryllidea.**
Amaryllis ciliaris *L.* Sp. pl. 422. — *L. fil.* l. c. (p. p.) — *Jcq.* l. c. 39. t. 44. f. 1.
Brunsvigia ciliaris *auct.* (quoad synon. Am. ciliaris *L.)*.
? Lilio-Narcissus aethiopicus sphaericus; foliis guttatis et cilii instar pilosis. *Pluk.* Alm. 220.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus ovatus, fuscus, 2unc., inferne diam. 1½″, basi protuberante fibris albidis longis calamum fere crassis. Folia 2, rarissime 3, 1—1½pedalia, ½ poll. lata, obtusa, tota terrae incumbentia, pilis ciliaribus aliis versus folii faciem, aliis versus dorsum flexis, aliis rectis, caeterum utrinque glabra. (*Jacq.* ex plantâ cultâ, quae nondum floruerat.) *Linnaeus* pater bulbum magnum, et folia plana linearia, pollicis latitudine, bipalmaria longitudine adeoque figurâ Amaryllidis suae A. ciliari tribuit, margine undique ciliata ciliis albis nec ferrugineis, ideoque a suo Haemantho ciliari longe diversam habuit. (*Schult.* l. c.)

3) lineari-linguaeformia basi valde attenuata, spinis semiuncialibus cincta, immaculata (?).

6. **B. guttata** *W. H.* l. c. 240. 4. t. 22. f. 1. (folium, ex Hb. Bks.)
Haemanthus guttatus *Hb. Bks.*
? Amaryllis guttata. *L.* S. V. ed. 13. 265. — *Lam.* Enc. I. 123.
Hab. . . . . (?)
Folium 10″ longum, 1″ latum (basi lgt. 3″ quasi petiolato-angustatum ibique 3—4½‴ latum, apice obtusum, striatum, spinis marginalibus subulatis acutissimis, longioribus fere pollicaribus, brevioribus 3—5‴ longis, aliis sursum, aliis deorsum flexis, omnibus tamen rectis).

Obs. Sub B. ciliari (Haemantho et Amaryllide v. Brunsvigiâ ciliari) auctorum plures latere species vix dubitandum. Num forsan, ut e descriptione *Thunbergii* concludere licet, planta et folia praesertim variis incrementi et aetatis stadiis formas induant alias, ulterius inquirendum. In generali Amaryllideae capenses maximis adhuc vexantur dubiis, prae caeteris stirpibus illius regionis uberrimae a peregrinatoribus neglectae.

24. Ammocharis.

W. H. App. 17 *) et Am. 77. et 241. n. 65.
Brunsvigia d. Ammocharis *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c. — *Schult.* l. c. 850. — Brunsvigia subg. Ammocharis *Sp.* l. c. 423 **).

Perigonium
1. regulare: tubus

*) Bulbus sphaericus v. ovatus. Folia hyeme depereuntia, vere repullulantia. Scapus aestivus. Umbella sub-40flora. Pedunculi plus minus trigoni, divaricati. Germen trigone oblongo-ovale, pedunculo saepe floribus expansis flexo directe continuatum. Tubus trigone cylindricus, fauce ampliore, marginibus non imbricantibus, 6costatus; laciniae non undulatae, subpatentes, apicibus reflexis, non assurgenter curvatis, alternae subaequales. Filamenta unâ cum stylo declinata, apice sursum curvato. Antherae breves, mediâ fere parte filamentis affixae: pollinis vesiculae Crini polline plus dimidio minores. Stigma simplex, fimbriatum. Loculi ovulis 6—16, biseriatim latere toto placentae intermediae adnatis. Semina carnosa, integumento viridi non separabili (in falcatâ difformia). *W. H.* App., cui characteri in Am. l. c. adhuc, „folia non vaginantia, stigma minutum, lobis 1—2 obsoletis, capsula turbinata 3sulcata“ subjunguntur. — Differt a Crino antheris, polline, capsulâ, filamentis intra nec extra tubum insertis, tubo fauce ampliore, limbo breviore, foliis basi non vaginantibus; a Buphane foliis spatio aliquo delapso iterum propullulantibus, tubi fauce ampliore, filamentis intra tubum insertis, ovulis numerosioribus, quae in Ammocharide et Crino altero latere toti placentae intermediae inseparabiliter adhaerent, in Buphane funiculis duobus separatim affixae sunt. Nerine praecipue distinguitur filamentorum unione gibboso-monadelphâ cum limbo annulatim modo connexo. (*W. H.)*

**) Perianthium tubo subinfundibuliformi subtrigono, laciniis non undulatis subpatentibus

1) limbo revoluto bis brevior; stamina erecto-patentia; folia alterne utroque versus falcato-obliquata; scapus planus.

1. **Ammocharis coranica** *W. H.* ll. cc. t. 44. f. 22. (ovula) et 34. (semina).
Brunsvigia coranica *Schult.* l. c. 850. 10.
Brunsvigia coracina *Steud.* Ncl. (sphalmate (?) caeterum in ed. sec. quoque repetito.)
Amaryllis coranica *Burch.* — *Ker* Rev. 19. et in Bot. Rg. t. 139. et 1219. — *Sprg.* l. c. 52. 36.
Amaryllis (Brunsvigia) coracina *Dietr.* l. c. 1181. 58.
In pratis arenosis terrae *Coranarum* in Africâ australi. ♃.

Bulbus saepe diam. 9″, membranis innumeris crasse corticatus, aetatem 2—300 annorum attingens *(Burch.)*. Folia lorata, 6—12, $1^{1}/_{2}$—2pedalia, subinde $1^{1}/_{2}$″ lata, glauca, serrulato-ciliata. Scapus anceps, glaucus, inclinatus, umbellâ duplo longior. Flores 20—40, convexius umbellati, odori, purpureo-pallescentes: pedicelli teretes, flore duplo breviores. Perigonii tubus semipoll., limbus turbinato-campanulatus, laciniis lineari-lanceolatis subaequalibus circ. 2‴ latis. Stamina limbo triente breviora. Antherae lunulatae. Stigma punctum obtusum. *(Ker.)*

β. pallida: floribus minoribus pallidioribus unicoloribus, foliis minus glaucis. *Lindl.* in Bot. Rg. t. 1219. — *Schult.* l. c. 1721. — *W. H.* l. c.

2) cylindricus, sensim in limbum campanulatum ampliatus; laciniae oblongae acuminatae erectae; folia lineari-ensiformia canaliculata.

2. (?) **A. longifolia.**
Amaryllis longifolia *L.* Sp. pl. 421. S. V. XIV. 320. — *Lam.* Enc. I. 123. (non *Ait.* & *W.*)
Crinum longifolium *Thb.* Fl. Cap. ed. *Schult.* I. 302.
In *prom. bon. spei*, inter littus et pedem montis *Leeuwekopp.* Fl. Mart. ♃.

Folia obtusiuscula, subtus carinata, striata, glabra, pedalia. Scapus teres, erectus, glaber, pedalis et ultra. Umbella circ. 6flora. Spatha diphylla, albida, membranacea, floribus brevior, $1^{1}/_{2}$pollicaris: foliola basi lata, inde attenuata, apice setaceo, glabra; laciniae setaceae (ramenta) interspersae. Pedunculi unguiculares. Flos incarnatus, $1^{1}/_{2}$pollicaris. Genitalia inclusa. *(Thb.)*

2. subirregulare, suberectum: laciniae tubo 4plo longiores patenti-recurvae, basi convoluto-angustatae; folia lineari-ensiformia, falcata, humi appressa, albo-cartilagineo-crenata; scapus foliis duplo brevior.

3. **A. falcata** *W. H.* ll. cc.
Brunsvigia falcata *Ker* in Bot. Mg. t. 1443. — *Schult.* l. c. 851. 11.
Amaryllis falcata *Ait.* Kew. ed. 1. I. 418. ed. 2. II. 225. — *Wlld.* l. c. 55. 18. — *Tratt.* Tabul. t. 386. — *Sprg.* l. c. 52. 38. — *Dietr.* l. c. 59. — *Sp.* l. c. (omnes ut videtur excl. syn. A. longifoliae *L.*)
Crinum falcatum *Jacq.* Ht. Vdb. III. t. 60. — *L.* S. V. ed. 14. *Murr.* 319.
Haemanthus falcatus *Thb.* Prodr. 58. Fl. Cap. ed. Sch. I. 297.
Lilium africanum humile longissimis foliis polyanthes saturato colore (et diluto colore) purpurascens. *Herm.* Parad. 195. t. 195.
Lilio-Narcissus africanus laticaulis humilis. *Rudb.* Elys. t. 180.
Lilio-Narcissus africanus platycaulis humilis, flore purpurascente odorato. *Comm.* ht. Amst. I. 71. t. 36.
In *prom. bon. spei*, prope urbem et alibi. ♃.

Folia radicalia, circ. 4, vaginâ longâ inclusa (dum *W. H.* folia non vaginantia petit!), saepe integra, striata, glabra, pedalia. Scapus teres, striatus, glaber, digitum crassus, spithamaeus. Spatha diphylla: foliola ovato-oblonga, basi latissima, glabra, pedunculis longiora: intra laciniae albae, lineares, erectae, aequales. Umbellae floribus circ. 15 erectis: pedunculi pollicares. *(Thb.)*

Descriptiones plantae cultae et hic quoque tantopere a spontaneâ recedunt, ut speciem unam v. alteram propriam suspicari liceat. Sic *Jacq.* l. c. „Bulbus ovatus, e squamis solide compactus, foris nigricans et lineatus, magnit. pugni. Folia totâ aestate (obvia), linearia, obtusa, crassula, glauca, interdum bipedalia, $1^{1}/_{2}$—2″ lata. Scapus lateralis, erectus, foliis duplo brevior, 3—7poll., in vetustioribus latissimus, compressus, rufus. Spatha valvulis ovatis obtusiusculis integris suberectis, e roseo et flavescente sordentibus. Ra-

apice reflexis alternatim longioribus brevioribusque. Filamenta et stylus declinata, apice retrorsum arcuata. Stigma brevissime trilobum.

(Ammocharis falcata) menta quaedam inter flores 7 suaveolentes, suberectos umbellatos, pedunculis sescuncialibus obsolete angulatis nitidisque laxis flore brevioribus, germine 4plo longioribus, fructiferis strictis. Corollae aequalis 6partitae limbus infundibuliformis, tubus brevis, laciniae longae, basin versus angustatae, albidae, dorsi mediâ parte rubrâ. Stamina non declinata, corollâ parum breviora. Antherae flavae. Stylus declinatus, ruber, teretiusculus, subexsertus, stigmate obsolete triplici depresso patulo.“ (Ex *Schult.*)

Ker (Gawler) l. c. contra: „Bulbus subrotundo-ovatus, integumentis numerosis membranaceis. Folia plura, angustius ligulato-lorata, glauca, alterne in utramque partem falcato-obliquata, cilio brevi cartilagineo albo fimbriata, externa longiora humi recumbentia, interdum fere bipedalia, $\frac{1}{2}$—1'' lata. Scapus 4plo magisve brevior, complanatus aciebus rotundatis, 3—4'' altus, in speciminibus vetustioribus multifloris ratione altitudinis latissimus, inflorescentiam vix aequans. Umbella multiflora: pedicelli inaequilateri-triquetri, laxi, germine quater longiores, flore breviores, fructigeri stricti, supra trinervio-costati. Germen utrinque conformi-continuum. Perigonium (corolla) erecto-subnutans, infundibuliforme, subirregulare, emarcidum fructum coronans, $2\frac{1}{2}$poll., e virescenti-albo in saturate roseum transiens: tubus semipollicaris, germen uniformiter continuans, laciniis quater brevior; hae angustius spathulato-lanceolatae vix ultra basin imbricantes, media summa reliquis recurvior, extimae angustiores convoluto-unguiculatae acutae mucrone glochidiformi, intimarum lamina oblonga obtusa. Stamina declinato-assurgentia perigonio parum breviora; stylus subexsertus tortiusculus; stigma obsolete triplex depressum patulum. Capsula inverso-pyramidata, cum pedicello suo continua, 6—7'' longa, fusca, apice breviter constricta, nervo medio in singulâ facie prominulo, lobis angustis declive in aciem compressis: loculi 3 pollicares. Semina difformiter atque inaequaliter tuberoso-laxata, irregulariter subrotundo-compressa, carnosa, fuscescentia, 1—3, variae magnitudinis.“

Mirum sane, cl. *Jacquinium* in descriptione suâ marginem foliorum cartilagineo-crenulatum penitus praetervidisse, *Thbg.* vero, si ejus Haemanthus falcatus reverâ eadem planta est, scapum teretem vocare, qui jam ab antiquissimis temporibus compressione insigni memorabilis videbatur. Dubium est, an stirps a cl. *Kerio* descripta et depicta eadem sit cum Jacquinianâ, certum vero, utramque varietate saltem constante a Thunbergianâ distinctam esse, quae nuncupanda:

β. platycaulis: scapo valde compresso complanato; spathâ pedicellis breviore.

Huc interea synonyma *Jacquini*, *Kerii*, *Rudbeckii* et *Commelyni* ducenda.

25. Elisena *m.* (non *W. H.*)

Nomen a cl. *W. Herb.* generi Liriopsis adjectum, quod autem nomen antiquius retineri debet.

Imhofia *W. H.* App. 18. *) (non Amaryll.).

Brunsvigia a. Imhofia *Schult.* l. c. 841. — *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c. — *Spach* l. c. 421 **).

Spatha multiflora; pedicelli erecti clavati; perigonia patentissima apice reflexa; folia linguaeformia, humi appressa, margine cartilagineo colorato et versus apicem undulato cincta.

E. marginata.

Imhofia marginata *W. H.* App. l. c.
Nerine marginata *W. H.* Amar. 283. 1.
Brunsvigia marginata *Ait.* Kew. ed. 2. II. 230. — *Gawl.* in Bot. Mg. ad 1443. fol. alt. — *Schult.* l. c. 841. 1. — *Sp.* l. c.
Amaryllis (Brunsvigia) marginata *Dietr.* l. c. 1180. 49.
Amaryllis marginata *Jcq.* Ht. Schbr. I. 34. t. 65. — *Wlld.* l. c. 59. 28. — *Sprg.* l. c. 52. 37. — *Tratt.* l. c. t. 390.
In *prom. bon. spei.* ♃.

---

*) Bulbus, folia, spatha ut in Brunsvigiâ. Scapus subpraecox, sub-20florus. Pedunculi suberecti. Germen 3loculare, trigone obovatum, pedunculo continuatum. Flores foetidi: tubus brevis, rectus; limbus subundulatus, patentissime reflexus ut in Nerine. Filamenta erecta, fasciculata. Stylus rectus. Stigma obtusum, trigonum.

**) Tubus perianthii brevissimus rectus: laciniae reflexae, subundulatae. Filamenta et stylus recta. Stigma obtusum, trigonum.

(Elisena marginata) Bulbus ovatus, 2poll., tunicis exterioribus fuscis emarcidis laceris, fibris albidis $1^1/_2$pedalibus crassitie calami. Folia post scapum, plerumque 4, disticha, elongate oblonga, obtusiuscula, plana, coriacea, 9'' longa, 2'' lata, subtus striata, supra intense viridia et minutissime pustulata, margine rubro. Scapus valde compressus, calamo duplo fere crassior, semipedalis, erectus v. leviter reclinatus, ex purpureo sordide virescens. Umbella convexula, diam. 4—5''. Spathae valvulae 2, oblongae, acutae, striatae, erectae, oppositae, flavo-rubentes, unciales, $^3/_4$'' latae. Pedunculi circ. 14, crassitie pennae columbinae, striatuli, virides, erecti, spathâ longiores, ramentis interjectis filiformibus. Flores foetiduli. Perigonium intus rubrum et rutilum, extus dilutius: tubus hrevissimus erectus; laciniae lanceolatae, acutae, subaequales, obsolete undulatae. Filamenta subulata, approximata, perigonio paulo longiora et concoloria, 3 alterna paulo breviora. Antherae lineares, sublividae, polline albo. Germen triquetrum, viride. Stylus filiformis, erectus, perigonio concolor, staminibus paulo longior. Stigma obtusum, subtrifidum. Capsula obovata, profunde 3sulcata, glabra. *(Jcq.)*

26. Cooperia.

W. H. l. c. 72. et 178. n. 36. — *Endl.* l. c. 176. 1272. — *Meisn.* l. c. 393. (296.)
Sceptranthus *Grah.* in Edinb. new philos. Journ. 1838. 413.

Germen erectum; tubus cylindricus, erectus; filamenta subaequalia; antherae parte tertiâ a basi affixae, fasciculatae; stigma fimbriatum, viscosum: lobis sulcatis obtusis. Folia linearia, tortuosa

1. viridia canaliculata, laxa (bulbus ovatus)

1) acutiuscula angustissima basi rubescentia; spatha inferne cylindracea; tubus longissimus, filamentis decurrentibus striatus; limbus stellato-patens; stylus antheris brevior.

1. **C. Drummondi** *W. H.* in Bot. Rg. 1835.
C. Drummondiana *W. H.* Am. 178. 1. t. 24. f. 2. (anthera) et 5—11. t. 41. f. 16.
Zephyranthes Herbertiana *Dietr.* Syn. II. 1176. 15.
In *Texas (Drummond.)*. ♃.

Folia 12—18'' longa, $^1/_{12}$—$^1/_8$'' lata, subglaucescentia. Scapus 4—13pollicaris (dilute viridis teres, crassitie pennae corvinae). Spatha circ. $1^1/_2$poll., apice fissa v. fenestrata (erecta, obtusiuscula, pallida, striata). Germen sessile, viride. Tubus $4^1/_2$'' longus, rubescens, scapo paulo gracilior. Perigonii limbus $^3/_8$—$1^1/_8$'' diam., albus, laciniis dorso striâ latâ longitudinali rubrâ pictis (late ovatis, exterioribus paulo latioribus, obtusis, calloso-apiculatis, 5''' latis, interioribus basi subattenuatis, apice rotundatis, 4—$4^1/_2$''' latis). Filamenta apice libera, $^1/_8$'' longa, inferne adnata et per totum tubum decurrentia eumque striatum reddentia; antherae e fauce emersae, lineares, flavae, $^1/_4$'' longae. Stylus et stigmata alba.

Teste cl. *Herbert* haec planta valde variabilis est; stylus tubo nunc brevior, nunc longior sed staminibus brevior, nunc et stamina superans, et quidem in floribus ex eodem bulbo successive ortis. Flos vespere expanditur, matutino tempore paululum clauditur, laciniarum marginibus undulatis, in quo statu per 3—4 dies manet, tunc marcescendo tubus rubescit et striae rubrae in dorso laciniarum et quidem in exterioribus latiores apparent. Flores odorem Primulae spirant. — Caeterum in descriptione cum specie sequente, quae ei varietas est, confunditur.

2) acuta latiuscula; spatha sulcata, apice fenestrata; tubus cum laciniarum apiculis striisque dorsalibus viridis; stylus inclusus tubo semipollice v. ultra brevior.

2. **C. Chlorosolen** *W. Hook.* in Bot. Mg. t. 3482.
C. Drummondiana var. chlorosolen *W. H.* l. c. t. 24. f. 1. (anthera).
Zephyranthes chlorosolen *Dietr.* l. c. 16.
In *Texas (Drumm.)*. ♃.

Scapus ultrapedalis, viridis, inferne rubescens. Folia $1^1/_2$pedalia, $^1/_8$'' lata. Germen sessile. Spatha $1^1/_2$poll. Perigonii tubus $4^1/_4$poll., limbus $1^1/_8$poll. albus, laciniis viridi-apiculatis extus viridi-lineatis; filamenta $^1/_8$'' libera. (Antherae oblongae, apice attenuatae, flavae, 5—6''' longae).

2. glauca obtusa; bulbus superne depressus;

1) tubus abbreviatus superne sensim ampliatus, germen pedicellatum; spatha apice bifida; folia erecta.

3. **C. pedunculata** *W. Hook.* l. c. t. 3727. — *W. H.* l. c. 179. 2. t. 42. f. 3, 4, 5.
Sceptranthes Drummondi *Grah.* l. c.
Zephyranthes Drummondi *Don* in *Sweet* Brit. flow. gard. ser. 2. t. 328. — *Dietr.* l. c. 14.
Amaryllis Drummondii *Steud.* Ncl. ed. 2.
In *Texas (Drumm.).* ♃.

Folia $1\frac{1}{2}$pedalia, glauca, $\frac{1}{4}$″ lata (in icone 4—5‴). Scapus superne attenuatus (lateralis erectus, teres, pallide viridis, crassitie calami, 7—8poll.). Spatha $1\frac{5}{8}$″ longa, apice spatio semipollicis bifida (apice rubescens, acuminato-attenuata). Pedunculus $\frac{5}{8}$—1pollicaris (teres, viridis, crassitie pennae corvinae; germen oblongum, concolor, 3‴ longum, 2‴ crassum). Tubus circ. pollicaris (virescens, inferne $1\frac{1}{2}$, superne 3‴ amplus). Limbus diam. $2\frac{1}{8}$—$2\frac{1}{2}$″, albus, antheris pollice longior, in alabastro pallide carneo-tinctus, marcescendo externe rubro striatus (laciniae obovato-ellipticae, nervoso-striatae, 6—7‴ latae, exteriores brevissime acuminatae, interiores rotundato-obtusae). Antherae $\frac{1}{4}$pollicares (lineares, flavae) sessiles, interiores vix quartâ longt. parte exterioribus altius insertae. Stylus $\frac{5}{8}$poll. v. brevior, erectus; stigma suberectum, tubo inclusum. Capsula trisulca, $\frac{5}{8}$″ longa, $\frac{3}{4}$ lata, basi haud dilatata. — Flos 1—$1\frac{1}{2}$ hor. ante solis occasum aperitur et usque eandem horam sequentis diei persistit, tunc phylla extus rubescunt et marcescunt. Odor Primularum.

2) . . . . folia recumbentia, canaliculata.

4(?) **C. mexicana** *W. H.* l. c. 182. 3.
In *Mexico (Loddiges).* ♃.

Folia glauca, $1\frac{1}{2}$pedalia, $\frac{3}{16}$″ lata, obtusiuscula. Nondum floruit, ideoque species dubia neque e notis a cl. auctore indicatis a praecedente satis distinguenda.

27. Crinum.

L. gen. 405. (p. p.) — *Schult.* l. c. LI. n. 1436. — *Endl.* l. c. 177. 1276. — *Meisn.* l. c. 394. (296.) — *W. H.* l. c. 78. et 242. n. 66 *). — *Sp.* l. c. 423.

I. Patentia,
(*floribus patentibus.*)

A. Inclinata,
(alabastris inclinatis.)

Sect. I. Clinocrinum *m.*

Bulbus longe columnaris; folia divaricantia; umbella multiflora, flores pedunculati. Asiatica subtropica et australasica.

---

*) In App. Bot. Mg. 21. cl. *Herb.* characterem et subdivisionem generis sequentibus disposuit: „Bulbus columnaris vel sphaericus. Folia multifaria (Cr. disticho excepto), in columnaribus perennia, in sphaericis saepe decidua. Scapus 1—60florus. Germen mediâ parte crassius, ovale v. trigono-ovale, 3loc.: loculis 1—31spermis, sessile v. pedunculo directe continuatum. Tubus trigone cylindricus, germine directe continuatus eoque gracilior, limbo saepe longior, emarcescente limbo saepe magnâ parte persistens. Laciniae alternae subaequales, internae plerumque latiores. Limbus patens v. semipatens, ante expansionem inclinatus v. nutans. Filamenta extra faucem tubi inserta, alterna vix profundius et marginibus laciniarum interiorum puncto insertionis adnata, plus minus patentia v. declinata, apice plus minus plerumque assurgenter curvato. Stylus gracilis, apicem versus vix tenuior. Stigma obtusum, trigonum v. trilobatum. Capsula dissepimentorum destructione 1—2locularis, saepe difformis, valvis nullis v. obsoletis, seminibus temere disrupta. Ovula in polyspermis vix discreta, sed massae cuidam non separabili in medio positae adhaerentia, apicibus versus dissepimenta tendentibus. Semina carnosa, integumento viridi non separabili, saepius magna, difformia."

I. *Patentia.*
1. Nutantia: limbo ante expansionem nutante — tubo curvatiore, columnares v. sphaericae, filamentorum basi gibbosâ vel laevi, sessiles v. subsessiles, et loculis 2—4 polyspermis; foliis in sphaericis vix undulatis.
2. Inclinata: limbo ante expansionem inclinato — tubo rectiore, columnares, pedunculatae, filamentorum basi gibbosâ, foliis subundulatis.

Perigonii tubus
1. limbo brevior;
stylus staminibus
I) longior; folia scapo
(1) elongato compresso ancipiti paulo longiora, lineari-lanceolata; flores pedicellati, laciniae lineari-lanceolatae.

1. **Crinum taitense** *Red.* Lil. t. 408. — *Rich.* in Ann. des sc. nat. II. 12. t. 1. f. 1.
In insulis *maris pacifici.* ♃.

Radix fibrosa; caudex (bulbus) 11″, crass. 3″, tunicis albidis tectus. Folia 3—4½pedalia, acuta, quidquam canaliculata, glabra, margine nec undulata nec cartilaginea, nervis parum prominentibus, apice longitudinaliter plicata. Scapus axillaris, 3pedalis, acute anceps. Umbella hemisphaerica, laxa, 30flora: pedicelli crassi, pollice paulo longiores. Spathae valvulae 2 membranaceae, 4poll., reversae; bracteae lineares membranaceae, angustissimae, 4poll. Perigonii tubus teres, viridis, cum germine 3poll.; laciniae tubo paulo longiores, patentes, valde arcuatae, leviter canaliculatae, 3 interiores apice subundulatae, exteriores apice reflexo. Stamina laciniis duplo breviora: filamenta erecta, filiformia, basi alba, apice violacea: antherae lineares, ad ⅓ lgt. affixae polline aurantiaco. Germen ovato-oblongum, laeve, viride. Stylus filiformis, basi albus, apice curvato violaceus; stigma parvum, obsolete trilobum.

Ab affini Cr. Redouteano scapo multo magis compresso et laciniis tubo longioribus, a Cr. pedunculato, quocum a cl. *Herb.* conjungitur, staminibus styloque brevioribus aliisque notis diversum.

(2) duplo longiora, lorata, margine glabra, attenuata, canaliculata; umbella multiflora longe pedunculata; laciniae lineares, obtusae; bulbus cylindricus parum caudescens.

2. **Cr. canaliculatum** *Roxb.* — *Ker* in Journ. of sc. etc. III. 112. — *W. H.* App. 22. et in Bot. Mg. ad 2121. 5. — *Sprg. S. V.* II. 55. 18.— *Schult.* l. c. 880. 44.
Cr. australe var. 4. canaliculatum *W. H.* l. c. 247. t. 44. f. 10. (ovula) et 37. (pollen).
In *Indiâ orientali* verisimiliter. ♃.

Humilius Cr. pedunculato, tubo breviore, limbo majore. Bulbus (columna *W. H.*) 9—10poll., pallidus vix purpurascens. Folia 8—14, multifaria, attenuata, acuta, arcuatiora quam in reliquis, 3—5pedalia, 3—4″ lata. Scapus axillaris, unicus, bipedalis (16—26″), foliis duplo brevior, pollicem crassus. Umbella 30—50flora: pedunculi pollicares v. ultra. Flores nivei, mediocres, fragrantes, bracteis interstincti: tubus semicylindricus, 2¼—2½poll. Filamenta inclinato-assurgentia, dimidio limbo paulo longiora, superne colorata. Stylus triqueter, nunc tubum 1½″ superans, nunc filamentis ¾″ brevior. Stigmata 3 minuta lobata.

β. Decandollii *W. H.* l. c. 274. 21. v. flaccido-canalicula-

---

II. *Semipatentia.*
1. Ornata: ante expansionem nutantes, — tubo magis curvato, persistente vel unâ cum coronâ marcescente, tropica, bulbo sphaerico, foliis saepius undulatis, germine sessili, loculis 2—polyspermis, filamentis magis declinatis et fasciculatis.
2. Longifolia: ante expansionem inclinatae, — tubo flaccidiore, foliis non undulatis, pedunculatae, loculis polyspermis, tubo marcescente, extratropicae, forsan etiam tropicae.

Cl. *Bellenden Ker (Gawler)* vero in Journ. of sc. and arts III. 105.: „Umbella pluri—numerosiflora, bracteis numero pedunculorum distincta, longior spathâ bivalvi. Corolla supera, erecta, tubuloso-6fida; tubus strictus pluries longior germine, non ampliatus in faucem; limbus 6partitus, subaequalis, regularis, radiatus. Filamenta in summo tubo, uno versu inclinata v. divergentia sexfariam; antherae lineares, vibratae. Stylus inclinatus, exsertus tubo, modo aequalis flori. Stigma simplex, obtusum, rarius obsolete triplex. Germen 3loculare, polyspermum: ovulis in loculo singulo biseriatis. Capsula membranosa, tenuis v. coriaceo-crassa, oblato-sphaerica, 3locularis, saepe loculo uno v. altero abortivis. Semina numerosa, horizontalia, cumulata, margini interno septi utrinque affixa, anguloso-compressa, submarginata, vel saepius pauca tuberoso-laxata vel unicum; albumen sicco-carnosum, durum vel saepius tuberis ad instar tumidum, mollius atque succosius. — Genus transiens in Amaryllidem ad ejusdem species longe tubulosas cum foliis multifariis, a quibus dignoscitur solâ regularitate limbi rotati. Haemantho accedit ad ejusdem multiflorum. Bulbus saepe porraceus vel productus in collum concentrice foliosum caudiciforme. Folia multifaria, late v. anguste lorata, canaliculata v. planiora. Flores candicantes aut varie purpurascentes, ½—1pedales et ultra.“

Illi Crina semipatentia *Herb.* Amaryllides sunt, patentia secus umbellam sessilem v. subsessilem aut pedunculatam subdividit. (Ex *Schult.*)

(Crinum canaliculatum)

tum: foliis pendulis flaccidis. (Nondum floruit.) Hybridum, ut

γ. corantyno-canaliculatum — *Herb.* ad Bot. Mg. 2592. absque descr.

2) longt. aequalis; stamina limbi laciniis

(1) linearibus patentibus v. subrecurvis dimidio breviora; folia lanceolato-oblonga apice complicata callosaque subundulata, scapo longiora.

3. Cr. conicum.

Cr. asiaticum *Red.* Lil. t. 348. (nec alior.)

In *Indiâ orientali.* ♃.

Caudex semiherbaceus subconicus, 8—11pollicaris, $2^1/_2$—3'' crassus, inferne nudus. Folia numerosa, semipatentia, basi canaliculata, caeterum plana, glabra, integerrima, 2—$2^1/_2$pedalia, $2^1/_2$—$3^1/_2$'' lata. Scapi 1 v. plures ex axillis foliorum inferiorum, erecti, subcompressi, glabri, virides, crassitie digiti, 11—22pollicares. Umbella 12flora et ultra: pedicelli breves, crassi. Spathae valvulae 2 lanceolatae, semimembranaceae, albidae, reflexae, bracteis membranaceis lineari-lanceolatis pendulis intermixtae. Tubus perigonii viridis, obtuse trigonus, cum germine $2^1/_2$—3pollicaris; laciniae fere 4poll., apice acutiusculo uncinato, hamo minore quam in similibus. Filamenta subulata, laciniis dimidio breviora, superne purpurea; antherae lineares. Stylus superne ruber. Stigma simplex.

(2) ligulato-lanceolatis duplo fere breviora; folia numerosa recumbentia lorato-lanceolata glaucescentia; umbella multiflora laxa: pedicelli germine longiores; bulbus pyramidalis.

4. Cr. amabile *Don* Ht. Cantabr. ed. 6. 83. — *Ker (Gawl.)* in Bot. Mg. t. 1605. et 2684. Journ. of sc. III. 111. — Fortges. Gart. Mg. II. t. 14. a, b. — *Schult.* l. c. 868. 23. — *Sprg.* l. c. 55. 15. — *W. H.* l. c. 245. 4. — *Bot. Rg.* t. 679. — *Sp.* l. c. 425.

Cr. superbum *Roxb.* Ht. Bengh.

In interioribus *Sumatrae.* ♃.

Bulbus 12—18'' longus, crassitie cruris humani, foliorum vaginis emarcidis tectus, e basi rotundatâ fibras numerosas carnosas emittens. Folia sparsa, vaginantia, erecta, glabra, obtusa, marginibus laevibus, supra profunde concava, fibris (nervis?) numerosis longitudinalibus simplicibus venulisque reticulata, 3—6pedalia, medio 3—6'' lata. Scapi immediate sub foliis orti, 3—4pedales, valde compressi, crassitie pollicis. Umbella 20—30flora. Spatha amplissima, reflexa: valvae longae, cordatae. Bracteae multae, filiformes, floribus intermixtae. Flores magni, rosei, fragrantissimi: tubus obsolete trigonus, 5—6pollicaris, intense coloratus; laciniae aequaliter dispositae, lineari-lanceolatae, revolutae, 9''' latae, lgt. tubi v. longiores, extus intense roseae, intus pallide carneae, apicibus alternis barbatis. Germen oblongum. Filamenta intense rubra, incurva, gracilia; stylus declinatus. Stigma parvum, perforatum, obsolete trilobum. Omnium maximum et splendidissimum. *(Roxb.)*

Ker speciem paululum recedentem describit. Bulbus illi 1—$^1/_2$pedalis, tunicis innumeris membranaceis. Folia multifariam divaricata, recumbentia, glauciuscula, 4pedalia et ultra, 4'' lata. Scapus inclinatus. Umbella 24flora: pedicelli tereti-trigoni, germine longiores $1^1/_2$ poll., tubo pluries breviores. Germen ovali-oblongum, rotundatum, exsulcum, laeve. Filamenta atro-purpurea, incurvo-patentia; antherae atrosanguineae, pollicares; stylus et stigma purpurea.

W. H. hybridum censet spontaneum, ex Cr. procero forsan et zeylanico, cum sterile sit, pollen siccum et antherae corrugatae.

3) brevior.

Folia margine laevia

(1) obtuse acuminata cartilagineo-apiculata, oblongo-lanceolata subundulata; bulbus subcolumnaris; umbella multiflora pedunculata, bracteis pallidis.

5. Cr. bracteatum *Wlld.* l. c. 47. 4. — *Jacq.* Ht. Schbr. IV. t. 495. — *Sprg.* l. c. 55. 23. — *Ker* Bot. Rg. t. 179. Journ. of sc. III. 112. — *Schult.* l. c. 878. 41. — *Sp.* l. c. (omnes excl. syn. Cr. asiatico *Red.)*

Cr. brevifolium *Roxb.* Ht. Bgl. c. t. — *W. H.* App. 22. in Bot. Mg. ad. 2121. 4.

Cr. asiaticum var. 2. bracteatum subvar. 1. brevifolium. *W. H.* l. c. 243.

In insulâ *Mauritii* et (eadem?) in insulâ *Sundeep* pr. *Chittagong Indiae orientalis.* ♃.

Bulbus magnus, ovato-cylindricus, fuscus, 4—5poll., in collum non productus. Folia plurima, multifaria, patentia, 1—$1^1/_2$pedalia, 3—5'' lata, utrinque striata, exteriora saepius

(Crinum bracteatum) marginata cartilagine tenui albâ integerrimâ, cuspide callosâ, basi breviter angustata atque erecta. Scapus 8—12poll., valde compressus, poll. latus, intus planior, extus convexior. Umbella 10—20flora, bracteis lanceolatis tubum fere superantibus. Spatha 3poll.: valvulis ovato-oblongis, acutiusculis striatis $3^{1}/_{2}$pollicaribus, facie albis, dorso viridulis, apice calloso et margine involutis. Flores magni, albi, odori, breve pedunculati, 5pollicares et ultra: tubus rectus, teretiusculus, obsolete trigonus, albus, calamum crassus, 2poll.; laciniae stellato-recurvae, lanceolato-lineares, acutae, subaequales, lgt. tubi v. vix longiores, exteriores $^{1}/_{3}''$ latae canaliculato-concavae, interiores planiores angustiores. Filamenta regulariter divergentia, limbo triente v. magis breviora, superne ut stylus sanguinea. Antherae longae, lineares, aurantiacae. Stigma punctum viride, obsolete trilobulatum. Germen breve, oblongum.

Cr. toxicario valde affine, sed diversum staturâ minore, foliorum apice obtuso; pedunculo brevissimo et germine longo cylindraceo-ovato. Ovarii loculi uniovulati; interdum alterum ovulum in loculos alteros penetrat, funiculos umbilicales interjectos extrorsum vertens et pressione cum ovulis duobus mollioribus in massam unicam amplam pyriformem sulcis tribus irregularibus basique argute trifidâ concrescens. *(W. H.)*

β. angustifolium: foliis multo angustioribus, sed non minus obtusis.

Cr. asiaticum bracteatum subvar. 2. angustius. *W. H.* l. c. t. 44. f. 5. (germen cum ovulis) 19. (Semen).

γ. latifolium *htl.*: foliis minus undulatis, laciniis perigonii longioribus. *Herb.* in Bot. Mg. l. c. (in Amar. non amplius commemoratum et, ut videtur, sphalmate cum angustifolio confusum, ideoque dubium.)

δ. Brownii v. americano-bracteatum. *W. H.* l. c. 274. 14.: hybridum speciosissimum.

ε. Laetitiae v. erubescente-bracteatum. *W. H.* l. c. 15.

Hybridum, utroque parente majus, columnâ rubrâ, et umbellâ florum 10 magnorum candidorum.

(2) obtusa lanceolata; bulbus columnaris purpureus; umbella 20—30flora pedunculata; tubus saturatissime coloratus, laciniae lanceolatae; filamenta sursum incurva.

6. **Crinum augustum** *Roxb.* MS. — *W. H.* App. 22. et 47. Bot. Mg. t. 2397. et Am. 246. 5. — *Ker* in Journ. of sc. III. 113. — *Schult.* l. c. 869. 24. — *Sprg.* l. c. 16.

Cr. amabile β. augustum. *Ker* in Bot. Rg. 679. — Fortges. Gart. Mg. II. t. 14.

Ex ins. *St. Mauritii* Calcuttam ad cl. *Roxb.* missum. ♃.

Bulbus plerumque supra terram, oblongo-ovatus, 7″ altus, 4″ latus, rubro-purpurascens. Folia sparsa, canaliculata, $2^{1}/_{2}$pedalia, 4″ lata, viridia, basi purpurascentia. Scapi laterales, lgt. foliorum, crassitie carpi manus infantis, 3pedales, intense rubro-purpurei. Spatha divisa, 5poll., viridis, pupureo suffusa. Umbella 20—30flora. Pedicelli pollicares et ultra, primum intense rubri, serius viridiores. Flores fragrantes, extus roseo-rubescentes, intus striati. Tubus curvus, intense ruber $3^{1}/_{2}$—5poll.; limbus $4^{1}/_{2}$—6poll.; laciniae marginibus albidae, latissima pollicem lata. Germen oblongum, junius intense rubrum, serius virescens. Filamenta assurgentia, longissima, limbo $1^{1}/_{2}''$ breviora, ut stylus purpurea; antherae et pollen flava; stigma minutum, intense rubrum. Bracteae numerosae, albae, rubro striatae.

Est sec. *W. H.* probabiliter hybridum spontaneum ex Cr. bracteato et zeylanico.

(3) acuta undulata,

a. multifaria reflexa canaliculata; bulbus columnaris; laciniae angustae, tubum et filamenta superantes; stylus tubo vix longior.

7. **Cr. anomalum** *W. H.* App. 22. Bot. Mg. ad 2121. 5. — *Schult.* l. c. 880. 45.

Cr. asiaticum var. 3. anomalum *W. H.* l. c. 244.

In *Chinâ*. ♃.

Bulbus imperfectus, breviter columnaris, tunicis ad basin usque fissis, foliorum scilicet marginibus nequaquam coalescentibus, sed vel imâ parte $1^{1}/_{2}''$ inter se distantibus. Folia, ubi divergunt, angustiora et canaliculata. Scapus $1^{1}/_{2}$pedalis. Flores circ. 14, albi. Tubus $1^{1}/_{2}''$, limbus $2^{1}/_{4}''$, filamenta laciniis circ. unciâ breviora; stylus purpureus, tubo $^{1}/_{2}$—$1^{1}/_{2}''$ longior.

β.? plicatum: foliis supra basin alato-expansis, alis plicatis.

Cr. plicatum *Livingst.* MS. *Hook.* in Bot. Mg. t. 2908. — *Schult.* l. c. 879. 42.

(Crinum anomalum)

Ex apice bulbi folia plura intense viridia, $1\frac{1}{2}$—2pedalia, basi vaginantia et striata, paulo supra basin abrupte dilatata in alam latam membranaceam striatam et singulariter plicatam, quae sensim attenuatur in apicem folii. Forsan monstrositas.

b. suberecto-recurva; bulbus oblongus; laciniae loratae reflexae, interiores apice denticulatae; germina pedunculata, assurgenter curvata.

8. **Cr. declinatum** *Sims* in Bot. Mg. t. 2231. — *Schult.* l. c. 870. 26.
Cr. asiaticum var. 4. declinatum *W. H.* l. c. 244.
In *Silhet.* (Dr. *Carey.*) ♃.

Bulbus viridis, columnaris, 7″ fere longus. Folia apice acuto dependente, 2—3pedalia, $4\frac{1}{2}$″ lata, dilute viridia. Spatha 4pollicaris v. ultra, valvis lineari-lanceolatis attenuato-acuminatis sordide fuscis 5—6‴ latis; umbella circ. 24flora. Flores successivi, pedunculis nempe successive ex umbellâ evolutis et horizontalem situm ineuntibus, suaveolentes: tubus viridis, 3pollicaris; laciniae canaliculatae, 3‴ latae, $4\frac{3}{8}$″ longae, extus apicem versus rubro tinctae: 3 exteriores ungue terminatae. Filamenta patentissima, adscendentia, sursum flexa, dimidio superiore obscure rubra, 3 exteriora $\frac{1}{2}$″, 3 interiora $\frac{1}{3}$″ longiora stylo; antherae longae ($\frac{1}{2}$″, lineares) polline aurantiaco. Stylus et stigma triangulare rubra. Germen et pedunculus uterque fere pollicaris, horizontalis, sursum curvatus, viridis, rubro-variegatus. Loculi monospermi: ovula oblongo-ovalia.

2. limbum aequans v. subaequans. Folia margine laevia, scapo longiora; filamenta

1) stylum aequantia vel eo breviora; folia lanceolata; umbella multiflora, pedunculata; laciniae angustae lineares reflexae; bulbus porraceo-cylindricus totus exstans.

9. **Cr. asiaticum** *L.* Sp. pl. 419. — *Mill.* Dict. t. 110. — *Wlld.* l. c. 45. 1. (p. p.) — *Sprg.* l. c. 55. 19. (p. p.) — *Schult.* l. c. 876. 40. (p. p.) — *Curt.* Bot. Mg. t. 1073. — *Sp.* l. c. 425.
Cr. asiaticum var. 1. toxicarium. *W. H.* l. c. 243. 1. (p. p.)
Cr. toxicarium β. asiaticum. *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121.
? Cr. floridanum. *Fras.* (in insulâ prope litus Floridae lectum, toxicario simillimum, nec forsan diversum, — caeterum indescriptum). *W. H.* in Bot. Mg. l. c. n. 42.
Bulbine asiatica. *Gaertn.* sem. et fr. I. 42. t. 13. (ubi fructus est inversus et quod simulat pedicellum est tubi floris fragmentum sec. *Gawl.*)
Lilium zeylanicum bulbiferum et umbelliferum. *Herm.* Lugdb. 682. t. 683.
? Lilio-Asphodelus americanus sempervirens maximus polyanthos albus. *Commel.* rar. t. 14. — *Dill.* Elth. 194. t. 161. f. 195.
? Radix toxicaria. *Rumph.* Amb. XI. 155. t. 69.
In *Indiâ orientali* in *Moluccis*, *Javâ*, et (?) in *Nova Hollandiâ*, ad rivos et locis humidis. ♃.

Bulbus magnus, in collum longum caudiciforme productus. Folia plurima, multifariam patentia, basi convoluto-fasciculata, costâ mediâ longitudinali crassâ, subtus pallidius striata, exteriora recurva, 3—4pedalia, 5—7″ lata. Scapus lateralis, pollicem crassus. Spatha sphacelata, obtusa, reflexa: foliola badia, lacera, pendula, apice rotundata, 2—3″ longa, poll. lata, ramentis linearibus intermixtis. Umbella 10—12- interdum 60flora, hemisphaerica, floribus brevissime pedicellatis. Flores candidissimi, subodorati, vix semipedales. Perigonium revoluto-hypocrateriforme: ungues longi, angusti, in tubum erectum carnosum tereti-triquetrum sursum paululum curvatum, fere lacinias limbi aequantem (3poll., flavescenti-viridem) connata: laciniae revoluto-radiatae, basin versus subturbinato-convergentes, subaequales, angustae, lineares, acutae, convoluto-concavae, 3—4″ longae, 4‴ latae, 3 exteriores apice mucrone introrsum uncinato terminatae. Filamenta erecta, subulato-attenuata, filiformia, divaricato-patentia, subincurva, limbo subduplo breviora, prope basin subgeniculato-articulata, basi alba, superne purpurascentia. Antherae oblongo-lineares, saturate flavae. Stylus subtriquetro-filiformis, sursum attenuatus, superne rubens. Stigma minutum, simplex, triquetro-obtusum, obsolete pubescens. Germen virens, oblongum, pedunculo brevi. Capsula membranacea, subinflata, seriebus 2 seminum crassiusculorum planiusculorum; interdum fructus in quovis loculo massâ solitariâ magnâ carnosâ seminis instar germinante repletus.

(Crinum asiaticum) *β.* minus: foliis acutis. *W. H.* l. c.
In *Sumatrâ.* (Sir *Stamford Raffles.)*
γ. javanicum: foliis lato-lanceolatis, perigonii laciniis lineari-lanceolatis reflexo-patulis tubo brevioribus.
Crinum asiaticum. *Blume* En. pl. Jav. I. 26.
In *Javâ.*

2) stylo longiora; folia

(1) lanceolata, apice cucullato - unguiculata, sparsa; stamina

a. lacinias lineari-lanceolatas subaequantia; antherae dimidium filamenti superantes; pedicelli germine parum longiores; bulbus albido-virens.

10. **Crinum pedunculatum** *R.Br.* Prodr. Fl. Nov. Holl. 297. — *Ker* in Bot. Rg. t. 52. Journ. of sc. III. 113. — *W. H.* App. 22. et in Bot. Mg. ad 2121. n. 5. — *W. H.* App. 22. — *Sprg.* l. c. 55. 20. — *Schult.* l. c. 879. 43. — *Sp.* l. c. 425.
Cr. australe. *Hornem.* ht. Hafn. I. 318. — var. 1. pedunculatum. *W. H.* l. c. 246.
In *Nova Cambriâ australi* circa *Port Jackson.* ♃.

Bulbus glaberrimus, diametro brachii v. triplo crassior, porraceo-cylindricus. Scapus centralis, compresso-planus. Folia 2—3pedalia, plurima, multifaria, lato-lorata, concava, obtusa. Flores albidi, pedunculis crassis. Tubus 4poll., cylindricus, ochroleucus. Laciniae firmulae, recurvo-stellatae, angustae, obtusissimae. Filamenta superne sanguinea; antherae luteae. Stylus sanguineus, haud longe exsertus, tubo pollice longior.

β. Stapletoniae v. zeylanico-pedunculatum *W. H.* l. c. 274. 12.
Proles hybrida, varietatem Cr. amabilis referens.

b. tubum pollicibus duobus superantia; bulbus, scapus atque filamenta et stylus (superne) purpurascentia.

11. **Cr. rubricaule.**
Cr. australe var. 2. rubricaule. *W. H.* l. c.
In *Novâ Hollandiâ.* ♃.

Germen crassum. Tubus viridis, $2^3/_4''$ longus, limbo (vix triunciali) subaequalis; laciniae albae, usque ad $^3/_8''$ latae. Stylus tubo unciâ longior, filamentis unciâ brevior.

(2) suberecta, ampla,

a. lanceolata planiuscula; bulbus crassus breviter columnaris; umbella 15—25flora pedunculata; tubus longissimus; stigma parvulum, album.

12. **Cr. procerum** *Carey* MS. — *W. H.* App. 22. et Bot. Mg. t. 2684. et Amar. 245. 3. — *Schult.* l. c. 881. 46.
In regno *Pegu* pr. *Rangoon.* ♃.

Omnium specierum maxima et altissima teste *Carey.* Propagatur ut australes bulbo principali in duas partes fisso. Folia 5pedalia, 6'' lata. Scapus viridis, fere bipedalis. Spatha marcescens. Pedunculi germinaque semipollicaria, viridia. Tubus 5poll., viridis. Limbus fere 5poll., albus, pallidissime subrubescens, extus pallide rubro striatus; laciniae lineari-lanceolatae, acutiusculae, parum canaliculatae, $4^1/_2'''$ latae. Genitalia rubra, basi alba. Antherae luteae, 8''' longae.

b. margine undulatissima; germen breviter pedunculatum, filamenta limbo breviora.

13. **Cr. sinicum** *Roxb.* MS. — *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. et Am. 244. 2. — *Schult.* l. c. adn.
?Cr. chinense *Lodd.* Cat.
In *Chinâ.* ♃.

Folia $3^1/_2$pedalia, 5'' lata, saturate viridia. Scapus tripedalis. Germen unciale. Tubus 4—$4^1/_2$'', limbus 4'' longus, albus (pallidissime ochroleucus), laciniis angustis.

β. variegatum: foliis elegantissime variegatis. *W. H.* l. c.
A Dr. *Carey* missum, cujus fide variegatio ex morsu cujusdam larvae oritur.

3. limbo longior.
Folia

1) scapum aequantia v. subaequantia,

(1) oblonga acuta basi subcanaliculata erecto-patentia; tubus limbo subduplo longior: laciniae lineares canaliculatae apice callosae.

14. **Cr. Redouteanum.**
Cr. americanum *Red.* Lil. t. 332.
In *Indiâ orientali*, (*americanum* autem ex opinione, eandem esse plantam cum *Commelyni* supra ad Cr. asiaticum citatâ, nuncupatum). ♃.

Caudex (bulbus) $1^1/_2$—3'' crassus, $7^1/_2$—11'' longus, foliorum vaginis glabris albidis laevibus tectus. Folia nume-

(Crinum Redouteanum) rosa, vaginantia, glabra, integra, 26—30'' longa, 2—4'' lata. Scapus axillaris, erectus, compressus, lgt. fere foliorum. Umbella 10—20flora. Spathae valvulae 2—3, scariosae, oblongae, acutae, bracteis scariosis intermixtae. Pedicelli crassi, subtrigoni, lgt. germinis. Perigonii tubus cylindrico-subtrigonus, virescens, $2\frac{1}{2}$—3poll.; limbi laciniae albae, $1\frac{1}{2}$—2poll., 3 exteriores hamo brevi recurvo. Filamenta filiformia, basi alba, superne rubescentia, laciniis breviora; antherae lineares, nigricantes, ad $\frac{1}{3}$ affixae; polline flavo. Germen trigono-ovatum, viride. Stylus filiformis, albus, apice ruber, perigonio mox brevior mox longior.

Haec descriptio nimis a Cr. asiatico recedit, quin cum hoc conjunctum restare possit.

(2) subulato-linearia erecta carinata; perigonii tubus longus tenuis, laciniae subulato-lineares longae reflexae aequales (nec uncinatae).

15. **Cr. cochinchinense.**
Cr. asiaticum *Lour.* Fl. Cochinch. ed. *Wlld.* 344. (non *L.*)
In locis humidis *Cochinchinae.* ♃.

Bulbus solidus turbinatus, radiculis longis ramosis. Caulis (bulbus) brevis, crassus, tunicatus, albus, cepaeformis, perennis, simplicissimus. Folia 3 pedalia, 3'' lata, striata, crassa, imbricata. Scapi axillares, nudi, teretes, foliis aequales. Flos magnus, albus. Umbella simplex, plana. Involucrum commune oblongum. Filamenta basi declinata, superne erecto-curva, filiformia, perigonio aequalia; antherae acutae. Capsula subrotunda, incompte lobata, 3loc., polysperma; semina distantia.

(3) linearia acuminata carinata; flores sessiles.

16. **Cr. Hornemannianum.**
Cr. asiaticum *Hornem.* Ht. Hafn. I. 317.
In *Indiâ orientali.* ♃.
Spatha diphylla.

Species 3 praecedentes quidem problematicae sunt, certissime autem cum Cr. asiatico *L.*, quocum a plurimis conjunguntur, non identicae.

2) scapo longiora,

(1) lanceolato-linearia cuspidata; flores pedunculati; laciniae lineares.

17. **Cr. toxicarium** *Roxb.* MS. — *Hornem.* l. c. Suppl. 130. — *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. n. 2. var. *a.*
Cr. asiaticum var. 1. toxicarium *W. H.* Amar. 243. 1.
Radix toxicaria *Rumph.* (?)
In *Indiâ orientali* et *Moluccis* (?). ♃.

Folia patentia, lata, acuta. Tubus infra 3'' longus. Stylus et pedunculus breves; germen breve, ovale. (*W. H.*) Scapus lateralis; spatha monophylla; flores pedunculati; petala (laciniae) tubo breviora (*Hornem.*). Species tenera, parum speciosa (*W. H.*).

(2) laevia sparsa apice cucullato apiculata; germen gracile; laciniae angustae canaliculatae; stylus tubum superans, filamentis paulo ($\frac{1}{2}$'') brevior.

18. **Cr. exaltatum** *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. n. 6. — *Schult.* l. c. 880. adn.
Cr. australe var. 3. exaltatum. *W. H.* Amar. 246. t. 44. f. 21. (semen).
In *Novâ Hollandiâ* probabiliter. ♃.

Folia quam in Cr. pedunculato angustiora acutioraque, $4\frac{1}{2}$pedalia, 3—$3\frac{1}{2}$'' lata. Columna (bulbi pars exstans) haud colorata. Scapus viridis, columnam 33'' superans. Flores odorati, pedunculi pollicares. Germen mediâ parte vix incrassatum. Tubus viridis, 4pollicaris, limbus $2\frac{1}{2}$—$2\frac{3}{4}$'', laciniis albis sub-$\frac{3}{8}$'' latis; stylus et filamenta superne purpurea, ille tubum pollice superans.

Sect. II. Yuccaeopsis.

Bulbus breviter columnaris; folia suberecta rigida; umbella multiflora subsessilis. — Asiatica.

Folia

1. lato-lorata lineari-lanceolata recta canaliculata, margine albo-cartilagineo scabra; umbella multiflora subsessilis; tubus lacinias lineares subaequans; stylus staminibus brevior.

19. **Cr. sumatranum** *Roxb.* MS. — *Carey* ht. Bengh. 23. — *Ker* Journ. of sc. III. 107. — *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. App. 22. — Bot. Rg. t. 1049. — *Schult.* l. c. 881. 47. — *Sprg.* l. c. 54. 7.
Cr. rigidum var. 1. sumatranum. *W. H.* Amar. 248. 7.
In *Sumatrâ* interiore. ♃.

Planta memorabilis, habitu et foliis rigidis Yuccae formam prae se ferens. Bulbus ovalis, non caudescens, radiculis crasse carnosis. Folia erecta, late subulata, 3—6pedalia 3—6'' lata, luci obversa clathrato-nervosa, concava, rigentia, margine albido calloso hispido, acumine obtusiusculo. Scapus

(Crinum sumatranum) axillaris, foliis brevior. Flores 10—20, magni, albi, subpedicellati. Tubus cylindricus, 4poll.: laciniae tubo aequales. Filamenta adscendentia, colorata, limbo breviora. Germen crassitie fere tubi. Capsula magnit. pugni. Semina magna, bulbosa, 2—3. — In plantâ cultâ bulbus brevissimus, leviter caudescens. Folia lorato-lanceolata, obtusiuscula, atro-viridia, Agaven simulantia. Flores odorati. Tubus virescens aut rubescens; laciniae 3''' latae, demum pendulae, Filamenta punicea, limbo fere ½ breviora, antherae breves. (Ex *Schult.*)

2. angusta, longissima; semina amplissima.

20. **Crinum macrocarpon** *W. H.* in Bot. Mg. ad. 2231. 2. App. 22. — *Schult.* l. c. 882. 49.
Cr. rigidum var. 2. macrocarpon. *W. H.* l. c. 249.
Prope *Rangoon.* ♃.
Perigonii laciniae candidae, quam in Cr. toxicario latiores. Semina 2'' lata. — Nec plura.

B. Nutantia,

(alabastris nutantibus.)

Sect. III. Eucrinum.

(Bulbus breviter columnaris, ovatus v. sphaericus, non v. rarius stolonifer. Umbella multiflora: flores sessiles v. subsessiles. — Gerontogaea.)

1. Bulbus breviter columnaris; umbella floribus paucioribus subsessilibus; folia scapo longiora, margine laevia,
1) suberecta, glabra,
(1) acuta apice pendulo; flores 4; stylus staminibus (superne rubris) longior.

21. **Cr. mauritianum** *Lodd.* Bot. Cab. t. 650. — *W. H.* l. c. 249. 8.
In insulâ *Mauritii.* ♃.
Cr. brachyandro maxime affine, sed pulchritudine inferius. Folia 3pedalia; scapus brevior. Flores albi, rubro-apiculati.

(2) obtusa; flores 11—30; laciniae tubum superantes; filamenta tubo parum longiora, stylo multo breviora; ovarii loculi dispermi.

22. **Cr. brachyandrum** *W. H.* l. c. 9. App. 21. in Bot. Mg. ad 2121. et 2231. — *Schult.* l. c. 870. 25. — *Sprg.* l. c. 55. 24.
Prope *Sidney* in *Novâ Hollandiâ.* (Dr. *Carey.*) ♃.
Columna 5pollicaris, albicans, diam. 3''. Folia circ. 20, linearia, 3—5pedalia, vix 2¼'' lata, saturate viridia, obtuse acuminata ut Cr. defixi. Scapus viridis, ultra bipedalis. Flores 11, quorum 7 simul expansi, reliqui paulo seriores (20—30 fide *Careyi*). Germen subsessile. Tubus 2¾'' longus, viridis; laciniae (lineares *Sprg.*) albae, 3½'' longae, ⅜ latae. Filamenta adscendentia, recurvata, tubo vix pollice longiora, apice pallide purpurea. Stylus filamentis pollice longior, apice pallide ruber, declinatus: stigma parvum, triangulare, album.

2) humi divaricata undulatissima scabriuscula; umbella 2—9-flora; perigonii tubus limbo multo longior; filamenta stylum paulo superantia.

23. **Cr. purpurascens** *W. H.* l. c. 250. 10.
In insulâ *Fernando Po* ad littora *Guineae.* ♃.
Bulbus parvulus, ovato-cylindricus, folia ultra 20, obscure viridia, 28'' longa, vix pollicem lata, porrecta, apice acute producto arcuatim depresso. Scapus purpurascens. Spatha bipollicaris, purpurea, marcescens. Germen subsessile. Perigonium ante expansionem saturate purpureum, dein extus pallide purpureum, intus album: tubus 5½—6½'' longus, limbus 2½—2⅜'', laciniae ¼'' latae. Filamenta superne purpurea; antherae subfuscae polline aureo. Stylus cum stigmate parvo purpureus, tubum 2⅛'' superans. (*W. H.*)

2. Bulbus elongatus stolonifer; folia erecta; umbella sub-6flora. — Flores
1) subsessiles; folia angusta longe acuminata,
(1) rigide erecta lorata canaliculata; perigonii laciniae lineari-loratae tubo breviores; stylus stamina aequans; (capsulae pedunculatae. *Roxb.*, sessiles *W. H.*)

24. **Cr. defixum** *Ker* in Journ. of sc. III. 105. — *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. et t. 2208. Amar. 255. 19. t. 44. f. 18. (semen). — *Lodd.* Bot. Cab. 362. — *Sprg.* l. c. 54. 4. — *Schult.* l. c. 870. 27.
Cr. asiaticum *Roxb.* Corom. et Mus. Bks. c. tab. Ht. Beng. 23.
Amaryllis vivipara *Lam.* Enc. I. 124.
Belutta-pola-taly *Rheed.* Malab. XI. 75. t. 38.
Lilium zeylanicum bulbiferum et umbelliferum. *Rudb.* Elys. II. t. 90.
In *Indiae orientalis* limosis et paludosis ad fluviorum ripas: in stagnis pr. *Calcuttam.* ♃.

(Crinum defixum) Bulbus stolonifer oblongo-sphaericus, super terram diametro bipollicaris, laete viridis, rhizomate fusiformi humi alte defixo, collo cylindrice usque ad superficiem canalium, in quibus crescit, elongato. Folia multifaria, involuta, semicylindraceo-concava, ecarinata, lucida, 2—3pedalia, $^3/_4$″ lata, apice attenuato obtuso, margine cuspidibus paucis minutis hispida. Scapus foliis plerumque brevior, teres, digitum crassus, glauco-viridis, hinc purpurascens. Germen sessile, oblongo-ovatum, viride, superne rubro-punctatum, loculis 1—2spermis. Umbella 6—12flora. (Bracteae albido-virescentes, majores oblongae attenuato-obtusae, 2—3poll., basi $^3/_4$″ latae, minores lineares obtusae, 1—$1^1/_2$poll., lineam latae.) Flores magni, albi, noctu odori. Tubus cylindricus, $3^1/_2$—6″ longus, viridis, rubro tinctus. Laciniae circ. 3″ longae, $^1/_4$″ latae v. paulo ultra, lineari-lanceolatae, margine subundulatae, omnes apice (viridulo) recurvo-appendiculatae. Filamenta in canaliculis laciniarum apicibus suis introrsum curvatis patentia, laciniis pollice breviora, alba, superne rubra; antherae sordide fuscae, lineares, 3‴ longae, polline aurantiaco. Stylus inclinatus, dimidio superiore ruber, limbo pollice brevior. Stigma minutum, albidum, fimbriatum, trilobum. Capsula membranacea, subglobosa. Semina rugosa, bulbosa (planiora quam in plurimis aliis *W. H.*).

β. Louisae *W. H.* l. c. 274. 13.: foliis longis loriformibus flaccidis, floribus purpurascenti-carneo striatis.
Cr. specioso-defixum. *Herb.* in Bot. Mg. ad 2592.

γ. lorifolio-defixum *Herb.* l. c.: formae hybridae.

(2) suberecta acuta; laciniae perigonii angustae tubum aequantes; stylus stamina limbo multo breviora superans.

25. **Cr. ensifolium** *Roxb.* Ht. Beng. — *W. H.* in Bot. Mg. ad 2231. App. 22. et t. 2301. Amar. l. c. 20. t. 44. f. 7. (germen cum ovulis). — *Ker* in Journ. etc. III. 106. — *Sprg.* l. c. 54. 5. — *Schult.* l. c. 871. 28.
In *Pegu.* ♃.

Bulbus viridis, ovatus (diam. 2″). Folia angusta, ensiformia, striata, cancellata, laete viridia, interdum 3pedalia, pollicem lata. Scapus fuscopurpureus, teres, erectus, glaber, 4—6poll., crassitie digiti, lateralis. Spatha bivalvis: valvis lanceolatis concavis acutiusculis erecto-patentibus viridibus rubro suffusis striatisque, in floribus inexpansis tubum aequantibus, (ramenta aliqua lineari-filiformia obtusa virescenti-albida 2poll. interjecta). Flores 5—6, patentes, fragrantes: tubus purpureus, 4pollicaris (apice incurvus, crassitie calami); limbus albus, fere 4pollicaris, angustus: laciniae erectae, lato-lineares, acutae, unco viridi terminatae, 3—4‴ latae: exteriores externe pallide striato-purpurascentes, interiores viridi-suffusae. Germen subsessile, oblongo-ellipticum, semipollicare, viridulo-purpurascens. Filamenta erecto-diffusa, filiformia, laetissime sanguineo-coccinea, basi albida; antherae lineares, flavae, 8‴ longae, defloratae dilute brunneae. Stylus limbum subaequans, filamentis concolor, stigmate obsoleto obtuso. — Differt a Cr. defixo proxime affini: formâ bulbi, foliis minus canaliculatis, longius attenuatis, acumine argutiori longiori.

2) longe pedunculati; folia lorato-linearia acuta; tubus limbum aequans; filamenta stylum aequantia limbo breviora.

26. **Cr. pusillum** *W. H.* l. c. 255. 21. t. 32. f. 3.
In insulis *Nicobaricis.* (Hb. Soc. Linn. & Bks.) ♃.

Bulbus columnari-cylindricus, 4poll., diam. vix $^3/_8$″. Folia 9″ longa, $^5/_{16}$ lata (margine laevia, longitudinaliter striata, supra striis pluribus saturatioribus, subtus unicâ latiore pallidâ). Pedunculi $1^1/_2$poll. (teretes glabri); germen gracile $^3/_4$poll. (oblongo-ellipticum, pedunculo duplo crassius, sensim in tubum abiens). Tubus 3poll. (cylindricus, gracilis, rectus, crassitie pennae corvinae). Limbus 3poll. (laciniae erecto-patentes, lineares, utrinque subattenuatae, obtusiusculae, $1^1/_2$—2‴ latae, verisimiliter albae). Genitalia limbo pollice et ultra breviora. (Filamenta erecto-divergentia, filiformia: antherae oblongae, obtusae, flavescenti-virides, 3‴ longae, lineam latae. Stylus filiformis, erectus, stigmate minuto.) *W. H.* (Descr. ex ic. mancâ suppleta.)

3. Bulbus sphaericus v. ovatus; folia semirecumbentia.
Perigonii tubus limbo
1) brevior laciniis

(1) angustis; stylus laciniis brevior, filamentis vix longior. — Bulbus ovatus semicolumna-

27. **Cr. elegans** *Carey* MS. — *W. H.* App. 22. Bot. Mg. t. 2592. — *Schult.* l. c. 876. 39.
Cr. pratense var. 3. elegans. *W. H.* l. c. 257.
In *Pegu* pr. *Rangoon.* ♃.

ris; folia lorato-lanceolata flaccida, scapo subtereti declinato longiora, a. acuta; umbella circ. 14flora.

Bulbus 6poll., fusco-virens. Folia 3—4pedalia, vix 2'' lata, lanceolata, apice angustata, laete viridia. Scapus viridis. Spatha 4poll., pallida, apice attenuata. Bracteae albicantes. Germen oblongum, viride. Tubus $2^1/_2$poll., viridis. Limbi $3^1/_2$'' longi laciniae alternae uncinatae, albae, $3^1/_4$'' longae, 4''' latae. Stylus apice ruber; stamina et stigma parvum alba. Cr. longifolio et lorifolio valde affine, differt autem floribus subpedunculatis, bulbo magis elongato, scapo recumbente.

b. obtusa; umbella circ. 30flora.

28. **Crinum venustum** *Carey* Hb. App. — *W. H.* in Bot. Mag. ad 2592. nt. — *Schult.* l. c. 875. obs.
Cr. pratense var. 4. venustum. *W. H.* l. c. 258.
In *Indiâ orientali.* ♃.

Magnit. Cr. erubescentis. Flores ad 35 usque toti albi, magnit. et formâ illorum Cr. longifolii. Habitu Cr. eleganti affine, sed folia obtusiora.

(2) exterioribus latioribus; filamenta stylo breviora, basi gibbosa. Bulbus ovatus; folia canaliculata apice oblique attenuata, margine laevia; scapus compressus; umbella sub-8flora, sessilis.

29. **Cr. confertum** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2522. — *Schult.* l. c. 882. 51.
Cr. australasicum var. 3. confertum. *W. H.* l. c. 259.
Cr. flaccidum var. *Sprg.* l. c. C. p. 134.
In orâ boreali-occidentali *Novae Hollandiae.* ♃.

Folia bipedalia, lineari-lanceolata, glabra, acutiuscula, obscure glauca, canaliculata, apice obliquo gradatim attenuata, striata, $1^1/_4$'' lata. Scapus compressus, viridis, pedalis ($1^1/_2$'' crassus). Spatha viridis, $3^3/_4$poll.; bracteae e basi latâ ovatâ distincte striatâ bipollicari 1—$1^1/_2$'' latâ in acumen longum filiforme attenuatae, filis quibusdam interjectis albidis. Germen viride, semipollicare, oblongum, sessile, loculis 5—8spermis. Tubus erectus, cylindricus, albido-virens, 3poll., crassitie calami. Limbus albus, $3^3/_4$poll., extus virens, patentiusculus: laciniae exter. $^5/_8$, inter. $^1/_4$ poll. latae, oblongae, acutiusculae, apiculo viridi terminatae. Filamenta erecta, patentia, subulata, purpurea, limbo dimidio breviora: antherae lineares, lunato-recurvae, aureae, 4''' longae. Stylus filamentis $1^1/_2$'' altior, purpureus, stigmate obsolete trilobo. — Differt a Cr. arenario tunicis bulbi firmioribus, foliis magis attenuatis, floribus numerosioribus erectis, germine longiore oblongo sessili, stylo limbo paulo breviore et limbo tubum superante; a Cr. angustifolio foliis margine laevibus nec scabris.

2) aequalis lgt. v. subaequalis; stamina declinato-adscendentia stylo fere breviora; laciniae lineari-lanceolatae. Bulbus sphaericus; scapus teres; umbella sub-6flora sessilis; folia lorato-attenuata, margine

(1) scabriuscula, acuta, subcanaliculata.

30. **Cr. amoenum** *Roxb.* MS. — *Ker* in Journ. of sc. III. 106. — *Sprg.* l. c. 54. 6. — *W. H.* App. 22. (excl. var. β.) — *Schult.* l. c. 874. 33. — *W. H.* l. c. 255. 22. (excl. var. 3.) t. 44. f. 6. (germen cum ovulis).
In *Silhet*, *Nepaliâ* et regno *Birmanorum.* ♃.
Bulbus circuitu 8—12'', subglobosus, nec porraceo-caudescens. Folia 6—12, multifaria, recta, plus minus canaliculata praecipue basin versus, margine obsoletius scabra, 1—2-pedalia, $1^1/_2$'' lata. Scapus lateralis, solitarius, pedalis, teres. Umbellae bracteatae. Flores 4—8, magni, albi, sessiles: tubus 3—4'' lg., trigonus; laciniae acutae, tubo subaequales. Filamenta purpurascentia, limbum superantia: antherae lineares. Stylus incurvatus, filamentis concolor. Stigmata 3. Germen oblongum, laevigatum, polyspermum.
β. umbellatum: altius, foliis angustioribus.
Cr. umbellatum *Carey.* *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. 7. n. 40. (cum adn. forsan brevifolium, var. minor.)
Cr. amoenum γ. *Herb.* App. l. c.
γ. caudiceum *W. H.* l. c.: bulbo rotundo in collum elongato; foliis sensim attenuatis; floribus 10 subsessilibus;

(Crinum amoenum)

tubo $3\frac{1}{2}$poll. ad lgt. $2\frac{1}{2}''$ persistente; limbo 3poll.; stylo quam limbus $\frac{1}{4}''$, filamentis 1'' brevioribus; loculis 5ovulatis.
In *Ceylon.*

(2) laevia, obtusiora lacunosa humifusa; flores . . . .

31. **Cr. verecundum** *Carey* MS. — *Schult.* l. c. 876. obs. ad n. 38.
Cr. amoenum *β. W. H.* App. l. c.
Cr. amoenum var. 3. verecundum. *W. H.* l. c. 256.
In *Rangoon.* ♃.
Bulbus magnit. ejus Cr. amoeni; folia saturate viridia. Nondum floruisse, ideoque dubium esse observat *W. H.*

3) longior,

(1) filiformis longissimus; laciniae erectae acutae duplo breviores; stamina subdeclinata; flores 6 sessiles, involucro bipartito; scapus gracilis, foliis lanceolatis integerrimis brevior.

32. **Cr. gracile** *E. Mey.* in Rel. Hk. II. 120. — *Schult.* l. c. 883. 64. — *W. H.* l. c. 258. 26.
In insulâ *Luçon (Haenke).* ♃.
Folia $1\frac{1}{2}$pedalia, $1\frac{1}{2}''$ lata, utrinque attenuata, subensiformia. Scapus pedalis, vix calami scriptorii crassitie, superne tenuior. Spatha profunde bipartita, laciniis lanceolatis obtusis, $1\frac{1}{2}$poll. Flores 6—7, bracteis totidem capillaceis. Tubus 3poll., adscendens, vix pollicem supra basin articulatus. Limbi laciniae aequales, patentes, lanceolatae, dimidio tubo breviores, exteriores acutae, interiores obtusiusculae mucronatae, sed non hamatae. Stamina $\frac{2}{3}$ limbi aequantia, subdeclinata, apicibus adscendentibus. Stylus prorsus incumbens, stigmate simplicissimo obtuso, apice paululum latiore.

(2) deflexus, limbus campanulatus, laciniis aequalibus lanceolatis acuminatis; stamina versus apicem sursum flexa; folia lanceolato-linearia acuminata margine (anguste albo-membranaceo) denticulato-scabriuscula, scapo longiora.

33. **Cr. Rüppellianum** *Fresen.* in Vhdl. z. Beförd. des Garten- und Feldb. III. 265.
In *Abyssiniâ.* ♃.
Bulbus subglobosus, diam. $2\frac{1}{3}''$ basi fibras numerosas cylindricas 2—3''' crassas fibrillosas emittens. Folia dena, supra canaliculato-impressa, basi vaginato-amplectentia, apice reflexa, ad lucem lineolis numerosis obscurioribus transversis punctata, latissima inferne 2'' lata, longissima ultra $1\frac{1}{2}$—2pedalia. Scapus lateralis, hinc planiusculus, illinc subconvexus, 9''—usque pedalis, $\frac{1}{2}''$ latus, basi violaceo-pruinosus. Spatha diphylla: foliolis lanceolatis acuminatis, $1\frac{1}{2}$pollicaribus, exterius basi ad $1\frac{1}{2}''$ latum cum marginibus interius basi pollicem latum amplectens. Flores 4ni, breve pedunculati, bracteis anguste linearibus acuminatis membranaceis $1\frac{1}{2}$—2pollicaribus; pedicelli ad $2\frac{1}{2}'''$ longi. Tubus perigonii circ. $2\frac{1}{2}''$ longus; limbus $2\frac{1}{2}$—3pollicaris: laciniae 3 superiores apice sursum reflexae, reliquae apice lateraliter et deorsum recurvatae, omnes albae, striâ mediâ usque ad apicem ductâ extus laetiore purpureo-kermesinâ ad $2\frac{1}{2}'''$ latâ percursae. Stamina apici tubi inserta, subulata, decurrentia, alba: antherae semilunares, 3''' longae, polline pallide flavo. Stylus a staminibus divergens, subrectus, superne cum stigmate trilobo purpureus. Germen ovatum. Odor debilis Hyacinthi.

(3) rectiusculus, subcylindraceus v. obsolete trigonus.
a. Stylus laciniis perigonii filamentisque longior. Umbella
a) 5flora breviter pedunculata; folia acuminata, glaucescentia, margine scabriuscula; laciniae perigonii acutae,
(a) interiores paulo angustiores; stylus limbum vix superans; stigma amplum.

34. **Cr. arenarium** *Sims* in Bot. Mg. t. 2355. — *Schult.* l. c. 882. 52. — *Sprg.* l. c. 55. 21.
Cr. australasicum var. 1. arenarium. *W. H.* l. c. 859.
Ad oram boreali-occidentalem *Novae Hollandiae (Water-Island* 14° 3' lat. austr. 125° lgt. or., ad introitum „*Montagu's Sound*", 8—9'' sub terrae siccae arenosae superficie, et ad prom. „*Cape Flinders*", 14° 10' lat. austr., 144° 18' lgt. or.) ♃.
Bulbus ovatus, tunicis albido-fuscis tectus. Folia bipedalia, $1\frac{1}{2}''$ lata prope basin ibidemque purpurascentia, apicem versus decrescentia, magis glauca et minus erecta quam illa Cr. americani, quae valde similia. Scapus pedalis, viridis, teres, digitum crassus. Spatha $1\frac{1}{2}$poll. (lanceolata, acuta, sordide flavescenti-fusca). Umbella cum bracteis fili-

(Crinum arenarium) formibus obtusis fuscescentibus semipollicaribus. Pedunculi 3/8'' longi; germen 1/4'', subrotundum, cum pedunculo obscure viride: loculi ovulis 6. Tubus (crassitie calami) sub-4poll., pallide viridis, obsolete rubro-variegatus, primum curvatus, serius magis erectus. Limbus albus, 2 3/4'' longus: laciniae exteriores 3/4'' latae; omnes apice viridi terminatae. Filamenta ad insertionem subgibbosa, exceptâ basi (albâ) purpurea, primum declinata apicibus sursum curvatis, postea divergentia apicibus conniventibus, basi singulorum marginibus laciniae correspondentis amplexâ, exteriora limbo 6/8, interiora 5/8 breviora. Pollen aurantiacum. Stylus versus extremitatem purpureus, limbo 1/2'' longior. Stigma triangulari-rotundatum, amplum, fimbriis longis albis. Flores parum fragrantes vespere expansi et sequente die emarcidi, laciniis circa filamenta correspondentiâ contractis.

(b) exteriores paulo angustiores; stylus limbo multo longior, stigma minutum.

35. **Crinum blandum.**

Cr. australasicum var. 2. blandum. *W. H.* l. c.

Cr. arenarium *β. Bot. Mg.* t. 2531. — *Schult.* l. c.

In *Novâ Hollandiâ.* ♃.

Differt a praecedente foliis latioribus, pedunculis longioribus, perigonii limbo latiore, laciniis 2 1/2poll. fere pollicem latis, extus rubescentibus, hamo virente, filamentis albis, stylo superne rubro multo longiore, stigmate multo minori.

b) 9flora pedunculata; filamenta sursum et retrorsum curvata; bulbus sphaericus, viridis: folia lorato-lanceolata subacuta lacunosa margine laevia depressa; scapus teretiusculus.

36. **Cr. humile** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2636. et l. c. 256. 23. — *Schult.* l. c. 874. 34. — *Sprg.* C. p. 134. 29.

Cr. amoenum *β.* margine foliorum laevi. *W. H.* App. 24.

In *extremo Oriente*, patria incerta. ♃.

Folia viridia, canaliculata. Scapus 10'', viridis. Spatha 2 1/2poll., marcescens. Germen ovale, viride, 4—4 1/2''', pedunculis fere isometris. Tubus 3poll., pallidissime virescens; laciniae 2'', albae, anguste lanceolatae, acutae, canaliculatae, undulatae, 3—4''' latae. Stylus purpureus, flaccidus. Filamenta divaricantia, antherae 4''' longae, polline aureo. Cr. amoenum satis differt foliis laevibus nitentibus et floribus sessilibus.

b. Filamenta et stylus limbum subaequantia; folia margine scabra, lorata,

a) attenuata, laxius effusa, canaliculata,

(a) 2 poll. lata; bulbus sphaericus; umbella multiflora subsessilis; phylla lineari-lanceolata, tota alba.

37. **Cr. longifolium** *Roxb.* in E. I. C. Mus. t. . . . . — *Ker* in Journ. of sc. III. 107. — *W. H.* App. 22. — *Schult.* l. c. 874. 35. — *Sprg.* l. c. 54. 8.

Cr. pratense var. 1. longifolium. *W. H.* l. c. 256.

In inundatis *Bengaliae* interioris. ♃.

Cr. defixo affine, at habitu, magnit. bulbi non fusiformis, staturâ majore diversum. Folia plurima, multifariam recumbentia, ab ipsâ basi sensim attenuata, acuta, 2—3pedalia, extremitatibus emarcidis, concava, ecarinata, margine cartilagineo scabriusculo, striata. Scapus axillaris, subcompressus, variae lgt. pro altitudine aquae, erectus, rigidior et minus compressus ac in Cr. lorifolio. Umbella 8—12flora, magis diffusa, alabastris nutantibus. Pedunculi brevissimi, ad summum semipollicares, germina plura prorsus sessilia. Flores magni, albi, fragrantes, intra 2 spathae valvas quam in lorifolio ampliores, firmiores et magis persistentes distincti bracteis filiformibus viridibus magis persistentibus. Tubus gracilior, subcylindricus, intus rugosus, fere 4poll., viridis. Limbus 3poll., laciniis vix semipoll. latis acutis albis. Filamenta adscendentia, colorata, limbum subaequantia v. breviora, gracilia, strictiora, erecta, superiore dimidio rubra: antherae fuscae. Stylus filamentis 3/4'' longior (lgt. staminum *Roxb.*) gracilis, recumbens, totus ruber: stigmatibus 3 parvis. Germen oblongum, longius et crassius, ovulis 8—16. Capsula diam. 1—2'', torosa: semina 1—8.

(b) pollicem lata, glaucescentia; limbus extus rubescens; bulbus rotundus.

38. **Cr. canalifolium** *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. 7. n. 36. App. 22. — *Schult.* l. c. 876. 38.

Cr. canaliculatum *Carey* (non *Roxb.*).

Cr. pratense var. 5. canalifolium *W. H.* l. c. 258.

In *Indiâ orientali.* ♃.

Folia magis canaliculata quam in praec. et sequente. Flores circ. 10, extus pallide rubri (in Bot. Mg. l. c. pallide rubescentes, extus saturatius dicuntur).

b) longissima angusta lenta; umbella multi-(20)flora pedunculata; bulbus cylindrico-ovatus.

39. **Cr. lorifolium** *Roxb.* Corom. ined. et Mus. Bks. — *Ker* l. c. III. 110. — *W. H.* App. 22. — *Schult.* l. c. 875. 36. — *Sprg.* l. c. 55. 17.
Cr. pratense var. 2. lorifolium *W. H.* l. c. 257.
In *Pegu.* ♃.
Folia 2—5pedalia, debilia, flexa, basi vix 2'' lata, praeter lgt. enormem vix ab illis Cr. longifolii diversa. Scapus fere horizontaliter reclinatus. Umbella angulo recto vel fere recto ad scapum arrecta, compacta, 8flora (*W. H.*), alabastris suberectis. Pedunculi brevissimi, illis in centro umbellae exceptis, postea magis quam in Cr. longifolio elongati. Germen pedunculo vix crassius. Bracteae parvae, gracillimae, filiformes, umbellâ expansâ marcescentes. Spatha parva, mox emarcida. Tubus perigonii viridis, 3poll., limbus $2\frac{1}{2}$poll.: laciniae $\frac{1}{2}$'' latae, apice obtusae, albae. Filamenta limbum aequantia, candida, conniventia: antherae fuscae. Stylus filamenta aequans, erectus, dimidio superiore ruber: stigma trifidum, conspicue fimbriatum.

Obs. Cl. *W. H.* suum Cr. pratense, quod Cr. longifolium, lorifolium, elegans, venustum et canalifolium comprehendit, distinguit: „bulbo ovato vel sphaerico, foliis loratis flaccide recumbentibus, umbellâ sessili multiflorâ", atque addit: „In pratis siccis prope flumina proveniens, inundationis annuae tempestate florens umbellâ natante." (L. c. 256. 24.)

c) lorato-lanceolata, oblique acuta, margine obsoletissime cartilagineo-aculeolata; umbella sub-6flora sessilis; bulbus subgloboso-ovatus.

40. **Cr. graciliflorum** *Kth.* & *Bouché* Ind. sem. ht. bot. Berol. 1844.
Hab. . . . . ? ♃.
Proximum Cr. erubescenti, defixo et stricto (*Herbertiano*). Bulbus viridi-lutescens. Folia plurima, leviter canaliculata, laete viridia, opaca, $1\frac{1}{2}$pedalia. Scapus compressiusculo-anceps, 9poll. Flores spathas duas exteriores 2—3plove superantes, semper erecti: tubus trigonus, rectiusculus, $5\frac{1}{2}$poll., viridulus; limbus a basi turbinato-patulus, regularis: laciniae lanceolatae, subaequales, leviter recurvatae, dorso purpurascentes, tubo 4plo breviores. Filamenta undique adscendenti-patula, purpurea; antherae croceae. Ovarium trigonum, viride. Stylus erectus, lgt. staminum, superne purpureus.

c. Stamina et stylus limbo breviora; germina subsessilia; antherae

a) filamenta (limbi dimidio breviora) aequantes; stylus inclusus; tubus laciniis elliptico-lanceolatis venosis duplo longior.

41. **Cr. venosum** *RBr.* Prodr. Fl. Nov. Holl. I. 297. — *Ker* in Journ. etc. l. c. 109. — *Schult.* l. c. 883. 53. — *Sprg.* l. c. 55. 11. — *W. H.* l. c. 259. 28.
In *Novâ Hollandiâ tropicâ.* ♃.
Folia ignota sunt.

b) filamentis (laciniis lanceolatis styloque quadrante brevioribus) 5—6ies longiores; folia margine scabra.

42. **Cr. angustifolium** *RBr.* l. c. — *Ker* l. c. — *Schult.* l. c. 882. 50. — *Sprg.* l. c. 54. 10.
Cr. australasicum var. 4. angustifolium *W. H.* l. c. 259.
In *Novâ Hollandiâ tropicâ.* ♃.

Obs. Cr. australasicum *W. H.* (l. c. 259. 27.), sub quo varietatum titulo complectuntur Cr. arenarium, blandum, confertum et angustifolium, distinguitur: „bulbo sphaerico, foliis crassis rigidulis, filamentis basi gibbosâ, germine sessili, subsessili vel breviter pedunculato."

4) Flores . . . . Folia saturate sanguinea.

43. **Cr. erythrophyllum** *Carey* MS. — *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. 7. n. 37. et l. c. 258. 25. — *Schult.* l. c. 876. in obs. ad n. 38.
In *Pegu*, pr. *Rangoon.* ♃.
Magnitudine Cr. longifolii. Species quidem foliis Brassicae rubrae instar coloratis valde insignis, sed, cum flores nondum observati, valde incerta.

Sect. IV. Hesperocrinum.

(Bulbus stolonifer. Umbella sessilis, pauci-[4—8]flora. — Omnes neogaeae v. occidentales unde nomen sectionis.)

1. Bulbus breviter columnaris; folia subarcuata; flores circ. 8.

Perigonii tubus limbo

1) brevior (plus duplo); bulbus ovato-pyramidalis; folia late subulata coriacea margine scabriuscula; umbella sessilis sub-7flora; spatha herbacea elongato-oblonga apice rotundata; phylla recurvo-stellata; stylus stamina divaricata superans.

44. **Crinum cruentum** *Ker* in Journ. of sc. III. 108. — *Bot. Rg.* 171. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 346. — *Schult.* l. c. 868. 22. — *Sprg.* l. c. 54. 9. — *W. H.* l. c. 250. 11. t. 44. f. 9. (germen dissect.) et 16. (semen). — *Sp.* l. c. 424.
Cr. crucibulum (!) *Dietr.* Syn. II. 1181. 2.
In *Americâ meridionali* (habitatio exactior incerta). ♃.
Bulbus externe livido-purpureus, sobole repente. Folia atroviridia, multifaria, inferne vaginantia, recumbentia, 4pedalia, $1^1/_2$'' lata; margine obsolete scabra v. laevia (?) obtusiuscula. Scapus compressus v. anceps, aciebus rotundatis, viridis. Spatha erectiuscula, foliaceo-virens, valvâ majore semipedali. Umbella subinclinata. Flores odori, rubri, (laete purpurei,) bracteis distincti, tubo ad emarcescentiam usque excrescente ad pedis usque lgt., stricti, senescentes albo-maculati. Tubus calamum crassus, pallide virens, tereti-trigonus, laevis; laciniae elongato-lanceolatae, 3 fere poll., $^1/_3$'' latae, exteriores medio dorso virentes, interiores sublatiores. Filamenta sanguinea, laciniis $^1/_4$ breviora, gracilia, antheris lunulatis luteis. Stylus lgt. floris, triqueter, puniceus; stigma punctum atro-sanguineum. *(Ker.)*
β. albidum: flore albicante. (*W. H.* l. c.)

2) longior;

(1) longissimus gracilis inferne cylindricus superne trigonus, curvatus, demum erectus; folia lineari-lanceolata, canaliculata, scapo longiora; phylla

a. linearia acuta, aequalia, marginibus undulata; umbella sub-4flora sessilis.

45. **Cr. undulatum** *Hook.* Exot. Fl. t. 200. — *Schult.* l. c. 873. 31. — *Sprg.* C. p. 134. 30. — *W. H.* l. c. 253. 14.
In *Maranham, Brasiliae.* ♃.
Species minor, bulbo longicolli. Folia obscure viridia, $1^1/_2$ — 2'' lata, subattenuata. Spathae valvulae 2 lanceolatae, membranaceae, striatae. Flores fortiter, haud grate odori. Tubus 8pollicaris, pallide flavo-virens; laciniae candidae, apice purpurascentes, sulcatae. Filamenta laciniis breviora, purpurea; antherae obscure virides. Germen ovatum. Stylus formâ et colore staminum; stigma capitatum.

b. lineari-lanceolata utrinque attenuata, acuta, alterna paulo angustiora; umbella 5flora sessilis.

46. **Cr. attenuatum** *Wlld.* MS. ex *Schult.* l. c. in Obs.
In udis et aquaticis prov. *Para* Brasiliae, ad ostia fluminis *Tocantins.* Cebola d'Agoa incolarum. ♃.
Folia angusta, longe acuminata, basi attenuata, margine denticulis remotis minutissimis, 1—$1^1/_2$ pedalia, 8—12''' lata. Scapus compressus, 8poll., crassitie pennae cygneae. Spathae valvulae membranaceae, fuscescentes, oblongo-lanceolatae, obtusiusculae, striatae, erectae, $2^1/_2$poll. Germen oblongum, gracile. Tubus gracillimus, vix pennâ corvinâ crassior, 6pollicaris, virescens, triente superiore fere articulo instructus et obsolete angulosus. Laciniae albae, recurvo-patentes, alternae hamo brevi incurvo, basi canaliculatae, apice planae et levissime undulatae, $2^1/_2$poll., 4—$4^1/_2$''' latae. Filamenta iis triente breviora, gracilia, purpurea. Antherae effoetae 4''' longae, polline flavo. Stylus filiformis, stamina superans, laciniis paulo brevior, purpureus. Stigma parvum, truncato-capitatum. *(Schult. fil.)*

(2) cylindricus v. subcylindricus; folia

a. lineari-lanceolata, margine

a) vix sub lente scabriuscula, arcuatim porrecta, lucida, scapo longiora, acuta; umbella 8flora; stylus limbum aequans, filamenta (1'') superans.

47. **Cr. viridifolium.**
Cr. erubescens *δ.* viridifolium *W. H.* App. 21. — *Schult.* l. c. 867.
Cr. Lindleyanum *W. H.* Amar. 252. 13. et 401. (non *Schult.*?).
In *Surinam*, *Demarara* et *Maranham.* ♃.
Bulbus non purpurascens, ovate columnaris. Folia $1^1/_2$-pedalia v. ultra, poll. v. ultra lata. Tubus 4'', limbus circ. $2^1/_2$'' longus. (*W. H.* idem censet cum sequente.)

b) scabriuscula, patentia, plana, obtusa, scapum subaequan-

48. **Cr. Lindleyanum** *Schult.* l. c. 873. 32.
Cr. revolutum *Lindl.* in Hortic. Soc. Trs. VI. 285.
In *Maranham.* ♃.

tia; umbella 4flora, breviter pedunculata; laciniae lineares, revolutae, denique pendulae; filamenta et stylus apice colorata (rubra).

Planta $1^1/_2$pedalis. Folia $1^1/_2$pedalia, apicem versus nervis 2, recurva, margine glandulis sparsis, laete viridia, scapum paulo superantia. Flores albi, purpurâ suffusi, ingrate odori. Pedunculi breves. Tubus viridis, teres, 6poll., superne albidus et angustior; laciniae margine subundulatae.

Cr. americanum proxime affine differt foliis latioribus, tubo breviore, floribus sessilibus, laciniis lanceolatis, multo magis undulatis. *(Lindl.)*

Obs. Species 4 praecedentes forsan varietates unius speciei sunt.

b. lanceolata, margine
a) cartilagineo-crenato, apice producto explanato (flores sessiles),
(a) laevia replicata canaliculata; umbella
α. 4—5flora, filamenta limbo styloque paulo breviora.

49. **Cr. erubescens** *Ait.* Kew. ed. 1: I. 413. ed. 2. II. 221. — *Wlld.* Sp. pl. II. 46. 3. — *Ker* in Journ. of sc. III. 104. — *Jacq.* Ht. Schbr. IV. 48. t. 494. (excl. syn. *L.*) — *Red.* Lil. t. 27. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 31. — *A. Rich.* Ann. sc. nat. II. 16. t. 1. f. 2. — *Sprg. S. V.* II. 54. 2. — *Schult.* l. c. 866. 21. (excl. varr. δ. et ε.). — *Sp.* l. c. 424. — *W. H.* l. c. 251. 12. (excl. varr. 4. et 7.) t. 44. f. 12. (caps.).

Crinum foliis carinatis *Mill.* ic. 73. t. 110.

Cr. americanum *Rodschied* Obs.

In *Americâ meridionali.* ♃.

Bulbus ovatus, magnit. pugni. Folia basi erecta, apicem versus plana et (arcuato-) replicata, 3pedalia, 2'' lata, spatio inter nervos medio apiculata, saturate viridia, conferta, crassiuscula, exteriora subtus rubella. Scapus compressus, bipedalis, digitum latus, purpurascens. Spatha fere 3poll.: valvulae patentissimae v. reflexae, e basi latâ oblongae; ramenta linearia, albida. Flores odoratissimi, subsessiles. Tubus subcylindricus, purpureo-virens, fere 6poll.; laciniae 4poll., intus albidae, extus secus medium longitudinaliter roseo-purpurascentes, lanceolato-lineares, planiusculae, reflexo-patentes, 3 apice hamo virescente. Filamenta sanguineo-purpurea, (alba *Red.*) laciniis breviora. Antherae cinereae polline aureo. Stylus sanguineus, filamentis paulo longior. Stigma triangulare, obtusum. Semina saepius bulbiformia.

β. rubrilimbum *W. H.* l. c. (var. 1.): foliis rectioribus $2^1/_4$'' latis, limbo extus rubescente.

Cr. erubescens *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1232.

(Folia lanceolato-lorata, acuta, margine cartilagineo albo denticulato-ciliata. Spathae sordide fusco-flavescentes, rubicundo-striatae. Germen oblongum, viride. Tubus sanguineus, extremitate virescens, 4'' lg., diam. $^1/_3$''. Laciniae 4'' longae, fere 1'' latae, albae, extus flavescentes fasciâ longitudinali sordide rubrâ.)

γ. majus *W. H.* l. c. (var. 2.) foliis altioribus $2^1/_2$—3pedalibus, floribus 6—7 majoribus limbo albo (tubo et germine rubro punctatis); loculis 5ovulatis.

δ. minus *W. H.* l. c. (var. 3.) foliis latis humilioribus (minus erectis), floribus 6, limbo albo (tubo et germine viridioribus).

ε. brasiliense *Wlld.* MS. *W. H.* (l. c. var. 5.): mininum, foliis humilibus, floribus 4 v. pluribus albis revolutis.

In inundatis pr. *Rio Janeiro.*

ζ. caraccense *W. H.* l. c. (252. var. 6.): foliis humilibus 17uncialibus $2^1/_8$'' latis margine scaberrimo, floribus albis revolutis.

Pr. *Caraccas.*

η. mexicanum: tubo 8'' longo, limbo purpureo.

Pr. *San Bartolo* prov. Mexicanae *Oaxaca* (*Andrieux*). *W. H.* l. c. 251. sub Cr. cruento.

Hybridae praeterea formae a cl. *W. H.* indicantur absque descr.:

ϑ. Baconi, — v. zeylanico-erubescens l. c. 273. 11.

ι. americano-erubescens (Hortic. Soc. Trs. IV. 39.).

κ. capensi-erubescens App.

λ. cruento-erubescens (H. S. Trs. l. c.).

μ. scabro-erubescens Bot. Mg. ad 2592.

β. 8 subsessiles; filamenta limbo 2 pollicibus breviora, stylum subaequantia.

50. **Crinum Gordonianum.**
Cr. erubescens var. 7. octoflorum *W. H.* l. c. 252.
In *Venezuela.* (*W. Gordon.*) ♃.
Bulbus ambitu 14uncialis. Folia $2^{1}/_{2}$pedalia. Germen unciale, crassum, ovale, viride. Tubus viridis, 4—$5^{1}/_{2}$pollicaris. Filamenta apice rubra.

(b) lacunoso-radulosa rigidiuscula stricta; flores 4 v. plures, limbo lato albo revoluto.

51. **Cr. corantynum.**
Cr. erubescens var. 4. corantynum *W. H.* l. c. 251. — (ε) *Schult.* l. c. 867.
Ad ripas flum. *Corantyne* Guianae batavae. (*Lee & Kennedy.*) ♃.
Folia viridia, magis sparsa. Columna virescens, vix purpurascens.

b) integerrima
(a) margine undulata, succulenta, reticulato-nervosa; tubus cylindraceus, laciniae lanceolatae acutae patentes.

52. **Cr. Kunthianum.**
Cr. erubescens *HBK.* nov. gen. I. 279. (quoad descr. et excl. diagn. et syn.). — *Kth.* Syn. I. 286.
In humidis regni *Novo-Granatensis* pr. *Turbaco* et *los Volcancitos.* ♃.
Bulbus squamosus. Folia acuta, glabra, pedalia et longiora, 2″ lata. Scapus compressus, ruber, 4—5florus. Spatha polyphylla. Flores 10pollicares, suaveolentes, sessiles. Perigonium glabrum: tubus tenuis, rubescens, sub-7poll., limbus albus, laciniis aequalibus $2^{1}/_{2}$″ longis. Stamina summo tubi inserta, aequalia, patentia, laciniis breviora: filamenta subulato-filiformia, glabra, rubra. Ovarium oblongum, triquetrum, glabrum. Stylus exsertus, stamina subaequans, ruber, glaber; stigma obtusum, subtrilobum.

(b) canaliculata; tubus triqueter; limbus reflexus: laciniis linearibus acutis.

53. **Cr. guianense.**
Cr. erubescens *Meyer* Esseq. 147.
In *Essequebo.* ♃.
Radix bulbosa, fibrosa; fibrae fasciculatae, crassae, obtusae, nonnullis longioribus perpendiculariter descendentibus. Caudex intermedius (bulbus) circ. 6″, foliis imbricatus. Folia saepe bipedalia. Spatha albescens, duplex: exterior diphylla, reflexa; interior minor, tot foliolis quot flores. Germen obsolete triquetrum; laciniae 3pollicares. Stamina purpurea; antherae luteae.

2. Bulbus ovatus v. sphaericus, folia suberecta, umbella sessilis 4flora. — Tubus perigonii limbo longior; folia margine

1) integerrima laevia,

(1) linearia canaliculata obtusiuscula; scapus sub-4florus, flores sessiles; tubus cylindricus limbum duplo superans: laciniarum apices introrsum uncinati.

54. **Cr. Commelyni** *Jacq.* Ht. Schbr. II. 40. t. 200. — *Ker* Journ. of sc. III. 105. — *Herb.* App. 22. — *Kern.* ht. semperv. t. 333. — *Schult.* l. c. 875. 37. — *Sprg.* l. c. 54. 3.
Cr. Commelinianum *W. H.* l. c. 254. 18.
Cr. angustifolium *Hortul.*
In *Americâ meridionali.* ♃.
Bulbus magnit. juglandis, ovatus, fuscus, basi ad latera stolonibus teretibus et vaginatis stolonifer. Folia plura, sublinearia, plus minus pedalia, tereti-concava, supra plana, apice cartilagineo obtusula, erectiuscula, 8‴ lata. Scapus foliis brevior, erectus, compressus, calamum crassus, purpurascens. Spatha rubescens, fere 3poll., acuta, erecta. Flores sessiles, saepius 3 (v. 2 teste *Herb.*), suaveolentes, erecti, albi. Tubus 4—6poll.; laciniae lineari-lanceolatae, acutae, planae, ad apicem rubellae, dorso fasciâ longitudinali mediâ purpureâ, primo patentes, dein reflexae. Filamenta uno versu inclinata, purpurea, perigonio breviora: antherae flavae. Stylus purpureus, staminibus longior v. brevior, primo erectus, dein declinatus. Stigma bifidum, acutum, patulum.

(2) lineari-lorata obtusa suberecta, scapo subtereti erecto fere duplo breviora; umbella 4flora bracteata; germen sessile (viride); tubus suberectus; stylus staminibus longior.

55. **Cr. Herbertianum** *Schult.* l. c. 871. 29.
Cr. strictum *W. H.* in Bot. Mg. t. 2635. et l. c. 253. 16. — *Sprg.* C. p. 134. (non *Hornem.*).
In *Mexico*: (*Tate.*) ♃.
Habitus omnium partium strictus. Bulbus parvulus, ovatus, pallidus. Folia pallide viridia. Scapus viridis. Spatha $2^{3}/_{4}$″, marcescens, pallide virens. Germina oblonga, 7—8‴. Tubus 5poll., laciniae $3^{1}/_{4}$″ longae, $^{9}/_{16}$″ latae, anguste lan-

(Crinum Herbertianum) ceolatae, acutae, alterne hamatae, reflexo-patentes, parum canaliculatae. Filamenta perigonio breviora; antherae luteae, $4'''$ lg. Stylus laciniis pollice brevior, uti filamenta ruber, basi albus. Stigma minutum. Cr. defixo et americano simile, sed utroque minus fragrans.

Obs. Cl. *W. Herb.* quidem Cr. strictum *Hornem.* propter diagnosin imperfectam et patriam ignotam non agnoscit et speciei suae nomen stricti vindicat; si autem descriptio imperfecta ad species rejiciendas sufficeret, omnes fere ab ill. auctore Monographiae Amaryllidearum species enumeratae essent rejiciendae.

(3) lato-lorata striata; umbella sessilis pauci—pluriflora; tubus sulcatus; laciniae lanceolatae planiusculae undulatae; stamina inclinata stylum aequantia.

56. **Cr. americanum** *L.* Sp. pl. 419. — *Wlld.* l. c. 46. 2. — *Sprg. S. V.* II. 54. 1. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1034. — *Schult.* l. c. 872. 30. — *W. H.* l. c. 254. 17. — *Sp.* l. c. 424.

Cr. Commelyni *Red.* Lil. t. 322. (excl. diagn.). — *Poir.* Enc. méth. Suppl. V. 633. (non *Jacq.*).

Bulbine uncinata *Mch.* Méth. 641.

Lilio-Asphodelus americanus sempervirens minor albus. *Commel.* rar. 15. t. 15.

In *Americâ australi, Indiâ occidentali, Louisianâ.* ♃.

Bulbus subrotundus, in terrâ absconditus. Folia 6 — 8, lineari-oblonga, (lato-lorata, lanceolata *Ker,*) canaliculata, amplexantia, obtusa, glabra, circ. $11^1/_2''$, 13—$22'''$ lata, basi erecta, apice recurva. Scapus lateralis, erectus, teres, glaber, viridis, $11^1/_2$poll., crassitie digiti minimi. Flores 3 — 4, sessiles. Spatha e bracteis 2 magnis oppositis membranaceis lanceolatis, intermixtis 3 — 4 minoribus linearibus. Perigonii tubus 4—$4^1/_2$poll., erectus, subtrigonus, virescenti-albus; laciniae laete albae, lineari-lanceolatae, patentes, subrecurvae, 3poll., $4^1/_2$ — $5'''$ latae, undulatae, apice subcallosae hamoque subincurvo. Filamenta filiformia, laciniis breviora, divergentia, arcuata, (uno versu declinato-assurgentia *Ker,*) basi alba, superne rubra. Antherae flavae, lineares, oblongae, effoetae nigrae. Germen viride, oblongum. Stylus (stamina aequans, purpureus *K.*) teres, 6poll., inferne albus, superne ruber. Stigma simplex, obtusum. *(Red.)*

Formae hybridae:

β. Digweedi *Sweet* v. scabro-americanum. *W. H.* l. c. 274. 16. foliis Cr. scabro similibus.

γ. americano-brevifolium *W. H.* in Bot. Mg. ad 2592. et Hortic. Soc. Trs. IV. 39.

δ. zeylanico-americanum *W. H.* ll. cc.

2) scabriuscula, suberecta, non undulata, oblique apiculata; tubus erectus, superne curvatus; filamenta stylum subaequantia, 4 declinata, 2 aversa.

57. **Cr. Loddigesianum** *W. H.* l. c. 253. 15. et 401.

In *Mexico.* (*Loddiges.*) ♃.

Folia $2^1/_2$pedalia, saturate viridia. Scapus biuncialis. Spatha tubulosa v. fissa. Tubus viridis, 8poll.; limbus 3 — $3^1/_4$-poll., apice saturate purpureus, extus purpurâ saturate striatus. Filamenta cum stylo saturate purpurea, basi albicantia.

W. H. l. c. 401. hanc speciem Cr. cruento et erubescenti dicit affinem, quare subdivisioni potius praecedenti inserendam; at bulbus non describitur.

3) cartilagineo-denticulata,

(1) linearia; spatha polyphylla; flores sessiles sub-4ni.

58. **Cr. Dieterichii** *Schult.* Obs. 65. et l. c. 876. in adn.

Hab. . . . . . ♃.

Cr. erubescente multo majus. Folia obtuse lateque canaliculata. Petala (laciniae) alba, introrsum incurva. Stamina purpurea, adscendentia.

(2) loriformia, lato-lanceolata; umbella multiflora sessilis; stamina stylo longiora

a. declinata; laciniae lato-lanceolatae; bulbus cylindricus.

59. **Cr. odoratissimum** *Tsch.* in Flora XIX. (1836) II. 422.

Cr. erubescens *Ht. Prag.*

Hab. . . . . . ♃.

Differt a Cr. erubescente magnit. in omnibus majore, laciniis limbi lato- nec lineari-lanceolatis, stylo staminibus breviore.

b. (et phylla) erecta; laciniae lineares; bulbus pyramidatus.

60. **Cr. inodorum** *Tsch.* l. c.

Cr. americanum *Ht. Prag.*

Hab. . . . . . ♃.

Scapus compressus, unâ cum spathâ diphyllâ subaequali membranaceâ purpurascens. Umbella 9 — 10flora. Perigonium

(Crinum inodorum) album inodorum, laciniis limbi canaliculatis stamina excedentibus erectis, imo et fructificatione peractâ erectae manent. Tubus obtuse trigonus, basi subpurpurascens, laciniis $1^1/_2$ fere longior.

4) . . . . . . linearia stricta, scapo tereti longiora; spatha triphylla; flores sessiles.

61. **Crinum strictum** *Hornem.* Ht. Hafn. I. 318. — *Schult.* l. c. 883. 55.
Hab. . . . . . ♃.
Species dubia, et locus incertus.

II. *Semipatentia*,
(*floribus semipatentibus.*)
A. Ornata,
(alabastris mutantibus.)

Sect. V. Callicrinum *m.*

Tubus magis curvatus, persistens vel unâ cum perigonio marcescens; bulbus sphaericus; folia saepius undulata; germen sessile, loculis 2—polyspermis; filamenta magis declinata et fasciculata. – Tropica, amphigaea.

1. Sessiliflora, floribus sessilibus.

1) Uniflorum. Folia disticha, non undulata, plurima, lorato-attenuata, angusta, acute canaliculata margine scabra; limbus obsolete bilabiatus, tubo subnutante brevior.

62. **Cr. distichum** *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. 7. App. 22. n. 3. Amar. 260. 30. — *Schult.* l. c. 854. 2.
Amaryllis ornata *Afz.* Remed. guin. Coll. III. 22.
A. scillifolia *Ht. angl.*
In *Sierra Leone.* ♃. (*Afzelius.*)
Folia pedalia, lineari-attenuata, utrinque glabra, interiora declinata, exteriora prostrata. Scapus subpedalis, compressus, erectus, defloratus humifusus. Flores in spontaneâ solitarii, in cultâ 2—3, suaveolentes, ante anthesin erecti, sub illâ horizontales, post eam penduli, horâ 6. v. 7. vespertinâ expansi, h. 8. v. 9. clausi et deflorati. Spatha diphylla 3poll., margine convexo dehiscens, persistens. Perigonium infundibuliforme: tubus erectus, subtrigonus, 5—6poll.; laciniae oblongo-lanceolatae, 4poll., apiculatae, initio conniventes, dein patentes et tandem coarctatae, apice reflexae. Filamenta tereti-attenuata, adscendentia. Germen oblongum. Stylus saltem 9poll. subulatus. Stigma parvum, 3tuberculatum. (*Afz.*)
β. ? ornatum: foliis carinatis, limbo tubum superante.
Amaryllis ornata *α. Ker* Rev. 26. et in Bot. Mg. t. 1253. (excl. syn.).
Amaryllis disticha *Sims* in Bot. Mg. ad 1943. 6.
In *Indiâ orientali.* ♃.
Folia semipedalia, $^1/_3''$ lata, laete viridia. Scapus inferne sanguineus, sursum flavo-virescens, crassitie calami. Spatha bivalvis: valvae e basi ventricosâ germen obvolvente lineares, obtusae, 4poll., flavescenti-virides, purpurascenti-striatae. Tubus 3poll.; crassitie scapi, viridi-ruber; limbus $3^1/_2$poll.: laciniae albae, dorsi medio fasciâ latâ purpureâ percursae, mucrone curvo albo terminatae. Filamenta perigonium aequantia, alba, antherae flavae, rubro-punctatae, lunato-incurvae, $4'''$ longae. Stylus filamenta vix superans, albus, apicem versus sanguineus. (Ex ic.)

2) Pauciflora (flores 2—6). Folia margine scabra, undulata,

(1) plurima multifaria lorato-attenuata canaliculata; perigonium crateriformi-campanulatum, sub expansione completâ radiatum.

63. **Cr. Broussoneti** *Herb.* in Bot. Mg. t. 2121. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 668. — *Schult.* l. c. 852. 1. — *Sprg.* l. c. 55. 22. — *Rchb.* Fl. exot. I. 48.
Cr. Broussonetianum *W. H.* l. c. 260. 29. t. 44. f. 13. (ovula).
Amaryllis Broussoneti *Red.* Lil. t. 62. — *Poir.* Enc. méth. Suppl. I. 317. — *Tratt.* Tabular. t. 387.
Amaryllis ornata *Ait.* Kew. ed. 1. I. 418. — *Wlld.* l. c. 55. 19. — *Tratt.* Thes. t. 39.
Amar. ornata *α.* (tubo corollae viridi) *Ait.* l. c. ed. 2. II. 226. (excl. Bot. Mg. 1253.).
Amar. ornata *γ. Ker* Rev. 26. Journ. of Sc. and A. II. 368.
Amar. yuccaeides *Thomps.* Bot. Displ. t. 12.

(Crinum Broussoneti) Amar. spectabilis *Andr.* Bot. Rep. t. 390.
?Lilio-Narcissus africanus, Scillae foliis, flore niveo lineâ purpureâ striato. *Ehret* pict. t. 5. f. 2. *Trew.* Ehret. t. 13.
In *Guineâ* et *Sierra Leone.* ♃.

Bulbus purpureus (tunicis emortuis orbatus), sphaericus, diam. 2″. Folia viridia, in cuspidem attenuata, glabra, pedalia, maxima vix pollicem lata, inferne remote serrata, in junioribus et in caldariis natis minus undulata. Scapus compressus, viridis, inferne purpurascens, crassitie digiti minoris. Spatha viridis, inferne ubi germen obtegit purpurascens, lanceolata, glabra, erecta, acuta, 3poll., $\frac{1}{2}$″ lata. Germen breve, compresse subglobosum, diam. 5—6‴. Perigonium ante expansionem nutans et viridius: tubus (flavescenti-)viridis, incurvatus, paulo ultra 5″ longus; laciniae 4″ longae, $\frac{5}{8}$ latae, albae, intus fasciâ fusco-purpureâ, extus (praesertim exteriores) fusco-purpureâ et viridi striatae, apice uncato purpureo (oblongo-ovales emarginato-obtusae. Alabastra oblongo-clavata, viridia striis fusco-purpureis). Filamenta curvata, alba: antherae oblongae, obtusae, pallidissime flavescentes. Stylus curvatus, albus, apicem versus saturate ruber. Stigma punctum sublobatum.

Redouté l. c. spathae foliola describit concava lanceolata, obtusa, intus alba nitentia, extus rubro striata, tubi basin amplexantia, bracteolas 4 parvas filiformes includentia; flores 2 successivos: tubum erectum, teretem, basi virentem, apice purpureum, 4″ fere longum; filamenta apice purpurea, teretia, acuta, subincurva; antheras intense virides, polline pallide flavo; germen subtrigonum, viride, glabrum; stigmata 3 purpurascentia, patentia.

β. Cr. yuccaeflorum *Salisb.* Parad. Lond. 52.: floribus duobus v. pluribus, limbo staminibusque erectiusculis, scapo virente, foliis non undulatis.
Cr. Broussonetianum var. 2. pluriflorum *W. H.* l. c.
Amaryllis ornata *β.* pluriflora *Ker* Rev. l. c.

γ. Cr. yuccaeides: bulbo scapoque magis virentibus, foliis pallidioribus strictioribus vix undulatis margine fere laevi, floribus brevioribus, striis purpureis fortioribus, habitu delicatiore. *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. 6. n. 25. et ad 2397. App. 22.
Cr. Broussonetianum var. 3. yuccaeides *W. H.* l. c.

(2) lineari-lanceolata reclinata; bulbus sphaericus, non in collum productus; spatha 4—6flora bifida erecta obtusa; flores declinati; tubus

a. lacinias lanceolatas aequans, stylus stamina declinata aequans; folia attenuato-acuminata.

64. **Cr. moluccanum** *Roxb.* Fl. Ind. or. — *Ker* l. c. V. 109. — *Herb.* in Bot. Mg. ad 2121. 6. n. 23. et t. 2292. App. 23. — *Schult.* l. c. 860. 13.
Cr. ornatum var. 6. moluccanum *W. H.* l. c. 264.
Amaryllis moluccana *Ker* l c. III. 109. et in Bot. Rg. ad 623. — *Sprg.* l. c. 52. 48.
Tulipa javana *Rumph.* Amb. V. 30. t. 105.
In *Moluccis, Serampore.* ♃.

Bulbus fere sphaericus, magnit. ovi anserini, integumentis emortuis denudatus pallide purpurei coloris a profunde puniceo Cr. zeylanici diversissimi. Folia pallide viridia, subtus adhuc pallidiora, striata, apice elongata, basin versus undulata, fere bipedalia, basi $1\frac{1}{2}$″ lata, margine scabriuscula. Scapus 8poll. ($1\frac{1}{2}$—2pedalis *W. H.*), hinc planus, illinc convexus, rubro-purpureus (glaber, digitum crassus). Spatha membranacea, diphylla, erecta, obtusa, striata, carnea, bipoll., ramentis aliquot filiformi-linearibus sordide dilute fuscescentibus. Flores ampli, fastuosi. Germen viride, inaequaliter triangulare: tubus striatus, carneus, lgt. limbi infundibuliformis; laciniae patentes, subreflexae, ovato-oblongae, obtusae, unco recurvo acuto obscuro, striatae, medio laete carneae, marginibus albae, apice subrecurvae ($1\frac{1}{2}$poll., pollicem latae. Stamina subulato-filiformia, alba, et stylus filiformis ruber declinata, aequalia, laciniis breviora. Antherae oblongae, arcuatae, utrinque obtusae, nigrae, 3—4‴ longae. — Cr. specioso valde affine, sed minus, humilius, foliis magis undulatis nec tam saturate viridibus, margine scabro.

b. limbo undulatissimo brevior; stylus fila-

65. **Cr. longistylum.**
Cr. ornatum var. 4. longistylum *W. H.* l. c. 264.

mentis et limbo longior; folia obtusa.

In *Bengaliâ*. ♃.
Bulbus minor; caudex brevior vix ruber; folia humiliora, minus arcuata. Perigonium album, roseo-striatum: tubus 3½, limbus 3¾'' longus. Stylus ruber, filamenta ¼'', limbum 1½'' superans.
β. acutius: (subvar. acutior *W. H.* l. c.) foliis apice acutis.
Cr. latifolium *Bot. Rg.* t. 1297.

3) **Multiflora.** Perigonii limbus
(1) obsolete bilabiatus,
a. tubo brevior, nutans; folia plurima oblongo - lanceolata utrinque angustata undulata sulcato-striata margine scabra.

66. **Crinum giganteum** *Andr.* Rep. t. 169. — *Herb.* in Bot. Mg. ad 2121. n. 27. — *Schult.* l. c. 854. 3.
Cr. petiolatum *W. H.* App. 22. n. 4. var. 1. spectabile. — *Id.* l. c. 260. 31. t. 44. f. 8. (germen sect.) 14. (ovula) et 15. (semen).
Amaryllis gigantea *Ait.* Ht. Kew. ed. 2. II. 226. — *Ker* Rev. 26. Journ. of sc. 368. — *Kern.* ht. semperv. t. 217. — *Allg. Gart. Mg.* 1806. t. 13, 14. — *Sprg.* l. c. 52. 46.
Amar. ornata β. (laminis albis, extus cum aliquo virore suffusis) *Gawl.* in Bot. Mg. t. 923.
Amar. Jagus *Thomps.* l. c. t. 6.
Amar. candida *Tratt.* tab. t. 488.
Amar. latifolia *Lam.* Enc. méth. I. 41.
In *Sierra Leone*, et in ins. Guineae, *St. Thomas*, in stagnis. ♃.
Bulbus saepius magnit. capitis infantis, ovali - oblongus, fastigiatus, subinde pro parte supra terram. Folia 1—3pedalia, in fasciculo sparso e rhizomate orta, canaliculato-depressa, undulata, limbo filiformi minutim et scabrido - ciliato cartilagineo marginata, costâ mediâ latâ crassâ obtuse carinatâ longitudinaliter percursa, basi angustata, incrassata et convoluta, extima recumbentia, interiora angusta erecta. Scapus (interdum duo) extrafoliaceus, plano-convexus, striatus, 1—3-pedalis v. ultra. Spatha tubo brevior, bivalvis, fuscescenti-viridis, late ovata, obtusa. Umbella 7—13flora, diffusa. Flores magni, fragrantes (diam. 4—6poll.) subhypocrateriformes: limbus subringenter campanulatus; ungues connati in tubum illis longiorem, 4—6'' longum, pedunculiformem, crassum, subcylindrico-trigonum, strictum, succulentum, paululum curvatum, versus germen subtumidum, viridem; os nudum, abrupte expansum in lacinias (laminas) elliptico-lanceolatas recurvas, 3—4poll., pollicem latas, albas, basi et extus flavescenti-viridulas, interiores vix ampliores, summâ antrorsum depressâ. Stamina filiformia, declinato - assurgentia, limbo breviora, parieti tubi decursive adnata, alba, inferne flavescentia; antherae lineari - oblongae, primum flavae, dein fuscescentes. Germen ovali - oblongum, laeve, glabrum, viride, cum tubo confluens. Stylus filamentis gracilior, viridis: stigma subtrilobato-depressum, hians, fimbriatum. Semen solitarium, maximum, bulboso-laxatum.
β. affine: bulbo sphaerico, spathae valvulis lanceolatis acutis.
Cr. giganteum *Red.* l. c. t. 181.
Bulbus squamosus, albus, magnit. pugni. Folia 16poll., 4'' lata, basi canaliculata, erecta, superne concaviuscula patentia. Scapus crassus, compressiusculus, 8poll. Spatha viridis, vix trientem floris attingens. Tubus inferne suberectus, apice subrecurvus, 7poll., viridis; limbus albus, subirregularis: laciniae apice patentes, 3poll., 15—16''' latae, nervo medio prominulo virescente in acumen acutum viride producto, praesertim in laciniis exterioribus. Filamenta subulata; antherae lineares, effoetae nigrae. Germen obtuse trigonum. Stylus filiformis, lgt. staminum. Stigma simplex, vix stylo crassius.

b. tubum subaequans,
a) nutans, patentissimus; folia numerosa patentia lorato-acuminata planiuscula margine scabra; flores subdeni.

67. **Cr. insigne** *Schult.* l. c. 859. 11.
Cr. ornatum var. 8. insigne *W. H.* l. c. 265.
Amaryllis insignis *Ker* Bot. Rg. 579. et Journ. of Sc. and A. V. 114. (excl. synon.).
In *Indiâ orientali*, *Ceylon*. ♃.
Bulbus porraceo-caudescens. Folia multifaria, lato-subulata, gramineo - virentia, nec glauca, 3—4 pedalia et ultra, 3—4'' lata. Scapus lateralis, 3pedalis, totus dilute purpurascens, rore tenuissimo cano, tereti-compressus. Flores roseo-candicantes, pomeridiani, 9unc., bracteis foliaceis interstincti: tubus virescens, limbus campanulato-patens, laciniis oblongis

(Crinum insigne) lanceolatis. Antherae ex luteo cinerascentes. Differt Cr. zeylanicum: foliis conspicue undulatis margine glabris angustioribus brevioribus nervo medio crassiore; floribus magis rubris, antheris intensius fuscis, bulbo non caudescente; — Cr. Broussoneti: habitu minore, foliis numerosioribus profunde canaliculatis, corollae limbo tubo multo breviore; — Cr. giganteum foliis latioribus oblongis utrinque attenuatis; — Cr. latifolium foliis formâ illorum Cr. gigantei, floribus pedunculatis nec sessilibus. *(Ker ex Schult.)*

b) campanulatus reflexus, tubus cernuus; folia plurima lorato - lanceolata undulata, margine laevi, medio crassa

(a) concaviuscula striata; bulbus et columna intensissime rubra.

68. **Cr. zeylanicum** *L.* Sp. pl. ed. *Reich.* II. 24. Mt. 363. — *Herb.* in Bot. Mg. ad 2121. 6. n. 20. App. 23. — *Schult.* l. c. 857. 8.
Cr. ornatum var. 1. zeylanicum *W. H.* l. c. 262.
Cr. latifolium *Andr.* Bot. Rep. 390.
Amaryllis zeylanica *L'Hérit.* Sert. angl. 13. — *Wlld.* l. c. 56. 22. — *L.* Sp. pl. 421. — *Ker* Rev. 25. — *Sprg.* l. c. 52. 45.
Amaryllis ornata *β.* tubo corollae purpureo *Ait.* Ht. Kew. ed. 2. II. 226.
Amar. ornata *α. Gawl.* in Bot. Mg. t. 923. et 1171. (excl. syn.), *β. ibid.* 1253.
Lilio - Narcissus zeylanicus latifolius, flore niveo externe lineâ purpureâ striato. *Commel.* Ht. I. 73. t. 73. — *Rudb.* Elys. II. 191. f. 9.
In *Indiâ orientali, Ceylon.* ♃.

Foliatura ambienter fasciculata, numerosa ex ortu convoluto-compacto sparsim divergens, exterius plerumque in orbem diffusa; folia 6—16, 1—3pedalia, 2—3'' lata, (valde undulata, juniora rubro - apiculata) latius lorato - acuminata, convoluto-concaviuscula, nervosa, axe crasso subtus protuberante in laminam extenuato. Scapus extrafoliaceus, 1—3pedalis, tereti-compressus v. uno tantum latere complanatus, crassitie digiti, violaceo-purpurascens. Umbella 6—20flora, spatham bivalvem ovato - lanceolatam (violaceo - purpuream 2 — 3poll.) excedens. Flores fragrantissimi, magni, reflexo-infundibuliformes: tubus strictus, crasse stipitiformis, rotundato-trigonus, depresso-trisulcus, linearis, intense violaceo-purpureus, fere 3poll. Limbi laciniae subaequales, parum unguiculatae, elliptico-lanceolatae, 3 superiores lateraliter incumbenti - convergentes, media depresso-protensa, inferiores 3 ventricose patentes, media propendula, albae, fasciâ longitudinali mediâ violaceo - purpureâ percursae. Genitalia violaceo - purpurea, filamenta - deflexa, assurgentia, breviora lgt. aliquantulum alternantia; stylus gracillimus filiformis; stigma minutulum, brevissime trifidum. Antherae flavae. Plerumque ovula plura in massam carnosam germinantem coalescunt. — Differt a Cr. giganteo foliis e basi latâ rectangulâ regulariter attenuatis, nec in laminam oblongo-lanceolatam e basi contractâ attenuatâ dilatatis, magis undulatis, minus glaucescentibus, minus conspicue striatis, nec margine tenuissime denticulato-ciliato cinctis. *(Gawl.)*

β. limbatum: foliis magis undulatis rubro - marginatis. Bulbus a *Carey* missus, eodem odore forti gaudens similibusque foliis. *Gawl.* in Bot. Mg. ad 2292.

(b) acuminato - attenuata, obscure viridia, subtus glauca, undulatissima; bulbus et columna haud rubro-tincta.

69. **Cr. Wallichianum.**
Cr. Herbertianum *Wall.* (Pl. asiat. rar.?) 39. t. 145.
Cr. ornatum var. 2. Herbertianum *W. H.* l. c. 263. et 401.
In stagnis pr. *Rangoon.* ♃.

Folia sesqui-bipedalia, 4'' lata, undulatione secundariâ ad marginem. Scapus altero latere purpureus. Flores 12 — 16, fragrantes, intense purpurei, albo marginati.

(2) regularis aequalis,
a. aequaliter patens v. (apice laciniarum) reflexus, tubo
a) brevior, laciniis
(a) lanceolatis reflexis haud uncinatis; filamenta limbum aequantia;

70. **Cr. Loureiri.**
Cr. zeylanicum *Lour.* Fl. Coch. ed. Wlld. I. 245.
In arenosis *Cochinchinae* et *Chinae.* ♃.

Bulbus magnus, subrotundus, tunicatus, albus. Folia

stylus staminibus longior; folia lanceolato-linearia, subincurva, reflexa.

pedalia, crassa, glabra, nec dentata. Scapus brevis, compressus. Spatha bivalvis; partialis simplex, linearis; tubus cylindricus, longus. Filamenta rubra, filiformia, distantia; antherae lineares. Stigma simplex.

(b) oblongis (albis dorso virentibus); bulbus herbae basin membranis plus minus alte et cylindrice involvens; folia ovali-oblonga acuta margine subtilissime albido-serrulata.

71. **Crinum Binsii** *Preis-Verz.* des Hffmsgg. Gart. 1841. ex Linn. XVI. Ltt. 268.

Ad *Rio Janeiro*, in uliginosis. ♃.

Scapus circ. ulnaris. Flores 4—5poll., folia 12—18pollicaria. Flos suaviter odorem Jasmini debilem spirat. Caeterum Cr. submerso simile.

(c) ovalibus, exterioribus uncatis; filamenta basi subgibbosa, stylo breviora; bulbus oblongo-ovatus rubescens; folia lorata canaliculata acuta, margine scabra; scapus 8-v. multiflorus.

72. **Cr. submersum** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2463. et l. c. 262. 33. — *Schult.* l. c. 856. 6.

In locis inundatis pr. *Rio Janeiro. (Hopkins.)* ♃.

Bulbus purpureo-ruber, diam. 3poll. Folia erecto-patentia, basi vaginantia, tenuissime striata, flavescenti-viridia, 1—$1^{1}/_{2}$pedalia, 1—2'' lata. Scapus $1^{1}/_{2}$pedalis, pollicem fere crassus, erectus, compressus, viridis, prope basin rubrotinctus. Spatha 4poll., mox marcescens, ovato-lanceolata, acuminata, flavescenti-viridis, fusco-tincta, striata; bracteae graciles, lineari-filiformes, obtusae, bipollicares, vix lineam latae. Germen oblongo-ovale, viride, loculis 7spermis. Tubus 5poll., viridescens, erectus, calamum crassus. Laciniae 4unciales, albae, intus et extus rubro-striatae, apice acuto rubro, basi canaliculatae, $^{13}/_{16}$—$^{15}/_{16}$''' latae, undulatae, patentes. Genitalia assurgenter curvata; filamenta rubella; antherae lineares, 4''' longae, pallide cinerascentes stramineo-variegatae, polline luteo. Stylus ruber, limbo brevior, filamentis longior, stigmate minuto trilobo albo. Flores noctu fragrantes. — E Cr. erubescente et scabro hybridum et sterile dicitur a cl. *W. H.*

b) aequalis, laciniis oblongo-lanceolatis, exterioribus uncatis; folia oblongo-lanceolata, utrinque angustata, nervosa, subundulata, margine scabriuscula; stylus stamina declinata longe superans.

73. **Cr. virgineum** *Mart.* Fl. Bras. — *Schult. fil.* l. c. 855. 4.

Cr. petiolatum var. 3. virgineum *W. H.* l. c. 261.

In *Brasiliâ* ad viam inter *Mandioccam* et *Porto de Estrella.* ♃.

Bulbus magnus, fuscus. Folia acuta, concava, viridia, nervis parallelis, margine tenuissimo albo denticulato, fere bipedalia, medio 4'' lata. Spatha saepe per abortum dilatata, floribus 6 et ultra: valvulae lanceolato-ovatae, pallidae. Germen 8''' lg. Tubus subcylindricus, 2—3sulcus, viridis, 3—$4^{1}/_{2}$'' longus; limbus diam. 8'', minime bilabiatus: laciniae utrinque attenuatae, 4—$4^{1}/_{2}$poll., candidae, interiores 16''' latae, exteriores dorso hinc inde virescentes, acumine brevi virente, 12—15''' latae. Stamina valde declinata, arcuato-adscendentia, limbo fere duplo breviora, alba. Antherae effoetae lunatae, cinereo-nigricantes, 6lin.: polline flavo. Stylus perigonio parum brevior, staminum situ: stigma parvum. Cr. giganteum differt tubo limbum bilabiatum superante, laciniâ infimâ divaricatâ; Cr. scabrum: foliis multo angustioribus, longioribus, tubo limbum kermesino-striatum superante, staminibus lgt. laciniarum. *(Schult.)*

W. H. tubum limbo breviorem dicit.

β. extorre *): foliis subangustioribus nitentioribus erectioribus undulatissimis.

Cr. petiolatum var. 2. extorre *W. H.* l. c.

Ad oras maritimas pr. *Rio Janeiro.* ♃.

c) rigide curvato longior, laciniis apice obtuso eroso reflexo uncinatis; stylus filamentis assurgenter curvatis longior: stigma trilobum; bulbus sphaericus;

74. **Cr. Careyanum** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2466. — *Schult.* l. c. 860. 12.

Cr. ornatum *Carey* MS. — *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. 7. n. 38. App. 27.

Cr. ornatum var. 7. Careyanum *W. H.* l. c. 264.

In insulâ *Mauritii.* ♃.

Bulbus rubescens. Folia multifaria, linguaeformia, apice acuto, ultra bipedalia, 2'' lata, saturate viridia, subtus pal-

---

*) Hujus nominis ratio et sensus vix intelligi possunt. Caeterum non est verisimile, Cr. virgineum et extorre „americanas" varietates esse stirpis „africanae," nempe Cr. petiolati (gigantei), quod cl. auctor distinguit „foliis latis petiolatis costosis, nervis vix parallelis ex costâ oriundis, floribus albis, umbellâ sub-8florâ." (L. c. 260. 31.)

folia lorata, undulata, margine scabra, scapo compresso longiora; germen trigonum.

lida. Scapus dilute viridis, glaber, fere bipedalis, pollicem crassus. Flores 6 v. plures, fragrantes. Germinis loculi 5—6spermi. Spatha brevis, mox emarcescens, foliolis ovatis acutis striatis erectis dilute fuscis 1½poll., pollicem latis. Tubus obsolete angulatus, 3½poll., calamum crassus, virescens, rigidus. Limbus ample expansus, diam. 6½poll.: laciniae 4″ longae, 1¼″ latae, apice reflexo spinaeformi uncato rubello, apice obtusissimae et erosae, albae, extus versus extremitatem (disco pallide) rubro tinctae, utrinque striâ mediâ longitudinali latâ pallidissime flavescenti-viridulâ percursae, elongato-obovatae. Filamenta alba, subulata: antherae oblongo-reniformes, pallide flavae; pollen pallidissime stramineum. Stylus curvatus, versus apicem ruber, basi albus, limbo brevior. Stigma profunde trifidum vel breviter trilobum, in eâdem umbellâ varians. — Valde affine Cr. speciosoa quo differt: foliis magis undulatis acutioribus, bracteis latioribus, stylo filamentis longiore, fissurâ stigmatis, tubo rigidiore et magis curvato, laciniis multo obtusioribus erosis tubo longioribus apice tantum coloratis, expansione amplâ limbi. Cr. insigne bulbi integumenta duriora, folia tenaciora et non undulata, laciniarum apices acutos habet et majus est. Alabastra Cr. insignis et speciosi ante expansionem acutissima, Cr. Careyani clavata sunt. Hae species Cr. moluccano valde affines sunt, quod ulterius foliis brevioribus obscurioribus et obtusioribus diversum. (*W. H.* in Bot. Mg. et ex ic.)

β. Murrayi: Forbesiano-Careyanum *W. H.* l. c. 274. 20. Hybridum.

b. poculiformis v. campanulatus; folia margine

a) cartilagineo-scabra, longissima, arcuata, lato-lorata, undulata; tubus limbum superans: laciniis exterioribus uncinatis; stylus stamina declinata superans.

75. **Cr. scabrum** *Sims* Bot. Mg. t. 2180. — *W. H.* App. 22. et l. c. 262. 32. t. 44. f. 3. (germen cum ovulis) et 38. (pollen.) — *Schult.* l. c. 855. 5. — *Sprg.* l. c. 55. 13. — *Rchb.* Fl. exot. I. 49.

Cr. scaberrimum *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. 6. n. 19. et in Hortic. Soc. Trs. III. 2. 195. — *Lodd.* Bot. Cab. 529.

Cr. undulaefolium *W. H.* l. c. n. 43.

In *Brasiliâ:* pr. *Rio Janeiro.* ♃.

Bulbus diam. 4pollicaris, purpureo-fuscus. Caulis inferne kermesinus. Folia laete viridia, late linguaeformia, canaliculata, 5pedalia, 2½″ lata, primum erecta, tunc arcuata usque apices humum tetigerint. Scapus extra caulem ortus, laete viridis, complanatus, 14″ altus. Spatha 1½—2pollicaris, viridis, marcescens flavescenti-fusca. Germen ovale, viride, purpureo tinctum. Tubus perigonii laete viridis, 4—5poll. Limbus nitidus, plerumque poculiformis, tempore calido amplissime expansus, candidus cum striâ laete kermesinâ versus longitudinem mediam cujusque laciniae: laciniae 3 exteriores unco viridi terminatae. Stamina et stylus declinata, alba, rubro tincta: hic longior, illa lacinias lgt. aequantia. Antherae stramineae. Stigma truncatum, indivisum. Alabastra flavescenti-viridia, kermesino-striata, primum erecta, horas 12 ante expansionem cernua. Flores 6—8, fragrantissimi.

β. Ceciliae *W. H.* l. c. 274. 17.: columnâ gracili rubrâ, foliis flaccidioribus quam Cr. amabilis, floribus rubrostriatis.

Hybridum: exaltato-scabrum.

b) denticulato-scabra, lanceolata, undulata; bulbus sphaericus basi depressus; laciniae lanceolatae apice subulato, tubum viridem declinatum superantes.

76. **Cr. latifolium** *Roxb.* Ht. Bengh. — *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. n. 21. App. 23. — *Schult.* l. c. 858. 9.

Cr. amabile *Roxb.* tab. depict.

Cr. ornatum var. 3. latifolium *W. H.* l. c. 263.

In *Bengaliâ.* ♃.

Simillimum Cr. giganteo. Bulbus peripheriâ bipedalis, basi magis quam apice depressus, in zeylanico ovalis. Folia numerosa, multifaria, a basi in acumen latiusculum obtusiusculum attenuata, 1—3pedalia, 3—5″ lata; in zeylanico plurimum angustiora, costâ mediâ valde prominente, bipedalia, insignius undulata, margine laevia. Spatha 10—12flora, ovato-lanceolata, intus multibracteata. Flores magni, subodori: limbus albus, rubore dilutissimo roseo suffusus: in zeylanico color longe intensior. Tubus cylindricus, obsolete trigonus, 4poll.; limbus campanulatus, horizontalis: laciniis 3—4poll. Filamenta limbo parum breviora: antherae ex luteo cinerascentes, in zeylanico fuscae. Stigmata 3. Capsula bulbisperma. *(Roxb. & Ker.)*

(Crinum latifolium) Cl. *W. H.* in Amar. l. c. specimen cultum describit scapo 16½'' basi purpurascente, germine oblongo subsessili ¾poll. pallide viridi-purpurascente; floribus 6, tubo pallido 3unc. curvo, limbo 4unc. unguiculate acuminatissimo albo striis latis purpureis; stylo superne rubro, limbum non aequante; filamentis longiore, polline pallido, — et varietatem latifoliam distinguit a zeylanicâ: bulbo et caudice minus saturate rubris, foliis undulatis margine undulatiore, ortu rubro non apiculatis, scapo viridi breviore, floribus pallidioribus.

c. subinfundibuliformis tubo vix brevior, laciniis apice recurvis; bulbus sphaericus; folia lorata undulata margine scabra apice oblique acuta, scapo subtereti longiora; germinis loculi monospermi.

77. **Crinum speciosum** *Sims* in Bot. Mg. t. 2217. — *Herb.* App. 23. — *Schult.* l. c. 859. 10.

Cr. speciosissimum *Carey* MS. (sec. *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. n. 22.).

Cr. ornatum var. 5. speciosum *W. H.* l. c. 264. t. 44. f. 17. (semen).

In *Bengaliâ boreali.* (Dr. *Carey.*) ♃.

Bulbus magnus, sordide rubescens. Folia multifaria, linguaeformia, 2—3pedalia, 2'' lata, obscure viridia (acuta, vix 2'' *H.*). Scapus bipedalis v. ultra, viridis, basin versus rubescens. Spatha brevis, mox evanescens (foliolis ex ovatâ basi lineari-lanceolatis acutis albidis striatis, 1—2poll., basi ½'' latis). Flores fragrantes, 7—20, bracteis intermixti. Tubus obsolete angulatus, 3—4poll., viridis, rubro tenuissime variegatus, cum limbo marcescens. Limbus amplus, laciniis albis, extus rubro et basin versus virescenti-striatis, unco terminatis, 3½poll., 3 exterioribus pollice magis, interioribus minus latis. Filamenta alba, sursum incurva, laciniis dimidio breviora; antherae cinereae, lunatae, 1½''' longae, polline pallide sulfureo. Stylus lgt. et directione staminum, apice purpurascens; stigma apex albus triangularis paululum divisus. Foliis Cr. moluccano affine, sed staturâ majore et apicibus foliorum multo gracilioribus subobliquis diversum.

β. exaltato-speciosum *W. H.* App. hybridum.

Obs. Cr. ornatum, quo nomine cl. *Herb.* Cr. zeylanicum, Wallichianum, latifolium, longistylum, speciosum, moluccanum, Careyanum et insigne comprehendit, ab eo distinguitur: bulbo sphaerico, caudice gracili, foliis undulatis, umbellâ sub-20florâ, perianthio laciniis latis extus striatis, loculis polyspermis.

2. Flores (breviter) **pedicellati,** umbella multiflora; limbus

1) subinfundibuliformis, obsolete bilabiatus, tubum gracilem superans: laciniis anguste lanceolatis, exterioribus paulo longioribus cuspidato-acuminatis, infimâ angustiore quidquam declinatâ; stylus stamina declinata inaequalia multo superans.

78. **Cr. concinnum** *Schult. fil.* in *Mart.* Fl. Bras. ined. — *Schult.* l. c. 857. 7. — *W. H.* l. c. 262. 34.

In campis montanis prov. *Brasiliae Minarum generalium.* (Minas geraës.) ♃.

Bulbus et folia desunt. Scapus viridis, 9poll., basi crassitie pennae cygneae. Umbella 12flora, fere hemisphaerica, diam. 8½''. Spathae valvulae reflexae, fuscescentes, anguste lanceolatae, 15''' longae. Pedunculi crassi, 3lin. Flores (sicci) violaceo-purpurascentes, fere 4poll., medii erecti, laterales horizontales. Germen angulosum, 3lin. Tubus vix curvatus, basi paulo crassior angulatus (?) 15—17''' lg.; limbus diam. 2—2½''': laciniae erecto-patentes, apice subreflexae, utrinque attenuatae; exteriores cuspide subulatâ 1½lin. et intus hamo brevi, 2½—2¾poll., 4—5''' latae, interiores acutae; infima basi magis angustata, 2—3''' lata. Filamenta subulata, albida, limbo fere duplo breviora, 3 exteriora longiora, declinata praeter summum. Antherae basi emarginatae, oblongae. Stylus declinatus, limbo paulo brevior. Stigma simplex, obtusum. Capsula immatura subglobosa, bulbisperma. *(Schult.)*

2) campanulatus, longe tubulosus; folia

(1) lanceolata, margine (brevissime) ciliata, scapo longiora; phylla apice revoluta; stamina declinata, apice sursum recurva.

79. **Cr. Osbeckii** *Schult.* l. c. 1721. 1. a.

Amaryllis Osbeckii *Desf.* Cat. ht. Par. 1829. 388.

Hab. . . . . ♃.

Bulbus ovato-conicus, crassus. Folia 2—3pedalia, 1—2'' lata, basi canaliculata, ad terram revoluta. Scapus subcompressus, lateralis, firmus, foliis multo brevior. Spatha diphylla, membranacea, filamentis pluribus interjectis. Flores 6—8: tubus 4—5unc., arcuatus, decumbens, striatus. Limbi laciniae roseae, margine albae, lanceolatae, 3 exteriores mu-

(Crinum Osbeckii) cronatae. Filamenta alba; antherae flavae. Stylus exsertus, filiformis. *(Desf.)*

Cl. *Herbert* hanc speciem hybridam censet, forsan scabro-capensem.

(2) oblongo- (v. ovato-) lanceolata acuminata plana.

80. **Cr. Linnaei.**
Cr. latifolium *L.* Sp. pl. 419. (certe non *Roxb.*).
Amaryllis latifolia *L'Hérit.* l. c. 14. — *Wlld.* l. c. 57. 24. — *Sprg.* l. c. 52. 47.
? Sjovanna-pola-tali *Rheed.* Malab. XI. 77. t. 39. — *Rudb.* Elys. II. 91. f. 12.
In arenosis *Indiae orientalis.* ♃.

Folia 3—4 digitos transversos lata, a basi sensim attenuata (margine scabra, si planta *Rheedii* eadem. Scapus compressus, planus, 5—6florus; flores candidi, striati, 4—5pollicares, leviter suaveolentes. Stamina purpurea, basi alba). Antherae filiformes, lineares, lgt. dimidii filamenti. (Stylus tenuis, purpureus.)

Obs. Si haec species certa esset, nomen antiquius latifolium *L.* illi esset imponendum, Roxburghianae autem aliud attribuendum, Roxburghii sane.

3. Flores .... Bulbus ovatus; folia lata, crassa, nitentia, vix undulata, basi purpurascentia.

81. **Cr. formosum** *W. H.* App. 23. — *Schult.* l. c. 861. 14.
In *Brasiliâ.* ♃.
Nondum floruit.
Idem esse ac Cr. blandum (arenarium blandum) affirmat cl. *W. H.* l. c. 266 absque tamen ulteriori ratione.

B. Longifolia.

(Alabastra inclinata. Tubus flaccidior, marcescens. Folia non undulata. Flores pedunculati. Loculi polyspermi. *Herb.*)

Sect. VI. Cyrtoloma.

(Perigonium patentius. Australia.)

1. Folia rigidissima, attenuate acuta; limbus latus brevis.

82. **Cr. brevilimbum** *Carey* MS. — *W. H.* l. c. 266. 36. et in Bot. Mg. ad 2121. 7. n. 35. App. 22. — *Schult.* l. c. 881. 48 (brevilimbe).
In *Novâ Hollandiâ.* ♃.

Perigonii limbus Primulam referens, albus; filamenta rubra. Planta magnit. Cr. erubescentis, quoad folia Cr. sumatrano et macrocarpo (sect. Yuccaeopsis) similis, perigonii formâ Cr. flaccido accedens. *(W. H.)*

2. Folia flaccida.
Multi-(5—8)flora; flores pedicellati, pedicellis germine pluries longioribus;

1) limbus nutans, subbilabiatus: laciniis lanceolatis subaequalibus recurvo-distantibus, tubum obsolete triquetrum subaequantibus; folia lineari-lorata, acuminata convoluto-canaliculata, margine scabra.

83. **Cr. flaccidum** *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. 7. n. 39. et t. 2133. App. 23. et l. c. 266. 37. t. 44. f. 11. (germen sect.). — *Schult.* l. c. 861. 15.
Amaryllis australasica *Ker* in Bot. Rg. t. 426.
Amaryllis australis *Sprg.* l. c. 52. 42.
In *Novâ Hollandiâ* ad montes „*Macquarie Range.*" ♃.

Folia multifaria, plura, acuminato-attenuata, erecto-recurva, flexilia, laete viridia, $1\frac{1}{2}$—2pedalia, 8—10''' lata. Scapus valde compressus, erectus, viridis, 20'' usque bipedalis. Spatha acuminata, fusca, bifida, pedunculis pollicaribus fere longior (ramentis filiformibus). Flores fragrantes, candidi, 5—8: pedunculi rotundato-trigoni, pallide virentes, erecti, robusti, crassitie tubi v. crassiores. Germen viride, oblongo-ovale, pedunculo vix crassius; loculi ovula 6—7 continentes, impari inferne sito. Tubus pallide virens, subincurvus, dense striatus, lineari-elongatus, fere 3poll., pennâ corvinâ duplo crassior (obsolete angulatus, limbum non totum aequans *Herb.*), fauce intus flavescens laciniae circ. $^{3}/_{4}$'' latae, superne recurvae, acuminatae s. apice hamato virente, disco externe virentes et carinatae, laterales labii inferioris subangustiores lineari-lanceolatae (obovatae obtusae mucronatae uncis viridibus, interiores paulo latiores *Herb.*) Filamenta laxius fasciculata, declinato-assurgentia, albida, limbo

(Crinum flaccidum) quadrante breviora, gracilia, alterna longiora; antherae flavae. Stylus subexsertus, albidus, filamentis duplo longior ejusdemque crassitie, declinatus, obtuse triqueter, tristriatus; stigmata 3 obsoleta v. in unicum coadunata. *(Ker.)*

2) limbi laciniis oblongis utrinque attenuatis acuminatis, tubo curvulo longo; folia lanceolata, apice canaliculata, subulata, margine glabra.

84. **Crinum Weinmanni.**
Amaryllis flaccida *Weinm.* in Flora 1820. 609. *(Schult.* l. c. in Obs.)
Hab. . . . . . ♃.
Bulbus oblongus. Folia 5—6, pedalia, inferne 2″ lata, plana. Scapus subcompressus, pedalis v. paulo altior. Spatha diphylla, ovato-lanceolata, acuminata, 2—3poll. Pedicelli fere bipollicares. Bracteae lineari-lanceolatae, acuminatae, spathâ breviores. Flos albus, extus lineâ dorsali virente, suaveolens: laciniae oblongo-lanceolatae, appendicibus hinc inde subulatis. Filamenta declinata, inaequalia, limbo breviora. Antherae fere pollicares, albae. Stylus filiformis, lgt. perigonii, stigmate hemisphaerico albo.

Sect. VII. Crinopsis *(W. H.)*.

(Perigonium minus patens. Loculi ovarii polyspermi. — Capensia.)

1. Flores sessiles; umbella 20—30flora, inclinata; limbus tubo brevior; stylus limbo ($^1/_2$-unc.) brevior, filamentis parum longior; ovula in loculis 7—8 indistincta.

85. **Cr. Paxtoni** *W. H.* l. c. 271. 44. t. 44. f. 24. (germ. cum ovulis).
In *Indiâ orientali*; hybridum fortuitum sec. *W. H.* ♃.
Bulbus circuitu 20″, caudice 8poll. Folia illis Cr. scabro-erubescentis similia, sed magis nitentia. Scapus bipedalis, purpurascens. Tubus viridi-purpurascens, 5poll.; limbus $3^1/_2$poll., pallidissime erubescens, saturate roseo-striatus, expansione 6unciali. Stylus puniceus. Antherae tortiles, corrugatae, polline subsicco.

2. Flores pedunculati, pedicellis brevibus. Perigonii limbus
1) turbinato-campanulatus, tubo (apud nr. 85. duplo) brevior. Folia lorato-elongata, lato-subulata, margine scabra,
(1) glauca,
a. interiora canaliculata; pedicelli crassi; germen longum: ovula 27—31; stigma integrum.

86. **Cr. capense** *W. Herb.* App. 23. — *Schult.* l. c. 862. 16. (excl. var. γ.).
Cr. capense α. *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. 5. n. 17. — var. 1. princeps. *W. H.* Amar. 269. 41. t. 44. f. 2. (germen et stigma), 20. (semen) et 36. (pollen).
Amaryllis longifolia *Ker* in Bot. Rg. t. 303. et 546. (excl. var. *a*). Journ. of Sc. and A. II. 366. Rev. 24. — *Sprg.* l. c. 52. 43.
α. rubro-suffusum *Bot. Mg.* t. 2688. — *Fortg. Gart. Mg.* VII. t. 8. — *Schult.* l. c. (excl. Cr. longifolio *Thb.*).
Amaryllis longifolia *Ait.* Kew. I. 419. ed. 2. II. 227. — *Wlld.* l. c. II. 55. 20. — *Jacq.* Coll. IV. 205. Ic. rar. t. 362. Fragm. III. t. 2. f. 1. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 661. — *Red.* Lil. t. 347. — *Tratt.* Tab. 786. (non *L.*, *Roy.*, *Mill.*, *Herm.*).
Amaryllis bulbisperma *Burm.* Prodr. 9.
Amar. capensis *Mill.* Dict. ed. 8. n. 12.
In *prom. bon. spei*, ad *Duyvelsberg*, *Leeuwenkop*, *Riedvalley* etc. ♃.
Tota glabra, foliis jam adultis florens. Bulbus ovato-subrotundatus, tunicatus, extus fuscescens, magnit. dimidii pugni. Folia circ. 8 et ultra, sparsa (nec bifaria), basi vaginantia, integerrima, acuta, crassiuscula, magis minusve reclinata, exteriora recurvo-recumbentia, lanceolato-linearia, 2—3pedalia, basi $^1/_2$ — $1^1/_2$″ lata, parum canaliculata, interiora multo angustiora, tota canaliculata, erecta, lineolis numerosis transversis et minutissime punctatis translucentibus reticulato-venosa, ad oras albo-ciliata. Scapus lateralis, strictus, digitum crassus, hinc convexus inde planiusculus, $1^1/_2$ — 2pedalis (ob-

(Crinum capense) solete trigonus v. teretiusculus *Red.*, *Gawl.*). Spatha diphylla, scariosa, valvulis membranaceis ovatis umbellâ 3plo brevioribus (12—20flora). Pedunculi trigoni, crassi, erecti, 1½—2poll. Flores levissime odorati, semipedales v. ultra. Tubus cylindricus, obtuse trigonus, pallidus, curvulus, pedunculiformis, viridis, singulâ facie sulco longitudinali costatus. Limbi laciniae lineari-lanceolatae, acutae, aequales, erectiusculae, roseae cum oris pallidis, exteriores ad apicem callosulae; (omnes subconcavae, obtusae, exteriores intus apice unco membranaceo lineari-, interiores ovali-oblongae, superiorum una recurva, inferiorum declinata. *Bot. Mg.*; perigonium [corolla] infundibuliforme; tubus limbo paulo longior, virescens, teretiusculus, arcuatus, sulcis 3 longitudinalibus; laciniae 2poll. et ultra, lanceolatae, albae, striâ mediâ lgt. rubro-fuscâ, exter. apice reflexae, inter. apice callo subhamato. *Red.*). Germen trigono-ovale, oblongum, viride, nitidum. Genitalia subaequalia, declinato-assurgentia, limbo breviora, rosea. Filamenta tubo decurrenter adnata, subulata; antherae oblongae, arcuatae, sulfureae. Stylus purpurascens, staminibus paulo longior. Stigma capitato-trigonum.

β. majus *Schult.* l. c.: foliis glaucis, germine viridi pedicello breviore.

Amaryllis longifolia (floribus umbellatis pedunculatis basi tubulosis 6partitis, foliis scapo duplo longioribus). *L'Hér.* sert. angl. 13.

γ. purpureum: floribus saturate purpureis *Jacq.* Fragm. l. c. — *Schult.* l. c.

δ. album: flore albo *Schult.* l. c.

Cr. capense var. 3. flore albo *W. H.* l. c. 270.

Amaryllis longifolia flore albo *Lindl.* in Hortic Soc. Trs. VI. 292.

Robustius reliquis varietatibus, flores omnino albi, et floribus Cr. aquatici similes.

ε. striatum: floribus albidis livido-striatis *Herb.* in Bot. Mg. ad 2688.

Formas hybridas cl. *W. H.* l. c. 272—274 sequentes enumerat:

ζ. Goweni nr. 1. v. zeylanico-capense *Herb.* in Hortic. Soc. Trs. III. 195.: foliis laete viridibus omnino erectis, nervo medio valido prominente albido percursis, floribus sessilibus magis erectis magisque confertis, limbo tubum multo superante.

Utroque parente majus; scapus 3, folia 5 ped., florum fundus albus striâ purpureo-laccatâ in medio laciniarum, primum laetâ, serius pallescente. (*Schult.* l. c. 863. adn.**)

η. Mitchamiae nr. 2. — australi-capense.

ϑ. Herberti nr. 3. — scabro-capense: scapo 3pedali 11floro pedunculis brevibus cum germine paulo ultra pollicaribus, tubo 4, limbo 3½'' carneo striis intense rubris, diam. circ. 5poll.

Stylus ut in scabro, limbo longior, versus extremitatem ruber; filamenta, antherae et pollen alba; stigma puniceum, minutum; ovula perfecta in loculis singulis 22—24; folia 5—6poll., circ. 4'' lata.

ι. Puseyae nr. 4. — specioso-capense.

κ. Wallichii nr. 5 — Careyano-capense.

λ. Seymouri nr. 6. — revoluto-capense.

μ. Roxburghii nr. 7. — defixo-capense.

ν. Eboraci nr. 8. — asiatico-capense.

ξ. Altaclarae nr. 9.

Cr. erubescenti-capense: foliis acutis sub-7pedalibus 5'' latis saturate viridibus, margine scabro; scapo 4pedali basi purpurascente; germine viridi, breviter pedunculato; tubo flaccide curvato viridi 5unciali; laciniis 3½unc. albis, rubro pallide striatis, interioribus unc., exter. ¾ latis; filamentis assurgenter curvatis limbo brevioribus, basi subgibbosâ. *Herb.* in Bot. Mg. t. 2336. — *Schult.* l. c. adn.*)

Bulbi collum circuitu 10''. Folia circ. 18. Ovula in loculis circ. 14. Filamenta apice rubra. Stylus, uti filamenta longiora, limbo pollice brevior. Flores circ. 11, odore habituque Cr. capensis. A Cr. longifloro, cui gibbositate baseos filamentorum affine, differt curvaturâ flaccidâ tubi, pedunculis brevioribus, foliis obtusioribus.

(Crinum capense)

ο. Shepherdi nr. 10. — cruento-capense.
π. Claronis nr. 23. — spectabili-capense.
Aliis locis enumerantur:
ρ. americano-capense.
σ. brevifolio-capense.
τ. canaliculato-capense.
υ. canaliculato-capensi-Careyanum.
φ. corantyno-capense.
χ. defixo-capensi-Careyanum.
ψ. moluccano-capense.
ω. pedunculato-capense.
αα. toxicario-capense. (Cf. *Schult.* l. c.)

b. apice canaliculata, medio plana; germen coloratum, pedcello brevius; ovula 11—14; stigma trilobum.

87. **Crinum riparium** *Herb.* App. 23. — *Schult.* l. c. 864. 17. Cr. capense var. 2. riparium *W. H.* l. c. 269. t. 44. f. 1. (germen et ovula). — *β.* in Bot. Mg. ad 2121. l. c. — *δ.* in Bot. Mg. t. 2688.
Amaryllis riparia *Burch.* MS.
Amar. longifolia *α.* minor (bulbo instar caudicis elongato angusto, foliis glaucis, germine colorato pedicello breviore). *Bot. Rg.* t. 546.
In *prom. bon. spei:* ad ripas et in inundatis flum. *Zwart Rivier. (Burch.)* ♃.
Folia $1\frac{1}{2}$—4″ lata. Scapus sub floribus angulatus, ad 3 ped., crassitie pennae anserinae. Spatha pallide fulva, germinibus duplo longior. Flores terni: pedicelli 6—7‴ longi, germina 3—4. Tubus $3\frac{1}{2}$poll., recurvus, angulosus, rubro viridique fusco pallido varius; laciniae obovato-lanceolatae, margine albae, medio basique roseae, sanguineo-striatae, 2—3″ longae, exteriores apice mucronulatae. Genitalia perigonio breviora; antherae sulfureae.

(2) viridia; filamenta basi gibbosa; ovula in loculis 9—10; reliqua ut in nr. 5.

88. **Cr. longiflorum** *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. nr. 18. App. 23. Amar. 271. 43. t. 44. f. 4. (germen et ovula).
Cr. capense *γ.* maximum (longiflorum, foliis non glaucis, germine lucido absque omni sulco v. gibbositate) *Schult.* l. c. 862. — *Ker* in Bot. Rg. 303.
Est sec. *W. H.* hybridum spontaneum, ex erubescente et capensi in *Jamaicâ* enatum; varietatem aliam exstare in *Demerarâ,* ubi Cr. capense in scrobibus viget. — Folia 8—9pedalia dicuntur.

2) infundibuliformis, cucullato-connivens supra recurvo- v. revoluto-patens, obsolete irregularis, tubum duplo fere superans; folia

(1) lorato-subulata, canaliculato-concava, scapum subaequantia, humifusa, aestiva, autumno pereuntia.

89. **Cr. revolutum** *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. 5. nr. 16. et Amar. 267. 39. App. 23. — *Schult.* l. c. 865. 19. (excl. var. *β.* et A. variabili *Jcq.*).
Amaryllis revoluta *Ait.* Kew. 1. 419. ed. 2. II. 227. — *Wlld.* l. c. 57. 23. — *Ker (Gawl.)* in Bot. Mg. t. 915. — *Tratt.* l. c. t. 787. — *L'Hér.* l. c. 14. — *Ker* in Journ. etc. II. 367. Rev. 25. — *Sprg.* l. c. 52. 44. (excl. synon.).
Amar. revoluta *α.* gracilior (floribus pluribus, foliis angustioribus) *Bot. Rg.* 623.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus majusculus, ovato-oblongus, sursum elongatus attenuatus, squarrosus, partim supra terram. Folia multifaria, numerosa, circ. 12, e collo bulbi in fasciculo recumbenter patente orta, angusta, longa, 1—2pedalia, basin versus attenuata, acuminata, cuspidata, profunde canaliculata, subtriquetra, centralia angustissima, magis erecta, (1—3″ lata, ecarinata, ecostata). Scapus excentricus, purpureo-fuscus, cylindraceus, plus minus compressus. Spatha ovato-lanceolata, pedunculis longior. Flores 3poll. v. ultra. Perigonium infundibuliforme, intus albidum, extus secundum medium laciniarum rubicundum, caeterum albicans: tubus linearis, obsolete trigonus, cylindricus, plus minus flexus vel strictus. Limbus in faucem profundam turbinatam connivens, inde recurvo-patens, obsolete irregularis: laciniae elliptico-lanceolatae, interiores sublatiores. Filamenta declinato-assurgentia, subinaequalia, limbo quadrante circ. breviora. Stylus perigonium subaequans. Stigma parvum, triquetro-capitellatum, apertum.

(Crinum revolutum) Germen viride, nitidum, ellipticum, exsulcum, haud torosum, pedicello tereti nigropurpureo extrorsum verso pluries brevius. Ovula subtria v. plura, obovato-globosa. Capsula depresso-globosa, trisulca. Semina solitaria, loculorum cavitati conformia.

(2) lorato - acuminata exteriora involuto - concava, interiora acute canaliculata, angustiora, glauciuscula striata, scapo breviora.

90. **Cr. Kerii.**
Amaryllis revoluta *Ker (Gawl.)* in Bot. Mg. t. 1178.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus ovato-globosus, grandior. Folia pauca s. plurima. interdum ultra 12, ambienter fasciculata, ex ortu convoluto-compacto erecto - divergentia, exteriora saepius recumbenter diffusa, 1—2pedalia, 1—2″ lata. Scapus altior, compresso-teres, lateralis viridis. Spatha bivalvis, lanceolata, fusca, 2poll., $^3/_4$″ lata. Pedicelli semipollicares, virides, bracteis parvis membranaceis intermixti. Germen globoso - ellipticum, exsulcum, laeve. Flores albi, laciniis varie rubro tinctis. Capsula depresso-globosa, trisulca, pulvinato-tritorosa. Semina reniformi-oblonga. Reliqua praecedentis. Differt ab A. longifoliâ (Cr. capensi) perigonii tubo limbo breviore nec longiore, germine minore ovali laeviore exsulco laevigato. *(Gawl.)*

Obs. Icon citata, a b. *Schult.* ad Cr. variabile (Cr. revolutum *β.* suum) ducta, a cl. *Herb.* nec ad Cr. revolutum neque ad variabile laudatur, sed Cr. capensi similior censetur, inde melius duxi, eam sub nomine auctoris describere, donec dubia solventur.

3) campanulatus,

(1) tubum aequans; folia lorata, angusta canaliculata debilia glauca ciliata; umbella 30—40flora.

91. **Cr. Forbesianum** *W. H.* l. c. 267. 38.
Cr. Forbesii *Schult.* l. c. 864. 18.
Amaryllis Forbesii *Lindl.* in Hort. Soc. Trs. VI. 88. (83. teste *W. H.*)
Ad sinum *Delagoa* ad *prom. bon. spei. (Forbes.)* ♃.
Cr. capensi proximum. Bulbus sphaericus, saepe magnit. capitis. Flores laetissime purpurei.
β. puniceum *W. H.* l. c.: floribus laete purpureo-kermesinis magis revolutis.
Amaryllis Forbesii *β.* purpurea *Lindl.* l. c. 285. — *Schult.* l. c.
Flores rariores, colore Cr. amabili similes, laciniis magis revolutis.

(2) tubo cylindrico - trigono incurvo duplo longior, aequalis, laciniis lanceolatis acutis patentibus, 3 exterioribus angustioribus et apice subhamatis; folia plurima, concava v. canaliculata, flaccida, acuta, interiora angustissima erecta.

92. **Cr. variabile** *W. H.* l. c. 268. 40. t. 44. f. 23. (germ. diss.)
Amaryllis variabilis *Jcq.* Ht. Schbr. IV. 14. t. 429. — *Schult.* l. c. 866. in obs
Amar. revoluta *β.* robustior (floribus plurimis, foliis latioribus) *Bot. Rg.* t. 615. — *Schult.* l. c. 865. 19. (excl. syn. *Bot. Mg.*)
Cr. crassifolium *Herb.* App. 23.
Cr. capense var. *γ.* viridifolia *Herb.* in Bot. Mg. ad 2121. 5.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Bulbus ovatus, magnit. pugni, tunicatus. Folia 2pedalia et ultra, exteriora inferne 2″ lata (laete viridia, erecto-arcuata, crassa *W. H.*). Scapus compressus, erectus, $1^1/_2$pedalis, simul cum floribus et successive plusculi. Spatha bivalvis, ovata, striata, erecta, $1^1/_2$ unc. Flores successivi fere 10, suaveolentes, patentes, breviter pedicellati, ramentis interstincti. Tubus nitidus, virescens, $1^1/_2$poll.; limbus fere 3poll., inferne infundibuliformis, superne patens, primo die albissimus cum medio interiori dorso rubello, altero totus rubescens, tertio intus extusque saturate purpureus, laciniis lanceolatis patentibus acutis planis. Genitalia laciniis breviora. Germen ovatum, nitidum (gracile *W. H.*). Stigma trifidum, obtusulum. Capsula subrotunda, magna. Semina viridia.

(3) tubo multo brevior, laciniis ovato-oblongis, interioribus obtusis; filamenta divaricata, apice conniventia, basi membranâ faucem superante connexa, stylo incurvato breviora; bulbus ovatus; folia subulato-canaliculata, tortuosa, viridia, margine scabra; umbella sub-4flora.

93. **Cr. aquaticum** *Burch.* Cat. 3785. — *W. H.* in Bot. Mg. t. 2352. App. 22. — *Schult.* l. c. 866. 20.
Cr. campanulatum *W. H.* in Bot. Mg. ad 2121. n. 28. — Amar. 270. 42.
In *prom. bon. spei. (Burchell).* ♃.
Folia profunde canaliculata et inde quasi cylindrica, acuta, 4pedalia, ad basin $1^1/_2$″ lata. Scapus viridis, 14poll., crassitie calami cygnei, teres, glaber. Spatha rubra, uncialis, imâ parte integra, apice bifida. Bracteae graciles. Pedunculi pollicares v. breviores, virides. Germen breve, viride, subovale: loculi 8spermi. Tubus 3poll., gracilis, subcurvatus, ruber, viridi-striatus; limbus biuncialis, lucide albus cum striâ rubrâ

(Crinum aquaticum) ad basin cujusque laciniae, mox saturate roseus et variegatus colore roseo intus evadens, campanulatus cum apicibus reflexis; laciniae interiores fere pollicem latae obtusae, interiores angustiores uncinatae. Stylus temere vel incurvatus v. declinatus, pallide ruber, limbo paulo brevior. Filamenta basi subgibbosâ, exteriora unciam, interiora $^{3}/_{4}$ stylo breviora, pallide rubra, membranâ lucide viridi carnosâ basi limbi adhaerente connexa. Stigma magnum, triangulari-subrotundum, flavescenti-viride. Flores odorati, successivi.

Propter filamentorum indolem et membranam connectentem, transitum ad Pancratia mediantem, forsan proprii generis, ut cl. *W. H.* jam olim censuit et nomen ejus *Crinopsis* proposuit.

(4) irregularis, laciniis oblongis, duabus angustioribus; folia linearia, laxa, glabra, scapo longiora.

94. **Crinum lineare** *L. fil.* Suppl. 195. — *Thb.* Prodr. 59. Fl. Cap. ed. *Schult.* I. 301. (excl. syn. Ht. Kew.)
Amaryllis linearis. *Wlld.* l. c. 53. 12. — *Schult.* l. c. 865. in Obs.
Ad *prom. bon. spei*, in campis graminosis inter *van Stadens-* et *Zwartkops Rivier.* Fl. Dec. ♃.

Folia integra, bipedalia. Scapus teres, glaber, erectus, pedalis. Umbella 5—6flora. Spatha diphylla, albida: foliola basi lata, sensim attenuata, acuta, glabra, pollicaria. Intra spatham laciniae (bracteae) lacerae, filiformes, albidae. Pedunculi unguiculares. (Flores magni, albi *L. fil.*) Perigonium tubulosum, nutans: tubus cylindricus, curvus, dein ampliato-campanulatus. Stamina inclusa. *(Thb.)*

Species vix notae:

Folia lineari-lanceolata; spatha 10flora; flores declinati, albi.

95. **Cr. (?) album** *W. H.* l. c. 272. 46.
Amaryllis alba. *Forsk.* Fl. Aeg. Arab. 209.
In *Arabiâ : Kurmae.* Soraf incol. ♃.

Folia **Cr. revoluti**, angustiora, magis canaliculata.

96. **Cr. algoense** *W. H.* in *Sweet* Ht. brit. et l. c. 45.
Ad *prom. bon. spei: „Algoa Bay.“* ♃.
Nondum floruit. Forsan varietas Cr. revoluti.

Species nomine tantum notae:

Crinum caffrum *W. H.* in *Sweet* l. c. ex Africâ australi. ♃.
(Cr. campanulato [aquatico] simile et vix diversum.).
— javanicum *ht.*
— Lanceanum *W. H.* (Lancei *Std.*) ex Surinam. ♃.
— multiflorum *Desf.*
— pauciflorum *Fisch.*
— roseum *Eckl.* topogr. Verz. In *prom. bon. spei.* Aquaticum.

Formae hybridae in Nomencl. bot. ed. 2. cl. Steudel indicatae *):

Crinum amatum *W. H.*	=	Crinum zeylanico-pedunculatum.
— bulbulosum *W. H.*	=	— capensi-erubescens.
— candidum *W. H.*	=	— americano-bracteatum.
— Cooperi *W. H.*	=	— specioso-longifolium.
— cupitum *W. H.*	=	— cruento-capense.
— diversum *W. H.*	=	— Careyano-tortuosum.
— duplex *W. H.*	=	— americano erubescens.
— egregium *W. H.*	=	— pedunculato-riparium,
— elongatum *W. H.*	=	— corantyno-capense.
— felix *W. H.*	=	— latifolio-capense.
— fertile *W. H.*	=	— canaliculato-capense.
— flaccidulum *W. H.*	=	— specioso-defixum.
— Highclerianum *W. H.*	=	— asiatico-capense.
— ingens *W. H.*	=	— pedunculato-capense.
— mirabile *W. H.*	=	— flaccido-canaliculatum.

*) Cum hae formae, lusus scientiae inutilis proles, sub hisce nominibus saltem nec in S. V. a cl. *Schultesio* edito, neque in monographiâ Amaryllidearum ill. auctoris occurrant, eas speciebus correspondentibus subjungere superfluum credidi. In generali autem mania proles hybridas gignendi, non solum per se naturae contraria et spernenda, sed etiam scientiae obnoxia videtur, species typicas denique penitus deletura et tenebris impenetrabilibus involvens, systema autem formis innumeris et vix ullo charactere perspicuo distinguendis onerans. Quis e. gr. jamjam Pelargonia artefacta notis sufficientibus distinguere velit!

Crinum microspermum *W. H.*	=	Crinum	revoluto-capense.
— modestum *W. H.*	=	—	specioso-capense.
— promissum *W. H.*	=	—	Forbesi-Careyanum.
— pudicum *W. H.*	=	—	Careyano-capense.
— pulchrum *W. H.*	=	—	scabro-erubescens.
— quadruplex *W. H.*	=	—	candido-fertile.
— rubricaule *W. H.*	=	—	erubescenti-bracteatum.
— Spofforthianum *W. H.*	=	—	Herbertianum *Sw.*
— tortuosum *W. H.*	=	—	defixo-capense.
— triplex *W. H.*	=	—	Careyano-fertile.
— unicum *W. H.*	=	—	flaccido-bracteatum.
— vittatum *W. H.*	=	—	scabro-exaltatum.

Species e genere exclusae:

Crinum africanum *L.*	=	Agapanthus umbellatus.
— angustifolium *L. fil.*	=	Cyrtanthus angustifolius.
— barbatum *L.* MS.	=	Hippeastrum barbatum.
— Candelabrum *ht.*	=	Brunsvigia multiflora.
— falcatum *Jcq.*	=	Ammocharis falcata.
— longifolium *Thb.*	=	— longifolia.
— Martinezii *Sprg.*	=	Lapiedra Martinezii.
— obliquum *L. fil.*	=	Cyrtanthus obliquus.
— quitense *Sprg.*	=	Phycella chloracra.
— speciosum *L. fil.*	=	Vallota purpurea.
— speciosum *ht.*	=	Pancratium speciosum.
— spirale *Andr.*	=	Carpolyza spiralis.
— tenellum *Jcq.*	=	— —
— tenellum *L.*	=	Imhofia tenella.
— urceolatum *Hb. Hook.*	=	Collania fulva.
— urceolatum *Rz. P.*	=	— urceolata.

28. Habranthus.

W. H. in Bot. Mg. t. 2485. et 2597. — Amar. 71. et 156. n. 34 *).

Amaryllis c. Habranthus *Schult.* l. c. 806. et adn. — *Endl.* gen. 176. 1273. — *Meisn.* l. c. 393.

Amaryllis subg. Habranthus. *Spach.* l. c. 415 **).

Subg. 1. Habranthus *s. str.*

I. Pluriflorae. Membrana filamenta connectens

1. annularis integra (non barbata aut fimbriata?); umbella

---

*) Scapus et pedunculi cavi. Spatha integra, apice bifido. Flores declinati. Germen a pedunculo declinatum, oblongo-subturbinatum, subtrigonum, mediâ parte constrictum, summâ latius. Corolla (Perigonium) campanulata: tubus brevis, aequalis, membranâ crassâ circumvallante clausus; laciniae alternae subaequales, exteriores marginibus tubo imbricantibus. Stylus et filamenta declinata, assurgenter curvata. Filamenta fasciculata, pariter tubo vix intra faucem connexa; summum et infimum mediae lgt., infimum summo longius, lateralia 2 superiora longissima, inferiora 2 brevissima. Antherae medio adnatae, incumbentes, versatiles; pollen ut in *Zephyranthe*. Stigma trilobum. Capsula trisulca, 3loc., 3valvis. Ovula biseriatim cumulata. Semina complanata, testâ nigrâ. — Plantae bulbo rotundo, in cultis sensim (saepius ad 6'' usque) elongato et medio constricto, tunicâ exteriore nigrâ; foliis paucis angustis flaccidis bifariis, scapo praecoci, uni-paucifloro, floribus sub sole magis apertis. — Differt ab Hippeastro tubo subtus (inferne) non abbreviato, a Zephyranthe genitalibus declinatis fasciculatis et filamentorum quaternâ discrepantiâ. (In Amar. ll. cc. perianthium haud convolutum, subcampanulatum, plus minus patens, membrana faucis annularis, folia lineari-lorata, nunquam ultra $^3/_8$'' lata, umbella praecox, inaequaliter pedunculata.) Omnes australi-americanae. (*W. H.*)

**) Perianthium campanulatum, profunde 6fidum, fauce ventricosâ squamulosâ, limbo regulari. Filamenta valde inaequalia, perianthii fauci inserta. Stylus declinatus, arcuatus. Stigma 3fidum. Capsula trisulca. Semina in loculis singulis biseriata, compressa, horizontalia. — Plantae Americae meridionalis. Folia angusta, disticha, flaccida. Scapus fistulosus, utplurimum multi-(i. e. pluri)florus; spatha apice bifida.

1) 6flora, pedunculis longis inaequalibus; stylus perigonio et filamentis longior; folia glauca obtusa.

1. **Habranthus phycelloides** *W. H.* Bot. Rg. 1417. et l. c. 157. 1.
Amaryllis phycelloides *Steud.*
Hab. . . . . . . ♃.

Bulbus magnus, niger, rotundus. Folia 5/8″ lata. Perigonium inferne luteum, superne coccineum, tubo 3/8, limbo 21/4″. Stylus rubro-apiculatus. — Cum Habranthis plurifloris convenit filamento sepalino superiore elongato, petalino inferiore abbreviato, stylo recurvo et perigonio non convoluto, caeterum quoque Phycellae, in specie Ph. igneae affinis et quasi medius Phycellam inter et Habranthum.

2) 5flora, spatha bifida; perigonium

(1) intense purpureum, folia . . . .

2. **H. litoralis.**
H. bifidus var. 2. litoralis. *W. H.* l. c. 160. *(Hb. Hook.)*
In *Montevideo*, maritimus, frequens. *(Tweedie.)* ♃.

Folia teste *Tweedie* illis Nerines venustae similia, sed verisimiliter angustiora. Forsan idem ac H. lorifolius, nondum floridus, ex Maldonado.

(2) album v. carneum? stylum (quadrante pollicis) superans; hic filamenta superans; stigma trifidum; germen crassum.

3. **H. pulcher** *W. H.* l. c. 161. 9. t. 26. f. 1.
In *Buenos Ayres.* *(Tweedie* in hb. *Hook.)* ♃.

Scapus 31/2poll. (teres, in sicco cum pedunculis atropurpureus, crassitie calami tenuioris. Spatha 21/4″ longa, bifida apice non diviso, (in ic. a basi in lacinias duas lineari-oblongas striatas apice iterum conjunctas, 1—2‴ latas partita). Pedunculi 5, valde inaequales, brevissimi 3/4, longissimi 31/4-poll. (graciles, cylindraceo-filiformes, erecti v. adscendentes, crassitie fili emporetici. Germen oblique oblongum, striatum, pedunculis concolor, 3‴ lg., 11/2‴ crassum). Perigonium 15/8poll. (basi breve tubulosum, laciniis elliptico-obovatis acuminatis erectis conniventibus medio 5—6‴ latis). Filamentum sepalinum superius elongatum, petalinum inferius abbreviatum.

3) 4flora; spatha univalvis, uno latere tantum fissa; flores magni, folia latiuscula, viridia.

4. **H. spathaceus** *W. H.* l. c. 160. 7. t. 34. f. 8. (excl. var. 2.) et in Bot. Mg. ad. 2597 adn.
Amaryllis spathacea *Schult.* l. c. 808. 22.
In *Buenos Ayres.* ♃.
Flores purpurei.

4) 3flora; stylus et filamenta perigonio breviora; perigonium

(1) infundibuliforme; folia linearia, obtusa; stigma trifidum; pedicelli inaequales; flores

a. suberecti; filamenta 2 reliquis multo breviora.

5. **H. kermesinus** *W. H.* l. c. 159. 4.
Amaryllis kermesina *Edw.* Bot. Rg. XIX. (new ser. VI.) t. 638.
In *Brasiliâ* (meridionali?). ♃.

Folia laete viridia, (subtus?) glaucescentia, scapo breviora, 3/16″ lata. Pedunculi circ. 11/2″ longi. Perigonium circ. 21/4″ longum, intense kermesinum, basi luteo-nervosum, subaequale. Filamentum sepalinum superius elongatum, longissimum vix lgt. dimidiâ perigonii; stigma recurvum.

b. patentes; filamenta inaequalia; spatha pedunculos subaequans; phylla lineari-oblonga obtusa.

6. **H. intermedius** *W. H.* l. c. 160. 6.
Amaryllis intermedia *Edw.* l. c. t. 1148. — *Schult.* l. c. 809. 24.
In *Brasiliâ (Chamberlaine).* ♃.

Scapus teres, pedalis (6poll.? viridis). Folia scapo breviora, atro-viridia, laevia (laete viridia, 1/4″ lata *W. H.*), subtus pallidiora, concava, 4—6″ longa. Spatha pallide viridi-flavescens, bracteis intermixtis, pedunculis 9—18‴ (3/4—13/4poll. viridibus) nunc brevior, nunc longior. Flores circ. 2poll., kermesino-coccinei, extus basi medioque viridi-flavescentes, intus stellâ virente, laciniis 1/5″ latis apice parum reflexis, alternis intus hamulo albo reflexo. Germen ovatum, vix 2‴ lg. Filamenta apice uti stylus rubella; antherae flavae.

(2) anguste campanulatum; pedunculi
a. aequales; stigma obtusum indivisum; folia angusta, longe attenuata.

7. **H. speciosus** *W. H.* l. c. 158. 2. t. 23. f. 2.
In *Chili* pr. *Concepcion (M'Rae* in hb. *Lindl.)* ♃.

Folia 16'' ad $1^1/_2$pedalia, $^3/_{16}$—$^1/_4$'' lata (linearia, acutiuscula, glabra, viridia). Scapus subpedalis (erectus, teres, glaber, crassitie calami, in sicco pallide et sordide rubescens). Spatha $1^1/_2$poll. (diphylla, foliolis ovato-oblongis apice attenuatis obtusis, striatulis albidis, basi 5''' latis, bracteisque aequilongis linearibus intermixtis). Pedunculi $1^1/_2$poll. (erecti, cylindrico-filiformes, crassitie fili emporetici, glabri, viridi-fuscescentes ut) germen $^1/_4$poll. tenue (lineam circ crassum). Tubus brevis, gracilis (2''' lg.); limbus $2^1/_2$poll., saturate ruber (intense roseus, unicolor; laciniae acuminatae, supra medium semipoll. latae. Ex ic.) Stylus perigonio $^1/_4$, filamenta $^3/_4$'' breviora.

b. inaequales; stigma trifidum; folia . . .

8. **H. nemoralis** *W. H.* l. c. 159. 5.
In *Rio grande* in silvis prope flumen *Yazeguay (?) (Tweedie* in hb. *Hook.)* ♃.

Folia desunt. Scapus 4poll. Spatha bipoll. Pedunculi subbipoll. Perigonium kermesinum, bipollicare, vix stylo (filamenta vix superante) semipollice longius.

5) biflora; spatha
(1) tubulosa apice bifida; germen oblongum gracile; perigonium angustum (longius tubulosum infundibuliforme) laciniis acutissimis.

9. **H. pedunculosus** *W. H.* l. c. 161. 10. t. 26. f. 3.
In *Buenos Ayres. (Tweedie* in hb. *Hook.)* ♃.

Species valde singularis. Folia desunt. Scapus uncialis (glaber, cylindricus, inferne crassior, in sicco sordide atropurpureus). Spatha bipoll. (ad $^2/_3$ usque connato-tubulosa, cylindrica, striata, crassitie calami, apice in lacinias 2 erectas subreflexas lineares obtusas $^1/_2$''' latas fissa, sordide albescens). Pedunculi 3poll., gracillimi (erecti, subfiliformes, teretes, pallide rubri, crassitie fili emporetici tenuioris. Germen 4''' lg., 1''' crassum, inferne subattenuatum, glabrum, fusco-purpurascens). Perigonium 2poll. v. ultra (ex tubo erecto cylindrico fere pollicari sensim in limbum aequilongum erectum, diam. vix semipollicari infundibuliformi-conniventem ampliatum) pallide rubrum: laciniae (oblongae, longe attenuato-acuminatae, ubi latissimae 3—4''' latae) stylo unciâ fere longiores. Filamenta stylo breviora. Stigma trifidum, reflexum.

(2) bivalvis, pedunculis longior; germen oblongum medio subconstrictum; perigonium tubo brevissimo subcampanulatum, laciniis ovali-oblongis acutis. (Ex ic.)

10. **H. punctatus** *W. H.* l. c. 403. t. 47. f. 1.
In *Chili* meridionali. *(Reynolds* in hb. *Hook.)* ♃.

Folia desunt. Scapus $2^1/_2$poll. (erectus, teres, glaber, striatus, crassitie pennae corvinae, in sicco sordide fuscus. Spatha 2—$2^1/_2$poll., foliolis oblongo-lanceolatis attenuato-acuminatis erectis pallide fuscis concavis, 3—4''' latis, bracteis paulo brevioribus concoloribus linearibus obtusis $^1/_2$ lin. latis). Pedunculi $^3/_4$—$2^1/_2$poll., cylindrici, erecti, crassitie fili emporetici tenuioris, glabri, scapo concolores uti et germini striato 3''' longo $1^1/_2$''' crasso). Perigonium $1^3/_4$poll., tubo brevi $^1/_8$-poll., roseum (?) marginem versus pallidius (?) punctis numerosis saturate purpureis (?) eleganter variegatum (superne diam. $1^1/_4$poll.: laciniae erecto-patentes, breviter acuminatae, infra apicem 5—6''' latae, basin versus sensim in tubum attenuatae.

2. barbata; perigonii tubus brevis, laciniae exteriores uncinatae; filamenta stylo breviora inaequalia; spatha pedunculis multo (in 12. fere duplo) longior,

1) biflora, monophylla, uno latere fissa, colorata (carnea); folia hysteranthia, erectiuscula, angusta, obtusa; bulbus oblongus.

11. **H. angustus** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2639.
H. spathaceus var. 2. angustus *W. H.* l. c. 160.
Amaryllis angusta *Schult.* l. c. 807. 20.
In *Buenos Ayres.* ♃.

Bulbus niger, primum sphaericus, serius oblongus, medio constrictus. Folia viridia, vix 2''' lata. Scapus viridis, basi rubescens, praecox. Spatha $2^1/_2$poll. Pedunculi $1^1/_2$ unc. et germen $^1/_3$'' rubescentes. Perigonii 14''' diam. laciniae unciales, vix $^1/_4$'' latae; tubus viridis, limbus purpureo-ruber.

(Habranthus angustus) Stylus limbo brevior, stigma et filamenta saturate rosea basi albescente. Filamenta superiora minus abbreviata quam inferiora lateralia, infimum minus elongatum quam lateralia superiora. Antherae cum polline luteae. H. bifido proximus, sed diversus: foliis et perigonii laciniis angustis, colore filamentorum, germinis, pedunculorum et perigonii, scapo bifloro, minus robusto, magis rubro, et praesertim spathâ carneâ monophyllâ uno latere ad basin fere usque fissâ. Folia minus flaccida quam in H. versicolore, gracilifolio et lorifolio. *(Herb.* ex *Schult.)*

2) 4flora, bifida, viridis; folia linearia, flaccida; bulbus subrotundus; perigonium subcernuum.

12. **Habranthus bifidus** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2597. et l. c. 160. 8. t. 34. f. 9. (semen). — Fortges. Gart. Mg. II. 1. t. 3. f. 2.
Amaryllis bifida *Sprg.* C. p. 133. — *Schult.* l. c. 808. 21.
In *Buenos Ayres.* ♃.
Bulbus niger. Folia angusta, 1—1$^{1}/_{2}$pedalia, $^{5}/_{16}$'' lata. Scapus viridis, teres. Flores ante folia, successivi, inodori. Spatha 2$^{1}/_{4}$poll., bracteae filiformes. Pedunculi virescentes, 1$^{3}/_{4}$poll. Germen $^{1}/_{8}$poll., viride, loculis 24spermis. Perigonii tubus viridis, $^{1}/_{8}$poll.; laciniae 1$^{3}/_{4}$poll., roseae, basi extus lineâ viridi, intus albescente: superiorum 2 laterales reliquis latiores, inferiorum 2 laterales reliquis angustiores. Filamenta alba, petalina longiora, imo minus producto, sepalina breviora, summo minus abbreviato. Antherae breves, luteae, expansae medio, inexpansae magis basin versus affixae. Stylus filamentis longior, laciniis $^{1}/_{4}$ brevior. Stigma breve trilobum.

3. fimbriata; folia obtusa v. obtusiuscula, glauca; filamenta
1) superius sepalinum valde elongatum, inferius petalinum abbreviatum; pedunculi spathâ

(1) longiores; perigonium maculatum; folia $^{3}/_{8}$'' lata.

13. **H. Bagnoldianus** *W. H.* l. c. 162. 12. excl. var. 2.
Amaryllis Bagnoldiana *Edw.* l. c. XVII. t. 1396.
Am. Bangoldi *Steud.*
In *Chili: Coquimbo. (Cumming* in hb. *Hook.)* ♃.
Bulbus magnus, niger. Scapus viridis, 6florus. Pedunculi 3poll. et breviores; tubus $^{1}/_{4}$, limbus 1$^{15}/_{16}$poll., flavus, intus praesertim in laciniis 3 superioribus pallide rubro maculatus.

(2) duplo breviores; perigonium immaculatum; folia $^{1}/_{8}$'' lata.

14. **H. Gilliesianus.**
H. Bagnoldianus var. 2. Gilliesianus. *W. H.* l. c. 163. t. 23. f. 1.
In *Chili*, in glareosis prope *Melocoton.* (Dr. *Gillies*, in hb. *Hook.)* ♃.
Bulbus magnit. ovi columbini, niger. Folia 4, pedalia. Perigonium quam in H. Bagnoldiano multo pallidius, sulfureum, profunde partitum, laciniis ovato-lanceolatis acutatis, basi attenuatis virescentibus, 1$^{1}/_{2}$pollicaribus (superne 4—5''' latis, inferne sensim in tubum circ. 4''' longum angustatis, erectis. Filamenta flavescentia; antherae ante explosionem virides. Pedunculi non ultra pollicares (5, erecti, teretes, glabri, subinaequales, crassitie pennae corvinae, in sicco nigrescentes ut germen ovale, striatulum, glabrum, 5—6''' longum, 3—3$^{1}/_{2}$''' crassum). Spatha bipollicaris (foliolis 2 lineari-oblongis undulatis apicem versum attenuato-acuminatis pallidis, 2$^{1}/_{2}$—3''' latis. Scapus pallide glaucus, cylindricus, superne sensim attenuatus).

2) declinata, alterna breviora, sed discrepantiâ quaternâ minus distinctâ; perigonium patens reflexum, nutans, bilabiato - divaricatum: tubo brevi, laciniis

15. **H. hesperius** *W. H.* l. c. 161. 11.
In *Chili.*
a. advena *W. H.* l. c. (var. 1.) —
Amaryllis advena *Ker* Rev. 14. Journ. of sc. II. 356. — *Bot. Rg.* t. 849. f. 1. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1125. — *Schult.* l. c. 808. 23. — *Sprg. S. V.* II. 53. 49. — *Sp.* l. c. 415.
Habr. advena *Herb.* in Bot. Mg. ad 2685. adn.
Hippeastrum advena *Herb.* App. 31.
Lilio-Narcissus polyanthos, flore exterius rubro, intus luteo et rubro vario. *Feuill.* Obs. III. 30. t. 21.

ligulato - lanceolatis remotis.

Folia canaliculata, magis glauca, $^1/_4$'' lata; 2—6florus; flores superne rubri, inferne flavescenti-virides; pedunculi bipoll. et breviores. *(W. H.)*

Bulbus subrotundus, magnit. ovi, tunicis pluribus sphacelato-membranaceis atrocastaneis tectus. Folia 1—6, lineari-lorata, convoluto-concava, externe subsemicylindrica, 1—2-pedalia, $^1/_3$'' lata, scapo compresso-tereti calamo anserino vix crassiore subaequalia. Flores pedicellati, 4—5, horizontaliter nutantes, bipollicares, laete kermesini, extus virore suffusi, intus ad faucem flavo-striati, ad basin pedicellorum spathâ scarioso-membranaceâ lineari-lanceolatâ acuminatâ bivalvi viridi-fuscâ reflexâ 2—3pollicari cincti (pedicelli 2—3'' longi, virides). Perigonium infundibuliformi-campanulatum; tubus brevis, germen aequans, annulo brevi membranaceo penicillatim laciniato coronatus: limbus subbilabiato-irregularis: laciniae (utriusque labii radiato-distantes) unguiculatae, recurvo-divergentes: laminae lanceolato-oblongae, unguibus versus tubum turbinato-convergentibus non multo latiores, exteriores paulo latiores mucrone minuto carnoso intus barbato subulato terminatae ($1^1/_2$'' longae, $^1/_2$'' latae). Stamina fasciculata, declinato-assurgentia, limbo quadrante breviora, tubi cavitati adnata, superne rubra, inferne flavescentia. Antherae flavae, lunulatae, lineari-oblongae. Stylus triquetro-filiformis, apicem versus crassior, filamenta longiora aequans, ruber: stigmata 3 compresso-linearia, recurvo-patentia. (*Ker.*) Semina nigra, membranacea. *(Lindl.)*

β. pallidus *W. H.* l. c. 162. var. 2.: foliis minus canaliculatis, sed magis glaucis et recumbentibus, $^1/_4$'' latis, obtusis; floribus 4—7 pallide flavis, interdum rubrotinctis, in speciminibus diversis sulfureo, albo et rubro variantibus; pedunculis (quam in *α.*) brevioribus.

Amaryllis advena *β.* citrina *Bot. Rg.* l. c. f. 2. — *Schult.* l. c.

Amar. valparadisiaca *Std.* Ncl. ed. 2. 72.

Specimen 7florum e Valparaiso in hb. *Hook.* (*Cumm.* no. 395.) — 4florum in hb. *Lindl.* (Ibid. 183.)

γ. miniatus *W. H.* l. c. var. 3. t. 26. f. 2. — *Sweet* Brit. Flow. gard. ser. II. 213. — scapo $8^1/_2$'', spathâ 3'', acuminatâ, pedunculis $^5/_8$—$2^5/_8$, perigonio patente $1^3/_4$'' longo, laciniis acutis, stylo trifido semipollice breviore at filamentis paulo longiore, filamento sepalino superiore parum elongato; foliis . . . . (teste *Sweet* glaucis).

Amaryllis Sweetiana *Std.* l. c.

Obs. Cl. *W. Herb.* ipse has varietates pro speciebus censere videtur; quum autem descriptiones nimis incompletae sint et icon miniati citata unicum tantum florem maxime imperfecte depictum sistat, varietates interea intactas relinquere melius duxi.

II. Subbiflorae. Folia

1. subcylindracea gracillima supra canaliculata, hysteranthia; pedunculi (1—2) spatham tubulosam apice fissam superantes, erecti; perigonium campanulatum, laciniis acutis, exterioribus latioribus concoloribus; stylus filamenta inaequalia declinata superans.

16. **H. gracilifolius** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2464. et l. c. 165. 15.

Amaryllis gracilis *Sprg.* C. p. 133. (excl. synon.)

Amaryllis gracilifolia *Schult.* l. c. 806. 17.

Prope *Maldonado* Amer. merid. ♃.

Bulbus oblongus, nigrescens (fibris pluribus crassiusculis filiformibus albis, circ. $1^1/_2$poll., pollicem crassus). Folia 4—5, lucide viridia, intus (supra) profunde canaliculata, $1^1/_2$pedalia (crassitie calami corvini, erecta, obtusiuscula, glabra). Scapi graciles, 6—8pollicares, prope basin purpurascentes (superne pallide virides, teretes, glabri, crassitie calami), ante folia prodeuntes, successivi. Spatha pallide flavescenti-viridis, $1^1/_4$'' longa, crassitie calami cygnei. Pedunculi virides, 2—$2^1/_2$poll. (crassitie pennae corvinae, teretes, glabri. Flores 1—2, inodori, nocte clausi, sub sole magis expansi, $1^3/_8$pollicares: laciniae (obovatae, acutae, striatae) alternae latiores, exteriores $^1/_2$'' latae, interiores angustiores, pallide purpureo-rubrae, ocello (baseos) viridi; tubus et membrana lineam crassa virides. Stylus colore laciniarum, limbo brevior. Filamenta concolora, subulata; antherae reniformes; pollen saturate luteum.

Differt (genus totum?) a Zephyranthe filamentis fasciculatis declinatis, non basi petalorum extra faucem tubi, ac in Zephyranthe, insertis, sed lateribus membranâ cras-

(Habranthus gracilifolius) sissimâ carnosâ tubum explente connexis; — ab Oporantho et Sternbergiâ germine pedunculato declinato, nec ovali v. compresso, filamentis declinatis; — ab Hippeastro laciniis alternis latioribus, limbo campanulato, fauce tubi non abbreviatâ, filamentis aequaliter insertis; — ab Amaryllide scapo cavo, pedunculis erectis, germine declinato, — ab omnibus praeterea filamentorum longitudine quadruplici. Chlidanthus differt ab Habrantho tubo cylindrico, filamentis erectis, basi laciniarum affixis, longitudinis alternae antheris erectis basi affixis. — Scapus cavus semina testacea indicat. (*Herb.* in Bot. Mg.)

β. Boothianus (tab. pict. et descr. *W. B. Booth*): spathâ, pedunculo et germine erubescentibus, germine et pedunculo magis elongatis, filamentorum quaternâ discrepantiâ obsoletiore, stigmate majore. *W. H.* Amar. l. c.
Prope *Maldonado.*

Scapus (in specimine unico) uniflorus; flos ut videtur paulo magis declinatus roseusque.

2. linearia,

1) glauca; flores 2, ample expansi; filamenta longitudine quadruplici distinctâ.

17. **Habranthus roseus** *Sweet* Brit. Fl. Gard. 2. 107. — *W. H.* l. c. 163. 13.
In insulâ *Chiloe.* ♃.

Flores rosei, basi virides. Membrana faucis non observata.

2) viridia,

(1) subbina, spatha 1—2flora, 1—2phylla; flores pedunculati.

18. **H. chilensis** *W. H.* l. c. 14.
Amaryllis chilensis *L'Hér.* Sert. angl. 11. (excl. syn. Feuill.) — *Wlld.* l. c. 52. 7. — *Sprg. S. V.* II. 50. 19. — *Schult.* l. c. 813. 29. (excl. syn. et descr. *Rz. & Pav.*) — *Poepp.* Syn. fragm. 5.
Amaryllis lutea. *Hb. Lamb.* (specim. *Ruiz.*)
Zephyranthes lutea *Herb.* App. 36.
Amaryllis lutescens *W. H.* ibid.
In *Chili* australis campis arenosis: *la Vega de Concepcion.* Fl. Jan. — Mart. ♃.

Scapus utplurimum bifolius, folia tamen vernalia, vix cum stirpe florente simul legenda. Flores pallide sulfurei v. cinnabarini, inter omnes species colore quam maxime mutabili insignes. Perigonii foliola mucrone terminata. Stigma profunde trifidum. (*Poepp.*) *L'Hérit.* flores dicit purpureos, Amaryllidis Belladonnae v. Reginae. — *W. H.* l. c. bulbum, e Chili sub nomine A. chilensis missum, foliis binis vix lineam latis acutis lucide viridibus, possidere asserit, quem huc pertinere credit. Caeterum ille dubia de hac stirpe obvia nequaquam solvit. Ac varietates huc ducere videtur plantas sequentes non minus dubias:

β. (coccineus.)
Amaryllis coccinea *Molina* Sagg. de Chili ed. 2. 129.
Amar. linearifolia *Mol.* l. c. 284.
Vix ultra pedalis. Folia linearia. Flos plerumque solitarius, rarius 2, pedunculatus, bipollicaris, coccineus. Stamina et stylus rubra; antherae flavae. Spatha diphylla. (*Mol.* ex *Schult.* l. c. 1720.)

γ. (ochroleucus.)
Amaryllis ochroleuca *Ker* in adumbr. Ferd. *Bauer* in tab. pict. Bibl. Bks. — *W. H.* l. c. t. 45. f. 6.
Flores laciniis obtusis profunde partitis, intense virescenti-flavi venis rubellis, erecti, vix (very little) expansi, filamenta conniventia; antherae breves, incumbentes, medio affixae. (*W. H.* ex ic.)

(2) flaccida; spatha uniflora, tubulosa, apice bifida, pedunculum gracilem aequans; perigonium suberectum tubo longo gracili, membranâ denticulatâ clauso: laciniae lanceolatae acutae, laterales inferiores angustiores (lanceolatae, 3‴ latae).

19. **H. silvaticus** *W. H.* l. c. 166. 16.
Amaryllis sylvatica *Schult. fil.* in *Mart.* Fl. Bras. — *Schult.* l. c. 807. 18.
In silvis „*Cutingas*" dictis prov. Brasiliensis *Bahia.* ♃.

Bulbus ovatus, fuscus, pollicaris. Folia sub florescentiâ emarcida, scapo breviora, basi $1\frac{1}{2}$‴ lata, tenuia. Scapus solitarius, debilis, virescens, $4\frac{1}{2}$poll. Spatha 15‴ longa, virescens, submembranacea, ad $\frac{1}{3}$ fissa in lacinias 2 anguste lanceolatas acutas. Pedunculus 14—15‴ lg. Germen ovatum, $1\frac{1}{2}$‴. Perigonium parum inclinatum, $2\frac{1}{2}$poll.: tubus superne subampliatus, viridis semipoll., membranâ tenui, limbus infundibuliformis, diam. $1\frac{1}{2}$poll.: laciniae inferne tubum mentientes et virescentes, caeterum coccineo-purpurascentes, ob-

(Habranthus silvaticus) longo-lanceolatae, acutae, basi attenuatae, $4^1/_2$''' latae. Stamina lateralia superiora longissima, limbo triente, lateralia inferiora duplo breviora, summum et infimum mediae longitudinis. Stylus stamina superans, limbo brevior. Stigma crassum, lobis 3 reflexis fimbriatis. Differt a versicolore: bulbo fusco, spathâ virescente, perigonii suberecti colore, tubo longiore membranâ obsoletiore clauso, laciniarum formâ. (*Sch. fil.*)

Subg. 2. Zephyrites. *W. H.*

Spatha
1. tubulosa apice bifida, pedunculo brevior; filamenta superiora sepalina et inferiora petalina abbreviata; membrana faucis
1) fimbriata (?) virescens. Folia subglauca, canaliculata; scapus robustus; perigonium valde declinatum, tubo vix ullo, laciniis exterioribus multo latioribus; stigma trifidum.

20. **H. robustus** *W. H.* in *Sweet* l. c. ser. 2. t. 14. et l. c. 166. 18. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 1761.
Amaryllis tubispatha *L'Hérit.* l. c. 9. — *Wlld.* l. c. 51. 3. — *Sprg.* l. c. 49. 3. — *Schult.* l. c. 798. (excl. diagn. et descr. *Kerii* et synon. *Herb.* et Bot. Mg.)
Amaryllis robusta *Sp.* l. c. 416. (p. p.)
In *Bonariâ.* ♃.

Scapus uniflorus, erectus, 4—9poll. Folia glauca, canaliculata, subtus convexa, linearia. Spatha ad $^2/_3$ usque indivisa cylindracea tubulosa, apice bifida laciniis oppositis angustis acutis, medium fere scapum occupans, pedunculo (viridi $2^1/_2$poll.) paulo brevior, $1^1/_2$poll., marcescens. Ovarium viride. Flos $3^1/_2$poll. (erectus sec. *l'Hér.*), purpureo-roseus, marcescens albescens, basi viridis. Stylus et stigmata alba, perigonio pollice breviora, staminibus longiora.

Cl. *Poiret* in Enc. méth. Suppl. 1. 316. perigonium describit purpureum, infundibuliforme, tubo brevi, limbi laciniis aequalibus venosis apice dilatatis obtusis, 3 exterioribus submucronatis. An idem?

2) annularis; folia linearia, angusta, acuta, viridia v. subglauca; perigonium erectum, patulum, laciniis obovatis acuminulatis, interioribus duplo angustioribus.

21. **H. Andersonianus** *W. H.* l. c. 167. 21. t. 34. f. 23. (capsula).
Amaryllis (Habranthus) Andersoni. *W. H.* in *Sweet* l. c. t. 70. Bot. Rg. t. 1345. — *Lodd.* Bot. Cab. 1677. — *Sp.* l. c.
In *Bonariâ.* ♃.

Bulbus subglobosus, subdepressus. Scapus 4—6poll. Spatha pedunculo $1^1/_2$poll. v. longiore duplo brevior. Ovarium viridulo-fuscum. Perigonium bipollicare, aureum v. cupreum, rubescenti-fusco extus striatum et intus basin versus notatum. — Variat florum colore et latitudine atque tincturâ glaucâ foliorum.

α. aureus: floribus aureis. *W. H.* l. c. 168. var. 1.
β. cupreus: floribus cupreis. — — — — 2.
γ. obscurus: floribus, praesertim alabastris, fuscescentibus. Ibid., var. 3.
δ. brevilimbus: perigonio abbreviato, foliis latioribus. Ibid. var. 4.
ε. parvulus: minor. Ibid. var. 5. t. 26. f. 4.
(In ic. scapus bipoll., teres, superne attenuatus magisque purpurascens. Spatha pollicaris, ad $^3/_4$ lgt. tubulosa cylindrica, crassitie calami minoris, pallida, laciniis apicis lanceolatis acuminatis incurvis; pedunculus spathâ duplo longior, filiformi-cylindricus, fusco-purpurascens, crassitie fili emporetici tenuioris. Germen oblongum, pedunculo paulo crassius, intensius coloratum, $3^1/_2$''' longum. Perigonium, siccum (?) pallide luteum, pollicare, tubo cylindrico sensim in limbum ampliato; laciniae obovatae, breviter uncinato-acuminatae, medio 4''' latae.)
ζ.? texanus: laciniis subrotundis obtusis. Ibid. var. 6. t. 24. f. 4.
In *Texas*, ideoque verisimiliter, ut varr. *δ.* et *ε.*, specie diversus.

(Habranthus Andersonianus)

(Folia linearia, obtusiuscula, subcanaliculata, glauca, lineam lata, 5—6'' longa. Scapus teres, glaber, erectus, pallide viridis, crassitie fili emporetici, 4poll. Spatha $^{3}/_{4}$poll., $1^{1}/_{2}$''' crassa, cylindrica, pallida, ad $^{3}/_{4}$ usque indivisa, laciniis erectis linearibus obtusiusculis, pedunculo fuscescente tereti scapo paulo tenuiore duplo longior. Germen subrotundum, concolor, diam. $1^{1}/_{2}$'''. Perigonii tubus cylindricus, 3''' longus, lineam crassus, limbus campanulatus semipollicaris, fulvus, laciniis ovalibus obtusis 3''' latis. Ex ic.)

2. univalvis,

1) bifida lanceolata; folia lato-lanceolata subloriformia; perigonium campanulatum, tubo longissimo, laciniis erectis acutis; stamina declinata.

22. **Habranthus Berterii.**
Amaryllis Berterii *Sprg.* l. c. 49. 5. — *Schult.* l. c. 839. 60.
In *Americâ meridionali.* *(Bertero).* ♃.

Cl. *W. H.* hanc speciem ad H. robustum ducit; sed tubus longissimus et foliorum florisque structura diagnosi ejus ex diametro fere opposita sunt. Caeterum incertum est, an spatha tubulosa sit aut univalvis, quod e diagnosi non patet.

2) oblonga obtusiuscula, pedunculum subaequans; folia hysteranthia, linearia, recumbentia; perigonium subnutans, tubo membranâ dentatâ clauso, laciniâ summâ caeteris paulo latiore, imâ angustiore.

23. **H. versicolor** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2485. et l. c. 166. 17.
Amaryllis versicolor *Sprg.* C. p. 133. — *Schult.* l. c. 807. 19.
In *Maldonado.* ♃.

Bulbus oblongus, nigrescens ($1^{1}/_{2}$poll.). Folia 3 v. plura, laete viridia, acuta, striata, ultra pedalia, $^{1}/_{4}$'' lata. Scapus circ. 5poll., ante folia proveniens (teres, glaber, crassitie calami), primum ruber, serius pallescens et virescens. Spatha rubra, $1^{1}/_{4}$poll. Pedunculus $1^{1}/_{2}$poll., pallidissime virens (teres, erectus). Germen viride (oblongum, 2''' lg. et crassum). Perigonium bipoll., primum rubrum, ante expansionem albescens, praesertim versus apices laciniarum exter. rubrotinctum: laciniae (oblongo-obovatae, acutae) superior exteriorum $^{23}/_{32}$'', exteriores laterales $^{19}/_{32}$, interiores laterales $^{9}/_{16}$, infima interior $^{17}/_{32}$'' lata; stria rubra $^{3}/_{4}$pollicaris utrinque ad nervum medium cujusque laciniae prope basin, nervi medii pars inferior virescens; membrana tubi barbata v. dentata, tenuior quam in H. gracilifolio. Stamina et stylus alba (illa breviora) hic $1^{1}/_{4}$poll.; lobi stigmatis $^{1}/_{4}$poll. fimbriati (lineares, reflexi, crassiusculi, obtusi). Antherae (lineares, lunatae) et pollen aurea.

3. bivalvis,

1) linearis; flos pedunculatus, perigonium campanulatum; genitalia declinata.

24. **H. maculatus** *W. H.* l. c. 167. 20.
Amaryllis maculata *L'Hér.* l. c. 10. — *Wlld.* l. c. 52. 6. — *Sprg.* l. c. 50. 13. — *Schult.* l. c. 839. 58.
In *Chili.* *(Dombey.)* ♃.

Scapus lineolis rubris variegatus.

2) flori approximata, perigonii medium attingens; folia linearia glauca plana; perigonii erecti subbilabiati foliola aequalia mucronata, faux nuda; stamina brevissima deflexa.

25. **H. (?) andicola** *W. H.* l. c. 168. 22.
Amaryllis andicola *Poepp.* l. c. 5. Diar. 833.
In *Chili* australis glareosis frigidis: *Andes de Antuco, Pico de Pilque.* ♃. Fl. Jan.

Scapus 6—7poll., cum foliis admodum glaucus. Perigonium fere bipollicare, tubo 3—4''' longo, splendide violaceum. *(Poepp.)* Germine ut videtur sessili v. subsessili, perigonio erecto et staminibus brevissimis (praesertim vero quoque fauce nuda) a genere recedit. *(Herb.)*

4. . . . . . folia angusta, scapus brevis, flos patens, cernuus.

26. **H. pumilus** *W. H.* l. c. 167. 19. — *Lodd.* Bot. Cab. 1771.
Amaryllis demissa *Steud.* Ncl.
In *Chili.* ♃.

Flores rosei. Membrana faucis et filamenta non observata sunt.

Species nomine tantum nota:

Habranthus lorifolius *W. H.* Amaryllis lorifolia *Steud.*

Species e genere exclusa:

Habranthus pratensis *W. H.* = Placea pratensis.

29. Nerine.

W. H. App. 18 *). Amar. 78. et 283. n. 69. et in Bot. Mg. ad 2124.
Galathea *W. H.* olim.
Amaryllis sect. i. Nerine. *Endl.* l. c. — *Schult.* l. c. 832. adn. — *Meisn.* l. c.
Amaryllis subg. Nerine *Sp.* l. c. 420 **).

1. Perigonium regulare; germen rectius; revoluto-patens; filamenta et stylus fasciculata rectiora. — Regulares *W. H.* (Galathea.)

Inflorescentia 1) centripeta. Umbella multiflora; folia glauca; stamina erecta subexserta. Perigonii laciniae aequales, subundulatae, revolutae,

(1) lineari - oblongae, stellato-patentes, obiter connexae; folia lineari-lorata, parum attenuata, obtusata, enervia, subfalcata, hinc subito subdeflexa, concaviuscula, extus convexula; stigma obsolete trifidum.

1. **N. curvifolia** *W. H.* App. 19. Amar. t. 36. f. 4. t. 45. f. 3. (semen).
Amaryllis curvifolia *Jcq.* H. Schbr. I. 33. t. 64. — *Wlld.* l. c. 59. 29. — *Ait.* Kew. ed. 2. II. 228. — *Poir.* Enc. méth. Suppl. I. 320. n. 34. — *Gawl. (Ker)* Bot. Mg. t. 725. — *Sprg.* l. c. 52. 40. (p. p. et excl. syn.) — *Schult.* l. c. 832. 50. (p. p.) — *Tratt.* Tab. t. 391. (?) — *Sp.* l. c. 420. (excl. syn. Red. & Andr.) — *Ker* Rev. 20.
In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus ovatus v. subrotundus (conico-pyramidalis *Sp.*), fuscus, diam. 1½″, integumento tenuissimo tectus. Folia scapo florente prodeuntia, plura, glauca, oblongo-linearia v. linguaeformia (lineari-ensiformia aliis), obtusa, subtilissime striata, subcoriacea, rigida, primum erecta, dein subdistiche patentia, secus medium longitudinaliter depressa, subtus convexiuscula et pallidiora, marginem versus falcata et subito deflexa, pedalia, ½poll. lata. Scapus lateralis, calamo crassior, compressulus (*Jcq.*, teres *Gawl.*, subtetragonus *Sp.*), 1—3pedalis, erectus, quidquam flexuosus, glaucus. Umbella convexa, 8—12flora. Spathae valvulae 2 lanceolatae, acutae, rubrae. Pedicelli circ. bipollicares, erecti, virides, ramentis viridibus interjectis. Flores diam. bipollicares, inodori, dilute coccineo-sanguinei; laciniae basi levissime connatae, sub-

---

*) Bulbus subrotundus. Folia bifaria, angusta, hyemalia, aestate depereuntia. Scapus altus, subpraecox, autumnalis, solidus. Umbella sub-20flora: flores inodori; pedunculi suberecte divaricati. Germen breve, rotundate trigonum, pedunculo directe continuatum, aut ovulis in loculo superiore turgescentibus deflexum, unde flos difformior, 3loc., loculis 2—14spermis. Perigonii tubus nullus; laciniae subaequales, undulatae, angustae, patentes, usque ad germen divisae, basis medio infra filamentorum juncturam eisdem adhaerentes. Filamenta basin versus latiora, gibbosa, et in nectarium liquore saepe repletum coalescentia, alterna longiora, nisi casu irregularia, breviora corollae laciniis exterioribus adhaerentia. Stigma trifidum, superne fimbriatum. Capsula 3loc., 3sulca, 3valvis, difformis plerumque et seminibus immaturis disrupta. Semina parva, integumento viridi non separabili, compressione angularia, extus rotundata, et aliquando subpurpurascentia. (Ex *Schult.* l. c.) Tubus subnullus, praeter connexionem annularem; laciniae reflexae, filamenta basi gibbosâ monadelphâ laciniarum basi adnata. Stigma demum trifidum. (Folia lorato-linearia; scapus autumnalis; pollen minus.) *W. H.* in Amar. ll. cc.

**) Perianthium 6partitum, regulare. Stamina subisometra, basi sepalorum inserta; filamenta basi dilatata et gibbosa. Stigma trifidum, fimbriatum. Capsula trisulca. Semina angulata. — Folia disticha. Scapus solidus, multiflorus. *Spch.*

Species omnes videntur *prom. bon. spei* incolae, cum *japonico-chinenses* minus certae, forsan culturâ ortae. Genus in eo quoque ab omnibus ordinis recedit, ut inflorescentia plurium specierum centrifuga sit, dum in omnibus aliis observatis centripeta. (*W. H.* l. c. 284.)

Caeterum cl. auctor Monographiae Amaryllidearum species hujus generis nec definiit neque descripsit, sed nomina tantum enumeravit.

(Nerine curvifolia) unguiculatae, acutae, inferne erectae, dein patentes, supra medium revolutae. Genitalia limbo vix longiora. Filamenta subulata, ruberrima, approximata, erectiuscula, 3 alterna breviora, antherae oblongae, obtusae, violaceae, polline flavescente. Germen subrotundum, trilobum (turbinato-sphaeroideum *G.*), laete viride, nitidum. Stylus situ staminum, iis concolor et paulo longior. Capsula subrotunda, inaequaliter protuberans, straminea. Loculi ovarii 8spermi. Semina 1—2, bulboso-laxata, viridia, subrotunda. *(Jcq. & Ker.)*

(2) lineari-lanceolatae revolutae, brevi acuminato-attenuatae, alternae apice barbatae; folia linearia v. lineari-lanceolata subcanaliculata scapo breviora.

2. Nerine Fothergillii.

Amaryllis Fothergillii *Andr.* Bot. Rep. t. 163. — *Poir.* l. c. 35. — *Pers.* Syn. I. 354. 32. — *Tratt.* l. c. t. 392. Thes. t. 47. — *Kern.* Ht. semp. t. 224.

Amar. curvifolia *Red.* Lil. t. 274. — *Tratt.* l. c. t. 391. (?) — *Schult.* & *Sprg.* ll. cc. (p. p.)

In *Chinâ* et *Japoniâ* (an forma culta praecedentis?). ♃.

Bulbus subrotundus, subdepressus, magnit. pomi minoris, tunicis membranaceis rufescentibus. Folia 6—8, plus minus falcata, basi canaliculata, apice plana, obtusa, glabra, floribus coaetanea. Scapus lateralis, 20—24poll., basi vaginis irregularibus membranaceis etiam folia includentibus, erectus, glaber, glaucescens, basi compressus, apice teretiusculus. Spathae valvulae 2 ovato-lanceolatae, acutae, rubescentes, lgt. fere pedicellorum fortium, 1—$1^1/_2$poll. Umbella densa, circ. 15flora. Flores splendide coccinei. Perigonium ad germen usque divisum: laciniae circ. 20''' longae, subundulatae, valde recurvae, subinde subspirales. Filamenta erecta, crassa, filiformia, basi stylo appressa, apice ab eo distantia, coccinea, perigonio paulo longiora; antherae purpureo-violaceae, effoetae nigrescentes. Germen viride, subdepressum, trisulcum. Stylus filiformis, suberectus, staminum lgt., coccineus. *(Red.)*

(3) lanceolato-ligulatae, inferiores utrinque duas summas versus obliquatae, imae binae latius discretae; folia pauca bifaria lineari-ligulata convoluto-canaliculata.

3. N. corusca *W. H.* App. 19. et l. c. n. 3.

Amaryllis corusca *Gawl.* in Bot. Mg. ad. 1430. adn.

Amar. humilis *β.* floribus majoribus pluribus subminiato-rubentibus. *Gawl. (Ker)* Bot. Mg. t. 1089. — *Ait.* l. c. 229.

Amar. curvifolia *β.* floribus miniatis. *Schult.* l. c. 833.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Differt a N. humili staminibus suberectis, perigonio fere quadrante longioribus, nec horizontalibus et multo brevioribus. Folia sub-4na. Pedicelli spathâ bivalvi longiores. Perigonium erectum; laciniae subaequales, ungue brevissimo, superne undulatae. Stamina obsolete assurgentia, parum inaequalia, imae fissurae opposita. Stigmata 3 brevia replicata. (In ic. cit. spathae carneae deflexae, pedicelli $1^1/_2$poll., laciniae $1^1/_2$'' longae, 4''' latae, coccineae; antherae virides; stigmata albida.)

2) **centrifuga.** Folia

(1) humi prostrata, latolorata, nervoso-striata; laciniae basi contractae, aequaliter revoluto-patentes; genitalia fasciculatim erecta, longissima.

4. N. rosea *W. H.* App. 19. Bot. Mg. t. 2124. — *Rchb.* Fl. exot. 1. 46.

N. venusta var. 3. rosea. *W. H.* Amar. l. c.

Galathea rosea. *W. H.* in Bot. Mg. ad 2113. 5.

Amaryllis rosea *Schult.* l. c. 833. 51. (non *Sprg.*)

In *prom. bon. spei.* ♃.

Differt ab Amar. sarniensi *β.* (N. Jacquini *m.*) foliis humi prostratis latioribus, umbellâ ampliore, laciniis duplo fere latioribus, magis undulatis, multo majoribus, intensius roseis. Genitalia longiora; folia magis carnosa, obscurius viridia, striis nervosis multo distinctioribus, luci obversa striis transversis interrupta. *(W. H.)*

(2) reflexa, ensiformia, striata, scapo breviora; perigonium campanulatum, laciniis lanceolatis revolutis; genitalia erecta.

5. ? N. cochinchinensis.

Amaryllis sarniensis *Lour.* Fl. Cochinch. ed. *Wlld.* I. 247. — *Thb.* Jap. 131. — *Schult.* l. c. 835. Obs.

Lilio-Narcissus japonicus *Tourn.* Inst. 386. t. 207.

Narcissus japonicus rutilo flore *Kaempf* Amoen. 872.

In *Chinâ.* ♃. (Anne culta?)

Bulbus ovatus, tunicatus. Folia radicalia, glabra. Scapus $1^1/_2$pedalis, teres, nudus. Spatha multi-(circ. 12)flora, oblonga, obtusa. Petala lutea, intus rubro punctata. Stamina longa. Stigma trifidum.

(3) recta, plura, anguste lorata, subinvoluta, viridia,

a. flore seriora; laciniae lineares planae; genitalia rectiuscula, perigonio longiora.

6. **N. sarniensis** *W. H.* App. 19.

N. venusta var. 2. sarniensis *W. H.* Amar. l. c.
Amaryllis sarniensis *a. Ker* Rev. 21. — *Schult.* l. c. 834. 52.
Amaryllis sarniensis *L.* Sp. pl. 421. — *Ait.* l. c. ed. 1. 420. ed. 2. II. 227. — *Wlld.* l. c. 59. 27. — *Curt.* Bot. Mg. t. 294. — *Red.* Lil. t. 33. — *Sprg.* l. c. 52. 41. — *Sp.* l. c. 420. (p. p.)
Amar. dubia *Houtt.* Linn. Pfl. Syst. XII. 181. t. 82. f. 1.
Narcissus japonicus rutilo flore. *Cornut.* Canad. 157. t. 158. — *Rudb.* Elys. II. 23. f. 14. — *Ehret.* sel. t. 9. f. 3. — *Seba* Mus. I. t. 17. f. 3. — *Barrel.* Ic. t. 126.
Lilium sarniense *Dougl.* Monogr. t. 1, 2.
In *Japoniâ (?)* et olim, per naufragium adducta, in insulâ *Sarniâ* (Guernsey), unde nomen. ♃.

Bulbus ovatus. Folia circ. 5, angustius lorata, obtusa, obsoletius involuto-concava, $1^1/_2$pedalia, $^1/_2$poll. lata. Scapus compressus, altitudine foliorum. Flores 6 v. plures, pedunculis $1^1/_2$poll. Perigonium solo disco incrassato-connexum, revoluto-rotatum, superne undulatum, $1^1/_2$'' profundum, micans, saturate roseum. Filamenta subexserta, rubra; antherae violaceae, polline luteo. Stylus ruber. Stigmata replicata v. coadunata.

β. punctata: floribus aurantiacis punctatis. *Tratt.* Tab. 490. — *Schult.* l. c. *δ.*
Forsan ad sequentem pertinens.

b. coaetanea; perigonium patentissimum rotatum, laciniis superne revolutis,

a) linearibus; folia ensiformi-linearia, obtusiuscula, subcanaliculata, scapo breviora.

7. **N. Jacquini.**

Amaryllis Jacquini *Tratt.* Gart. Pfl. 43.
Amar. venusta *β.* floribus subroseo-rubentibus. *Gawl.* in Bot. Mg. ad 1090.
Amar. sarniensis *Jacq.* Ht. Schbr. I. 34. t. 66. — *Tratt.* Tab. t. 489. Thes. t. 46.
Amar. sarniensis *β.* capensis. *Pers.* l. c. 354.
Amar. sarniensis *β. Wlld.* l. c. — *Schult.* l. c.
Haemanthus sarniensis *Thb.* Fl. Cap. ed. *Schult.* I. 298. 5.
In *prom. bon. spei*, in fossâ magnâ, alte in monte *Tafelberg.* Apr. ♃.

Folia obtusa, integra, striata, glabra. Scapus teres, erectus, glaber, spithamaeus v. ultra. Flores umbellati. Spatha diphylla, patens: foliola basi lata, oblonga, apice attenuata, rufescentia, pedunculis longiora. Intra spatham laciniae lacerae, albicantes. Umbellae floribus circ. 9. Pedunculi filiformes, patuli, pollicares. Perigonium (corolla) sanguineum *(Thb.)*. Bulbus subrotundo-ovatus, extus fuscus, magnit. ovi. Folia plura, sublinearia, obtusula, leviter canaliculata, crassula, utrinque saturate viridia, inferne erecta, dein reclinata, $1^1/_2$pedalia, $1^1/_2$poll. lata. Scapus ad folia lateralis, compressus, erectus, foliorum altitudine. Flores 8, erecti, inodori. Spatha 2valvis, acuta, purpurascens, medio saepe virens, lgt. pedunculorum fere $1^1/_2$pollicarium crassitie pennae columbinae. Petala (laciniae) utrinque rubra, patentissima, apicibus revolutis, lineari-lanceolata, acuta, saepe supra medium spiraliter revoluta, $1^1/_2$poll., ad basin usque liberrima, unguibus cum basi filamentorum connatis, quae basi monadelpha. Filamenta erecta, perigonio longiora concolora; antherae oblongae, atroviolaceae. Stylus concolor et paulo longior. Stigma trifidum, albidum, minutum. Variat floribus saturate sanguineis et pallidius rubentibus. *(Jcq.)*

Obs. Si Amar. sarniensis *L.* reverâ Japoniae indigena, tunc certissime specie distincta est a capensi, cum non sit suspicandum, plantam japonicam simul in Africâ extratropicâ crescere. Caeterum quoque differentiae indigitatae gravioris sunt momenti.

b) lanceolato-oblongis; folia lineari-lorata canaliculato-concava; genitalia fasciculatim erecta; stigma obsolete trigono-capitatum.

8. **N. venusta** *W. H.* ll. cc.

Amaryllis venusta *Gawl. (Ker)* in Bot. Mg. t. 1090. (*a.* floribus saturate coccineis, excl. var. *β.*)
Amar. sarniensis *γ. Schult.* l. c.
In *prom. bon. spei.* Fl. Nov. ♃.

Differt a N. sarniensi foliis coaetaneis, a curvifoliâ foliis nec glaucescentibus nec lateraliter curvatis, ab humili stigmatibus haud 3 profunde separatis. Semina subglobosa,

(Nerine venusta) Sinapeos paulo majora. *(Gawl.* — In icone spathae lanceolatae, acuminatae, convolutae, carneae, dependentes, 2'' longae, 1/2'' latae; pedicelli 5—6, pollicares, virides. Perigonii laciniae 1 1/2 poll., fere 1/2'' latae, saturate coccineae, revolutae; genitalia erecta, concoloria, sed pallidiora. Antherae violaceae, effoetae virides. Stylus filamentis longior, 1 1/2 poll., pallide coccineus, stigmatibus concoloribus.)

β. minor. N. venustae var. 4. *W. H.* l. c. — minor, floribus intense rubris.

γ. curvifolio-venusta *W. H.* l. c. — hybrida.

2. Perigonium distortum, cum filamentis et stylo sursum curvatum; germen deflexum. Distortae *W. H.* (Nerines. *str.*)

Inflorescentia 1) centrifuga. Folia pauca, canaliculata; stamina perigonio breviora,

(1) deflexa; spatha multiflora; perigonium recurvo-stellatum irregulare, laciniis undulato-crispis

a. obverse linearibus canaliculatis, imâ staminibus subtensâ; folia lorato-linearia.

9. **Nerine undulata** *W. H.* App. 19. et l. c. t. 45. f. 2. (semen).
Amaryllis undulata *L. S. V.* 264. — *Jacq.* Ht. Vdb. III. t. 13. Coll. IV. 222. t. III. f. 4. — *Ait.* l. c. 420. ed. 2. II. 228. — *Wlld.* l. c. 60. 30. — *Sprg.* l. c. 53. 56. — *Curt.* Bot. Mg. t. 369. — *Meerb.* Ic. t. 13. — *J. Fr. Mill.* ic. 8. — *Red.* Lil. 115. — *Tratt.* Tab. t. 393. — *Hill.* ht. Kew. t. 14. — *Kern.* l. c. t. 30. — *Schult.* l. c. 835. 53.
Haemanthus undulatus *Thb.* Fl. Cap. ed. *Sch.* I. 297.
Ad *prom. bon. spei,* in collibus infra *montem tabularem* versus orientem, ad *Wynberg* et alibi. Fl. Mart. — Majo. *(Thb.)* ♃.

Bulbus ovato-oblongus, fibrosus, glaber, magnit. pyri majoris. Folia sub florescentiâ nulla (obtusiuscula et erectiuscula, glabra). Scapus teres v. subcompressus (obsoletius et obtuse anceps), erectus, glaber, spithamaeus (lgt. foliorum, lateralis), basi purpureus, superne viridis. Spatha diphylla, umbellâ brevior: foliola basi lata, inde attenuato-subulata (oblonga), glabra, purpurascentia (foris purpurea, intus carnea, striata, subpellucida erectaque). Umbella floribus circ. 9(—12 et pluribus), magnit. florum Anemones nemorosae. Pedunculi (successivi) glabri, erecti (patuli, graciles), pollicares v. ultra (filis roseis capillaribus intermixtis). (Germen atro-virens, rotundato-triquetrum.) Perigonii tubus vix 1/2 lin., limbus ad basin fere 6partitus: laciniae lanceolatae (angustae, canaliculatae), obtusae (acuminatae), patentes (crispato- et denticulato-) undulatae, alternae obtuse acuminatae (basi planiusculae et paulo latiores, intus albae extus purpurascentes (totae (?) roseae), crystallino-pellucidae (infima a proximis magis distans). Filamenta subulata, perigonio dimidio breviora, erecta, alternis 3 longioribus (omnia versus laciniam inferiorem declinata, inaequaliter elongata, perigonio concoloria), tubo inserta. Antherae rotundae, nigrae (purpureo-badiae). Stylus filiformis, filamentis paulo longior (staminibus triplo brevior *Jcq.?*), purpurascens. Stigma acutum, subbifidum (simplex). Capsula ovata, subtriangularis, purpurascens, glabra. Semina plurima, globosa, alba (bulboso-laxata, viridia, e capsulâ tenui praecocius prorumpentia *Ker).* Perigonium horizontaliter patens, vix tubulosum, primo intuitu Amaryllidem refert. *(Thb.,* et quoad cultam, uncis inclusam, *Jacq.)*

Formae hybridae:

β. Spofforthiae v. venusto-undulata.

γ. pulchello-undulata, inflorescentiâ centripetâ.

δ. humili-undulata,

non amplius descriptae, enumerantur a cl. *W. H.*

(Nerine undulata)

ε. Mitchamiae v. curvifolio-undulata, ibid. 286. t. 43. f. 1.: bulbo viridi-purpurascente; foliis $^{3}/_{4}$'' latis subglaucis obtuse acuminatis; scapo viridi 18unciali $^{3}/_{16}$ lato, basi aliquando purpurascente; umbellâ circ. 16florâ bracteatâ: pedunculis uncialibus; germine loculis circ. 6spermis, ovulis plerumque emarcidis; corollae laciniis semipatentibus undulatissimis apice reflexo, $1^{1}/_{4}$uncialibus, $^{1}/_{4}$ unc. latis, roseo-rubentibus, dein caeruleo-purpurascentibus costâ mediâ vel striâ rubente; stylo et filamentis roseo-rubris inferne purpurascentibus, stylo filamentis longiore, corollâ breviore, denuo assurgenter curvato; stigmate albo.

N. versicolor *W. H.* App. 51. ic.

Inflorescentia in hac hybridâ varietate centripeta dicitur.

b. reflexis unilabiati(m dispositi)s; folia linearia obtusa nuda subcarnosa.

10. **N. aucta.**

Amaryllis aucta *Tratt.* Thes. 9. t. 45.

Amar. undulata *β.* major *Tratt.* Tab. t. 394. — *Schult.* l. c. 836.

Hab. . . . . . in horto Dmi. *Ancelotti* Viennae. ♃.

Forsan varietas hybrida. Praecedente multo major; perigonium penitus dilute purpureum.

(2) adscendentia; spatha multiflora; perigonii laciniae sursum unilabiato-obliquatae, lanceolatae, apice undulato-reflexae; folia ligulata obtusa glabra planiuscula.

11. **N. humilis** *W. H.* App. 19. et l. c.

Amaryllis humilis *Jacq.* Ht. Schbr. I. 36. t. 69. — *Wlld.* l. c. 60. 32. — *Gawl. (Ker)* in Bot. Mg. t. 726. *α.* (excl. var. *β.*). — *Tratt.* l. c. t. 491. — *Red.* Lil. t. 449. — *Schult.* l. c. 837. 54. — *Sp.* l. c. 421.

Amar. humilis *α. Ait.* Kew. ed. 2. II. 229.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus ovato-oblongus, pollicaris (integumentis innumeris tenuissimis, texturâ intermediâ ductili, e fibris gracillimis tenacibus sericeis formatâ, et cuticulâ nitidâ glabrâ vestitus). Folia post scapum, 3—5, erecta v. patula, 3—6poll., vix $^{3}/_{4}$'' lata, crassula, viridia, (oblongo-linearia, subcanaliculata, apice rotundata. Scapus ad folia lateralis, teretiusculus, erectus, viridis, semipedalis (subinde bipedalis *K.*, 9poll. — unipedal. *Red.*, 3—4poll. *Lk.*,) crassitie pennae columbinae, (foliis longior). Flores 3—4, (6—20, inodori, duplo ac in undulatâ majores, purpureo-rosei, pallidius variegati). Spatha bivalvis: valvulae lanceolatae, acutae, erectae, roseae: lgt. pedicellorum (brevior). Pedicelli teretes, erecti, (divaricati,) unciales, ramentis interjectis filiformibus roseis. Perigonium ad basin fere usque partitum (ut laciniae vix cohaereant), roseum v. rubrum, patentissimum: laciniae lineari-lanceolatae, acutae, superne undulatae, apice reflexae, unciâ longiores, ad lentem pellucide punctatae, 5 superiores adscendentes, sexta remota, (stellato-recurvae, subirregulares, lineari-oblongae, unguiculatae, subligulatae, assurgentes, marginibus convergentes, 2 inferiores longitudinaliter divaricato-remotae, laminae undulato-crispatae, lateribus subreflexis). Genitalia laciniae infimae incumbentia, apice adscendentia, (declinato-assurgentia, perigonio breviora, concoloria,) rubra. Antherae oblongae, atro-violaceae, polline flavo. Germen subrotundum, triquetrum (viride, depresso-sphaeroideum, tritorosum, triculcatum). Stylus filiformis, purpureus, staminibus paulo longior. Stigma trifidum, reflexum, villosum (stigmata 3 patentia, recurva). Capsula subrotunda, triloba (loculi 2—4spermi). Semina subrotunda, plerumque solitaria (bulbosa, virentia). *(Jacq. et quoad inclusa Ker.)*

β. pulchello-humilis, hybrida *W. H.* l. c.

2) **centripeta.** Perigonium irregulare: lacinia una fasciculo declinato staminum subtensa remota.

Scapus

(1) teres foliis longior; umbella 6—7flora, flores pedicellati; laciniae undulatae, lanceolato-lineares,

a. mucronatae; folia lanceolata, glauca,

12. **N. pulchella** *W. H.* App. 19. et l. c. — *Sims* Bot. Mg. t. 2407.

capsulae loculi circ. 8spermi.

Amaryllis pulchella *Schult.* l. c. 837. 55. — *Sprg.* l. c. 53. 53.
In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus oblongo-ovalis, 1½'' crassus, viridi et purpureo tinctus. Folia bifaria, basi vaginantia ibidemque extus glauco-violacea, glabra, tenuissime striata, 6—10poll., ultra ½'' lata. Scapus 2' 3'' altus, crassitie digiti minoris, erectus, teres, glaber, viridis, inferne sanguineo-variegatus. Flores paulo distorti. Spatha 2valvis, rubescens, foliolis linearibus acutis glabris 3poll., 3—4''' latis. Pedicelli erecto-divaricati, teretes, glabri, 1—1½pollicares, glauci. Germen breve, rotundato-trigonum, pallide viride, magnit. pisi minoris. Perigonium pallide carneum, rubro striatum, in alabastro intensius coloratum: laciniae ad basin usque discretae, erecto-patentes, 1½poll., 3''' latae, singulae striâ mediâ longitudinali rubrâ, extus saturatiore latiore. Stylus et filamenta (subulata) alba, curvata, lgt. perigonii; antherae ovatae, pallide flavae; stigma trifidum, laciniis patentibus albis. Floribus marcescentibus pedunculi elongantur. — N. **humilis** differt scapo brevi, floribus laete rubris, foliis angustis viridibus.

β. **Haylocki** v. curvifolio-pulchella — floribus pallide roseis, in griseo-purpurascentem mutatis. *W. H.* l. c. Videtur fertilis.

b. acutae, recurvo-divaricatae; folia lorata, angusta, obtusiuscula, pustuloso-punctata.

13. **Nerine flexuosa** *W. H.* ll. cc.
Amaryllis flexuosa *Jacq.* l. c. I. 35. t. 67. — *Wlld.* l. c. 60. 33. — *Ait.* l. c. 229. — *Tratt.* l. c. t. 492. — *Bot. Rg.* t. 172. — *Sprg.* l. c. 53. 55. — *Schult.* l. c. 838. 56. — *Sp.* l. c. 421.
Ad *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus subrotundus, nuce juglande fere major, extus fuscus. Folia post scapum plura, acutiuscula, planiuscula v. leviter canaliculata, erectiuscula (pedalia, ½'' lata, subtus pallentia et magis conspicue pustulata). Scapus teres, superne parum compressus, erectus, firmulus, 1½(—2)pedalis (subinde calamum crassus. Umbella laxa). Flores circ. 6, 1½unc., inodori. Pedunculi teretiusculi, 2poll., erecti v. patuli (stricti, fragiles, spathâ longiores). Spathae valvulae 2 lanceolato-acuminatae, striatulae, rubellae, 1½poll., reflexae, brevi emarcidae (subroseae, sphacelatae). Perigonii laciniae basi levissime (disco incrassato tantum) connatae, pallide carneae, (roseae,) fasciâ longitudinali roseâ, dorso ad apicem, facie ad medium pertingente, inferne erectiusculae, planae, dein patentissimae et undulatae et magis minusve spiraliter inflexae, 5 sursum versae, sexta declinata. Genitalia declinata, superne adscendentia; filamenta laciniis breviora, albida. Antherae oblongae, purpureo-caeruleae, polline sulfureo. Germen subrotundum, triquetrum (loculis sub-8spermis). Stylus lgt. perigonii, roseus: stigma trifidum (3, replicata, rubra, puberula. Capsula bulbisperma). (*Jacq.* et quoad inclusa *Ker* Rev. 23.)

(2) planus scaber foliis brevior; folia lineari-lorata; pedunculi stricti, robusti, triquetri, hispidi, divaricati, flore duplo longiores.

14. **N. lucida** *W. H.* l. c. t. 36. f. 3.
Brunsvigia lucida *W. H.* App. 16. — *Schult.* l. c. 847. 7.
Amaryllis lucida *Burch.* Cat.
Amar. laticoma *Ker* in Bot. Rg. 497. et App. ad VI. Bot. Mg. ad 2124. — *Sprg.* l. c. 54.
In *prom. bon. spei* inter *Gattikamma* v. *Wittewater* et *Rietfonteen (Aakaap.) Burch.* — Fl. Febr. ♃.

Bulbus ovato-oblongus, magnit. ovi anatini; tunicis fibroso-membranaceis multiplicibus fuscescentibus. Folia recumbentia, subsena, lenta, 1½pedalia, ⅔'' alta, margine alterne subfalcatim flexa, obtusa, utrinque lucida, aestiva. Scapus viridissimus, 9 fere poll., 1½'' circ. latus, tuberculato-scaber, erectus. Umbella 17flora, ordine triplo alterna, remota, divaricata, hemisphaerica, ramentis bracteaceis. Spatha sphacelata, subrosea, pedunculis triplo brevior, valvis lanceolatis refractis. Pedunculi pube brevi glandulosâ hispidi, cinerascentes, 4poll. Perigonium nutans, roseo-album, inodorum, turbinato-rotatum: laciniae omnes collaterali-adscendentes, vel nunc una remota genitalibus subtensa, subaequales, anguste ligulatae, albae, cum lineâ roseâ mediâ longitudinali, basin versus convoluto-unguiculatae, conniventes, brevissime connexae, superne recurvae, non undulatae, 2''' latae, acutae. Stamina declinato-assurgentia, perigonio aequalia, alterna longiora, 3 praecociora; filamenta rosea, fundo brevissime tubuloso-adnata; antherae oblongae, atropurpureae, polline ochroleuco. Germen oblato-rotundum, rubido-virescens, subtrilobum: loculi biseriato-sub-5spermi; ovula globosa. Stylus

(Nerine lucida) albus, stamina fere superans. Stigma patens, pruinosum, lobulis 3 rotundatis. *Ker.*

Species exclusa:

Nerine marginata *W. H.* = Elisena marginata.

30. Vallota.

W. H. App. 29. *) Amar. 70. et 133. 30. t. 44. f. 26. (pollen).
Amaryllis f. Vallota *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c. — *Schult.* l. c. 827.
Amaryllis subg. Vallota *Sp.* l. c. 418. **)

Umbella 2—3flora; limbus perigonii erectus, rotato-turbinatus, subobliquatus; laciniae reticulato-rugulosae, exteriores rhombeo-ovatae, interiores lanceolatae; stamina erecta, incurvo-patentia; stylus declinatus. — Perigonii tubus aequans faucem membranâ obsolete 6dentatâ conferruminato-duplicatam

Obs. Capsulae oblongo-ovales prope basin, ubi valvae attenuatae sunt, dehiscere inchoant. Semina $^{7}/_{16}$poll. longa in parte inferiore $^{5}/_{16}$ complectente mere vacua alam foliaceam basi angustâ funiculo umbilicali tenuissimo affixam sistunt. Chalaza oblique versus alterum latus directa, altero latere seminis dorso curvato. Albumen in superioribus $^{2}/_{16}$ transverse situm est, embryone a chalazâ ad latus oppositum seminis directo. Semina in parte angustiore superiore capsulae angusta sunt et rectiora, chalaza magis verticalis, et albumen atque embryo non transversa, sed versus foramen ad basin directa. *W. H.* Am. 414.

1. hyalinam, cylindricus v. rotundato-trigonus; folia scapo longiora, convoluto-lorata, lineari-lanceolata, obtusiuscula.

1. **V. purpurea** *W. H.* App. 29. et l. c. 134. (excl. synon. *Jacq.*) t. 33. f. 15. (perigonium dissectum) t. 1. f. 52. (semen).
Amaryllis purpurea *Ait.* Kew. ed. 1. I. 417. ed. 2. II. 224. — *Wlld.* l. c. 53. 11. (excl. syn. *Jacq.*) — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1430. — *Sprg.* l. c. 51. 35. — *Schult.* l. c. 827. (45.) — *Sp.* l. c. 418. (excl. syn. *Jacq.*) — *Ker* Rev. 18.
Amaryllis speciosa *L'Hér.* l. c. 12.
Cyrtanthus purpureus *Herb.* in Bot. Mg. ad 2113. 3.
Crinum speciosum *L. fil.* Suppl. 195. — *Thb.* Prodr. 59. Fl. Cap. ed. *Schult.* 1. 301.
In *prom. bon. spei,* locis aquosis, ad rivulos, *Hartequas-Kloof.* ♃.

Bulbus (oblongo-)ovatus, superne sensim attenuatus, crassitie pyri, (fuscus, ovo Meleagridis major). Folia obtusa, glabra, pedalia et ultra, (subsena, bifaria, obscurius reticulato-venosa, semipedalia, $1^{1}/_{2}$ — 2″ lata, laete viridia, interiora elatiora, scapum strictum subcompresso-teretem, 2—3-pedalem aequantia, basi ut scapus purpurascentia). Scapus teres, glaber, erectus, spithamaeus v. ultra. Umbella circ. (2—) 4 (1—3)flora. Spatha (longior pedunculis viridibus flore 2—3plo brevioribus) diphylla: foliola basi lata, lanceolata, acuminata, floribus breviora, $1^{1}/_{2}$poll.; laciniae lineari-ensiformes interspersae, paulo breviores. Pedunculi vix pollicares. Perigonium (corolla) sanguineum, speciosum, (sanguineo-puniceum, 3poll., erectum, infundibuliforme); tubus sensim ampliatus in limbum campanulatum, pollicis, parum curvatus; (faux late turbinata hyalino-6fenestrata, tubo isometra, per membranam in interstitiis laciniarum obsolete 6dentatam con-

---

*) Bulbus ovatus. Folia disticha, perennia. Scapus aestivus, cavus. Spatha bifida. Umbella 4—5flora. Germen pedunculi erecti continuum, gracile, trigone oblongum. Tubus germine continuatus: pars inferior subcylindrica, superior late infundibuliformis, costâ longâ inter filamenta intus instructa. Filamenta conniventia: 3 tubo prope faucem vel laciniis exterioribus extra tubum, 3 sub interiorum basi infra tubi faucem, corollae lateri tantum adnata. Stylus declinatus. Stigma trigonum, vix trilobatum. Capsula triloc. Semina nigra, foliaceo-alata. (*Schult.* l. c. in adn.)

Germen erectum; tubus rectus, amplus; limbus infundibuliformis; filamenta conniventia, latere tantum tubo (petalina summo tubo vel laciniis, sepalina profundius) adnata; antherae triente inferiore affixae suberectae; stylus declinatus. — Folia persistentia. *W. H.* Amar. ll. cc.

**) Perianthium infundibuliforme; fauce ampliatâ, segmentis inaequalibus. Stamina conniventia, fauci perianthii (alternatim altius et profundius) inserta. Stylus declinatus. Stigma trigonum, integrum. Capsula triëdra. Semina in loculis biseriata, complanata, nigra, alâ tenui cincta. — Folia disticha, perennantia. Scapus fistulosus. Flores in umbellâ simplici. Spatha bifida.

(Vallota purpurea) nato-duplicata; limbus obsolete irregularis, subrotato-campanulatus, labro extrorsum obliquato;) laciniae ovatae, acutae, pollicares (tubo subaequales, extimae subrhombeo-ovatae acutulae cum mucrone, dorso centro virentes, rotundato-carinatae, intimae elliptico- v. ovali-lanceolatae, triente angustiores). Filamenta filiformia, perigonio breviora, inaequalia (alterna subbreviora, erecto-patentissima, incurvula, inclusa, rubella uti stylus reclinate incurvulus, limbum aequans). Antherae flavae (erecto-appensae, vibratiles. Stigma obsolete triplex, subapertum, puberulum. Germen oblongum, viride. Semina paleaceo-complanata, nigra). *Thb.* et (quoad inclusa, quae forsan potius ad speciem sequentem pertinent) *Ker.*

α. major, coccineo-rubens, fauce hyalinâ, antheris longioribus. *Ker* Rev. — *Schult.* l. c.

β. minor, *W. H.* l. c.: floribus minoribus pallidioribus. Amaryllis purpurea *Bot. Rg.* VII. t. 552.

2. opacam, triqueter; folia scapo breviora, inferne erecta canaliculata, apice plana et patula.

2. Vallota elata.

Amaryllis elata *Jacq.* Ht. Schbr. I. 53. t. 62.

Amar. purpurea *β.* minor: cerasino-rubens, fauce opacâ, antheris minoribus. *Ker* l. c. — *Schult.* l. c.

In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus diam. 2''. Folia fere 4, crassula, sesquipedalia. Scapus basi crassitie digiti minimi, levissime compressus, fistulosus, foliis paulo altior. Flores plerumque 3, inodori, 4unc. Pedunculi $^1/_2$—1poll., semiteretes, erecti, virides. Spatha 2valvis, erecta, acuta, striata, fere 2unc., sordide pallideque purpurascens, valvulis lanceolatis. Perigonii tubus ex purpureo pallens, in faucem glaberrimam campanulatam utrinque saturate cinnabarinam dilatatus; limbi laciniae planae, patulae, fauci concolores: 3 interiores angustiores, lanceolatae, obtusulae, 3 exteriores obovatae, mucronatae. Stamina aequalia; filamenta subulata tubo faucique adnata, perigonio paulo breviora, inferne albida, superne cinnabarina; antherae oblongae, flavescentes, polline luteo. Germen oblongum, triquetrum, flavum. Stylus lgt. perigonii, filamentis concolor, declinatus. Stigma subcapitatum, trilobum, albidum. Faux infra lacinias in pulvinar pallidius cum mediâ lineâ saturatiore per totam longitudinem interne attollitur.

31. Amaryllis.

W. H. App. 15.*) Amar. 78. et 275. nr. 67.

Amaryllis (*L.* ger. 406.) g. Belladonna *Endl.* l. c. 176. 1273.
Amaryllis sect. g. Amaryllides *Schult.* l. c. 828. — *Meisn.* l. c.
Amaryllis subg. Calliroë *Sp.* l. c. 419.**)
Belladonna *Sweet* ht. brit. ed. 2. 506.
Calliroë *Lk.* Hdb. I. 193.

1. Uniflora; perigonium subregulare, erectius-

1. A. pudica *Ker* Rev. 6. Journ. of Sc. a. A. II. 348. t. 8. f. 2. — *Schult.* l. c. 804. 13. — *Sprg.* l. c. 49. 6.

*) Bulbus ovatus. Folia 14 v. plura, hyemalia vernave, aestate depereuntia. Scapus altus, solidus, praecox, autumnalis. Umbella sub-20flora; flores odori: pedunculi divaricati. Germen trigone subturbinatum, alias obovatum, pedunculo directe continuatum. Tubus infundibuliformis, filamentis et membranâ filamenta jungente compactus, laciniis tubo adnatis, exteriorum vero marginibus usque ad basin imbricantibus, ita, ut laciniis exteris decerptis tubus integer maneat. Limbus patenter infundibuliformis: laciniae undulatae, alternae aequales. Filamenta casu recta vel assurgenter curvata, temere petalo exteriori vel interiori vel inter duo recumbentia, tria imâ parte crassiora laciniarum interiorum basi, tria breviora et tenuiora infra lacinias exteriores tubo adnata. Stigma trilobum, superne fimbriatum. Stylus declinatus. Capsula trisulca, triloc., trivalvis: loculis 6—14 ovulatis. Ovula rotunda, duobus ordinibus posita. Semina magna, carnosa, globosa, nitida, capsulam crescendo rumpentia, colore margaritaceo, parte solari purpurascentia. (*Schult.* l. c. adn.)

Folia hyemalia, sublinearia, arcuata; scapus autumnalis, foliis praecocior; umbella multiflora, pedunculis divaricatis. Germen trigone obovatum; tubus anguste infundibuliformis, laciniae reflexae; filamenta petalina petalorum basi, sepalina profundius tubo adnata; antherae incumbentes, medio affixae. Capsula triloc., trivalvis, obovata, (praecociter saepius disrupta); semina subglobosa. *W. H.* Amar. ll. cc.

**) Perianthium infundibuliforme, segmentis patentibus undulatis alternatim longioribus et brevioribus. Stamina recta v. adscendentia, perianthii fauci inserta. Stylus declinatus. Stigma trilobum, fimbriatum. Capsula trisulca, irregulariter ruptilis. Semina magna, globosa, integumento carnoso. — Scapus solidus, multiflorus; spatha monophylla.

culum, turbinato-campanulatum, subconnivens: laciniâ unâ staminibus reclinatis retrusâ; scapus humillimus.

Coburgia pudica *W. H.* in Bot. Mg. ad 2113. 4.
In *prom. bon. spei.* ♃.

Folia flore tardiora, caeterum ut bulbus nondum observata. Spatha bivalvis, erecta, acuminata. Perigonium bipoll. v. ultra, albo-rubescens; tubus vix semiuncialis, crassus, 6-sulcus; limbus ad tubum usque partitus, laciniis lanceolato-elongatis subaequalibus acuminatis, striâ intensius rubente per medium dorsum, imbricato-conniventibus, praeter unicam fasciculo staminum inclinantium pressam retrocedentem. Stamina limbo breviora. Stigmata 3 inclusa.

Specimen abortivum esse, alabastris omnibus unicâ exceptâ abortis A. Belladonnae asserit. *W. H.* Amar. 279.

2. Umbella multiflora, floribus pedunculatis. Perigonium

1) turbinato-campanulatum, nutans,

(1) subregulare, nusquam flexum, tubo subnullo, laciniis supra recurvis; folia ligulata (acute) canaliculata, obtuse carinata, scapo praecociore compresso breviora,

a. atroviridia angusta; germen turbinato-oblongum trigonum; flores 8—10, laciniis oblongo-lanceolatis deorsum attenuatis.

2. **A. Belladonna** *L.* Sp. pl. 421. Mt. 363. — *Wlld.* l. c. 54. 16. (excl. syn. Sloane et Seba). — *Mill.* Ill. t. 23. — *Red.* Lil. t. 180. — *Tratt.* Thes. t. 40. Tab. 402. — *Sprg.* l. c. 51. 33. — *Schult.* l. c. 828. 46. — *Sp.* l. c. — *W. H.* l. c. 275. 1. (excl. var. 2.).
A. Belladonna *α.* autumnalis (corollâ magis coloratâ) *Gawl.* in Bot. Mg. t. 733.
A. rosea *Lam.*
A. Reginae *Dietr.* Gart. Lex. I. 322.
Coburgia Belladonna *Herb.* in Bot. Mg. ad 2113. 4.
Lilio-Narcissus indicus flore elegantissime purpurascente *Weinm.* Phyt. III. 276. t. 653. f. A.
Narcissus polyanthes liliacino flore *Rudb.* Elys. II. 48. f. 7.
Lilio-Narcissus rubens indicus *Ald.* Ht. Farn. 83. t. 82.
Narcissus indicus liliaceus diluto colore purpurascens *Ferrar.* Floril. 117. t. 121.
Cape-Day-Lily with the blush flower *Petiv.* Gaz. t. 82. f. 5.
In *prom. bon. spei*, (efferata forsan) in insula *St. Helena*, et insulae *Maderae* castanetis frequens. ♃.

Bulbus viridis, saepius ovo cygneo major tunicâ fibroso-membranaceâ, plexu bombycino-fibroso ductili. Folia plura, anguste lorata, fusco-virentia, 7—10poll. longa, vix $^{2}/_{3}$poll. lata, floribus diu tardiora. Scapus foliis longior et iis praecedens, teres, subcompressus, (ancipiti-compressus *G.*,) solidus, saepius purpurascens (cinnamomeus, carmineo tinctus). Spatha duplo longior pedunculis coloratis, cum germine concolori clavato-continuis eoque 2—3plo longioribus (oblonga, obtusiuscula). Flores 8—10, magni, 3poll. v. ultra, fragrantes, albido-rosei, inferne virescenti-albidi. (Perigonium infundibuliforme, rectiusculum, cernuum *G.*) Laciniae longius imbricatae, basi tantum breviter connatae, (subconcavae, recurvo-patentes, exteriores latiores margine omnino liberae (intus apice reverso, cuspide membranaceâ uncinatâ terminatae); interiores (quas *G. Ker* latiores dicit) basi ciliatae. Genitalia declinato-assurgentia, rubra; filamenta fasciculata, limbo triente breviora; antherae reniformes, albidae, polline flavo. Stylus staminibus longior, triqueter, gracilescens; stigmatis lobuli 3 breves, intense rosei. Germen turbinato-oblongum, obtuse trigonum, pedicellis et scapo concolor. Semina pauca, magna, subglobosa, paleaceo-alata.

β. latifolia *W. H.* l. c. var. 3.: foliis latioribus.

b. viridia latiora recurva; germen breve rotundatum trigonum; flores 5, subreclinati, laciniis lanceolatis a medio reflexis.

3. **A. pallida** *Red.* Lil. t. 470. — *Herb.* App. 15.
A. Belladonna *β.* pallida *Ker* Rev. 17. — *Bot. Rg.* 714. — *Schult.* l. c. 829. — *W. H.* l. c.
Coburgia pallida *Herb.* in Hortic. Soc. Trs. IV. 181.
In *prom, bon. spei.* ♃.

Bulbus ovatus squamis cinereis; foliorum basis emarcida, rufa. Folia 6—7, canaliculata, laevia, 7—9poll., 9''' lata. Scapus centralis, subflexuosus, pedalis, compressiusculus,

(Amaryllis pallida) pallide violaceus, rore glauco. Spathae valvulae tenuissimae, diaphanae, lanceolatae; bracteae flores inter pedicellis longiores; hi inaequales, triquetri, ½—1poll. Flores campanulati, subhorizontales; limbi laciniae basi in tubum brevissimum connatae, albae, margine dorsoque praesertim exteriores pallide roseae, medio crassiores, margine diaphanae, callo acuto intus calcarato. Filamenta teretia, alba, perigonio breviora, apice assurgentia. Stylus staminibus longior, apice rubro-violaceus. Belladonnâ minor, flores graciliores, inclinati; germen magis rotundum.

(2) obscure bilabiatum, recurvo-patens subundulatum, tubo brevi; pedunculi divaricati, flori aequales; folia plurima, oblongo-lorata, obtusa.

4. **Amaryllis blanda** *Ker* Rev. 16. Bot. Mg. t. 1450. — *Sprg.* l. c. 51. 30. — *Schult.* l. c. 829. 47. — *W. H.* l. c. 277. 2. t. 36. f. 10.

A. Belladonna β. vernalis (corollâ pallidiore) *Gawl.* in Bot. Mg. ad 733.

Coburgia blanda *Herb.* in Bot. Mg. ad 2113. 4.

In *prom. bon. spei.* *(Niven.)* ♃.

Bulbus ovo cygneo duplo major, integumentis pallide fuscis membranaceis. Folia scapo tardiora, subduodena, bifaria, e basi vaginante erecto-divergentia, laete pomaceo-viridia, nec glauca, versus finem Januarii perfecta, interiora 3pedalia et 1½″ lata, ab utroque latere gradatim longiora lanceolato-lorata, scapi validissimi (basi pollicem crassi, 3pedalis, brunnei) tereti-ancipitis undato-viridis (cui diu post succedunt) altitudinem demum attingentia, extima bina lanceolato-oblonga latiora, omnia apice obtusata striata subcanaliculata, subtus costâ mediâ pallidiore carinata, introrsum nitida. Spatha bivalvis, sphacelata (albido-fusca). Pedicelli virides, bipollicares v. ultra, ramentis filiformibus intermixti. Germen viride, obovatum, rotundate trigonum, tubo subduplo brevius, sulcis facialibus prominulis. Flores Jun. et Jul. orti, 4″ longi, albidi in pallide roseum vergentes, sed non striati, inodori. Perigonii tubus trigonus 3sulcus limbo recurvo-patentissimo pluries brevior; laciniae subunguiculatae elliptico-lanceolatae. Stamina limbo fere dimidio breviora, concoloria, per totum tubum adnata, divergenter declinata, fasciculata; antherae luteae, demum lunulatae. Stylus subulato-triqueter; stigma subtrigonum, leviter depressum. — Differt ab A. Belladonnâ laciniis perigonii basi non cohaerentibus sed convergentibus, foliis atroviridibus vix ½″ latis, scapum longitudine non aequantibus. *(G.Ker.)*

2) infundibuliforme,

(1) laciniis patentibus subaequalibus vix obliquis; folia erecta obtusa

a. ligulata; umbella patens, 30flora: pedunculi recti.

5. **A. grandiflora** *W. H.* l. c. 278. 4. — *Dietr.* l. c. 1181. 60.

Brunsvigia grandiflora *Lindl.* in Bot. Rg. XVI. t. 1335.

In *prom. bon. spei,* ♃.

Sesquipedalis; flores pallide rosei.

Obs. Opus in quo haec species depicta et descripta est, mihi non competit.

b. linearia, undulata; umbella . . . . . pedunculi apice curvati.

6. **A. Banksiana** *Lindl.* in Bot. Rg. 1842. t. 7.

A. grandiflora var. 2. Banksiana *W. H.* l. c. 279. t. 32. f. 2.

In *prom. bon. spei.* (Spec. hb. Bks. ex ht. Kew.) ♃.

Folium (frustum modo depictum est) $^7/_{16}$″ latum (valde undulatum, flavescenti-laete viride, striatulum). Pedunculus fere 6pollicaris (teres, sulcato-striatus, glaber, crassitie calami, in sicco dilute fusco-purpurascens,) apice curvatus (germen subglobosum, laeve, concolor, magnit. nucis Avellanae). Perigonium $2^5/_8$poll., laciniis circ. ⅜″ latis (e basi lineari pollicari 1½‴ latâ in laminam elliptico-lanceolatam erectam planam longe acuminatam dilatatis, in sicco pallide fuscis, striâ mediâ longitudinali latâ pallide roseâ percursis) filamentis et stylo pollice dimidio longioribus, tubo vix ullo. (Filamenta filiformia, antheris lineari-oblongis. Stylus multo crassior, cylindricus, apice deflexus, stigmate simplici truncato.)

(2) pseudo-resupinatum, tubo unciali, limbo minime expanso apicibus reflexis; laciniis inferioribus porrectioribus magis canaliculatis; folia plurima, erecto-patentia,

a. lanceolata, lorato-elongata glauca; pedunculi exteriores horizontales, interiores erecti apice horizontales.

7. **A. Josephinae** *Red.* Lil. III. t. 370—372. — *Sprg.* l. c. 54. 61.
A. Josephiniana *W. H.* l. c. 278. 3. (excl. var. 3.) t. 36. f. 2. 9.
A. gigantea *Van Marum* in Schr. d. Haarl. Ges. III. — *Dietr.* Gart. Lex. Nachtr. I. 207.
Coburgia Josephinae *Herb.* in Hortic. Soc. Trs. IV. 181.
Brunsvigia Josephinae *Ker.* — *Schult.* l. c. 845. 6.
Brunsvigia multiflora *Sp.* l. c. 422. (p. p.)
In *prom. bon. spei: George* et *Uitenhage.* ♃.

Bulbus omnium maximus, ovatus, fuscus, 11'' altus, diam. 7½'', fibris radicalibus albis crassitie digiti 3pedalibus. Folia obtusa, glabra, subfalcata, 27'' longa, 4—5½'' lata, ad finem veris marcescentia. Scapus erectus, 15poll., ancipiti-compressus, glaucescenti-viridis, 2—2½ poll. latus (purpurascens, 3ped. *H.*). Umbella diam. 3pedalis, floribus circ. 60. Spathae valvae 2 oppositae, lanceolatae, rubescentes, 5½poll., marcescentes. Pedicelli 8—20poll., rubro-violacei, angulosi, crassi, apice non incrassati. Perigonium subcurvatum: tubus brevis, horizontalis, vix a germine distinguendus, rubro-violaceus (declinatus, tereti-angulatus, sulcis 6, 3 minus profundis *H.*); laciniae lineari-lanceolatae, 3poll. et paulo ultra, basi flavae (v. virescenti-albidae), dorso colore tubi, medio rubro-punctatae, apice miniatae, primum apice patentes, serius revolutae, supremâ semper magis revolutâ, acutiusculae et apice callosae; exteriores intus hamo puberulo, (2 infimae interiores magis canaliculatae magisque rectae, infima exterior canaliculata, a filamentis curvatis deflexa. *H.*). Filamenta subulata, arcuata, perigonio breviora, basi flava, apice miniata; antherae lineares, 9''' longae, purpureo-violaceae, effoetae nigricantes, polline luteo (albido *H.*). Germen trigono-ovatum, colore tubi (obovatum, trisulcum, curvatum, ovulis 6 in quovis loculo prominentibus notatum. *H.*). Stylus filiformis, filamentis longior et minus arcuatus, concolor. Stigma simplex. Capsula membranacea, ovato-trigona, angulis acutis, faciebus planis, fusca. Semina numerosa, nigra, subrotunda. *(Schult.)*

Differt a Brunsvigiâ multiflorâ, quacum saepius confunditur, foliis 9, glaucis etc. nec 4 circ. brevibus laete viridibus humifusis, scapo pedunculis duplo, nec vix longiore; pedunculis longioribus laevibus, in illâ brevioribus fere trigonis trisulcis; germine oblongo-cylindrico, nec turbinato trigono lobis altis acutis; perigonio anguste infundibuliformi, tubo trigono conspicuo germine longiore non constricto, in illâ latiore suburceolato, sine tubo, ad apicem germinis constricto; stylo exserto, nec incluso; capsulâ vix 1½poll. obovato-oblongâ, lobis parum elevatis reticulatis opacis, in illâ turbinatâ late ventricosâ apice impressâ 2—4poll., lobis alte alatis divaricato-venosis fere transparentibus. *(Ker.)*

Caeterum utraque facile splendidissima omnium Amaryllidearum.

β. striata: flore (vix) striato.
A. Josephiniana var. 2. *W. H.* l. c.
Brunsvigia Josephinae *W. H.* in Bot. Mg. t. 2578.

b. anguste linearia viridi-glauciuscula; pedunculi rigidissimi divaricati crassi rotundate trigoni apice leviter curvato deflexi.

8. **A. Griffiniana.**
A. Josephiniana var. 3. Griffiniana *W. H.* l. c.
Brunsvigia Josephinae *β.* minor, angustifolia. *Bot. Rg.* t. 192. 193. — *Schult.* l. c.
In *prom. bon. spei.* ♃.

Bulbus magnit. ovi gallopavonis, integumentis fuscis. Folia 2—3plo angustiora, teneriora. Scapus strictus, teres, obsolete et tereti-anceps, glaucus, 2½pedalis, crassitie digiti. Spatha sphacelata, valvis ovato-lanceolatis pedunculis aliquoties brevioribus. Umbella radiis distantibus, 6—9poll., rectis, laevibus, glaucis, superne violaceis. Flores inodori, coccineo-punicei, inferne flavo parce varii, pedunculis 2—3plove breviores. Germen subobovato-oblongum, rotundate trigonum, laeve, viridi-purpurascens, glaucum, semipollicare circ. Perigonium horizontali-assurgens: labium inferius antrorsum elevatum, superius retrorsum depressum, unde rictus introrsum obliquatur, 3poll. et ultra, crassius carnosum, rigidum, ad ¾ fissum, externe lucens. Tubus crassus, trigonus, germine paulo longior et fere isoperimeter, ampliatus in faucem curvaturâ anticâ ventricosiore. Limbus unicolor, revoluto-campanulatus: laciniae lanceolatae, concaviusculae, utrinque obsolete involutae, 3 exteriores hamato-apiculatae: labium imum v. extremum longius, magis remotum, recurvum, assurgens, laciniâ mediâ omnium angustiore ob latera inflexa

(Amaryllis Griffiniana) stamina stylumque involventia; labium supremum vel internum magis depressum, laciniis latioribus inter se similibus. Stamina declinata, dein adscendentia, teretia, robusta, punicea, perigonio quadrante breviora; antherae oblongae, intense sanguineae, polline sulfureo. Stylus exsertus, arcuato-assurgens, teres, tristriatus, ruber, filamentis parum crassior; stigma punctum obtusum, obsolete trigonum, puberulum. Capsula pallida, reticulato-venosa, obovato-oblonga, lobis acutis parum profundis. Semina tuberosa, globosa, piso duplo minora. *(Bot. Rg.)*

Species dubiae; forsan Hippeastra:

Biflora; flores pedunculati secundi tubulosi, fauce ampliati; folia angusta acuta canaliculata fere recta, scapo breviora.

9. **Amaryllis striata** *Lam.* Enc. I. 125. — *Schult.* l. c. 821. Obs. 1.
Lilio-Narcissus indicus s. Narcissus liliiflorus, aureus, striis argenteis pictus, floribus amplis cernuis gemellis. *Pluk.* Alm. 220. t. 246. f. 2.
Hab. . . . . . (?) ♃.
Scapus fistulosus, foliis altior. Spatha bivalvis. Flores flavi, in unum idemque latus inclinati, magni, tubulosi, striis argenteis in fundo aureo.

Multiflorae; flores (in 11. sub-)pedicellati; perigonium

1) reclinatum campanulatum aequale, laciniis ovato-oblongis; tubus pedicellis erectis duplo longior.

10. **A. lineata** *Colla* Ht. Rip. 9. t. III. — *Sprg.* C. p. 133. 69. — *Schult.* l. c. 826. Obs. ad 43.
In *prom. bon. spei.* ♃.
Flores odorati; laciniae superne albae, duabus lineis rubris parallelis notatae, inferne rubrae. Genitalia declinata. — Passim nomine ornatae et zeylanicae coli affirmat *Colla.*

2) cernuum, laciniis alternis uncinatis; folia lineari-lanceolata, scapus teres.

11. **A. elegans** *Sprg.* Pug. II. 59. — *Schult.* l. c. 826. Obs. ad 44.
Hab. . . . . . ♃.
Proxima dicitur A. (Hippeastro) vittatae, cui autem pedicelli longiores, perigonium intus scabrido-punctatum, rhaches laciniarum exteriorum interiorum margini adnatae. A. Belladonna differt petalis interioribus basi ciliatis, scapo compresso, floribus erectis. Perigonium album, striis roseis elegantissime pictum.

Species nomine tantum notae:

Amaryllis aloides *Ht. Belved.*
— altissima *Ht. Lovan.*
— Amaliae *Ht. Nymphenb.*
— amplexicaulis *Lodd.*
— angustifolia *Ht. Nphb.*
— atrorubens *Ht. Lovan.*
— caerulea *Ht. Wirc.*
— canadensis *Zeyh.*
— coccinea *Ht. angl.*
— Colvillii *Ht. angl.*
— exaltata *Ht. Hamb.*
— hemerocallidiflora *Ht. Lovan.*
— jacobaea *Ht. Belved.*
— liturata *Rchb.* Mg. t. 82.
— ovigera Bulbisperma ovigera *Rw.* in *Blume* Cat. ht. Buitenz. 1823.
— sororea *Calewaert-Vermeulen* in Mess. d. sc. et des arts 1827. 374.
— speciosa *Schrk.*
— sulfurea *Nois.*
— superba *Ht. angl.*
— tabulata *Ht. Lovan.* (Ex *Schult.* l. c. 839, 840, 1721.)

Formas hybridas, ad alia quoque Amaryllidis subgenera pertinentes, culturâ exortas hortenses ex *Sweet* Brit. Flow. Gard. cl. *Steudel* in Ncl. bot. ed. 2. 72 — 74. enumerat sequentes:

Amaryllis affinis *Sw.* A. canaliculata *ej.* (subvarr. membranacea, latifida, purpureo-striata).
— anceps *Herb.* (florida-Johnsoni).
— Andersonii *Sw.*
— angusta *Sw.* (Johnsoniano-rutila).
— ardens *Herb.* (crocato-Reginae). Charbon-brulant *Sw.*
— attenuata *Sw.*
— angusta *Sw.*
— aurantiaca *Herb.* (Reginae-acuminata) cum subvarr. amabilis *Sw.*, Camillus *Herb.*, fulva *Sw.*, Gustavus *Herb.*

Amaryllis **Beatum** *Herb.* (Johnsoni-acuminata). Subvarr. **Beatrice** *Herb.*, **crispata**, **macrantha**, **tricolor**, **tricuspis** *Sw.*
— **bella** *Herb.* (Sweetii-Carnarvoni).
— **Brookesii** *Herb.* (crocato-Johnsonii) et β. **Creusa** *ej.*
— **Brunsvigii** *ht.*
— **Burghleriana** *Herb.* (splendenti-vittata).
— **carnescens** *Sw.*
— **Colvillii** *Sw.* (reticulato-Johnsonii). Subvarr. **atrorubens**, **aemula**, **bracteata**, **costata**, **dioica**, **flaccida**, **nervifolia**, **parvula**, **purpurascens**, **phoenicea**, **stenantha** *Sw.*
— **compacta** *Sw.*
— **concinna** *Herb.* (formoso-Johnsoni). Subvarr. **Roundhead**, **Jeffrey**, **John**, **Peter** *Herb.*
— **consanguinea** *Sw.* (Vallettii-Reginae) et β. **sericea** *Sw.*
— **crocea** *ht. angl.*
— **cruciata** *ht. angl.*
— **cuprea** *Sw.*
— **dilecta** *Sw.* (equestri-striatifolia).
— **diluta** *Sw.*
— **discolor** *Herb.* (Johnsoni-tristis).
— **elegans** *Herb.* (formoso-vittata).
— **eximia** *Herb.* (Goweni-Higheleriana).
— **expansa** *Herb.* (equestri-florida).
— **florida** *Herb.* (fulgido-rutila).
— **formosa** *Herb.* (striatifolio-Reginae).
— **fraterna** *Sw.*
— **gloriosa** et β. **accedens** *Sw.*
— **Gowenii** *Herb.* (striatifolio-acuminata). Subvarr. **Agatha**, **Biandelta**, **Cavalier** *Herb.*
— **grandiflora** *Sw.*
— **Griffini** *Herb.* (psittacino-Johnsoni). Subvarr. **Napoleoniana**, **albocincta**, **Alompra** *Herb.*, **campanulata**, **quadricolor**, **quadrilineata**, **retinervia**, **recurviflora**, **Victor** *Sw.*
— **Herberti** *Sw.* (solandrifloro-stylosa) et subvarr. **carnella**, **longa**, **magnifica** *Sw.*
— **Higheleriana** *Herb.* et subvarr. **Domine**, **picta** *Sw.*
— **imbuta** *Sw.*
— **inclinata** *Herb.* (fulgido-vittata).
— **inconstans** *Sw.* (acuminato-Johnsonii). Subvarr. **basiflora**, **breviflora**, **concolor**, **crispiflora**, **delicata**, **dilecta**, **flexuosa**, **fulvo-cincta**, **glaucescens**, **imperialis**, **lateritia**, **lineolata**, **punctulosa**, **purpureo-rubens**, **pustulosa**, **tortuliflora**, **uniparvula**, **varia**, **venosa**, **veniflora** *Sw.*
— **intermedia** *Sw.* (Reginae-equestris).
— **intertexta** *Colv.* (equestri-Reginae).
— **inversa** *Herb.* (Johnsoni-vittata). Subvarr. **Andromache**, **Pluto**, **Saturnus** *Herb.*
— **Johnsoni** *Sw.* (Reginae-vittata). Subvarr. **Barbe blanche**, **Mater**, **pendula**, **Ponceaunelta**, **quarta**, **Scaramouch**, **Sorella**.
— **lugubris** *Herb.* (styloso-Johnsoni) cum subvarr. **griselina**, **porporina**, **Sumbrella** *Herb.*
— **magnifica** *Sw.* (striatifolio-vittata).
— **major** *Herb.* (acuminato-rutila).
— **micans** *Herb.* (rutilo-crocata).
— **minor** *Sterl.*
— **multistriata** *Sw.* (psittacino-Valleti) et β. **retiflor** *Sw.*
— **mutabilis** *Sw.*
— **nobilis** *Herb.* (acuminato-striatifolia).
— **pallescens** *Sw.*
— **platypetala** *Sw.* (acuminato-Reginae).
— **praeclara** *Herb.* (Johnsoni-striatifolia). Subvar **Colvilliana**, **decora**, **patens** *Sw.*
— **pretiosa** *Herb.* (psittacino-Griffini).
— **princeps** *Sw.*
— **pulcherrima** *Herb.* (Sweetii-pulverulenta). Sub arr. **Amorosetta**, **Callisto**, **Gratian**, **Salamander**, **Vezzosa** *Sw*
— **pulchra** *Colv.* (reticulato-vittata).
— **punctata** *Sw.*
— **quintuplex** *Herb.* (Harrisoni-tristis).
— **rigens** *Sw.*
— **rigida** *Sw.* (crocato-rutila).
— **roseo-alba** *Sw.*
— **rubescens** *Sw.*
— **rubicunda** *Sw.*
— **Salamanca** *Herb.*
— **sanguinea** *Herb.* (rutilo-vittata).

Amaryllis Siderlea *Herb.* (sanguineo-subbarbata).
— sinistra *Herb.* (Griffini-vittata).
— spathacea *Sw.* Bot. Mg. t. 2315.
— splendens *Herb.* (rutilo-equestri-vittata). Subvarr. alta, Bellona *Herb.*, ignescens *Sw.*, Mars, Vesta *Herb.*
— spuria *Sw.* (acuminato-Reginae) et subvarr. carinata, sordida *Sw.*
— stellata *Herb.* (subbarbato-sanguinea).
— striatiflora *Sw.* (acuminato-Sweetii) et subvarr. consobrina et versicolor *Sw.*
— sulcata *Sw.*
— Sweetii *Herb.* (striato-Johnsonii). Subvarr. affinis, Annesleyana, amoena, bistriata *Sw.*, brevifolia *Colv.*, discolor, expansa, ligulaeflora, lineata, modesta, notha *Sw.*, obscura *Colv.*, pallidiflora, patentissima *Sw.*, recurvata, rugosa *Colv.*, salmonea, superba, undulaeflora, Valleti *Sw.*, variegata *Colv.*, versicolor *Sw.*, Wellsiana *Colv.*
— tortuosa *Sw.* (psittacino-equestris).
— transparens *Sw.*
— triplex *Herb.* (Goweni-vittata).
— tristis *Herb.* (Johnsoni-stylosa).
— variabilis *Sw.*
— variata *Herb.* (formoso-inversa).
— venosa *Herb.* (vittato-Johnsoni).
— venusta *Herb.* (fulgido-striatifolia).
— vittifera *Sw.*

Species e genere exclusae:

Amaryllis acuminata *Ker* = Hippeastrum acuminatum.
— advena *Ker* = Habranthus hesperius *α.*
— — citrina *Bot. Rg.* = — — *β.*
— aetnensis *Raf.* = Sternbergia aetnensis.
— africana *Lam.* = Lycoris africana.
— alba *Forsk.* = Crinum album.
— Andersoni *Herb.* = Habranthus Andersonianus
— andicola *Poepp.* = — andicola.
— angusta *Schult.* = — angustus.
— arvensis *Dietr.* = Pyrolirion aureum.
— Atamasco *L.* = Zephyranthes Atamasco.
— aucta *Tratt.* = Nerine aucta.
— aulica *Ker* = Hippeastrum aulicum.
— aurea *L'Hér.* = Lycoris aurea.
— — *Rz. & Pav.* = Pyrolirion aureum.
— australasica *Ker* = Crinum flaccidum.
— australis *Sprg.* = — —
— Bagnoldiana *Edw.* = Habranthus Bagnoldianus.
— bahiensis *Alph. DC.* = Hippeastrum bahiense.
— Bangoldi *Steud.* = Habranthus Bagnoldianus.
— Belladonna *Fl. Fl.* = Leopoldia Belladonna.
— — *Sw.* = Hippeastrum occidentale.
— Berterii *Sprg.* = Habranthus Berterii.
— bicolor *Rz. & Pav.* = Phycella bicolor.
— bifida *Sprg.* = Habranthus bifidus.
— bifolia *Lam.* = Zephyranthes bifolia.
— bivaginata *Don* = Cyrtanthus pallidus.
— brasiliensis *Andr.* = Hippeastrum Reginae *γ.*
— — *Red.* = — brasiliense.
— — *Tratt.* = — Simsianum.
— Broussoneti *Red.* = Crinum Broussoneti.
— bulbisperma *Burm.* = — capense.
— calyptrata *Ker* = Amarylliris calyptrata.
— candida *Lindl.* = Argyropsis candida.
— — *Tratt.* = Crinum giganteum.
— capensis *Mill.* = — capense.
— carinata *Sprg.* = Zephyranthes carinata.
— Carnarvonia *DC.* = Hippeastrum spectabile.
— carnea *Schult.* = Zephyranthes rosea.
— Carolinae *Sterl.* = Leopoldia principis *β.*
— caspia *W.* = Allium caspium.
— chilensis *L'Hér.* = Habranthus chilensis.
— chloroleuca *Ker* = Zephyranthes chloroleuca.
— ciliaris *L.* = Buphane amaryllidea.
— — *L. fil.* = — ciliaris.
— cinnamomea *L'Hér.* = Imhofia cinnamomea.
— citrina *Ker* = Sternbergia citrina.
— clavata *L'Hér.* = Gastronema clavatum.
— Clusiana *Ker* = Sternbergia Clusiana.

Amaryllis coccinea *Mol.*	= Habranthus chilensis γ.
— colchiciflora *Ker*	= Sternbergia colchiciflora.
— coracina *Dietr.*	= Ammocharis coranica.
— coranica *Burch.*	= — —
— corusca *Gawl.*	= Nerine corusca.
— crispa *Jcq.*	= Imhofia crispa.
— crocata *Ker*	= Hippeastrum crocatum.
— curvifolia *Jcq.*	= Nerine curvifolia.
— — *Red.*	= — Fothergillii.
— — *β. Schult.*	= — corusca.
— cylindracea *L'Hér.*	= Cyrtanthus angustifolius.
— cyrtanthoides *Sims*	= Phycella cyrtanthoides.
— demissa *Steud.*	= Habranthus pumilus.
— depauperata *Poepp.*	= Zephyranthes depauperata.
— disticha *L. fil.*	= Buphane disticha.
— — *Sims*	= Crinum distichum β.
— Drummondii *Steud.*	= Cooperia pedunculata.
— dryades *Fl. Flum.*	= Griffinia dryades.
— dubia *Houtt.*	= Nerine sarniensis.
— — *L.*	= Hippeastrum barbatum.
— elata *Jcq.*	= Vallota elata.
— equestris *L.*	= Hippeastrum equestre.
— exigua *Schousb.*	= Sternbergia exigua.
— falcata *Ait.*	= Ammocharis falcata.
— — *Lee.*	= Cyrtanthus striatus.
— flaccida *Weinm.*	= Crinum Weinmanni.
— flammea *R. P.*	= Pyrolirion flammeum.
— flava *Pav.*	= — flavum.
— flexuosa *Jcq.*	= Nerine flexuosa.
— Forbesii *Lindl.*	= Crinum Forbesianum.
— formosissima *L.*	= Sprekelia formosissima.
— Fothergillii *Andr.*	= Nerine Fothergillii.
— fulgida *Ker*	= Hippeastrum fulgidum.
— fulvovirens *Schott.*	= Amarylliris calyptrata β.
— gigantea *Ait., Sprg.*	= Crinum giganteum.
— glaucescens *Schult.*	= Hippeastrum glaucescens.
— gracifolia *Schult.*	= Habranthus gracilifolius.
— gracilis *Sprg.*	= — —
— Gravinae *Melazzo*	= Hippeastrum Gravinae.
— guttata *L.*	= Buphane guttata.
— haemanthoidea *Tratt.*	= Haemanthus amaryllidoides.
— humilis (β) *Gawl.*	= Nerine corusca.
— — *Jcq.*	= — humilis.
— — *Lk.*	= Gastronema clavatum β.
— hyacinthina *Ker*	= Griffinia hyacinthina.
— Jacquini *Tratt.*	= Nerine Jacquini.
— Jagus *Thomps.*	= Crinum giganteum.
— ignea *Lindl.*	= Phycella ignea.
— illustris *Fl. Fl.*	= Leopoldia illustris.
— insignis *Ker*	= Crinum insigne.
— intermedia *Edw.*	= Habranthus intermedius.
— — *Sprg.*	= Griffinia intermedia.
— Johnsoniana *ht. angl.*	= Hippeastrum brasiliense.
— Karwinskii *Zucc.*	= Sprekelia Karwinskii.
— kermesina *Edw.*	= Habranthus kermesinus.
— laticoma *Ker*	= Nerine lucida.
— latifolia *L'Hér.*	= Crinum Linnaei.
— — *Lam.*	= — giganteum.
— Lindleyana *Schult.*	= Zephyranthes grandiflora.
— linearifolia *Mol.*	= Habranthus chilensis β.
— linearis *W.*	= Crinum lineare.
— longifolia *Ait.*	= — capense α.
— — *L'Hér.*	= — — β.
— — *Ker*	= — —
— — *L.*	= Ammocharis longifolia.
— lorifolia *Steud.*	= Habranthus lorifolius.
— lutea *Hb. Lamb.*	= — chilensis.
— — *L.*	= Sternbergia lutea.
— lutescens *Herb.*	= Habranthus chilensis.
— maculata *L'Hér.*	= — maculatus.
— maranensis *Ker, Schult.*	= Hippeastrum stylosum.
— marginata *Jcq.*	= Elisena marginata.
— miniata *Mart.*	= Hippeastrum Martianum.
— — *Sims*	= — —
— — *Mathews*	= — miniatum β. purpureum.
— — *R. P.*	= — —

Amaryllis minima *Ker*	= Zephyranthus minima.
— minuta *HBK.*	= — minuta.
— moluccana *Ker*	= Crinum moluccanum.
— montana *Lab.*	= Ixiolirion montanum.
— multiflora *Tratt.*	= Haemanthus multiflorus.
— nervosa *HBK.*	= Zephyranthes nervosa.
— — *Poir.*	= Brunsvigia striata.
— nivea *Schult.*	= Argyropsis candida.
— ochroleuca *Ker*	= Habranthus chilensis.
— orientalis *Jcq.*	= Brunsvigia rubricaulis.
— — *L.*	= — multiflora.
— ornata *Afz.*	= Crinum distichum.
— — *α. Ait.*	= — Broussoneti.
— — *β. Ait.*	= — zeylanicum.
— — *β. Gawl.*	= — giganteum.
— — *α. Ker*	= — distichum *β.*
— — *β. Ker*	= — Broussoneti *β.*
— — *γ. Ker*	= — —
— Osbeckii *Desf.*	= — Osbeckii.
— pallida *W.*	= Zephyranthes pallida.
— peruviana *Poir.*	= Pyrolirion aureum.
— phycelloides *Steud.*	= Habranthus phycelloides.
— pratensis *Poepp.*	= Placea pratensis.
— princeps *Fl. Fl.*	= Leopoldia princeps.
— principis *Salm D.*	= — principis.
— psittacina *Ker*	= Hippeastrum psittacinum.
— pulchella *Schult.*	= Nerine pulchella.
— pulcherrima *ht.*	= Hippeastrum equestre *γ.*
— pulverulenta *Lodd.*	= — acuminatum *β.*
— pumila *Spin.*	= Zephyranthes pumila.
— Pumilio *Ait.*	= Gastronema clavatum *β.*
— punicea *Lam.*	= Hippeastrum equestre.
— purpurea *Ait.*	= Vallota purpurea.
— — *Bot. Rg.*	= — — *β.*
— — minor *Ker*	= — elata.
— radiata *L'Hér.*	= Lycoris radiata.
— Radula *Jcq.*	= Brunsvigia Radula.
— Reginae *L.*	= Hippeastrum Reginae.
— — hybrida *Schult.*	= — brasiliense.
— reticulata *Ait.*	= Leopoldia reticulata.
— — striata *Schlt.*	= — striatifolia.
— — striatifolia *W.H.*	= — —
— revoluta *Ait.*	= Crinum revolutum.
— — *Ker*	= — Kerii.
— riparia *Burch.*	= — riparium.
— robusta *Sp.*	= Habranthus robustus.
— rosea *Lam.*	= Hippeastrum Reginae.
— — *Schlt.*	= Nerine rosea.
— — *Sprg.*	= Zephyranthes rosea.
— rotundifolia *Lam.*	= Eurycles rotundifolia.
— rutila *Ker*	= Hippeastrum rutilum.
— — *N. ab E.*	= — latifolium.
— sarniensis *Jcq.*	= Nerine Jacquini.
— — *α. Ker*, *Sch.*	= — sarniensis.
— — *β. Ker*	= — Jacquini.
— — *γ. Ker*	= — venusta.
— — *L.*	= — sarniensis.
— — *Lour.*	= — cochinchinensis.
— — capensis *P.*	= — Jacquini.
— scillifolia *ht. angl.*	= Crinum distichum.
— solandrifolia *Lindl.*	= Hippeastrum solandraeflorum.
— spathacea *Schlt.*	= Habranthus spathaceus.
— speciosa *L'Hér.*	= Vallota purpurea.
— spectabilis *Andr.*	= Crinum Broussoneti.
— — *Lodd.*	= Hippeastrum spectabile.
— spiralis *L'Hér.*	= Carpolyza spiralis.
— stellaris *Jcq.*	= Hessea stellaris.
— striata *Jcq.*	= Brunsvigia striata.
— striatula *Schlt.*	= Zephyranthes striata.
— subbarbata *Schlt.*	= Hippeastrum subbarbatum.
— Sweetiana *Steud.*	= Habranthus hesperius *γ.* miniatus.
— sylvatica *Schlt.*	= — silvaticus.
— tatarica *Pall.*	= Ixiolirion tataricum.
— toxicaria *Dietr.*	= Buphane toxicaria.
— tubiflora *Hb. Bks.*	= Gastronema clavatum.
— — *L'Hér.*	= Pyrolirion tubiflorum.

Amaryllis tubispatha *L'Hér.* = Habranthus robustus.
— — *Ker* = Zephyranthes tubispatha.
— Umbella *L'Hér.* = Cyrtanthus obliquus.
— undulata *L.* = Nerine undulata.
— unguiculata *Schlt.* = Hippeastrum unguiculatum.
— vaginata *Dietr.* = Hessea vaginata.
— valparadisiaca *Steud.* = Habranthus hesperius *β.* pallidus.
— variabilis *Jcq.* = Crinum variabile.
— venusta *α. Ker* = Nerine venusta.
— — *β. Ker* = — Jacquini.
— verecunda *Schlt.* = Zephyranthes verecunda.
— versicolor *Sprg.* = Habranthus versicolor.
— vittata *Ait.* = Hippeastrum vittatum.
— vivipara *Lam.* = Crinum defixum.
— yuccaeides *Thomps.* = — Broussoneti.
— zeylanica *L'Her.* = — zeylanicum.

32. Amarylliris.

Preis - Verz. des Grfl. Hoffmsgg. Gart. Nachtr. 184½.

Folia lorato-lanceolata, venosa; limbus perigonii semiringens, nutans, membranâ tubi decolori integrâ; laciniae lanceolatae, acutae, undulatae, extimae apice incurvo-conniventes, intimae recurvo-divaricantes; stamina exserta.

A. calyptrata l. c.

Amaryllis calyptrata *Ker* Rev. 11. Journ. of Sc. and A. II. 353. Bot. Rg. t. 164. et App. ad vol. II. — *Bot. Cab.* 864. — *Lk.* En. 314. — *Sprg.* l. c. 50. 20. — *Schult.* l. c. 812. 28.

Hippeastrum calyptratum *W. H.* App. 31. et l. c. 136. 2.
In *Brasiliâ.* ♃.

Folia coriacea, erecto-patentia, acuta, clathrato-venosa, 2½pedalia, 1½—2'' lata. Scapus (subinde plures successivi) pollice triplo crassior; foliis parum brevior, non striatus, glaucus, basi purpurascens. Flores maximi, diutini, 5poll., subflavido-virentes, subinde punctis minutis densis lateritiis, in strias confluentibus. Pedunculi germine parum longiores, calamum crassi. Germen unciale, pedunculo obesius, exsulcum. Perigonii rictus transversim latior: tubus rectus, crassitie fere germinis, bis brevior limbo, intensius virens; limbus infra imbricatus, clathrato-venosus, laciniis subaequalibus, exterioribus 3 dorso gibbosioribus, summâ mediâ antrorsum depressâ arcuatâ. Stamina exserta, fasciculata, declinata, subrubentia; antherae violaceae, polline flavo. Stylus crassior, longior; stigmata revoluta. Capsula oblato-ovata triventri-triloba, supra arctior, lobis pulvinato-rotundis supra gibbis, ventre decurvo-tumido. Semina foliaceo-complanata, elliptico-oblonga, uncialia, alâ latissimâ. *(Ker.)*

β. (?) fulvovirens *Schott.* in *Schreib.* Nachr. von österr. Naturf. 129.: scapo multifloro, floribus flavescenti-viridibus. *Schult.* l. c. 839.

33. Zephyranthes.

W. H. App. 36.*) et Amar. 72. et 170. n. 35.
Amaryllis a. Zephyranthes *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c. — *Schult.* l. c. 796.
Amaryllis subg. Zephyranthes *Sp.* l. c. 415.**)

1. Pedunculatae, floribus pedunculatis.

1) Subbiflora. Folium ligulato-lineare, planum, scapum fere su-

1. Z. chloroleuca *W. H.* App. 36.

Amaryllis chloroleuca *Ker* Rev. 5. Journ. of Sc. and A. II. 347. t. 8. f. 1. — *Schult.* l. c. 796. 1. (excl. syn.).
In *prom. bon. spei.* (?) ♃.

---

*) Bulbus parvus, subrotundus v. ovatus. Folia linearia, angusta, verna. Scapus cavus, pedunculatus, 1—2florus. Spatha in unifloris cylindrica, in bifloris bifida, pedunculis et germine longior. Germen breve, Hippeastri simile, a pedunculo plerumque declinatum, (suberectum,) corollâ continuatum, rarius pedunculo continuatum corollâ declinatâ. Ovula circ. 14, plana, compressa, lateribus rotundatis, crassiora ac pauciora quam in Hippeastro. Tubus brevis, (arctus,) extus anguste infundibuliformis; laciniae alternae consimiles, 3 exterae marginibus tubo imbricantibus latiores. Filamenta distantia, apice conniventia, laciniarum basi extra tubum pariter fere inserta, alterna (exteriora sc.) vix profundius et breviora: filamentum superius (saepissime) sejunctum et stylo aversum. Antherae infra medium affixae. Stylus declinatus. Stigma trifidum. Capsula ut in Hippeastro, erecta, trivalvis, triloba, trisulca, triloc. Semina ordine duplici alternatim imbricantia, plana,

perans; spatha bivalvis, pedicellos superans; perigonii tubus brevissimus, limbi erecti laciniae obovato-oblongae apice rotundatae mucronulatae; stamina erecta, alterna longiora.

Bulbus ovato-oblongus, tunicis pullis, vix magnit. ovi columbini. Folium unicum semipedale; scapo viridi tereti fere longius. Spatha acuta, pedicellis 1—$1^1/_2$'' altior, valvis arrectis. Germen viride, breve, oblongum. Perigonium chloroleucum, striis externis obsolete lateritiis, $1^1/_2$'' profundius, turbinato-campanulatum, tubo subnullo nudo viridiusculo germine continuo, laciniis concaviusculis. Stamina erecto-conniventia, limbo triente breviora; antherae pallidae. Stylus lgt. perigonii; stigmata replicata.

Species dubia et, si revera capensis, vix hujus generis.

2) Uniflorae. Spatha monophylla, pedicello

(1) brevior,

a. (duplo brevior) tubulosa bifida,

a) a flore longe remota; perigonium erectum regulare campanulatum, laciniis angustissimis; stamina aequalia recta; folia angustissime linearia.

2. **Zephyranthes depauperata** *W. H.* Amar. 171. 2.
Amaryllis depauperata *Poepp.* Syn. pl. Chil. 4. Diar. III. 795.
In *Chili* australis campis arenosis lapidosis alpinis. ♃.
Folia vernalia. Scapus 4—5poll. Perigonium intus pallide sulfureum, extus striis purpureis notatum. Folia vernalia, primo aestatis calore desiccata in pulverem mox collabuntur. *(Poepp.)*

b) apice carnosa; perigonium erectum, laciniis subrotato-patentibus ovalibus apiculatis; stamina aequalia; folia numerosa prostrata linearia plana scapo fere breviora.

3. **Z. rosea** *Lindl.* in Bot. Rg. 821. et in Hortic. Soc. Trs. VI. 284. — *Bot. Mg.* t. 2537. — *W. H.* l. c. 173. 9. — *Fortg. Gart. Mg.* II. 1. t. 5. f. 1.
Amaryllis rosea *Sprg.* C. p. 133.
Amaryllis carnea *Schult.* l. c. 799. 3.
In montibus *Cubae.* ♃.
Caespitosa. Bulbus ovatus, atrofuscus. Folia e bulbo singulo circ. 4, illis Z. Atamasco similia, sed latiora et magis decumbentia, perennia, glabra, striata, apice rotundata, laete viridia, scapi lgt. v. breviora, 2—$2^1/_2$''' lata. Scapus cum flore 3—6poll., compressus, glaber, viridis. Spatha glabra, rubescens, 10''' longa, lobis apice viridibus. Pedunculus $1^1/_2$poll., teres, strictus. Perigonium roseum, quam illud Z. Atamasco minus, intensius et compagis firmioris, infundibuliforme, diam. 16'''; laciniae infra medium virides, ad basin fere liberae, interiores angustiores 4, ext. 5''' latae. Stamina 3 paulo breviora, laciniis breviora. Antherae lineares, fulvae, $2^1/_2$''' longae. Germen parvum, subrotundum, viride, ovulis distichis circ. 12. Stylus declinatus, validus, teres, laciniarum fere lgt. Stigma trilobum, lobis patentibus, superficie stigmaticâ minute glandulosâ. Capsula triloba, superne impressa, magnit. pisi. Semina atra, angulosa. *(Schult. ex Herb. & Lindl.)*

c) erecta vaginans; perigonium regulare subnutans, tubo subnullo, laciniis ob-

4. **Z. tubispatha** *W. H.* App. 36. et l. c. 171. 4. t. 34. f. 6. (germen, ovulum et stamen) t. 36. f. 11. (stigma) t. 44. f. 28. (pollen).
Amaryllis tubispatha *Ker* ll. cc. 6. et 348. — *Bot. Mg.*

---

dorso rotundato, compressione irregularia, margine vix foliacea; integumento duplici, exteriore nigro nitente, interiori tenuissimo separabili adhaerente tamen albumini dense carnoso. Embryo cylindraceus, lgt. $^1/_3$ albuminis; radicula umbilico albo cavato approximata. (*Schult.* l. c.)

Folia linearia; scapus uniflorus; spatha univalvis; germen sessile v. pedunculatum, erectum. Perianthium suberectum, plus minus tubatum (tubo brevi infundibuliformi), laciniis sub sole patentioribus alterne subaequalibus; membrana faucis inconspicua, haud annularis, si adest apiculis 6 minutissimis supra insertionem staminum indicata. Filamenta pariter basi laciniarum exacte extra tubum inserta, conniventia, alterna longiora; sepalina paulo profundius inserta, breviora; antherae lineares, infra medium affixae, suberectae, versatiles. Pollen ovale, laeve. Stylus aversus; stigma utplurimum trifidum, patens. Capsula ovata, profunde trisulca; semina quam in Hippeastro minus numerosa. — Folia angusta, aestivalia, vere evoluta; flores simultanei v. seriores. *W. H.* Amar. ll. cc.

**) Perianthium infundibuliforme, laciniis aequalibus basi stamniniferis. Stigma trifidum. Capsula profunde trisulca. Semina in loculis singulis biseriata, subcompressa, imbricata, integumento nigro crustaceo. — Plantae americanae (meridionales extratropicae). Flores foliis praecociores. Scapus 1—2florus, fistulosus; spatha cylindrica v. bifida.

longis breve acuminatis; stamina declinato-assurgentia; folia pauca, ligulato-linearia, scapum subaequantia.

t. 1586. — *Schult.* l. c. 798. 2. (quoad diagn. et descr. Kerii) — (non *L'Hér.* & *Wlld.*).

In *Jamaicae montibus caeruleis.* ♃.

Bulbus subglobosus, magnit. ovi columbini, integumentis membranaceis, fuscis. Folia pauca (trina), canaliculato-concava, sursum explicatiora, obtusiuscula, scapum sub anthesi aequantia, viridia, subinde glaucescentia, 4—5″ longa, 2—3‴ lata. Scapus (nunc bini) subcompresse teres, prominule nervulosus, fistulosus, 3—4poll., crassitie calami, viridis, basi purpurascens. Spatha cylindracea, sphacelata, (arido-membranacea,) acuminata, segmentis oppositis (pollicaris, rubella). Pedunculus strictus, teres, florem aequans, pallide viridis. Germen curtato-cylindricum, obtuse trigonum, trisulcum, utrinque rotundatum, viride, loculis 30—40spermis. Perigonium turbinato-elongatum s. cucullato-campanulatum, sed angustius et contractius, subbipollicare, nascens rubore aliquo suffusum, adultum candicans a medio basin versus virens, odore debili, laciniis basi intus brevissime connexis, spathulato-oblongis, non uncinatis, deorsum subunguiculato-attenuatis, laminâ ellipticâ rectâ cum acumine, exterioribus fere duplo latioribus interiores paulo breviores imbricatim includentibus. Stamina duplo breviora, brevissime adnata, laxe fasciculata, alterna longiora, alba; stylus iis longior, inclusus; stigmata 3 linearia replicata. Antherae pallidae, lineares. Semina rotunda, nigra.

β. Spofforthiana *Bot. Rg.* XXI. 1746.

Hybrida e Z. tubispathâ et carinatâ, elegans, floribus carneis. *W. H.* l. c. 172.

d) acuminata; perigonii limbus campanulatus aequalis; genitalia erecta; folia angustissima linearia, plana, striata, scapo

(a) longiora; spatha oblongo-lanceolata.

5. **Z. nervosa** *W. H.* l. c. 172. 5.

Amaryllis nervosa *HBK.* nov. gen. etc. III. 378. — *Kth.* Syn. pl. aequin. I. 285. — *Sprg.* l. c. 49. 9. — *Ker* ll. cc. 8. et 350. — *Schult.* l. c. 803. 12.

In convallibus *Araguensibus* prov. Caracasanae, juxta *Cura,* villam comitis de Tovar, alt. 230 hex., et in calidis prov. *Campechensis.* Jun. ♃. Incolarum Lyrio.

Bulbus non visus. Folia glabra, 10—11poll. Scapus erectus, 6—8poll., teres, glaber. Spatha tenuissime membranacea, vix striata, subpollicaris. Flos $1\frac{1}{2}$poll., inodorus, pedunculo tereti glabro, spatham vix superante (sec. *Wlld.* MS. duplo longiore). Perigonium album: laciniis obovato-oblongis acutis nervosis basi viridibus. Stamina alterna breviora. Ovarium subglobosum, trigonum. Stylus staminibus longior. Stigma trifidum. Semina bulbiformia.

(b) paulo breviora; spatha basi inflata.

6. **Z. minuta.**

Amaryllis minuta *HBK.* l. c. — *Kth.* l. c. — *Schult.* l. c. 801. 8. — *Sprg.* l. c. 8.

Amaryllis minima *Ker* ll. cc. 8. et 350.

In temperatis humidis *Novae Hispaniae*, juxta *Real del Monte* et *Cerro Ventoso,* alt. 1430 hex. Jun. ♃.

Bulbus ovalis, magnit. cerasi minoris, basi fibrillis instructus. Folia obtusa, glabra. Scapus teres, glaber, pollicaris. Spatha striata, tenuissime membranacea, albida, flore duplo brevior. Flos pollicaris, erectus, albus v. roseus, tubo cylindraceo. Ovarium triquetrum. Stigma trifidum.

b. ad medium bifida; stamina perigonio breviora, erecta,

a) non declinata; antherae lineares; perigonium ad medium usque partitum, pedunculo duplo fere longius; infundibuliforme, laciniis ovalibus subaequalibus; stylus antheris longior, perigonio brevior.

7. **Z. grandiflora** *Lindl.* in Bot. Rg. 902. (excl. foliis et seminibus, ad sequentem pertinentibus).

Amaryllis Lindleyana *Schult.* l. c. 802. 10.

In *Mexico.* ♃.

Folia ignota, cum ea quae descripta et depicta sunt ad Z. Lindleyanam pertineant. Scapus cum flore pedalis, fistulosus, laete viridis, basi coloratus. Flos in pedunculo suberecto $1\frac{1}{2}$poll. Spathae pars libera integerrima patens, lateribus involutis. Perigonium triunciale, laete rubicundum, tubo inferiore pallide virente; laciniae exteriores interiores imbricantes marginibus ad basin fere usque liberis. Stamina perigonio multo breviora. Germen breve, trigonum: ovula plurima, compressa, disticha. Stylus filiformis, sursum clavatus, declinatus. Stigma crassum, lobis 3 recurvis.

b) in aequalia, alterna longiora; antherae semilunatae; stigma trilobum, lobis filiformibus recurvis.

8. **Zephyranthes lilacina** *Liebm.* Ind. sem. in ht. acad. Haun. 1844. coll.
Hab. . . . . . ♃.
Stamina stylo filiformi admodum breviora, fauci non inserta. Pedunculus lgt. perigonii, 3poll. Spatha pollicaris. (Linn. XVIII. 509.)

(2) longior, pedicellum includens,
a. bifida, perigonium erectum,
a) tubo longiusculo; folia linearia, erecta, obtusa, scapum subaequantia,
(a) plana; phylla spathulato-obovata; stylus filamentis brevior.

9. **Z. Lindleyana** *W. H.* l. c. 174. 11. t. 35. f. 5. et t. 34. f. 1. (semen) t. 36. f. 15. (stigma) — (non *Schult.*).
Z. grandiflora *Lindl.* l. c. (ideoque Amaryllis Lindleyana *Schult.*) quoad folia et semina (fide *W. H.*).
In *Mexico*. ♃.

Bulbus parvulus, (nigrofuscus, magnit. ovi columbini, ovatus). Folia linearia (obtusiuscula, plana, glabra, 2—3-poll., lineam lata, dilute viridia, basi purpurascentia. Scapus foliis concolor, teres, erectus, vix altior, crassitie pennae corvinae. Spatha inferne cylindracea, fusco-purpurascens, superne in lacinias duas oppositas ex lanceolatâ basi lineari-attenuatas apice inflexo-convergentes partita, pollicaris, $1^1/_2$—2''' lata). Pedunculus semipollicaris (parte integrâ spathae inclusus). Germen $^1/_4$poll. (oblongum, laete viride). Perigonii tubus (pallide flavescenti-)viridis semipollicaris. Limbus $^7/_8$'' longus, (erectus,) pallide roseus, aculeis 6 minutissimis sub lente modo conspicuis ad basin laciniarum (hae obovatae, apice rotundatae cum acumine uncato brevi, erectae, planae, concaviusculae, subaequales, apice $4^1/_2$—5''' latae. Antherae lineares, luteae. Stigma trilobum, lobis patentibus rotundatis). Capsula brevissime pedicellata, vestigiis spathae ruptae vestita, semi—3valvis: valvulae rotundatae, apiculatae. Semina numerosa, distiche imbricata, compressa, semi-ovata, purpureo-nigra, lucida, funiculo brevissimo placentae inserta. (*Lindl.*, qui folia 3—6poll., utrinque glaberrima, apice rotundata, subacuta, laete viridia, basi paulo rubro suffusa describit.)

Praeter differentias indicatas flores hujus plantae duplo minores sunt ac in Z. grandiflorâ, ut a cl. *Lindl.* descripti sunt, et spatha pedunculo duplo longior, quam hic auctor illo breviorem dicit.

(b) canaliculata, spatha acuta tubum perigonii regularis (limbo multo longiorem) superans; stamina inclusa.

10. **Z. pumila.**
Amaryllis pumila *Spin.* — *Sprg.* l. c. 49. 1. N. E. I. 252. — *Schult.* l. c. 801. 7.
Hab. . . . . . ♃.

Proxima Z. Atamasco, cujus spatha multo brevior tubo limbum aequante; in nostrâ tubus limbo multo longior, spathâ etiam totus inclusus; limbus haud adeo, ac in Atamasco, expansus. (*Sprg.*) Planta maxime dubia.

b) tubo brevi (quam limbus multo breviore)
(a) infundibuliforme, laciniis apice subreflexis; scapus filiformis; stylus limbo isometrus, filamentis longior, suberectus.

11. **Z. gracilis** *W. H.* l. c. 172. 6. t. 29. f. 1.
In *Porto de Sta. Maria*, (*Ruiz*, in hb. Lamb.). ♃.
Folia . . . . . Scapus biuncialis (teres, glaber, crassitie fili emporetici tenuioris, in sicco cum pedunculo et germine pallide fuscus). Pedunculus (spathâ inclusus) $^3/_8$, spatha (oblongo-lanceolata erecta acuminata pallida ad medium usque bifida (?), vel integra (?) medio 2''' lata) $^5/_8$''. Perigonium album (?) semipollicare (laciniae $^2/_3$ inferioribus connatae (?) v. conniventes, superne liberae, lanceolato-oblongae, acutae, aequales, basi $1^1/_2$''' latae). Stigma minutum, lobis brevibus. (Plura nec ex icone ut videtur negligentissimâ, nec e descriptione solito more maxime insufficiente patent.)

(b) campanulatum, laciniis
α. lanceolatis,
a) erectis acutis; folia fili-

12. **Z. minima** *W. H.* l. c. 7. t. 24. f. 3.
In *Buenos Ayres*. (*Tweedie*, in hb. Hook.) ♃.

formia scapos aequantia.

Bulbus parvulus (flavescenti-fuscus, magnit. nucis avellanae) collo (obliquo) semunciali. (Folia plura, 5—9, lineari-) filiformia (acutiuscula, erectiuscula, subtorta, pallide glaucescentia, vix lineam lata.) Scapi plures, 2—3unciales (erecti, teretes, filiformes, crassitie fili emporetici tenuioris, in sicco pallide fusci ut pedunculus et germen). Spatha $^{3}/_{4}$poll., tubata, apice divisa (inferne subventricoso-cylindracea, $1^{1}/_{2}'''$ diam., superne lineari-lanceolata acuminata erecta, striata, glauca). Pedunculus $^{1}/_{4}$poll., germen $^{1}/_{4}$poll. (oblongum, lineam crassum). Limbus $^{3}/_{16}$—$^{5}/_{16}''$ longus, albus, extus rubescens. (Tubus 2—3''' longus, laciniae erectae, lineam latae.) Stylus limbo brevior.

β) recurvo-patentibus acuminatis; stamina suberecta subaequalia; folia plura, ligulata, inferne attenuata, obsolete carinata, recumbentia, scapo duplo longiora.

13. **Z. Atamasco** *W. H.* App. 36. et l. c. 171. 3. t. 34. f. 5. (caps. et semen).
Amaryllis Atamasco *L.* Sp. pl. 420. — *Wlld.* l. c. 51. 5. — *Curt.* Bot. Mg. t. 239. — *Red.* Lil. t. 31. — *Tratt.* Thes. t. 37. Tabul. t. 385. — *Schk.* Hdb. t. 90. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 1899. — *Sprg.* l. c. 49. 2. — *Sp.* l. c. — *Schult.* l. c. 800. 6.
Lilio-Narcissus virginiensis *Catesb.* Car. III. 12. t. 12.
Lilio-Narcissus vernus angustifolius, flore purpurascente *Barr.* ic. 994. — *Weinm.* Phytogr. III. 276. t. 652. f. 6.
Lilio-Narc. liliiflorus carolinianus, flore albo singulari cum rubedine diluto. *Pluk.* Alm. 220. t. 42. f. 3.
Lilio-Narc. indicus pumilus monanthos albus, Atamasco dictus. *Moris.* hist. II. 266. s. 4. t. 24. f. 4.
Lilio-Narc. minimus, foliis gramineis. *Rudb.* Elys. II. 94. t. 16.
In pascuis *Virginiae* et *Carolinae* frequens.

Bulbus ovato-oblongus, fuscus, magnit. fere Juglandis. Folia 5—7, laete viridia, parum canaliculata, obtusa, fere pedalia, 2—3''' lata, primum erectiuscula. Scapus teres, $^{1}/_{2}$—1pedalis, non robustus. Spatha basi tubulosa, erecta, tubum subaequans, fere pollicaris, plerumque rubescens, lobis acutis. Pedicellus brevis. Perigonium magnit. varium, albidum, junius magis rubore purpureo v. carneo suffusum, praesertim in tubo et dorso medio laciniarum infra turbinato-contractarum. Stamina erecto-patentia, limbo multo breviora; antherae erectae, flavae. Stylus declinatus. Semina rotunda, anguloso-pressa, nigra. (*Ker* ll. cc. 7. et 349.)

β. minor *W. H.*: floribus minoribus, (foliis?) obtusioribus. In *Carolinâ.* (*Fraser.*)

β. ovatis v. spathulatis erectis apice carnosulis; scapus debilis; folia angusta, linearia, scapo longiora.

14. **Z. Commersoniana** *W. H.* l. c. 174. 10. t. 29. f. 3. (flos, caps. et folii apex).
Amaryllis Atamasco *β.* flore minore *Red.* Lil. 454. — *Schult.* l. c.
In *Montevideo.* (*Commerson.*) ♃.

Bulbus rufo-fuscus, subrotundus. Folia 3—4, suberecta (obtusa, laete viridia, $1^{1}/_{2}'''$ lata). Spatha bifida in lacinias acutas. Perigonii laciniae subconcavae, extus roseae, (pollicares). Genitalia perigonio breviora. Scapus post florescentiam non elongatur. Capsula magnit. pisi, floris vestigiis aliquot, fere tricocca. Semina nigra, ovata, applanata.

b. fenestrata (ped. duplo longior); perigonii ultra medium partiti laciniae subexpansae, exteriores uncinatae, tubus subringens; stamina alterna longiora, stylo breviora; folia linearia, valde carinata, acutiuscula, flaccida, scapo duplo longiora.

15. **Z. carinata** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2594. et l. c. 173. 8. t. 36. f. 14. (stamen). — *Fortg. Gart. Mg.* II. 1. t. 5. f. 4.
Amaryllis carinata *Sprg.* C. p. 132. — *Schult.* l. c. 803. 11.
Zephyr. grandiflora *Lindl.* (?) (quoad florem teste *W. H.*).
In *Mexico.* (*Bullock.*) ♃.

Bulbus ovatus, nigricans, bulbis lateralibus oblique divergentibus et inde stolones simulantibus, caespitem formantibus. Folia pedalia, $^{5}/_{16}''$ lata, canaliculata, carinâ validâ, viridia, basi rubra. Scapus 6unc., teres, subrubescens, basi ruber. Spatha $1^{1}/_{2}''$, rubescens, latere altero dehiscens, basi tubulosa. Pedunculus $^{3}/_{4}$poll., viridis, spathâ tectus. Germen breve, viride, partim obtectum, loculis 24spermis. Tubus viridis, $^{3}/_{4}$poll.; laciniae saturate roseae, apice subreflexae, 2unc., exteriores latiores uncinatae, marginibus tubo imbricantibus; barba brevissima ad insertionem filamentorum. Stylus robustus, declinatus, albus, laciniis $^{1}/_{2}$ poll. brevior; stigma album, lobis brevibus crassis recurvis. Filamenta alba, erecta, apice conniventia, basi gibbosa, decurrentia, petalina longiora, stylo $^{3}/_{4}''$ breviora. Antherae lineares, $^{3}/_{4}$unc., exterius inclinatae, apice curvatae, polline aureo. Differt a Z. grandiflorâ *Lindl.* spathâ pedunculum superante, perigonio ad $^{2}/_{3}$ nec ut in illo vix ad $^{1}/_{2}$ partito. (*W. H.* in Bot. Mg. l. c.)

2. Sessiles, floribus sessilibus. Perigonium erectum, tubo

1) limbo duplo et ultra breviore, laciniis basi intus aculeis duobus minutissimis instructis; scapus sub fructificatione stylusque (admodum) deflexi. Folia semicylindrica ortu tortilia, viridia, scapo longiora,

(1) linearia canaliculata, obtusiuscula, crassa, numerosa; perigonii tubus

a. limbum dimidium subaequans, sulcatus; filamenta suberecta, sepalina stylo breviora, petalina vix longiora.

16. **Zephyranthes verecunda** *W. H.* in Bot. Mg. 2583. — *Fortg. Gt. Mg.* II. 1. t. 5. f. 2.
Z. sessilis var. 1. verecunda *W. H.* Am. 175. 13.
Amaryllis verecunda *Schult.* l. c. 800. 5.
In *Mexico. (Bullock.)* ♃.

Bulbus subrotundus, intense fuscus. Folia 8—11poll., $1^1/_2$—2‴ lata, glabra, inferne saepius purpurascentia. Scapus 5poll. Spatha fere poll., ad germen usque integra, apice bifida. Germen $^1/_4$ poll., viride. Tubus $^1/_2$ ($^5/_8$) poll., viridis, subinfundibuliformis. Limbi $1^1/_3$″ longi, $1^1/_2$″ diam., laciniae pollicares, albae, serius subrubescentes, inferne virides, 3 exteriores uncinatae, 5‴ latae. Stylus crassus, albus, limbo plus quam duplo brevior. Stigma crassum, trifidum. Filamenta decurrentia, erecta, apice conniventia, alba. Antherae $^1/_4$ poll., polline aureo, filamentorum exteriorum magis medio affixae. Proxima Z. Atamasco, sed multo minor, folia angustiora crassioraque, et quidquam spiralia.

b. limbo paulo brevior, laevis; filamenta alterna paulo breviora, omnia stylo breviora, erecta.

17. **Z. striata** *W. H.* l. c. — *Fortg. Gt. Mg.* l. c. f. 3.
Z. sessilis var. 2. striata *W. H.* l. c. t. 34. f. 2. (semen).
Amaryllis striatula *Schult.* l. c. 801. 9.
In *Mexico. (Bullock.)* ♃.

Bulbus rotundo-ovatus, nigricans. Folia recumbentia, pedalia, glabra, scapo bipoll. rubescente multo longiora. Spatha uncialis, rubescens, plus dimidio integra, apice bifida, germen multo superans. Flores noctu clausi, die expansi. Germen vix $^1/_4$poll., viride. Tubus $^1/_2$poll., subinfundibuliformis, viridi-luteus; laciniae $^3/_4$poll., internae albae, vix $^3/_8$″ latae, exteriores roseo-striatae, vix latiores. Stylus albus, laciniis dimidio brevior. Stigma trifidum, lobis brevibus gracilibus. Filamenta decurrentia, apice conniventia, alba, 3 alterna $^1/_8$, caetera plus quam $^1/_8$ unc. stylo breviora. Antherae $^3/_8$″ longae, inclinatae, erectae, tamen versatiles, polline aureo. — Differt a Z. verecundâ foliis longioribus, scapo breviore, spathâ magis rubrâ, minus profunde fissâ, tubo laevi nec sulcato, laciniis minoribus, exterioribus rubrostriatis minus uncinatis, stylo stigmateque graciliore, filamentis stylo brevioribus. — An A. minuta *HBK.?*

(2) planiuscula latiora; stylus filamentis multo longior.

18. **Z. Ackermannia.**
Z. sessilis var. 3. Ackermannia *W. H.* l. c. t. 34. f. 4. (semen).
In *Guatimalâ.* ✻♃.

Limbi laciniae exteriores ante expansionem externe rubrae, intus atque interiores totae candidae. Folia paulo latiora et stylus multo longior quam in praecedentibus.

2) gracillimo limbum subaequante; stylus suberectus, tubum superans; spatha inferne tubulosa basi inflata, superne bifida v. fenestrata, germine multo longior; folia . . . . .

19. **Z. Grahamiana** *W. H.* Amar. 175. 14. t. 29. f. 2.
In *Mexico* (*Graham* Coll. 358. Hb. Lindl.), in olivetis palatii episcopalis *Tacubaya.* ♃.

Scapus 3uncialis (teres, glaber, crassitie fili emporetici mediocris, e basi decurvâ, an casu? adscendens, in sicco fuscescens). Spatha $1^3/_{16}$″, dimidio tubulosa, basi inflata (cylindracea, $2^1/_2$‴ diam.) superne bifida v. fenestrata, (laciniis linearibus apice conjunctis erectis). Germen sessile, $^1/_4$ poll. (crassitie spathae partis inferioris, scapo concolor). Tubus $^7/_8$ poll. (crass. lineae, cum spathâ pallide fuscus, in vivo forsan albus). Limbus uncialis: laciniae ovales (acutae, striatae) ultra $^3/_8$ latae, in specim. sicco pallide purpureae, inferne lutescentes. Filamenta $^3/_8$″ libera; stylus tubum $^3/_{16}$″ superans, stigma lobis obtusis; antherae limbo semunciâ breviores (lineares, 4‴ longae).

Species dubiae:

Spatha bivalvis, uniflora,
1) acuta, flore subpedunculato; perigonium

20. **Z. (?) pallida.**
Amaryllis pallida Rel. *Wlld.* MS.
In *Americâ meridionali.* ♃.

infundibuliforme, erectum, tubo basi ventricoso; folia linearia lgt. florum.

A b. *Schult.* cum A. minutâ *HBK.* conjuncta, a qua tamen spathâ bivalvi, perigonio infundibuliformi nec campanulato, et tubo basi ventricoso nec cylindraceo differre videtur.

2) perigonii laciniae ovato - subrotundae; folia bina valde inaequalia.

21. **Z. (?) bifolia.**

Z. rosea var. 2. bifolia *W. H.* l. c. 173.
Amaryllis bifolia *Lam.* Enc. I. 122. — *Poir.* Suppl. I. 316. — *Schult.* l. c. 839. 59.
Lilio-Narcissus bifolius purpureus *Plum.* MS. t. 3. f. 137.
Lilio-Asphodelus bifolius, flore singulari purpureo. *Plum.* Cat. 7.
In silvis ins. *St. Dominici* et *Cayennae.* ♃.

Bulbus nuce paulo major. Folia plerumque duo acuta, alterum 12, alterum 4poll. Scapus pedalis, crassitie pennae. Flos mediae magnitudinis. Petala pollicaria, basi in tubum coalita. Filamenta alba, perigonio breviora; antherae flavae. Stigma trifidum.

Species e genere exclusae:

Zephyranthes	candida *W. H.*	=	Argyropsis candida.
—	chlorosolen *Dietr.*	=	Cooperia chlorosolen.
—	Drummondii *Don*	=	— pedunculata.
—	Herbertiana *Dietr.*	=	— Drummondi.
—	lutea *W. H.*	=	Habranthus chilensis.
—	mesochloa *W. H.*	=	Haylockia mesochloa.
—	nivea *Dietr.*	=	Argyropsis candida.
—	pusilla *Dietr.*	=	Haylockia pusilla.

34. Argyropsis (*W. H.*).

Zephyranthes §. 2. *W. H.* l. c. 176.

Folia numerosa, linearia, carnosa, scapo fere duplo longiora; spatha univalvis, pedunculum pluries superans; flos solitarius, erectus, breviter pedunculatus, tubo brevissimo; laciniae subaequales, conniventi-patentes, ovatae, obtusae; stamina adscendentia, aequalia; antherae haud mobiles.

A. candida.

Zephyranthes candida *W. H.* in Bot. Mg. 2607. et l. c. t. 44. f. 27. (pollen). — *Lodd.* Bot. Cab. t. 1419.
Z. nivea *Dietr.* l. c. 1176. 4.
Amaryllis candida *Lindl.* Bot. Rg. 724. et in Hortic. Soc. Trs. VI. 89. — *Sprg.* l. c. 49. 4.
Amaryllis nivea *Schult.* l. c. 799. 4.
Ad ripas fluminis *la Plata* (Buenos Ayres) tantâ copiâ, ut eas quasi argenteo colore tingat et flumen inde nomen accepisse dicatur, et in *Peruviâ* apud *Limam (Cowan).* ♃.

Bulbi parvi, rotundi, atri. Folia fasciculata, erecta, plana (canaliculata, dorso convexa, ideo semicylindrica, carnosa, juncea, obtusa, scapo plus duplo longiora *W. H.)*, glaberrima, laete viridia, 2—8poll. Scapus conformis, erectus, (declinatus,) viridis (4poll.). Spatha membranacea, purpurascens, basi tubulosa, hinc fissa, flore duplo brevior. Flos inodorus, non cum scapo continuus. Perigonium album, basi ad filamentorum insertionem virescens, (tubus $^1/_8$ poll., viridis); laciniae sub umbrâ semipatentes, sub sole expansae, noctu conniventes, semper autem apice Croci more recurvae (pollicares, basi gibbere minutissimo aculeiformi). Stamina perigonio plus quam duplo breviora, fauci tubi inserta, adscendentia, non declinata, (erecta, distantia, basi sinuose flexa, pallide viridia). Antherae a dorso innatae, subaequales, erectae ($^1/_4$poll., aureae). Stylus declinatus, staminibus paulo longior, albus. Stigma trilobum, nec trifidum: lobis appressis nec patentibus. Ovula carnosa, disticha. Semina plana, nec carnosa, illis Z. roseae similia, sed paulo majora et nitide atra. *(Ldl. & W. H.* ex *Schult.)*

Plantam peruvianam a bonariensi differre verisimillimum est et jam e descriptione elucet. *W. Herb.* interea 4 indicat varietates:

α. flore majore (*Matthews* in Hb. *Hook.).*
Ex hortis veteribus per *Limae* valles.

β. platensis: flore minore. *W. H.* l. c. t. 24. f. 18.
Ex ripâ fluminis *la Plata.* (*Tweedie*, hb. *Hook.*)

(Argyropsis candida)

(Folium delineatum lineari-loratum, obtusum, laete viride, 1½''' latum. Spatha subinfundibuliformis, integra, apice unilateraliter lineari-oblongo-producta, obtusa, semipollicaris, 2½''' ampla. Germen oblongum, 3''' lg. Perigonium circ. pollicare, laciniis erectis patentibus obovatis, basi in speciem tubi attenuatis, apice obtusiusculis et ibi 4½—5''' latis. Stylus perigonio duplo brevior; stigma trifidum.)

γ. (rubella): rubro extus suffusa.
E *Buenos Ayres.*

δ. quadrilocularis: perigonii segmentis et staminibus 8, stigmatis lobis et capsulae loculis 4, scapo pedali, flore majusculo.
E *Bonariâ.*

Varietas quidem fortuita, sed culturâ constans, scapo robusto, floribus speciosissimis, sub expansione 3pollicaribus.

35. Pyrolirion.

W. H. App. 37. *) Amar. 72. et 183. n. 38. **).
Amaryllis b. Pyrolirion. *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c. — *Schult.* l. c. 804.

Faux tubi
1. squamata, limbus
1) turbinato-campanulatus subcylindraceus, laciniis lanceolatis semiconvolutis, apice patentibus reflexis; genitalia brevia erecta aequalia; spathae valvulae 2 lanceolato-subulatae; folium sub anthesi unicum, ensiforme acuminatum carinatum, scapo brevius.

1. **P. flammeum** *W. H.* ll. cc. 37. et 184. 2.
Amaryllis flammea *Rz.* & *Pav.* Fl. Per. III. 56. t. 286. f. b. — *Ker* Rev. 9. Journ. of Sc. and A. II. 351. — *Sprg.* l. c. 49. 11. — *Schult.* l. c. 804. 14.
Lilio-Narcissus monanthos coccineus *Feuill.* Per. III. 29. t. 21.
In *Peruviâ* (ad *Chancay* versus *Huaura*) et *Chili* (*Concepcion*), inter segetes, et in collibus prope campos. ♃.

Bulbus subrotundus, fibris brevibus filiformibus. Scapus solitarius, teres, pedalis. Folium sub florescentiâ unicum reflexum, 4—5''' latum; post florescentiam plura similia. Spathae foliola membranacea, appressa, superne divergentia, tubo breviora, decidua, albidiuscula. Perigonium flammeo-coccineum, nitidum: tubus brevis, limbus bipoll., fauce turbinatus, laciniis 4''' latis. Squamae faucis ad basin laciniarum, parvae, truncatae, crenatae, membranaceae. Filamenta infra squamas inserta, stylo breviora, flammea, erecta; antherae luteae. Stylus superne flammeus. Stigmata 3. Germen sessile (in ic. Fl. Per. pedicello 4''' longo).

2) infundibuliformis, laciniis lanceolatis acutis,
(1) patentiusculus; stamina erecta, stylus declinatus; folia plura ensiformia acuta carinata erecta, scapum aequantia, spathae valvulae lanceolatae subdivergentes.

2. **P. aureum** *W. H.* l. c. 37. et 183. 1. t. 29. f. 4. (spec. 400. in Hb. Lindl.) excl. syn. l'Hér. et specim. Domb.
Amaryllis aurea *Rz.* & *Pav.* l. c. f. a.
Amar. peruviana *Poir.* Enc. méth. Suppl. I. 315. — *Ker* in Bot. Mg. ad 1089. et ll. cc. 9. et 351. — *Sprg.* l. c. 50. 12. — *Schult.* l. c. 805. 15.
Amaryllis arvensis *Dietr.* Gart. Lex. Nachtr. I. 204.
In arvis et inter segetes *Peruviae*, ad *Lurin*, *Surco*, *Magdalena*, *Lurizancho*, *Churillo* pr. *Limam.* Incolarum Hamanco de Antibo. ♃.

Bulbus rotundatus, tunicatus, basi bulbillis numerosis atris nitidis obvallatus, fibris fasciculatis albidis filiformibus. Fo-

---

*) Bulbus ovatus, bulbuliferus. Folia angusta, suberecta. Scapus cavus, uniflorus. Spatha bifida, imâ parte integrâ (?) Germen sessile vel pedunculo recte continuatum, mediâ parte crassius. Tubus parte inferiore angustus, cylindricus, summâ parte ventricosus. Laciniae subaequales, apice reflexo. Filamenta erecta, subaequalia; antherae incumbentes. Stylus declinatus. Stigma trifidum. (*Schult.* l. c. adn.)

**) Folia utrinque attenuata. Scapus uniflorus. Perianthium erectum, tubulosum, tubo cylindrico, limbo ventricose campanulato, laciniis apice patentibus reflexis alterne aequalibus. Filamenta longa, fauci tubi inserta, aequalia v. alternatim aequalia, suberecta, patentia (?), antherae versatiles, a parte superiore pendulae (?). Stylus erectus v. reclinatus (?). Stigma trifidum. Germen oblongum, sessile.
Species omnes peruviano-chilenses.

(Pyrolirion aureum) lia striata, inferne erecta canaliculata, superne plana parum declinata, 4''' lata (3—4poll., basi valde attenuata, apice acuminata, laete flavescenti-viridia). Scapus teres, leviter striatus, nitidiusculus. Spatha oblonga, profunde bifida, marcescens, tubo brevior (basi lgt. pollicis integra, cylindracea, imâ basi subventricosa, diam. 3—3½''') laciniis (lineari-)lanceolatis, acutis (semipoll., vix lineam latis; colore pallido. Flos pedunculatus (?) (pedunc. 5''' longo), cylindraceo-infundibuliformis *(Ker)*, aureus: tubo brevi (spatham quousque integram aequante), in faucem turbinatam (1½pollicarem, diam. 5—7''') ampliato, limbo recurvo-patente: laciniae lanceolatae, parum deflexae, 4''' latae (acuminatae, 2½pollicares). Squamae faucis denticulatae, membranaceae. Filamenta aequalia, (laciniis pollice breviora, concoloria, antheris linearibus 2''' longis. Stigma trifidum, laciniis erecto-patentibus, concolor). Stylus filamenta vix superans.

(2) patens, aequalis, tubo longissimo; stamina et stylus erecta; folia ligulato-attenuata bina.

3. **P. tubiflorum.**
Amaryllis tubiflora *L'Hér.* Sert. angl. 10. — *Wlld.* l. c. 51. 4. — *Poir.* l. c. 316. — *Sprg.* l. c. 49. 10. — *Presl* in Rel. Hk. II. 119. — *Schult.* l. c. 805. 16. — *Ker* ll. cc. 9. et 351.
P. aureum *W. H.* l. c. t. 23. f. 3. (quoad specim. *Dombeyi* in Hb. Soc. Linn.)
Lilio-Narcissus croceus monanthos *Feuill.* l. c. 29. t. 20.
In *Peruviâ* circa *Lima.* ♃.

Bulbus ovatus, albus, pollicaris et ultra, tunicâ cinereâ. Folia linearia, acuta, 9poll., 3''' lata. Scapus 6—12poll., striatus, basi rudimentis foliorum 2. Spatha arida, ad ⅔ connata (in icone *Herb.* vix ad dimidium) circa germen paulo ventricosa (striata, pallide carnea, parte integrâ oblongo-cylindraceâ, semipollicari, diam. 4'''), apice in lacinias 2 lanceolato-subulatas virides sibi oppositas (pollicares, 1½''' latas obtusas) divisa. Perianthium croceum, 4pollicare: tubo subcylindrico 3poll. (In ic. Herb. tubus proprius 1½poll., cylindricus, crassitie calami; faux perigonii tubiformis ventricoso-cylindracea 3poll. diam. ½poll.) Limbi laciniae pollicares (in ic. cit. ovato-lanceolatae, acuminatae, subconniventi-erectiusculae, 4—5''' latae). Stamina tubo vix longiora. Stylus stamina superans; stigma trifidum.

2. nuda; filamenta stylo multo breviora, stigma profunde trifidum.

4. **P. flavum** *W. H.* l. c. 184. 3.
P. aureum *Edw.* Bot. Rg. XIX. (VI.) t. 1724.
In *Peruviâ (Ruiz,* in hb. *Lamb.)* ♃.

Scapus flore brevior; flos 3poll. v. minor, pallide aureus. — P. aureum, flore majore aureo, stylo filamenta paulo superante et squamis faucialibus longioribus, — P. flammeum floribus minoribus flammeo-aurantiis et squamis crenatis, atque P. flavum floribus pallidioribus, stylo longiore et scapo brevi, maxime inter se affinia sunt. Stamina in ulteriori penitus inter se aequalia. *(W. H.)*

3. . . . . .: tubus longissimus, limbi laciniae acutae apice reflexae; folia acuta, canaliculata.

5. ?**P. albicans** *W. H.* l. c. 4.
Lilio-Narcissus monanthos flore albicante, tubo praelongo. *Feuill.* l. c. 29. f. 20.
In valle *Ylo* montium *Peruviae*, locis aridissimis. ♃.

Scapus teres, virens, 8poll. Spatha in icone nulla. Perigonii albidi tubus 2poll., 1½''' latus, limbus circ. 2poll.; folia 7—8poll., 1½''' lata. Anne Cooperiae species?

36. Leopoldia.

W. H. in Hortic. Soc. Trs. IV. 181. — Coburgia App. 34. (non in Monogr. Amar.) *).

1. Pluri-(4—5)flora; folia plura, inferne versus involuto-attenuata; perigonium subcernuum, longe cucullato-tubulo-

*) Scapus, spatha, pedunculus, corolla, stylus, stigma, filamenta, antherae, pollen, bulbus *Hippeastro* simillima. Germen oblongo-ovale. Ovula pauciora (8—14) trigona, oblonga, 2 ordinibus posita, angulis interioribus alternatim consertis. Semina globosa, nitida, fusco-purpurascentia. Folia perennia. *(Schult.* l. c. 824. adn.)

sum, limbo oblique ringente, laciniis undulatis,

1) ovali - lanceolatis subacuminatis, reticulatis; spatha pedunculis brevior; folia lorato-oblonga.

1. **Leopoldia reticulata** *W. H.* l. c. 181.
Coburgia reticulata *W. H.* App. 34. Bot. Mg. ad 2113.
Hippeastrum reticulatum *W. H.* in Bot. Mg. ad 2475. Amar. 137. 8. (excl. var. *β.*)
Amaryllis reticulata *Ait.* Kew. I. 417. ed. 2. II. 225. — — *Wlld.* l. c. 54. 14. — *L'Hér.* l. c. 12. t. 14. — *Sims* Bot. Mg. 657. — *Andr.* Rep. t. 179. — *Kern* l. c. t. 223. — *Red.* Lil. t. 424. — *Tratt.* Thes. t. 41. Tab. t. 495. — *Sprg.* l. c. 53. 50. — *Schult.* l. c. 824. 42. — *Sp.* l. c. 416.
In *Brasiliâ.* ♃.

Bulbus rotundus, tunicâ pullâ, 1½poll. Folia 4—5, intense viridia, 7—9poll., 1—1½″ lata, involuta, costâ mediâ carinata, acuta, oblongo-lanceolata, subundulata, patenti-decumbentia. Scapus glaucus, subcompressus, semipedalis v. ultra. Spathae valvulae 2 fuscae, lanceolatae. Pedunculi erectiusculi, angulosi, 14—18‴ longi. Perigonium 4—5poll., lilacino v. livide puniceum, clathrato-venosum, fauce albicans; tubus ultrapollicaris, dein anguste turbinatus, conicus, limbi dimidio brevior; limbi labium summum reflexum: laciniae exteriores acumine parvo pubescente; interiores paulo angustiores. Filamenta albida, declinata, apice assurgente violacea. Antherae pallide flavae, effoetae nigricantes. Germen subcoloratum, oblongum, rotundate trigonum. Semina pauca, baccata, globosa, atrosanguinea. (Ex *Schult.*) Flores purpureo-rubri, intensius eleganter reticulato-venosi, stellâ albâ. Stylus limbum subaequans; pollen pallidissimum; stigma triangulare, obtusum; capsula intus rubra; semina pauciora et minus compressa ac in reliquis congeneribus (*Hippeastris* scil.). *Herb.*

Formae hybridae:
β. Parkeri v. bulbuloso-reticulata *W. H.* l. c. 143. 18.
γ. Goweni v. reticulato-bulbulosa *W. H.* l. c. 22.

2) longioribus ovatis obtusiusculis, 2 inferioribus exterioribus quam 2 lateralia superiora angustioribus, spathae foliaceae erectae pedunculos superantes; folia ensiformia, striâ albâ ad nervum medium percursa.

2. **L. striatifolia** *W. H.* l. c.
Coburgia striatifolia *W. H.* App. 34.
Hippeastrum striatifolium *W. H.* in Bot. Mg. ad 2475.
Hippeastrum reticulatum var. 2. striatifolium *W. H.* Am. l. c.
Amaryllis reticulata *β.* striatifolia *W. H.* in Bot. Mg. t. 2113. Bot. Rg. 352.
Amaryllis reticulata *β.* striata *Ker* Rev. 15. — *Schult.* l. c. — *Sp.* l. c.
In *Brasiliâ.* ♃.

Differt a L. reticulatâ praeter notas indicatas staturâ majore, colore intensiore, venis corollae minus evidentibus, spathis amplioribus magis foliaceis erectis, pedunculis longioribus, foliis latioribus, striâ albâ distinctâ secus nervum medium. Folia acutiuscula, longitudinaliter striata, dilute viridia, pedalia v. ultra, 2—3″ lata. Scapus crassitie digiti, teres, glaber, glaucus, umbellâ 3—4florâ terminatus. Spathae valvulae ventricoso-ovato-lanceolatae, acuminatae, lgt. striatae, flavescenti-virides, interne roseo-glaucescentes, 3—4poll., 1—2″ latae. Pedunculi erecto-incurvi, teretes, calamum crassi, virides, glabri, 1½poll. Perigonii tubus 3poll., superne dilatatus et pollicem amplus, striatus, incarnatus, albido-tinctus. Limbus diam. 4poll., carneo-purpureus: laciniae subreflexae, longitudinaliter saturatius striatae, intus striâ mediâ latâ albidâ percursae, externe multo pallidiores, fere albidae, purpureo-reticulatae, 2″ longae, 1½″ latae. Filamenta albido-carnea, subulata, erecta, apice arcuato-deflexa, limbo paulo breviora, antheris ovatis flavis. Stylus erectus, filamentis concolor et paulo longior, stigmate subcapitato. (Ex ic. in Bot. Mg.)

2. Subtriflora; flores nutantes basi tubulosi: tubus lgt. limbi inaequalis reticulati aut longior; folia oblonga basi angustiora, discoloria, subtus purpurascentia.

3. **L. principis.**
Amaryllis principis. *Princ. ad Salm-Dyk* in Nov. Act. Acad. C. L. N. C. X. 154. — *Sprg.* l. c. 51. 27. — *Schult.* l. c. 823. 41.
β. Amaryllis Carolinae *Sterler* Ht. Nymphenb. 44. (spathâ diphyllâ, pluriflorâ, floribus nutantibus breviter pedicellatis, corollâ amplâ hexapetalâ basi tubulosâ, petalis albis purpureo-reticulatis, foliis subensiformibus lineâ longitudinali albâ percursis).
In *Brasiliâ* ad flumen *Jucu.* ♃.

(Leopoldia principis) Bulbus subglobosus, diam. $1^1/_2$—2poll., tunicatus, viridis vel fuscescens. Folia e bulbo 2—3, fere horizontaliter supra terram expansa, scapum subaequantia, 4—5poll., ante mediam lgt. $1^3/_4''$, basi $^3/_4''$ lata, apice obtusa, nervo medio valido candido parumper in apicem excurrente, integerrima, glabra, laevia, margine subrevoluta, supra explanato-canaliculata saturate viridia nitida, subtus purpurascentia. Scapus solidus pedalis, vix digiti minimi crassitie, subcompressus. Flores in spathâ 2—3fidâ, membranaceâ, abbreviatâ, fuscescente, pedicellati, dilute violaceo-rosei venisque saturatioribus laxe reticulati, suaveolentes: pedicelli germine duplo longiores, teretes, glabri, rubelli. Germen ovatum, trisulcum, tubo 4plo brevius, glabrum, fuscum. Perianthium subinfundibuliforme: tubus e basi angustâ in limbum conicum expansus, $1^3/_4$poll., pallidior, immixto virore; limbus $1^1/_2$poll., diam. 2poll. et ultra, laciniis oblongis obtusiusculis undulatis: exteriores latiores, nervo centrali pallido; e laciniis 3 assurgunt saturatiores, apicibus reflexae, inferiores magis patent, infima angustissima cum binis lateralibus dimidiis pallidissima. Venae in fundo violaceo-roseo utrinque conspicuae. Faux concolor, expallens, laevissima. Stamina declinata, apicibus adscendentibus: filamenta alba, antherae luteae. Stylus staminibus paulo brevior apice parum adscendens, filiformis, albus: stigma truncatum. Proxima A. reticulatae et rutilae *Ker*, differt ab utrâque foliis brevioribus firmioribus, nervo albo, subtus purpurascentibus, tubo longiore, colore amoenissime erubescente. *(S. D.)*

β. describitur bulbo fusco, scapo $^3/_4$pedali glabro subcompresso, flore albo, laciniis irregularibus, 3 superioribus reflexis, foliis supra laete viridibus striatis, subtus glaucis, scapum aequantibus margine revolutis.

Obs. Hujus generis forsan sunt aliae duae Amaryllides ab ill. *Princ. Neovidensi* commemoratae spathâ biflorâ, altera coloris ignei in planitie littoris circa *Villa de S. Joao* (an *Pyrolirion?*), altera alba staminibus eleganter roseis in ripis fluminum *Alcobaça*, *Prado* visae, atque sequentes in Florâ Fluminensi delineatae.

Spatha 4flora; folia oblonga obtusa striata erectiuscula; genitalia fasciculatim assurgentia, apice declinata, limbo paulo (triente circ.) breviora. Folia

1) scapo breviora; perigonii basi tubulosi infundibuliformis cernui laciniae ovato-oblongae obtusae undulatae, subreticulato-striatae, alternae angustiores paulo longiores.

4?L. princeps.
Amaryllis princeps *Fl. Flum.* III. t. 115.
In *Brasiliâ* ad *Rio Janeiro.* ♃.

Bulbus ovatus, tunicatus, basi fibris subramosis crassiusculis filiformibus, diam. $1^1/_2$poll. Folia plura (4—6) e basi longe attenuatâ canaliculato-concavâ subvaginante 2—4-pollicari, semipollicem latâ in laminam oblongam longitudinaliter striatam nervo medio valido percursam planam 3—6pollicarem poll. latam dilatata. Scapus lateralis, teres, glaber, $1^1/_2$pedalis, crassitie digiti minimi. Spatha diphylla, foliolis patentibus v. reflexis, linearibus spiraliter contortis, pedunculis duplo brevioribus, lineam latis. Pedunculi 4 erecto-patentes, teretes, $1^1/_2$pollicares crassitie calami. Flores cernui, 3—$3^1/_2$ poll. longi et diametrales. Germen e pedunculo continuatum, ejusdem crassitiei, subrotundum, 4''' longum. Perigonii tubus e basi cylindricâ sensim in limbum infundibuliformem patentissimum ampliatus, $1^1/_2$poll. Limbi laciniae subbilabiato-dispositae, 2 inferiores paulo remotiores et patentiores magisque reflexae, omnes longitudinaliter striatae, striis hinc inde reticulatim conjunctis: 3 exteriores oblongae, acutiusculae, 2'' longae, 8—9''' latae; interiores magis ovatae, obtusae, nervo medio crasso (colorato?) percursae, $1^3/_4''$ longae, medio fere pollicem latae. Filamenta subulata, fasciculatim erecta, apice declinata, antheris oblongis obtusis $1^1/_2'''$ longis. Stylus filamenta paulo superans, filiformis, superne minus quam filamenta declinatus. Stigma simplex, parvum, subcapitatum. Capsula triloba, diam. pollicaris, subrotunda, apice impressa; semina in loculis biseriata, obovata, basi acuta. (Ex ic.)

2) scapo longiora; perigonii basi tubulosi declinati subcampanulati laciniae ovales acumi-

5.?L. Belladonna,
Amaryllis Belladonna *Fl. Flum.* t. 116. (non *L.*)
In *Brasiliâ* pr. *Rio Janeiro.* ♃.

Bulbus ovatus concentrice tunicatus, basi fibris brevibus semipollicaribus cylindricis obtusis, magnit. ovi anserini.

natae planae subaequales.

Scapus centralis, 8—9poll., teres, crassitie digiti. Folia 3—4, basi canaliculato-vaginantia, anguste oblonga, plana, obtusiuscula, longitudinaliter striata, pedalia v. ultra, ubi latissima pollicem lata. Spatha 2—3phylla, foliolis erecto-patentibus, oblongo-linearibus acutis, pedunculos aequantibus, 2''' latis. Pedunculi erecti, teretes, pollicares v. ultra, crassitie calami tenuioris. Germen rotundate trigonum, oblongum, 4—5''' longum, pedunculo paulo crassius. Perigonium a pedunculo fere horizontaliter patens v. declinatum, tubo cylindrico sensim in limbum ampliato vix pollicari, limbus subcampanulato-patens, diam. $2\frac{1}{2}$poll.: laciniae basi amplectenti-imbricantes, erecto-patentes, apice paululum reflexae, bipollicares circ., 10—12''' latae, alternae ut videtur paulo latiores angustioresque. Stamina assurgentia, triente superiore cernua, filamenta filiformia; antherae parvae, abbreviato-oblongae, vix ultra lineam longae. Stylus ejusdem situs et directionis, filamenta paululum superans, filiformis, basin versus sensim incrassatus; stigma breviter trifidum, laciniis erecto-patentibus acutis. (Ex ic.)

Spatha biflora; flores campanulati, tubo brevissimo; laciniae ellipticae acuminatae erectae apice (alternae?) subreflexae penninerviae; genitalia perigonium aequantia erecta inter se aequalia; stigma trilobum.

6. ? **Leopoldia illustris.**

Amaryllis illustris *Fl. Flum.* l. c. t. 118.
In *Brasiliâ* pr. *Rio Janeiro.* ♃.

Bulbus subrotundo-ovatus, magnit. ovi anserini, basi fibris simplicibus cylindricis crassiusculis $1\frac{1}{2}$—2pollicaribus. Folia plura (3—4) basi attenuatâ 5—6''' latâ sensim in laminam elliptico-oblongam planam apice breviter acuminatam sed obtusiusculam, 8—9pollicarem $1\frac{1}{2}$'' latam dilatata, erectiuscula. Scapus teres, erectus, 8—10pollicaris, crassitie digiti, subcompressus. Spatha diphylla, foliola e basi 6''' latâ oblongo-linearia acuminata longitudinaliter striata erecto-patentia pedunculis duplo longiora, latitudine 5—6''' sursum ad lineae unius usque diminutâ. Pedunculi erecto-patentes, teretes $1\frac{1}{2}$-poll. crassitie calami. Germen e pedunculo continuatum, obovatum, semipollicare, superne 4''' latum, laeve. Perigonium ad germen usque partitum: laciniae basi in tubum vix semipollicarem diam. 4''' conniventes, nervo medio valido basin versus crassissimo utroque latere nervos secundarios erecto-patentes parallelos venulis semicircularibus conjunctos emittente percursae et igitur eleganter penninerves, ovali-ellipticae, argute acuminatae, planae, $3\frac{1}{2}$'' longae, in medio $1\frac{1}{2}$'' latae, alternae, ut videtur, paulo angustiores et apice reflexae. Filamenta fasciculatim erecta, limbum aequantia, subulata; antherae versatiles, ellipticae, utrinque rotundatae, $2\frac{1}{2}$''' longae, $1\frac{1}{3}$''' latae. Stylus stamina aequans, paulo crassior; stigma trilobum, lobis rotundatis erectis. (Ex ic.)

37. Hippeastrum.

W. H. in Bot. Mg. ad 2475. App. 31. Amar. 71. et 135. n. 32 *).
Amaryllis e. Hippeastrum *Schult.* l. c. 810. — *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c.
Amaryllis subg. Hippeastrum *Sp.* l. c. 416 **).

Faux tubi
1. (brevissimi) **coronata,** coronâ colora-

*) Bulbus subrotundus. Folia bifaria, annua vel persistentia. Scapus 2—7florus, pedunculatus, cavus (defloratus erectus). Spatha bifida. Pedunculus rectus, apice curvatus, cavus. Germen trigone et subturbinate oblongum, medio quidquam constrictum, diversâ a tubo et pedunculo directione declinatum. Tubus extus trigone subinfundibuliformis, externarum laciniarum marginibus summâ parte extus imbricantibus. Tubi faux arcta, obliqua, latere inferiore abbreviata, parte superiore intus vel laevis, vel gibbo parvulo munita, vel fimbriata vel calyptrata. Laciniae quaternâ discrepantiâ: exteriorum superior duabus latior, internarum inferior duabus angustior. Filamenta declinata, imae laciniae adpressa, assurgenter curvata, 4 diversae longitudinis et directionis, et gradatim tubo infra laciniarum junctionem inserta; externa internis breviora, et illa tantum, quae basi similium laciniarum supposita, lgt. et positione aequalia: superius altius, imum profundius insertum. Stylus declinatus. Stigma 3lobum, saepius trifidum. Capsula germine erectior, 3loc., 3valvis, extus inter loculos profunde sulcata, unde sectio transversa triloba. Loculi ovulis 18—40 v. ultra, fructu maturo hiantes. Ovula complanata, cumulata, angulo interiori loculorum biseriatim alligata, marginibus rotundatis alternatim imbricantibus. Semina uno ordine conserta: integumento exteriore nigro margine saepissime foliaceo cavo, interiore se-

tâ. (Calyptratae *W. H.*)

1) annulari. Biflora. Stamina inclusa. Perigonii nutantis ringentis (in 2. subsemiringentis) laciniae (in 1. oblongo-)lanceolatae, exteriores 3

(1) duabus summis interioribus duplo angustiores, ima inferne involuta; corona firma carnosa denticulata; folia nitida.

1. **H. aulicum** *W. H.* App. 31. et Amar. 135. 1.
Amaryllis aulica *Ker* Rev. 11. Journ. of sc. etc. II. 353. — *Sprg.* l. c. 50. 21. — *Schult.* l. c. 811. 26. — Bot. Mg. t. 3311.
In *Brasiliâ. (Griffin.)* ♃.

Affinis H. Reginae. Bulbus cinerascens. Folia circ. 9, lorato-elongata, utrinque attenuata, erecto-divergentia, viridia. Scapus foliis vix longior, teres, glauciusculus. Germen laete virens, oblongum, rotundato-trigonum, exsulcum, non striatum. Perigonium puniceum, venis saturatioribus pictum, inferne ad trientem virescens, fere 5poll., 6petalo-partitum, campanulato-ringens, labio inferiore porrecto, superiore suberecto-patente; tubus subnullus viridis, coronâ viridissimâ $^1/_4$poll. altâ; faux turbinato-dilatata, viridis, ore utroque atrosanguineo-rubens; laciniae labii inferioris 3 infra imbricato-conniventes, supra distantes, harum 2 laterales lineari-oblongae, sursum obliquatae, canaliculatae, media latior porrectior, longius acuminata, infra ex lateribus inflexis filamenta incumbentia includens. Filamenta fasciculata, declinato-resurgentia, limbo breviora, rubra, parum inaequalia, inferne albo et rubro varia, crassitie fere pennae corvinae. Antherae atropurpureae, erecto-vibratiles, pollen fulfureum. Stylus crassitie fere et colore filamentorum, lgt. perigonii. Stigmata 3 replicata, rubro-violacea, pruinosa. Differt ab A. (Amarylliride) calyptratâ staminibus limbo brevioribus, ab A. (H.) psittacinâ, perigonio profundius diviso, coronâ latiore concolore, ab utrâque foliis nitidis, perig. segmentis exterioribus multo angustioribus, inferiore infra medium involuto. *(Ker.)*

α. stenopetalum *Lindl.* Bot. Rg. 444.

β. platypetalum: laciniis latioribus magis aequalibus obtusioribus. *W. H.* l. c. var. 2.
Amaryllis aulica *β. Lindl.* Bot. Rg. t. 1038. — *Schult.* l. c.
Pr. *Rio Janeiro.*

Perigonium amplius, 5poll., diam. 6''', tubo brevi vix $1^1/_2$poll.; laciniae interiores 2'' latae, sanguineo-miniatae, supra basin intus virentes, stellâ viridi majore, basi annulo griseo-albido. Corona minus conspicua. Antherae cinereo-virentes. Filamenta stylusque cum stigmate trilobo carnea.

γ. glaucophyllum *W. H.* l. c. 136. var. 3.: — sepalis petala latitudine subaequantibus, stellâ viridi longiore, coronâ fere obsoletâ (foliis glaucescentibus; laciniis obtusioribus, 5 superioribus aequalibus multo latioribus). *Schult.* l. c. 1720.
Amar. aulica var. *Bot. Mg.* t. 2983.

Hybridae indescriptae:

δ. Cartoni: v. aulico-Sweetii. *W. H.* l. c. 144. 26.

---

parabili, albumini conformi; albumine complanato, embryonis radiculâ membranae internae basi, sed non umbilico exteriori, approximatâ. *(Schult.* l. c. adn.) Perig. pedunculatum declinatum tubo infra oblique abbreviato, sepalo summo latiore, petalo imo angustiore; membrana faucialis, ubi manifesta, non annularis (infra scil. imperfecta); filamenta resurgenter declinata, recurva, tubo gradatim inserta, e petalinis imo breviore profundius, e sepalinis summo longiore altius inserto; antherae a tertiâ parte superiore pendulae. Stylus resurgenter declinatus, recurvus. Stigma trifidum aut trigonum. *Mon. Amar.* ll. cc.

**) Perianthium infundibuliforme, fauce laevi, fimbriatâ v. gibbosâ, contractâ; limbi segmenta inaequalia. Stamina declinata, adscendentia, anisometra, perianthii fauci inserta. Stylus ejusdem directionis ac filamenta. Stigma trifidum v. trilobum. Capsula 3sulca. Semina in loculis uniseriata, imbricata, saepe marginata, testâ nigrâ.
Species americanae tropicae v. subtropicae.

ε. Lindseyi: v. aulico-reticulatum. *W. H.* l. c. 27.
ζ. Spofforthiae v. aulico-Carnarvoni. Ibid. n. 30.

(2) duplo latiores et paulo longiores (breviter acuminatae, mucronatae absque hamo, margine superne undulatae) cuneato-ovales; corona brevissima bicolor denticulata; folia glaucescentia.

2. **Hippeastrum psittacinum** *W. H.* ll. cc. 31. et 136. 3.
Amaryllis psittacina *Bot. Rg.* III. t. 199. — *Bot. Cab.* t. 1204. — *Sprg.* l. c. 22. — *Schult.* l. c. 811. 27.
In *Brasiliâ.* ♃.

Bulbus in collum productus. Folia 7, lorata, obtuse acuminata, 1—1½″ lata, erecto-divergentia. Scapus (2 successivi) bipedalis, attenuato-cylindricus, tereti-anceps, basi crassitie pollicis et ultra, rubens. Spatha lanceolata, pedunculis paulo longior, pallide rubescens. Pedunculi teretes, stricti, virides, crassitie pennae gallinaceae minoris, floribus duplo breviores. Germen obscure virens, oblongum, tereti-trigonum, ½ circ. poll. Perigonium viride, puniceo-pictum, supra reticulato-venosum, turbinato-campanulatum, 5poll., ab ipsâ basi sensim dilatatum, rictu semihiulco semipedem transverse patens. Laciniae cuneato-ovales, lanceolatae, ad membranam faucialem usque imbricato-cohaerentes, inde discretae; suprema exteriorum depresso-porrecta, magis distans, 2″ lata; laterales 2 superiores ex interioribus unciâ haud multo latiores, oblongo-lanceolatae, divaricato-expansae, sursum subobliquantes; laterales 2 inferiores (exteriorum) cum summâ consentientes, imam versus decurvo-obliquatae; ima (interiorum) omnibus angustior, ligulato-lanceolata, acuminata, declivis. Corona faucis spatio pollicis a fundo distans, vix ½‴ lata, viridi-punicea. Filamenta subaequalia, imâ laciniâ parum breviora, fasciculata, inferne virentia, medio albicantia, superne rubentia. Antherae oblique incumbentes, purpureae, polline ochroleuco. Stylus inclusus, filamentis paulo longior et crassior, filiformi-trigonus, puniceus. Stigma e tribus coadunatis. Flores pulcherrimi, inodori.

β. psittacino-Johnsoni: hybrida, e foecundatione Johnsoni (quoque hybr.) cum polline psittacini ortum (Amaryllis) *Gowen* in Hortic. Soc. Trs. V. 361.
Magnitudo psittacini, cui simillimum, diversum perigonio pollice longiore et ampliore, membranâ faucis conspicue barbatâ, laciniis magis reflexis, coloribus laetioribus ad margines laciniarum usque extensis; foliis lucide intense viridibus, apice fuscis, nullo modo glaucis, latioribus.
H. Griffini *W. H.* l. c. 143. 8.: laciniâ supremâ haud depressâ.
γ. Altaclarae v. psittacino-Griffini *W. W.* l. c. 14.

2) compositâ e squamis ad basin laciniarum lanceolatis ciliatis flavis; perigonium patulum, laciniis exterioribus ovato-, interioribus lato-lanceolatis, tubo trigono; spatha 3—5flora.

3. **H. occidentale.**
Amaryllis Belladonna *Sw.* Obs. 124. — *Meyer* Esseq. 148. (non *L.*)
In *Indiâ occidentali* et *Guianâ.* ♃.

Folia 2—3pedalia, basi vaginarum instar compressa, a medio ad apicem latiora, lato-lanceolata, acuminata, apice obtuso plana, longitudinaliter nervosa, crassa, glabra. Scapus 2—3pedalis, erectus, crassus, teres, inanis, carnosus. Flores magni, cinnabarini, nutantes, pedunculati. Spathae diphyllae foliola lato-lanceolata, amplectentia, colorata, striata, marcescentia, pedunculis breviora. Perigonii laciniae a medio reflexae, margine undulatae, basi conniventes, interiores fauce flavo-virides. Filamenta a basi ad medium tubi laciniis adnata, assurgentia, pallide rubra. Antherae incumbentes, ovatae, fulvae. Germen obovatum, trigonum. Stylus filiformis, lgt. staminum, assurgens, trigonus. Stigma incrassatum, trifidum, purpurascens. Capsula oblonga, polysperma: semina membranacea, compressa. *(Sw.)*

2. fimbriata v. **barbata.** Perigonii limbus

1) ringens v. subringens,

(1) infundibuliformis, laciniis 3 exterioribus latioribus,

a. summâ obovato-rhomboideâ cum acumine, lateralibus oblique ob-

4. **H. glaucescens** *W. H.* l. c. 139. 14.
Amaryllis glaucescens *Schult. fil.* in *Mart.* Fl. Bras. et l. c. 813. 30.

ovato-lanceolatis, infimâ angustiore brevioreque; tubus brevissimus crassus; stamina stylo breviora; folia lato-lorata carinata margine revoluta scapusque glauca.

Inter rupes ad flumen *Rio das Contas* prov. Brasiliensis *Bahia.* (*Martius.*) ♃.

Folia reflexo-patentia, obtusa, utrinque lineata, 13poll., 15''' lata. Scapus teretiusculus, basi crassitie digiti, 8—10-poll. Spathae valvulae lanceolatae, acumine longo obtuso, primum erectae, serius reflexae, germen superantes, coriaceae, $2\frac{1}{2}$—$2\frac{3}{4}$poll., basi 6—8''' latae. Pedunculi 2—4 germine tenuiores, 12—15lin., bracteis membranaceis subulato-acuminatis eorum lgt. interspersi. Germen obovato-oblongum, 5—6''' lg. Perigonium declinatum, coccineum stellâ flavâ, 4—5-poll., diam. 3—$5\frac{1}{2}$'': tubus superne sensim amplior, 4—5''' lg., squamis parvis laceris ad faucem; laciniae ext. et infima obsolete reticulatae, summa paulo longior et latior, non reflexa, 4—5poll., $1\frac{1}{2}$—2'' fere lata, vix undulata; laterales superiores ovato-lanceolatae, acutae, 4—$4\frac{1}{2}$poll., 9—15''' latae; laterales inferiores obovato-rhombeae, obliquae, margine superiore magis curvo, 4—$4\frac{1}{2}$poll., 1—$1\frac{3}{4}$'' latae; ima lanceolata, acuta, $3\frac{1}{4}$—$4\frac{1}{2}$poll., 5—9''' lata; exteriores subinde monstrosae. Filamenta declinata, apice adscendentia, perigonio paulo breviora. Stylus perig. paulo longior. Stigma lobis 3 brevibus crassis. Differt ab H. miniato: foliis glaucis, floribus majoribus stellâ flavâ, laciniarum formâ, summâ erecto-patente; ab H. Simsiano (A. fulgida *β. Sch.*) foliis glaucis, laciniâ supremâ non revolutâ, fauce squamatâ; ab H. acuminato fauce squamatâ, laciniis multo minus acuminatis et vix undulatis; ab H. reticulato (Leopoldia rct.) foliis glaucis, fauce squamatâ, tubo breviore, laciniis minus recurvis minusque reticulatis.

b. (acumine brevi calloso) obovato- v. omnibus oblongo-lanceolatis, 3 superioribus acutis imâque angustâ obtusiusculâ unguiculato-angustatis; tubus gracilis subhorizontalis; spatha 2—4flora; stigma trifidum; folia lineari-lorata acuta; scapus glaucus.

5. **H. unguiculatum.**

H. bulbulosum var. 2. unguiculatum *W. H.* l. c. 140.

Amaryllis unguiculata *Schult. fil.* l. c. et S. V. l. c. 819. 36.

In convallibus montis *Corcovado* et in collibus ad *Sebastianopolin Brasiliae.* (*de Mart.*). ♃.

Bulbus magnit. pomi borsdorfensis minoris, fusco-cinerascens. Folia plana, laxa, pollicem et ultra lata. Scapus superne subcompressus, basi crassitie pennae cygneae, 1—2-pedalis. Spathae valvulae cito marcescentes, reflexae, lanceolatae, acutae, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{4}$poll. Pedunculi erecti, trigono-teretiusculi, basi crassiores, 9—18 lin., bracteolis interspersi. Germen declinatum, 4''' lg., pedunculo tuboque crassius. Perigonium subnutans, $3\frac{1}{2}$—$4\frac{1}{2}$'' longum et ejusdem diam., lateritio-coccineum, fauce stellâ virescenti-flavidâ; tubus 9—11''' longus, praeter membranam tenuissimam subintegram inter stamina nudus; lacinia summa 13—14''' lata, ungue vix ultra lineam longo, laterales inferiores 9—12''' latae, basi attenuatae, sed non unguiculatae; interiores laterales superiores acutae, 9—10''' latae, ungue angustissimo, infima 5—6''' lata, ungue angusto. Filamenta perigonio $\frac{1}{3}$ breviora, declinata, apice assurgentia; antherae effoetae 2''' lg. Stylus apice ruber uti stamina. Stigmatis stamina superantis lobi fere lineam longi. Proximum H. subbarbatum differt: tubo cernuo maculato, fauce setis paucis barbatâ, laciniis obtusioribus; H. fulgidum: fauce omnino glabrâ, limbo obliquato, laciniis vix unguiculatis, summâ magis reflexâ.

c. ovato-lanceolatis, cum acumine brevi, summâ latissimâ, imâ intimâ omnium angustissimâ lineari, absque stellâ in fauce barbatâ; tubus lgt. germinis; stamina exserta; spatha multiflora.

6. **H. stylosum** *W. H.* App. 48. in Bot. Mg. t. 2278. et l. c. 138. 11.

H. equestre var. 5. glabrifolia *W. H.* App. 31.

Amaryllis maranensis *Ker* in Bot. Rg. t. 719. — *Schult.* l. c. 817. 33. — *Sprg.* l. c. 50. 18.

In *Maranham* (Brasiliae) et *Cayenne.* ♃.

Bulbus complanatus, fuscus. Folia bifaria, late linearia, acuta, striata, intense viridia vel basi striis purpurascentibus, nitida. Scapus teres, crassitie digiti minimi. Spathae lanceolatae, acutae, erectae, pallide virides, striatae, pedunculis fere longiores. Perigonii tubus laciniis triplo brevior, trigonus, cernuus, viridescens, fauce viridi-fimbriatus; laciniae ext. pallide miniato-fulvae, striis albidis, dorso carinâ validâ viridi, basi luteo-virescentes, internis paulo breviores, summa brevior, et latior; interiores angustiores, lanceolatae, longiores, intensius coloratae, infima angustior et paulo longior. Stamina perigonio paulo longiora; filamenta colore laciniarum interiorum, basi viridia: antherae flavae. Stylus lgt. et colore staminum, inflexus. (*Ker.*)

Folia ut in H. equestri, sed nitidiora et basi purpurea, suberecta. Scapus subtripedalis. Tubus et limbus formâ et

(Hippeastrum stylosum) situ illis H. Reginae simillimi, sed multo minores; fimbriae ut in H. Reginae in caespitibus canescenti-albis intra basin laciniarum. Stella viridis, brevissima, nec in radios latos expansa, ut in equestri, neque in strias albas elongata ut in H. Reginae. Limbus pallide fulvo-carneus, colore saturatiore venosus et lituratus, reflexe infundibuliformis. Filamenta perigonio $^5/_8$'' longiora; antherae stramineae, rubro-striatae, pollen laete flavum. Stylus perigonio $1^1/_4$'' longior; stigma breviter et rotundate trilobatum. — Differt ab H. equestri tubi et limbi formâ et directione, defectu stellae lato-radiatae, stylo perigonio $1^1/_4$'' longiore nec $1^1/_4$'' vel saltem 1'' breviore, lgt. filamentorum; ab H. Reginae bulbo, foliis, stellâ, lgt. styli et filamentorum et colore perigonii. Flores illis Hemerocallidis fulvae simillimi, sed colore magis in carneum vergente, lgt. magnâ genitalium diversi. (*W. H.* in Bot. Mg. l. c.)

Formae hybridae:

β. Herberti v. solandrifloro-stylosum, flore pallide aurantiaco omnium maximo.

γ. Harrisoni v. reticulato-stylosum *W. H.* l. c. 143. n. 16. 17.

(2) infundibuliformi-campanulatum subnutans, tubo brevi crasso: laciniae exteriores oblongo-lanceolatae basi angustatae, summa magis reflexa, laterales superiores obtusiores; filamenta limbo styloque breviora; spatha biflora.

7. **Hippeastrum Martianum.**
Amaryllis miniata *Hb. Mart.* (ex *Schult.* l. c. 815. obs.)
In *Brasiliâ.* ♃.

Scapus glaucus, crassitie digiti minoris, 8—10poll. Spathae valvulae cito reflexae, firmae, anguste lanceolatae, $1^3/_4$—3poll. Pedunculi germine duplo tenuiores, 15—21''' longi, bracteis interspersi. Germen obovato-oblongum, 4—5''' lg. Perigonium $3^1/_2$poll., diam. 4—$4^1/_2$''; tubus 3—$3^1/_2$''', ad faucem squamis parvis acutis vix laceris; laciniae exter. acumine brevi calloso, 10—12''' latae, laterales super. 10''' latae, infima 8''' lata. Filamenta laciniae infimae incumbentia, alterna breviora; antherae $2^1/_2$'''. Stylus superne purpureus uti stamina; stigma lobis crassis, lineam fere longis.

(3) campanulatum,
a. cernuum profunde turbinatum, tubo brevi crasso; folia pauca lorata acuminata costâ carinatâ; spatha 2—4flora.

8. **H. Reginae** *W. H.* App. 31.
H. regium *W. H.* Amar. 139. 13.
Amaryllis Reginae *L.* Sp. pl. 421. — *Wlld.* l. c. 53. 10. — *Mill.* ic. t. 24. — *Curt.* Bot. Mg. t. 453. — *Red.* Lil. t. 9. — *Tratt.* Tab. t. 785. — *Rchb.* Mg. ästh. Bot. t. 80. — *Sprg.* l. c. 50. 15. — *Schult.* l. c. 815. 32. (excl. var. γ.) — *Sp.* l. c. 417.
Amaryllis rosea *Lam.* Enc. I. 122 (?)
In *Mexico* et *Peruviâ.* ♃.

Bulbus virens, rotundatus, sat magnus. Scapus, subinde bini, vix pedalis, teres subcompressus, foliis duplo brevior. Flores inodori, sub—4ni, raro plures. Pedicelli spathâ erectâ breviores; valvulae 2 lanceolatae, membranaceae, latae, ramentis interjectis 2—4 linearibus. Perigonium 3poll. et ultra, coccineum, fauce chloroleuco-stellatâ: laciniae elongato-ovales, lanceolatae, inferne angustatae, e tubo vix germen superante divergentes in campanam latam non revolutam, 3 exteriores apice rotundatae cum callositate virescente, interiores basi ciliatae. Stamina coccinea, limbo parum breviora. Antherae pallidae. Stylus situ staminum, ea superans. Stigma ac in reliquis minus trifidum (rotundate et leviter trilobum. *Herb.*). Folia non glauca, patentia, pedem superantia, 2'' lata. (*Ker* & *Red.*)

β. peruvianum: perigonio puniceo, laciniis 3 exterioribus breviter acuminatis acumine calloso, nervo medio viridi, stigmate lobis 3 obtusis.
In *Peruviâ: Huanocco. Presl* Rel. Hk. II. 119.

γ. brasiliense *Andr.* Rep. t. 358.: perigonii fauce albâ striis rubris.

Formae hybridae indescriptae:

δ. Hoodii v. equestri-regium. *W. H.* l. c. 143. 19.

ε. Baconi v. psittacino-regium. *W. H.* l. c. 144. 24.

ζ. Colvillii v. reticulato-regium. Ibid. n. 25.

b. laciniis lanceolato-oblongis lgt. subaequalibus, exterioribus latioribus,
a) supremâ retroflexâ, infimâ angustiore; ge-

9. **H. miniatum** *W. H.* App. 31. et l. c. 138. 12.
Amaryllis miniata *Rz.* & *Pav.* l. c. III. 57. — *Ker* Rev.

nitalia decumbentia; spatha 2—4flora.

13. — *Sprg.* l. c. 50. 16. — *Schult.* l. c. 814. 31. (non *Bot. Mg.*)

In nemoribus *Andium Peruviae* et in hortis. ♃.

Bulbus subrotundo-ovatus, magnus, tunicatus, albus, sectus et aëri expositus statim miniatus, fibris fasciculatis longis flexuosis. Scapus unicus centralis, saepe 2 laterales e singulo bulbo, foliis breviores, erecto-patuli, teretes, obsolete ancipites, cavi, vix purpurascentes, pulvere albido tenuissimo obducti. Folia ensiformia, glabra, utrinque lineata, scapo nitidiora, a medio ad basin erecta, carinata, superne patentia, plana, apice deflexo. Flores pedunculati, cernui, magni, pulchri. Pedunculi inaequales, teretes, curvati, in fructu erecti. Perigonium incarnatum, miniatum, lucidum, fere 3poll., longitudinaliter lineato-striatum: tubus vix 3''' longus, obtuse trigonus, extus lineis 12 gemellis viridibus, intus viridis; faux patens, stellulâ viridi-albâ; laciniae patentes. Squamae 6 albae multisetae ad interstitia fundo faucis insertae. Filamenta subulata, stylum subaequantia, apice incurvata, laciniae infimae incumbentia, 3 alterna breviora, inferne albo-viridia, superne incarnata, apicibus albis. Antherae magnae, albae, effoetae luteae, lineares, tetragonae, 4sulcae. Germen obovatum, obtuse triquetrum. Stylus inferne albo-viridis, superne ruber, perigonii lgt., cum staminibus declinatus. Stigma trigono-trilobum. Capsula obovato-oblonga, trigona, fusca. Semina plura, nigra, imbricata. Affinis A. Belladonnae *L.*, differt autem bulbo albo, aëri exposito rubicundo, perigonio subringente, laciniis exterioribus latioribus, supremâ resupinatâ, inferiore angustiore. (*R. & P.*)

β. purpureum: perigonio intense purpureo, filamentis stylo limbum aequante $^5/_8$poll. brevioribus; stigmate obtuso triquetro.

H. miniatum *W. H.* l. c. 409. t. 47. f. 7.

In *Peruviae Quebrada de Panahuanca.* (*Mathews* in hb. *Hook.*) ♃.

Folia 22poll., acuta, superne unc. lata, inferne valde attenuata (lineato-striata). Scapus biflorus, 7—10poll. Spatha $1^3/_4$poll. (foliola oblongo-linearia obtusiuscula erecta, $1^1/_2$''' lata). Pedunculi $1^1/_4$—$1^3/_4$poll. (erecti, teretes, filiformes. Germen oblongum, 5''' lg. medio subcontractum). Perigonium $3^3/_4$—4poll., cernuum, tubo 4—5''' longo, intense et eleganter purpureum, laciniis (oblongo-ovalibus obtusiusculis nervoso-striatis) lateralibus circ. $1^1/_8$'' latis, infimâ angustâ. — Species propria et perquam insignis videtur, flore purpureo ab omnibus diversa.

b) lateralibus quam lateralia interiora paulo latioribus, imâ remotiore angustiore, tubo brevi; stylus staminibus ($^1/_2$poll.) longior, limbo ($^1/_4$) brevior; stigma trifidum reflexum

10. **H. breviflorum** *W. H.* 137. 6. t. 21. f. 4. — *Bot. Mg.* t. 3549.

In *Brasiliâ.* (*Tweedie* in hb. *Hook.*) ♃.

(Bulbus, folia, scapus, spatha in icone desunt.) Pedunculi circ. $2^1/_2$poll. (teretes, erecti, apice curvati, virides. Germen oblongum, intensius viride, 5''' lg., $3^1/_2$ crassum). Tubus $^1/_4$poll. (intense rubro striatus, diam. $3^1/_2$'''). Limbus bipoll., albus, extus rubro striatus et flavo-notatus (striâ in quâvis laciniâ intense roseâ latiusculâ utrinque pallide flavo marginatâ, spatio semipollicis ante apicem evanescente): laciniae (acutae) laterales exteriores $^5/_8$poll. latae, interiores subaequilatae. (Stylus ut videtur albus; antherae luteae.)

2) subregularis, aequaliter patens,

(1) infundibuliformis, tubo

a. filiformi horizontali v. cernuo, limbo oblique patulo sursum curvo 3—4plo breviore; spatha erecta 2—3flora pedicellis longior.

11. **H. equestre** *W. H.* App. 31. et l. c. 138. 10. (var. 1. minus) t. 44. f. 39, 40. (pollen).

Amaryllis equestris *Ait.* Kew. I 417. ed. 2. II. 224. (excl. syn. *Andr.*) — *Jacq.* Ht. Schbr. I. 33. t. 63. — *Curt.* Bot. Mg. t.305. — *Red.* Lil. t. 32. — *Tratt.* Tab. t. 380. — *Wlld.* l. c. 53. 13. — *Sprg.* l. c. 50. 17. — *Schult.* l. c. 818. 34. — *Sp.* l. c. 417.

Amar. punicea *Lam.* Enc. I. 122.

Lilium americanum puniceo flore Belladonna dictum *Herm.* Parad. 194. t. 194.

Lilium rubicundum *Merian.* Surin. 22. t. 22. — *Seba* Thes. I. t. 17. f. 1.

In *Indiâ occidentali* et *Americâ meridionali.* ♃.

Bulbus ovato-subrotundus, tunicatus, extus fuscus, magnit. juglandis. Folia plerumque 4, ensiformia, acutula, glabra,

(Hippeastrum equestre) obsolete striata, planiuscula, patula, 5—9poll., ad summum unciam lata. Scapus ante folia, glaber, fistulosus, teres, inferne compressulus, marcescendo compressissimus et striatus, viridis rore glauco, erectus, 1—2pedalis, sursum gracilescens. Spatha sordide purpurascens: valvulis 4 lanceolatis acutis concavis erectis, 2 exterioribus biunc., interioribus multo minoribus. Flores inodori, nutantes, magni, 3—5poll. Pedunculi crassi, spathâ interiore breviores. Perigonii tubus cylindricus, fere crassitie calami, sulcatus, ex purpurâ fuscescens, vix uncialis (1—$1^{1}/_{2}$poll.); limbus superne patentissimus, saepe apice reflexus (rictu obliquo divaricatus *Ker,*) miniatus, basi interiore albidus (stellâ ochroleucâ), laciniae oblongae, acutiusculae, lineatae, subundulatae (vittâ mediâ albidâ ultra medium evanescente): 3 interiores angustiores et ex his 2 superiores ad ortum marginesque barbato-ciliatae. Genitalia declinata. Filamenta stylusque iisdem longior perigonio concoloria. Antherae oblongae, flavae. Germen viride. Stigma capitatum, 3fidum, purpureum. *(Jcq.)*

β. majus: floribus multo amplioribus, foliis longioribus magis erectis. *Bot. Rg.* III. 234. — *W. H.* l. c. — *Schult.* l. c.
In *Demerarâ.*
Barba densior, fauci longius inserpens. Pedunculi $2^{1}/_{2}$—5poll.

γ. semiplenum *W. H.* l. c.: foliis ut in *α.*, floribus semiplenis.
Amaryllis pulcherrima *hortl.*
In *Cuba* pr. *Havannah (Fraser),* et *Bahama.*
Forma hybrida indescripta:
δ. Munroi v. psittacino-equestre. *W. H.* l. c. 143. 23.

b. elongato cylindrico superne sensim ampliato et in limbum conniventem anguste infundibuliformem dilatato, laciniis oblongo-lanceolatis erectis acuminatis; stylus filamenta superans, limbum subaequans.

12. **Hippeastrum ambiguum** *W. H.* l. c. 136. 5.
α. longiflorum: perigonio 8pollicari, albo intus rubrostriato, fauce leviter barbatâ. *Bot. Mg.* t. 3542.
In *Peruviâ* pr. *Limam.* ♃
β. Tweedianum *W. H.* l. c. t. 22. f. 3.: perigonio sub-6unciali.
In *Brasiliâ (Tweedie* in hb. *Hook.)* ♃.

Flos $5^{3}/_{4}$ poll. longus, albus, in quovis segmento striis duabus intense purpureis et albâ interjectâ, tubus $1^{5}/_{8}$'' longus (inferne $1^{1}/_{2}$, superne $3^{1}/_{2}$''' amplus. Limbus $4^{1}/_{8}$'' longus, erectus, laciniis pollicem latis longe acuminatis). Stylus staminibus pollice longior; stigma trifidum (Antherae oblongae, utrinque rotundatae, luteae).

(Praeter diagnosin maxime imperfectam et iconem floris var. *β.* non minus mancam plura non adjecit de hac specie admodum singulari, sub quâ verisimiliter duae latent, cl. *Herbert.)*

c. brevi in limbum cuneiformi-ampliato; flores pedicellati, ad originem filamentorum intus barbati; folia lato-linearia disticha sub anthesi erecta, scapo crasso glauco 2—3plo breviora.

13. **H. spectabile.**
Amaryllis spectabilis *Lodd.* Bot. Cab. t. 159.
Amaryllis Carnarvonia *DC.* pl. rar. d. jard. de Gen. t. 9. — *Schult.* l. c. 816. Obs. 2.
Amar. Reginae-vittata *Carnarv.* hort.
H. Johnsoni v. regio-vittatum *W. H.* l. c. 142. n. 1. t. 34. f. 7.
In hortis cultum; hybridum ex H. Reginae patre et vittato matre. ♃.

Bulbus rotundatus, tunicis fuscis, vix magnit. pugni. Folia cum scapis coaetanea, intense viridia, laevia, firmula, pollicem lata, apice rotundata v. vix angustata, trientem v. vix dimidium scapi aequantia, ad ejusdem latus prodeuntia. Scapus erectus, superne quidquam tenuior, pallidus, rubro suffusus, rore glauco non detergibili, strictus, 15poll., basi diam. $^{1}/_{2}$poll. Spathae valvulae 2 erectae, oblongae, rigidae, acutiusculae, extus rubescentes, pedicellis duplo fere longiores. Pedicelli 4, teretes, erecti, 8—12''' longi, pallide virides, basi bracteolis membranaceis albidis linearibus spathâ brevioribus pedicello longioribus. Flores a basi horizontales, inodori v. vix odori, laete lucide intenseque rubri, ad germen tubique basin extus virides, laciniis intus ad $^{3}/_{4}$ vittâ mediâ longitudinali albidâ. Perigonium patens: laciniae oblongae, basi breviter leviterque connatae, 3poll.: 3 exteriores acumine calloso hamulum mollem formantes, interiores minus acutae, apice non callosae, superior externarum quidquam latior, inferior internarum angustior. Filamenta basi cum laciniis connata, ad ortum pilis brevibus velutinis, naturâ petaloideâ, supra laciniam infimam deflexa, apice quidquam adscendentia,

(Hippeastrum spectabile) subulata, perigonio breviora, rubra, basi albida. Antherae rubescentes, 3lin., effoetae duplo breviores et ovatae, compressae, polline flavo copioso. Germen laeve, obtuse triangulare. Stylus filiformis, basi pallidus, caeterum ruber, cum staminibus declinatus, eaque superans, lgt. perigonii. Stigmata 3 brevia, obtusa, glabra, rubra, facie internâ roseo-albidâ papillosâ. *(DC.)*

W. H. l. c. 143. proles iterum hybridas ex hac stirpe hybridâ enumerat sequentes:
β. Sweetii v. reticulato-Johnsoni n. 9.
γ. Brookesi v. bulbuloso-Johnsoni n. 10.
δ. Benthami v. styloso-Johnsoni n. 11.
ε. Daubenii v. Griffini-Johnsoni n. 12.
ζ. Carnarvoni v. solandrifloro-Johnsoni n. 13.

(2) campanulatus, patentissimus, laciniis exterioribus
a. multo latioribus, tubo cernuo; folia lata nitida viridia; stigma trifidum; spatha biflora.

14. **H. subbarbatum** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2475.
H. bulbulosum var. 1. subbarbatum. *W. H.* l. c. 139. 15.
Amaryllis subbarbata *Schult.* l. c. 819. 35.
In *Brasiliâ* ad *Rio Janeiro.* ♃.

Folia oblongo-lorata, obtusiuscula, tenuiter striata, glabra, 2—3pedalia, $2\frac{1}{2}''$ lata. Scapus erectus, teres, glaber, digitum crassus, obscure viridis. Spatha lanceolata, acuminata, patens, fusco-viridis, bipollicaris, 4—5''' lata. Pedicelli divaricato-patentes, teretes, glabri, in germen globoso-angulatum truncatum magnit. pisi continuati, obscure virides, $1\frac{1}{2}$poll., calamum crassi. Perigonium maximum, speciosissimum, miniatum, tubo cyathiformi sordide purpureo pollicari; laciniae ovatae, patentes, unco flavescente obtuso terminatae, striatae, 3'' longae, exteriores 2, interiores 1 poll. latae, omnes basi maculâ cuneatâ amplâ in radios longos acutos excurrente virescenti-flavâ pictae, quae maculae in fundo floris stellam diam. bipollicarem formant. Filamenta subulata, limbo breviora, rubella, basi pallide virescentia, antheris ovatis obtusis sordide purpureis 2''' longis, polline flavo. Stylus erectior et paulo longior, concolor, stigmate trifido patente obtuso. (Ex ic.)

b. inferioribus angustioribus; folia subobtusa, utrinque attenuata, subundulata, margine albido recurva; spatha 3—pluriflora.

15. **H. barbatum** *W. H.* l. c. 138. 9. t. 21. f. 1. et 409.
Amaryllis dubia *L.* Amoen. acad. VIII. 254.
Crinum barbatum *L.* MS. in hb. soc. Linn.
In *Surinam.* ♃.

(Pedunculi saturate virides, glabri, erecti. Germen cum tubo subhorizontaliter declinatum, subglobosum, viride, magnit. pisi minoris.) Tubus $\frac{3}{4}$poll., gracilis, (dilute) viridis, barbatus (inferne 2, superne 5''' crassus). Limbus circ. $2\frac{1}{2}$poll., albus, stellâ viridi (basin laciniarum ad $\frac{1}{5}$ circ. longt. occupante): laciniae (petala, obovata, breviter acuminata, longitudinaliter nervoso-striata) superiores $1\frac{3}{16}''$ latae, inferiores $\frac{13}{16}$. Folia, ubi latissima, $1\frac{3}{16}''$ lata. (Filamenta subulata, alba, limbo quadrante circ. breviora: antherae reniformes, flavae. Stylus limbum aequans, albus, stigmate truncato obsolete bi- v. trilobo.) — Species colore florum albo insignis.

c. (interioribusque subaequalibus) superiore latiore, inferiore angustiore; folia ligulata, arcuata, canaliculata; spatha 3—6flora, flores horizontales.

16. **H. Gravinae.**
Amaryllis Gravinae *Tomm. Melazzo* in Giorn. d. sc., lett. ed arti di Sic. n. 24. — *Hamelin* in Ann. de la soc. d'hortic. Par. 1827. Oct. 88. — *Schult.* l. c. 816. Obs. 2.

In hortis cultum; hybridum ex H. Reginae patre et vittato matre. ♃.

Bulbus ovatus, tunicatus, extus fuscus, diam. 3poll., basi radicibus numerosis carnosis ramosis. Folia disticha, plerumque 12, 15 poll. longa, basi $1\frac{1}{2}''$ lata, apice latiora, obtusa, glabra, leviter striata, persistentia. Scapus centralis, quidquam inclinatus, basi apiceque compressus, medio subcylindricus, nudus, parum striatus, rubescens rore glauco, 8—10poll., diam. pollicari. Spatha bifida, membranacea, persistens, pallide rubescens; bracteae similes. Pedunculi 2poll., fere recti, sub germine leviter curvati. Perigonium basi angustatum, amplum, odore debili grato: laciniae laete coccineae fasciâ longitudinali albâ, extus ad basin roseo-virescentes, integrae, undulatae, fauce villosae; tubus pollicaris. Filamenta versus laciniam inferiorem declinata, apice adscendentia, basi viridia, medio alba, apice rosea, alterna laciniis interioribus adnata longiora fortioraque. Antherae aequales,

(Hippeastrum Gravinae) pallide flavae. Pistillum stamina pollice superans, eorum situ coloreque. Stigma tripartitum. Capsula membranacea, seminibus nigris. Partium formâ, colore, florendi tempore foliisque persistentibus patri, habitu, bulbo, foliis, scapo, spathâ, florum dispositione, numero odoreque matri similis.

3. nuda,

1) annulata callis ad unguem laciniarum clausa; scapus sub-5florus; flores campanulati, limbo patulo, segmentis ovatis acutis, supremâ reliquis paulo latiore, inferiore crassissimâ angustissimâque,

(1) pallide kermesinum nervis intensioribus, intus singulis laciniis lineâ mediâ albâ, scapus ad spatham nodosus.

17. **Hippeastrum brasiliense.**
Amaryllis brasiliensis *Red.* Lil. 469.
Amaryllis Reginae γ. hybrida. *Schult.* l. c. 815.
Amar. Johnsoniana *Htl.* brit.
In hortis cultum, teste *Ker* & *Herb.* hybridum ex H. vittato, cum polline Reginae foecundato. ♃.

Bulbus crassitie 3 digitorum, tunicis fuscis. Folia 5—6, disticha, lorato-linearia, obtusa, margine subcartilagineo, supra striis longitudinalibus parallelis subcanaliculata, reflexopatentia. Scapus lateralis, teres, fistulosus, violaceus viridistriatus, pedalis, foliis longioribus brevior. Spatha bivalvis, nodo virescenti annulari inserta. Bracteae virescentes maculis parvis rubescentibus. Pedicelli circ. 4, extus purpurei, intus virescentes. Germen horizontale vel subinclinatum, laeve, subtrigonum. Limbi laciniae crassae, ungue virescente, laminâ marginibus undulatâ v. crispâ acutâ: 3 exteriores callo intus subhamato terminatae. Filamenta teretia, basi virescentia, apice adscendente coccinea; antherae ovatae, primum violaceae, 9''' effoetae 2''' longae, polline globuloso aurantiaco. Stylus declinatus, teres, coccineus. Stigma proboscideo-trilobum. *(Red.)*

(2) cinnabarinum fundo albido rubro-striato; flores in alabastro erectiusculi.

18. **H. bahiense.**
Amaryllis bahiensis *Alph. DC.* (ubi ?)
In *Bahia* Brasiliae. ♃.

Differt ab H. brasiliensi *Red.* colore magis cinnabarino; ab H. brasiliensi *Andr.* pedunculo breviore, fauce perigonii minus albâ striisque rubris minus conspicuis; ab H. Reginae numero florum majore; ab H. Carnarvoniâ (spectabili) alabastris erectioribus maculisque perigonii minus elongatis; ab omnibus hisce defectu pilorum ad basin staminum.

2) omnino laevis et glabra. Perigonium

(1) subregulare,

a. cucullato-campanulatum; limbi laciniae ad basin usque liberae, internae margine tertiâ fere parte costae intus prominenti externarum adnatae; spatha 4—6-flora; folia lorata, scapo glauco breviora.

19. **H. vittatum** *W. H.* App. 31. et l. c. 137. 7.
Amaryllis vittata *Ait.* Kew. I. 418. ed. 2. II. 225. — *Wlld.* l. c. 55. 17. — *L'Hér.* l. c. 13. t. 15. — *Curt.* Bot. Mg. t. 129. — *Schneev.* ic. 14. — *Red.* Lil. t. 10. — *Tratt.* Tab. t. 388. Thes. t. 38. — *Allg. Gart. Mg.* 1805. t. 14. — *Sprg.* l. c. 51. 34. — *Schult.* l. c. 825. 43. — *Ker* Rev. 18. — *Sp.* l. c. 417.
In *Americâ meridionali* sane; nec in *prom. bon. spei*, ut hinc inde indicatur. ♃.

Bulbus subrotundus, radiculis crassis carnosis. Folia 6—7 v. plura, erecto-recurva, lorata, 1—2 poll. lata, obtusiuscula, medio canaliculata, intense viridia. Scapus (subinde duo) cylindricus, fistulosus, 2—3pedalis, pollice duplo crassior. Flores plures (4—9 *W. H.*), odoratissimi, horizontali-nutantes; pedicelli flore duplo et ultra breviores, fistulosi. Perigonium 3—4poll., albidum, intus vittis 2 roseis rubrisve, apicem laciniarum fere attingentibus, inferne in cucullum longum angustum obsolete trigonum attenuatum; limbus patens, recurvatus, tubum superans: laciniae subaequales, lanceolatae, crispae, inferne angustatae, exteriores parum latiores, unci-

(Hippeastrum vittatum) nato-mucronatae. Filamenta subaequalia, fasciculata, limbo ¼ breviora. Germen oblongum, obtuse trigonum; stigmata replicata, intus canaliculata. Capsula oblato-globosa, obsolete triloba, lobis pulvinatis. Semina numerosa, cumulata, foliaceo-compressa, nigra. *(Ker.)*

β. majus: foliis (fere duplo) latioribus, laciniis medio sanguineo-vittatis et puncticulatis. *Lindl.* Coll. III. t. 12. — *Schult.* l. c.

H. vittatum var. 2. latifolium *W. H.* l. c.

Flores majores, 5½poll., laciniis undulatis nec crispis, extus vix coloratis, vittis latis obscure rubris stelláque viridi; foliis margine magis cartilagineis, nitidioribus. Stylus 5″ longus, filamenta paulo breviora.

γ. Harrisoniae: floribus pallidis minoribus, longioribus, minus expansis minusque vittatis, vittis in tubo tantum conspicuis abbreviatis. *Lindl.* in Bot. Rg. XII. t. 988. — *Schult.* l. c.

H. vittatum var. 3. Harrisonianum *W. H.* l. c.

Pr. *Limam Peruviae (Harrison).*

Perigonium 3poll., album, tubo virescente, limbo obtuso, intus rubro-duplicato-striato *(W. H.)*, vittis ad ⅔ tantum laciniarum basi virentium. *(Sch.)*

Formae hybridae indescriptae:

δ. Seymouri v. aulico-vittatum *W. H.* l. c. 142. n. 2.
ε. Allmanni v. calyptrato-vittatum. Ibid. n. 3.
ζ. Andersoni v. bulbuloso-vittatum. Ibid. n. 4.
η. Hookeri v. Goweni-vittatum. Ib. n. 5.
ϑ. Grahami v. Johnsoni-vittatum. Ib. 143. n. 6. — vittato proximum, sed tenerius, floribus majoribus et splendidioribus.
ι. Digweedi v. striatifolio-vittatum. Ib. 7.
κ. Lamberti v. Cartoni-Grahami. Ib. 144. 28.
λ. Donnii v. Hookeri-Haylocki. Ib. 29.

b. infundibuliforme, tubo gracillimo limbum multo superante: laciniae infra faucem cum tubo connatae; stigma obtuse trilobum; spatha 2—4flora; folia glaucescentia lorata scapo glauco (multoties) breviora.

20. **H. solandraeflorum.**

H. solandriflorum *W. H.* App. 31. et l. c. 136. 4.
Amaryllis solandriflora *Lindl.* Coll. bot. III. t. 11. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 1200. — *Sprg.* l. c. 51. 24. — *Schult.* l. c. 826. 44.
In *Cayennâ.* ♃.

Affine H. vittato. Folia lorata, sub anthesi erecta, postice recurva, margine paululum cartilagineo (canaliculata, pallide viridia, 1—2pedalia, 2″ lata). Scapus cylindraceus, fistulosus, subbi(3-)pedalis. Spatha viridis, erecta, pedunculis duplo longior. Flores (illis Lilii japonici similes) sulfurei, immaculati, pedicellati, cernui (3 et plures, fere inodori). Perigonium 9 (8—10½)poll. (tubus 3—4½poll., limbus virescenti-albus): laciniae latae, ovato-lanceolatae, striatae, infima angustior. Stamina declinata, fauci inserta, limbo paulo breviora, laciniis interioribus opposita longiora. Germen trigonum, ovulis planis distichis. Stylus filiformis, staminibus paulo longior. *Lindl. (& Herb.)*

α. chloroleucum *W. H.* var. 1.: floribus viridibus et ochroleucis, 8poll.; stylo perigonium subaequante, filamentis paulo brevioribus. *Lindl.* l. c. — *Schult.* l. c.

β. striatum *W. H.* l. c. var. 2.: flore 9—10″ longo, virescenti-albido, extus leviter rubro-striato, tubo 3—4½poll. *Bot. Mg.* t. 2573. — *Schult.* l. c.

In *Brasiliâ.*

Tubus, limbus, germen extus purpureo-maculato-striata. Filamenta stylo breviora: supremum ½poll. intra tubum; infimum pollicare profundius insertum. Stylus limbo paulo brevior. Stigma breviter trilobum.

γ. rubritubum *W. H.* l. c. var. 3.: flore virescenti-albido, tubo purpureo. *Bot. Mg.* l. c. (absque ic.) — *Schult.* l. c.

δ. conspicuum *W. H.* l. c. var. 4.: flore 10½″ longo, virescenti-albido, extus obsolete rubro-striato, tubo purpureo. *Schult.* l. c.

Amaryllis solandriflora β. vittata. *Bot. Rg.* XI. t. 876.

(2) subringens, obliquatum; laciniâ supremâ plus minus recurvâ, tubo cernuo; folia arcuata. (H. bulbulosum *W. H.* l. c. 139. 15. inclusis H. sub-

barbato et unguiculato.) Perigonii limbus

a. subturbinatus subbilabiatus rictu obliquo, tubo brevi, nutans; spatha subbiflora; laciniae

a) 3 summae conniventi-recurvae, infimae 3 porrecto-divergentes, ima angusta remota; rictus radiatus; spatha arida reflexa pedunculis sublongior; folia sublanceolato-lorata.

21. **Hippeastrum rutilum** *W. H.* App. 41.
H. bulbulosum var. 3. rutilum *W. H.* l. c. 140.
Amaryllis rutila *Bot. Rg.* I. t. 28. (23.?) — *Bot. Cab.* t. 1449. — *Sprg.* l. c. 51. 26. — *Schult.* l. c. 820. 37. (excl. *β.*).
In *Brasiliâ.* ♃.

Bulbus subrotundus, saepe maculis miniatis. Folia 3 v. plura, fere pedalia, infra pollicem lata. Scapus subinde lateralis, compresso-teres, crassitie pennae cygneae, glaucus, pedalis. Germen oblongum, obtuse trigonum, tubo bis brevius, ovulis complanatis. Perigonium fere 4poll., miniato-micans, stellâ fauciali chloroleucâ 6radiatâ, hians: tubus semipollicaris, trigonus; laciniae elongato-lanceolatae, exteriores latiores, lateralibus 2 summis supremam versus obliquatis, infimâ lineari-lanceolatâ. Filamenta miniata, longiora limbo triente, alterna multo breviora; antherae luteae. Stylus miniatus, stigmatibus albis replicatis. (Tubus fauce nodo minuto instructus. *W. H.*) (*Ker.*)

Formae hybridae sunt:
β. H. fulgido-rutilum Hortic. Soc. Trs. IV. 43.
γ. H. rutilo-vittatum *Lindl.* ibid. V. 338.
δ. H. rutilo-Reginae-vittatum *Lindl.* l. c.
ε. H. splendens v. rutilo-equestri-vittatum *W. H.* App. 52. c. t. *Fortg. Gart. Mg.* VII. t. 4. — a H. rutilo tantum tubo obsolete fimbriato, perigonio saepius majore diversum. Flores colore splendidissimo, odori.

b) obtusae, superiores magis approximatae patentes, summa obovato-oblonga (13‴ lata), laterales superiores summam versus obliquatae, oblongo-lanceolatae (ut laterales interiores 10‴ latae), infima lanceolata (7‴ lata); folia oblongo-lanceolata, utrinque angustata, (basi attenuata,) striata, concoloria.

22. **H. latifolium.**
Amaryllis rutila *N. ab E.* in Nov. Act. Acad. C. L. N. C. X. 155.
Amar. rutila *β.* latifolia *Mart.* Fl. Bras. ex *Schult.* l. c.
In *Brasiliâ* pr. *San Paolo.* ♃.

Folia 8″ longa, 2″ lata, acuta, (sicca fusco-maculata). Scapus glaucus, basi ruber, 9poll. Spathae valvulae erectae, 18—19‴ longae, pedunculi basi incrassati 11—12‴. Germen $3^1/_2$‴. Perigonium $3^1/_2$poll., roseum, striis saturatioribus reticulatum: tubus limbo duplo brevior, fere 9‴; laciniae $2^1/_2$-pollicares. Filamenta limbo triente, alterna paululum breviora; antherae effoetae griseo-fuscescentes. Stylus limbum subaequans; stigma parvum, vix lobatum, subcapitatum. — Medium inter Amar. (*H.*) rutilam et (Leopoldiam) principis, quae differt foliis subtus purpurascentibus nervo medio albo, tubo limbum fere superante, stylo staminibus paulo breviore.

c) summa tota reflexa lateralibus proximis oblongis duplo latior;

(a) tubus germine (subinde 4plo) longior; folia oblongo-lanceolata, virentia, scapo glauco breviora.

23. **H. fulgidum** *W. H.* App. 31.
H. bulbulosum var. 4. fulgidum *W. H.* l. c.
Amaryllis fulgida *Ker* Bot. Rg. III. t. 226. — *Sprg.* l. c. 25. — *Schult.* l. c. 821. 38. (excl. *β.*).
In *Brasiliâ.* ♃.

Folia brevia. Scapus teres. Flores 2—4, inodori, pedunculis erectis, fere $1^1/_2$pollicaribus. Perigonium 5poll. et ultra, miniato-micans, venoso-striatum, stellâ faucis chloroleucâ. Tubus fere pollicaris, obtuse trigonus, extus lineolis punctisque interruptis, intus rarioribus; faux contractius turbinata, infra subventricosa. Limbus patens, recurvatus: lacinia summa media ovali-lanceolata, $1^1/_2$″ lata; laterales infimae 2 summae mediae subaequales, inferiorem mediam versus decurvatae, margine superiore curviores; ima media oblonga, lateralibus superioribus aequalis. Filamenta dilute miniata, inaequalia, limbo triente fere breviora. Germen virens, subturbinatum, trigonum, ovulis albis numerosis.

β. pallidum: flore minore multo pallidiore.
H. bulbulosum var. 5. *W. H.* l. c.

γ. equestriforme *W. H.* (l. c. var. 7.): floribus structurâ illis H. equestris minoris similibus, sed fauce tubi glabrâ, bulbo et foliis H. fulgidi.
Prope *Rio Janeiro.*

(Hippeastrum fulgidum)

δ. ignescens *W. H.* (l. c. 141. var. 10): scapo foliisque robustioribus obscure viridibus, floribus minoribus magis undulatis et confertis, flammeo-aurantiacis, formâ potius H. crocato accedentibus.

(b) brevissimus; laciniae 3 exteriores interioribus latiores, infima suprema fere duplo angustior; folia lorata, obtusa, (utrinque valde) striata.

24. **H. Simsianum.**

H. bulbulosum var. 6. Simsianum *W. H.* l. c. 140.
Amaryllis miniata *Sims* in Bot. Mg. t. 1943. (non *Rz. & Pav.*) — *Tratt.* Thes. t. 43. (excl. syn.). — *Rchb.* Mg. ästh. Bot. t. 81.
Amar. brasiliensis *Tratt.* Tab. t. 333. (excl. syn. *Andr.*).
Amar. fulgida *β. Schult.* l. c.
In *Brasiliâ.* ♃.

Bulbus subrotundo-ovalis, albus. Folia recurva (laete flavescenti-viridia, basi attenuata, semipedalia, $1-1\frac{1}{2}$'' lata). Scapus foliis longior, erectus, teres, (pallide glaucus,) purpurâ levissime tinctus, biflorus. (Spathae ovato-lanceolatae, obtusiusculae, striatae, pallide virides, purpureo-maculatae; pedicelli erecti, pollicares, glaucescentes.) Flores magni, speciosi, miniati (rubro-plumbei *W. H.*), multistriati; lacinia suprema latior revoluta (omnes oblongo-ovales, obtusae, subundulatae, basi virescentes, intus miniatae, extus dilute purpurascentes, $2\frac{1}{2}$poll., $1\frac{1}{2}-\frac{3}{4}$'' latae). Tubus supra faucem usque ad $\frac{1}{3}$ laciniarum stellâ albâ viridi-striatâ. Genitalia laciniis dimidio breviora: filamenta apice valde incurva, alterna paulo breviora (dilute purpurea, basi virescentia): antherae albae, dorso purpureae. (Stylus filamentis paulo longior, concolor, stigmate trifido flavescente.) Germen subrotundo-trigonum (pallide glaucum). — Affine H. rutilo, sed differt floribus majoribus, colore, stellâ albâ viridi-radiatâ nec totâ viridi.

d) lanceolatae, acutae, apice recurvae, infima reliquis duplo angustior; spatha erecta persistens pluriflora; folia 3 lingulata obtusiuscula striata recurva, scapo bis breviora.

25. **H. spathaceum** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2315. — *Schult.* l. c. 820. 37. Obs. n. 5.
In hortis cultum, hybridum ex H. Reginae et vittato teste *Herb.* ♃.

(Bulbus ovatus, diam. $1\frac{1}{2}$poll., fuscus.) Folia primum erecta, superne reflexo-pendula, lucide viridia, 6pollicaria, ubi latissima fere poll. lata. Scapus teres, farinoso-albidus (glaber, crassitie digiti). Spatha bivalvis, lanceolata (acuminata, striata,) 3poll., (3—4''' lata, flavo-)viridis, (ramentis aliquot concoloribus filiformibus obtusis duplo brevioribus). (Pedicelli cernui, teretes, glabri, nitidi, saturate virides, semipollicares. Germen subcolumnare, sulcatum, glabrum, viride, 3'' long.). Perigonium H. rutilo valde simile. (Tubus pollicaris, crassitie calami, superne in faucem dilatatus, albido-virens, miniaceo-striatus et variegatus; laciniae patentes, lanceolato-ellipticae, acuminatae cum mucrone viridi, lgt. subaequales, saturate et laetissime miniatae, extus striâ mediâ longitudinali latiusculâ rubello-viridi, inaperti floris externe amoene flavescenti-virides saturatius striatae, $2\frac{1}{2}$poll., 6—8''' latae); stella (radiis 6 singularum laciniarum medium fere attingentibus apice truncatis amoene psittacino-)viridis. (*W. H.* et ex ic.)

b. divaricato-ringens, germine tubum subaequante; spatha pluri-(4—6)flora;

a) laciniae 3 superiores rhombeo-lanceolatae, acuminum productorum lateribus rectis undulatis; folia lorato-elongata, supra pulvisculo cano (tenui virore subobscuro translucente) opaca.

26. **H. acuminatum.**

H. bulbulosum var. 8. acuminatum *W. H.* l. c.
Amaryllis acuminata *Ker* in Bot. Rg. VII. t. 534. — *Sprg.* l. c. 53. 51. — *Schult.* l. c. 822. 39.
In *Bonariâ.* ♃.

Bulbus subrotundus, magnit. fere ovi anserini, tunicis fuscis. Folia plura, subcoriaceo-firma, $1\frac{1}{2}$pedalia et ultra, 2 — 3'' lata, basi purpurascentia, breviter acuminata, subtus pallidiora nitida. Scapus cylindraceus, robustus, glaucus, $1\frac{1}{2}$ — 2pedalis, basi purpurascens. Spatha mox marcescens. Flores nutantes, miniato-micantes, 5poll., subtessellato-maculosi. Pedunculi obtuse trigoni, stricti, fere pollicares. Germen viride, oblongum, rotundate trigonum: ovula numerosa, biseriato-cumulata, plano-compressa. Tubus intaminatus, semipoll.; faux turbinata, stellâ quam in H. fulgido viridiore notata. Reliqua ut in H. fulgido, cui et crocato proximum; sed ab utroque foliis glauco-pulverulentis, laciniis 3 superioribus rhomboideo-lanceolatis longe acuminatis apice undulatis diversum. Folia longiora et obscurius viridia ac fulgidi, perigonium obsolete tessellatum et pallidius rubrum.

(Hippeastrum acuminatum) β. pulverulentum: floribus obscurioribus minus acuminatis.
H. pulverulentum *W. H.* App. 31. et in Bot. Mg. t. 2273.
H. bulbulosum var. 9. pulverulentum *W. H.* l. c. t. 34. f. 28—31.
Amaryllis pulverulenta *Lodd.* Bot. Cab. 484.

Germen rubrum, nec viride, tubus ut in H. fulgido, nec virescenti-flavus; limbus paulo pallidior quam in H. Simsiano, sed paulo intensior quam in H. fulgido. Filamenta approximata, nec superiora divergentia, ut in H. fulgido. Perigonii laciniae medio quidquam latiores quam in H. fulgido, sed vix magis acuminatae. Ovula 52 in quovis loculo. H. fulgido affine, sed abunde diversum: bulbo et foliis majoribus, pedunculis minus erectis, germine longiore minus declinato, tubo laevi magis cernuo, filamentis magis fasciculatis, praesertim vero rore glauco margineque crasso revoluto foliorum, spathâ citius marcescente.

γ. longipedunculatum: foliis angustioribus, pedunculis longioribus. *Bot. Rg.* XIV. t. 1188.
In provinciâ mexicanâ *Oaxaca* pr. *San Pablo Quatro-Venados (?).*
Scapus erectior; pedunculi magis patentes.

δ. foliis variegatis Messag. d. sc. et des arts 1827. 376. (ex *Schult.* l. c. 1720.).

b) lacinia summa remota, reliquae imam obtusam duplo angustiorem versus obliquatae; spatha sphacelata, pedicellos vix aequans; folia lorato-lanceolata, viridia, scapo glauco breviora.

27. **Hippeastrum crocatum** *W. H.* App. 31.
H. bulbulosum var. 11. crocatum *W. H.* l. c. 141.
Amaryllis crocata *Ker* Rev. 15. et Journ. etc. II. 357. — *Bot. Rg.* I. t. 38. — *Bot. Cab.* t. 1082. — *Sprg.* l. c. 52. — *Schult.* l. c. 823. 40.
In *Brasiliâ.* ♃.

Bulbus tunicâ pallide fuscâ. Folia plura, obtusa, striata, lineolis interrupte cancellata, 1½pedalia, latiora vix 2″, non glauca. Scapus caesius, bipedalis, pollice crassior, columnaris, basi purpurascens. Spatha reflexa, striata, sub-4flora. Pedunculi bipoll. Germen viride, oblongum, obtuse trigonum, crassius fereque longius tubo virente. Perigonium fere 4poll., crocatum, venis parallelis striatum; faux brevis, turbinato-aperta, intus stellata radiis 6 chloroleucis rhombeo-lanceolatis. Limbus radiato-reflexus: laciniae ovali-lanceolatae, laxius undulatae; laterales superiores superne latere utroque reflexae, ima obtusa. Stamina alterna longiora, ¼ limbi breviora. Stigmata profundius discreta, alba. Semina foliaceo-complanata. (*Ker.*)

β. flore pleno *Lindl.* in Hort. Soc. Trs. VI. 309.
Double Barbadoes Lily *Htl. angl.*
In insulae *St. Vincentii* hortis cultum.

Hippeastri bulbulosi hybrida adhuc indicantur a cl. *W. H.* l. c. 143.:
Hippeastrum Haylocki v. solandrifloro-bulbulosum, n. 15.
— Henslowi v. regio-bulbulosum, n. 20.
— Batemanni v. equestri-bulbulosum, n. 21.

Species e genere exclusae:

Hippeastrum	advena *Ker*	=	Habranthus hesperius *a.*
—	anomalum *Lindl.*	=	Sprekelia Cybister.
—	calyptratum *W. H.*	=	Amarylliris calyptrata.
—	reticulatum *W. H.*	=	Leopoldia reticulata.
—	striatifolium *W. H.*	=	— striatifolia.

38. Sprekelia *Heist.*

Trew. Ehr. pict. t. 24. — *W. H.* App. 34. Amar. 71. et 134. n. 31. t. 34. f. 32. (pollen.) *)
Amaryllis d. Sprekelia *Schult.* l. c. 809. — *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c.
Amaryllis subg. Sprekelia *Spach* l. c. 417. **)

1. Scapus uni- (in n. 1. rarius bi-plur?)florus;

*) Bulbus subrotundus. Folia annua. Scapus cavus, uni- v. raro 2florus. Spat cylindrica, apice diviso. Pedunculus rectus, cavus. Germen a pedunculo declinatum, Hippeastri consimile, nisi quod crassius et minus angulosum. Tubus subnullus. Lacinia supe ior a germine continuata apice reflexo: reliquae devexae, praesertim 3 inferiores, genitalia amplectentes; exteriorum superior, interiorum inferior

perigonium nutans, rictu difformi, divaricato, tubo fimbriato brevissimo; folia obtusa,

1) hysteranthia,

(1) lorato-linearia canaliculata viridia; stamina inferne laciniis labii imi tubuloso - involuta inclusa.

1. **Spr. formosissima** *W. H.* App. 35. l. c. 134. t. 44. f. 41. (pollen).
Sprekelia Heisteri *Trew.* Ehr. t. 24.
Amaryllis formosissima *L.* Sp. pl. 420. Act. Holm. 1742. 93. t. 6. — *Ait.* Kew. I. 416. ed. 2. II. 224. — *Wlld.* l. c. 52. 9. — *Curt.* Bot. Mg. t. 47. — *Red.* Lil. t. 4. — *Tratt.* Tab. t. 378. Thes. t. 44. — *Knorr* Del. 1. t. N. — *Sprg.* l. c. 50. 14. — *Schult.* l. c. 809. 25. — *Sp.* l. c. 418. — *Sweet* Brit. Flow. Gard. ser. 2. t. 144.
Lilio-Narcissus jacobaeus, flore sanguineo nutante. *Dill.* Elth. 195. t. 162. f. 196.
Narcissus jacobaeus major *Rudb.* Elys. II. 89. f. 10. — *Park.* Parad. 71. f. 3. — *Barr.* ic. 1035.
Narcissus indicus jacobaeus *Clus.*
In *Americâ meridionali.* (In *Mexico* verisimiliter.) ♃.
Vulgo Iris suecica hortul., Lis de St. Jacques, Croix de St. Jacques gall., Jacobean Lily angl.

Bulbus ovato-rotundatus, magnit. ovi gallinacei, tunicâ nigricante. Folia 5—8, lorato-elongata, margine carinâque tactu scabriuscula, inferne nervosa, pedalia, 5—6‴ lata. Scapus fusco-rubens, vix folia aequans, subinde altior, erectus, teres. Spatha bivalvis: foliolo uno lineari incluso, altero folliculoso bifido, altiore pedicello crasso compresso apice purpurascente. Flos majusculus, puniceus purpureusque, caeruleo-micans, inodorus. Perigonii limbus inferne brevius coarctatus, laciniis lanceolatis longius acuminatis vel acutis, nervosis, inferne angustatis, $3^1/_2$poll.: 3 superiores stellato-divergentes, media erecta, binae laterales oppositae angustiores; 3 inferiores propendulae, inferne in tubum trigonum convolutae. Filamenta rubra, fasciculata, perigonio aequalia, tubulo fere obsoleto adnata, secundum laciniam infimam deflexa, apice incurvata; antherae polline luteo. Stylus filiformis, crassus, ruber, staminum situ: stigmata 3 replicata, inaequalia, stylo intensius colorata. (*Ker* ex *Schult.*) — Bulbus subglobosus, depressus. Folia semi-usque pedalia, 3—5‴ lata, linearia, acuta, erecta, glabra, intense viridia. Scapus circ. pedalis, erectus, fistulosus, subcylindricus, striatus, uni-(raro bi)florus. Flos magnus, pedunculatus, nutans, intense purpureus, quasi holosericeus. Pedunculus circ. 2poll. Spatha apice bifida, pedunculo longior. Germen viride. Perigonii laciniae lanceolatae, fortiter striatae. Stamina perianthio paulo longiora. Stylus filamentis paulo longior, cum iis purpureus. Antherae magnae, medifixae, ante anthesin violaceo-purpureae. (*Spach.*)

β. quadriflora *Tratt.* Tab. t. 379.: scapo 4floro.

(2) linearia plana glauca; perigonii laciniae medio albo-vittatae, laterales exteriores subconvolutae lgt. interiorum apice recurvorum.

2. **Spr. glauca** *Lindl.* in Bot. Rg. 1841. t. 16. — *Dav. Dietr.* Ztschr. für Gär'n. etc. II. 6. t. VII. f. 169.
In *Mexico.* ♃.

Spr. formosissimae simillima, at foliis angustioribus glaucis, floribus minoribus pallidioribus satis distincta.

(Bulbus oblongo-ovatus, fuscus. Folia 6—7, erecta, basi subcanaliculata, glabra, 6—8″ longa, 3—4‴ lata. Scapus erectus, teres, 6—7poll., crassitie calami majoris, flavescenti-

---

reliquis 2 latior. Filamenta 3 exterioribus laciniis opposita breviora, supremum brevissimum, 3 interioribus opposita longiora, infimum longissimum: omnia stylum amplexa, cum eodem declinata, apicibus sursum curvatis; ad basin laciniarum pariter membranâ fimbriatâ juncta et corollae inserta. Stigma trifidum. Ovula plana, biseriatim imbricantia. Capsula? Semina? *Schult.* l. c. adn.

Perianthium pedunculatum declinatum, tubo subnullo, laciniis superis reflexis, inferis devexis basi convolutis; filamenta pariter membranâ connectente ad basin perianthii inserta, fasciculata, resurgenter (uti stylus) declinata, e petalinis summo, e sepalinis imo caeteris longiore (p. 134. dicitur: breviore); antherae a tertiâ parte superiore pendulae Stigma trifidum. *Herb.* Am. ll. cc.

**) Perianthium ringens: tubo brevissimo; laciniae inaequales, superior erecta, inferiores 5 declinatae, stamina amplectentes. Stamina declinata, sursum arcuata, basi monadelpha, perianthii fauci inserta. Stylus ejusdem ac stamina directionis. Stigma trifidum. — Folia liguliformia, canaliculata, floribus seriora. Scapus 1—2florus, fistulosus; spatha 2valvis: foliolo altero lineari incluso, altero folliculari apice bifido.

(Sprekelia glauca) viridis. Spatha concolor, erecta, inferne pollicis lgt. cylindrico-tubulosa, superne subventricoso-dilatata fissa, glabra, $2\frac{1}{2}$poll. Pedunculus spathâ triente brevior, teres, glaber, viridis, crassitie $1\frac{1}{2}$'''. Germen subrotundo-oblongum, saturatius viride, 3''' longum. Perigonium structurâ praecedentis, cinnabarinum: laciniae lanceolato-oblongae, margine (an omnes?) involutae, longe acuminatae sed apice ipso obtusae, $2\frac{1}{2}$poll., medio 8—10''' latae, striâ lineari lineam latâ flavescenti-viridulâ a basi ultra medium usque percursae. Filamenta laciniae infimae fasciculatim incumbentia, illâ paulo breviora, subaequalia, subulata, concoloria, basi virescentia; antherae lineares, obtusae, semipollicares, flavae. Stylus filamentis paulo longior, apice subincurvus, concolor, stigma trifidum album, laciniis patentibus obtusis lineam longis. Ex ic.)

2) coaetanea, lorato-linearia plana; laciniae inter se inaequales; squamulae stamina inaequalia basi cingentes minutae fimbriatae; stamen infimum perigonium subaequans.

3. **Sprekelia Karwinskii.**
Amaryllis Karwinskii *Zucc.* in Abh. d. math. phys. Kl. der k. bayr. Akad. d. Wiss. II. 315.
In *Mexico.* (*de Karwinski.*) ♃.

Bulbus ovato-rotundatus, tunicis extimis nigricantibus. Folia 5—6, basin versus obsolete canaliculata, sursum plana, ad lentem margine tenuissime papilloso albido cincta et glandulis minutissimis oblongis subhyalinis adspersa, caeterum glabra, viridia, 12—18'' longa, 6—10''' lata. Scapus infra folia proveniens, erectus, pedalis v. altior, anceps lateribus valde convexis, glaber, basi virescenti-albidus, sursum sordide rubescens. Spatha cylindrica, apice bifida, sordide ex albido et viridi fuscescens, intus albida, multinervia, glabra, $2\frac{1}{2}$'' longa: laciniae lanceolatae, concavae, acutiusculae, erectae, ovarium superantes; pedunculus intra spatham fere 2'' longus, teretiusculus, albidus. Perianthium magnit. et figurâ illius Spr. formosissimae, laciniis 3 infer. conniventi-subdeflexis, summâ erectâ, lateralibus duabus erectis apice subreflexis; tubus intus albo-subvirescens, ad laciniarum basin angustatus ibique squamulis 6 carnosis fimbriatis erectis rubentibus stamina ab interiore latere amplectentibus auctus: laciniae exteriores 3 inter se subaequales, lanceolatae, acutae, multinerviae, e purpureo miniatae, margine et nervo medio a basi ad medium usque albidae, inde apicem versus concolores, intus micantes, circ. 4'' longae: infima, cui genitalia incumbunt, latior et exteriores praeter basin angustiorem, qua stamina semiamplectitur, omnino aequans; superiores angustiores, lineari-lanceolatae apice subreflexae, omnes in nervo medio tantum (nec in margine) ad medium usque lineâ albidâ pictae, caeterum exterioribus concolores easque aequantes. Stamina basi laciniarum perianthii affixa atque inter has et squamulas quasi e cucullo provenientia, eodem modo ac in Spr. formosissimâ disposita, attamen minus inaequalia, interioribus longioribus, infimo longissimo petalum aequante; filamenta ultra medium arcte sibi adpressa, super laciniam infimam deflexa, apice parum sursum curvata, a basi ad $\frac{1}{3}$ usque ancipitia et ex albido rubentia, inde apicem versus filiformia, glabra et colore corollae; antherae lineari-oblongae, utrinque obtusae, parum curvatae, 4loc., polline lineari-oblongo aureo. Ovarium teretiusculum, 5''' circ. longum, viride, glabrum. Stylus elongatus, cylindricus, stamina superans, superne parum incurvus, glaber, colore corollae, sed uti stamina intensiore; stigma trilobum, laciniis aequalibus patentibus superne sordide albido-rubentibus. — Differt ab affini Spr. formosissimâ evolutione coaetaneâ foliorum et florum, duratione floris longiore (ultra 8 dies), margine nervoque medio laciniarum perianthii albis et colore minus laeto, nunquam caerulescenti-micante. (*Zucc.*)

2. Scapus 4—5florus; folia hysteranthia, lineari-lanceolata; germen pedicellatum, incumbens; perigonium nutans, laciniis inferne latis sursum angustatis: labium inferius deflexum, apice reflexum; exteriores margine in-

4. **Spr. Cybister** *W. H.* in Bot. Mg. 3872.
Hippeastrum anomalum *Lindl.* in Hortic. Soc. Trs.
In *Boliviâ.* (*Knight.*) ♃.

(Species valde singularis, forsan proprii generis dignitate. Scapus erectus, glaber, teres, fistulosus, crassitie digiti minimi, laete viridis. Spatha diphylla, reflexa: foliola lineari-oblonga, acuminata, sphacelata, sordide flavo-fuscescentia, $1\frac{1}{2}$poll., basi 4—5''' lata. Pedunculi 4—5, crassi, erecti, spathâ duplo breviores, virides, in germen vix crassius sensim continuati, et hoc incluso circ. pollicares. Perigonii laciniae omnes patentissimae, elongato-acuminatae, basi subcampanulato-conniventes, glauco-virides, sanguineo-marginatae, intus pallidiores, marginibus involutae; suprema omnium latissima,

volutae reflexae, 2 inferiores inferne obliquae, latere superiore latiores; interiores superiores planiusculae apice torto depresso, infima scapo contigua; faux membranâ barbatâ instructa; stamina cum stylo apice assurgente declinata; stigma parvum, trilobum.

basi oblongo-ovatâ intus laete sanguineâ convoluto-canaliculatâ, semipollicem et ultra latâ, $2^1/_2$pollicaris; proximae laterales $3^1/_2$—4''' latae, $2^1/_2$'' longae, intus sordide flavovirides marginibus rubris; 3 inferiores basi vaginae instar filamentorum fasciculum amplectentes, tunc reflexae, glauco-virides rubro suffusae et marginatae, 2pollicares, 4—5''' latae. Filamenta basi incrassata sanguinea, fasciculatim assurgentia, apice declinata, subulata, pallide glauca, inter se subinaequalia longitudinis triplicis, omnia perigonio paulo longiora; antherae oblongae, utrinque obtusae, infra medium affixae, concolores, $2^1/_2$''' longae. Stylus filamentis concolor, sed multo crassior et ea semipollice superans, apicem versus sensim clavato-incrassatus in stigma truncato-trigonum diam. $1^1/_2$'''. Ex ic.) Alabastra evolutione progrediente magis magisque deflectuntur, usque dum labium inferius situm verticalem deorsum versum et scapo parallelum attingat.

β. brevis *W. Herb.* in Bot. Rg. new ser. n. 33. — *Dav. Dietr.* l. c. I. 27. f. 87. — flore 4pollicari.

39. Lycoris.

W. H. App. 20.*) Amar. 77. et 229. n. 61.
Amaryllis h. Lycoris *Schult.* l. c. 830. — *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c.
Amaryllis subg. Lycoris *Sp.* l. c. 419.**)

Pedunculi et perigonii tubus brevissimi; genitalia perigonium superantia; limbi laciniae

1. patentes, undulatae, infima deflexa; faux subtus ventricosa, coronâ brevissimâ crenato-repandâ sub summo filamento interruptâ; folia linearia carinata; scapus teretiusculus.

1. **L. aurea** *W. H.* in Bot. Mg. ad 2113. 5. App. 20. Amar. l. c. Amaryllis aurea *L'Hér.* sert. angl. 14. — *Ait.* Kew. I. 419. ed. 2. II. 227. — *Wlld.* l. c. 57. 25. — *Jcq.* Ht. Schbr. I. 38. t. 73. — *Sims* Bot. Mg. t. 409. — *Red.* Lil. t. 61. — *Tratt.* Tab. t. 383. — *Kern.* l. c. t. 57. — *Bot. Rg.* t. 611. — *Sprg.* l. c. 53. 59. — *Schult.* l. c. 830. 48. — *Sp.* l. c. In *Chinâ.* ♃.

Bulbus subrotundus, magnit. fere pugni, fuligineo-fuscus. Folia plura, patentia, glauca, striatula, acuminata, erecta, margine reflexa, glabra, $1^1/_2$pedalia, vix poll. lata. Scapus vix bipedalis, crassitie digiti, glauciusculus, strictus, parum compressus. Spatha diphylla, lanceolata, marcescens, fuscostriata, floribus brevior, 2—3'' longa, primum erecta, serius reflexa, 5—10flora. Pedunculi inaequales, longiores pollicares, (trigoni, obesi,) basi bracteâ membranaceâ lanceolatâ lgt. pedicellorum suffulti. Perigonium nutans, infundibuliforme, luteum v. aurantiacum, fere 3poll.: tubus trigonus, germine longior, 3—5''' lg., viridi-flavescens, rectus, intra serto extra-stamineo brevissimo intensius flavescente nitido; limbus subbilabiato-obliquus, infra in faucem tubo 3—4plo longiorem laxe connivens: laciniae apice incrassatae, subuncinatae (mucronatae), subaequales, $2^1/_2$poll., obtuse carinatae, carinis virescentibus, labii inferioris laterales 2 paulo latiores, magis divaricatae, obsoletius undulatae, ab imâ caeteris porrectiore recedentes. Filamenta declinato-assurgentia, (perigonium paulo superantia; antherae aurantiacae *Red.*). Stylus directione coloreque filamentorum, sed robustior et longior, 4poll., apice rubicundus; stigma continuum villosum (simplex acutum purpureo-violaceum *Red.*). Germen viride, loculis superne vacuis, inferne 5spermis. (*Ait.* & *Ker.*) In flore primum evo-

---

*) Bulbus ovatus. Folia disticha, angusta, hyemalia, aestate depereuntia. Scapus subpraecox, autumnalis, solidus. Umbella sub-12flora (?). Flores indori. Pedunculi suberecti, divaricati. Germen trigone ovale, fere rectum, triloculare: loculi 6—8spermi, ovulis subglobosis. Tubus obsolete trigonus, a germine subdeclinatus, sursum curvatus et juxta faucem amplior; laciniae semipatentes, sursum curvatae, undulatae. Filamenta pariter fere cum laciniis in tubum coalescentia, assurgenter curvata, alterna longiora. Stylus sursum curvatus. Stigma simplex, acutum, circumfimbriatum. Capsula? Semina? (*Schult.* l. c. adn.) — Tubus obsolete trigonus, ampliatus, sursum ad faucem curvatus: laciniae sursum curvatae; filamenta cum laciniis pariter in tubum coalescentia, recurvata, alterna aequalia; stylus recurvatus; stigma acutum circumfimbriatum; ovula subrotunda. — Folia linearia, hyemalia; umbella multiflora; germen declinatum; antherae oblongae, incumbentes. *Amar.* ll. cc.

**) Perianthium infundibuliforme, tubo trigono, fauce ampliatâ; laciniae undulatae, arcuatae, alternae longiores et breviores. Stamina perianthii fauci inserta, alterna longiora et breviora, ut stylus adscendentia et arcuata. Stigma indivisum, fimbriatum. — Folia disticha. Scapus solidus, multiflorus.

luto saepius laciniae et stamina 7. (*Red.*) — *Herb.* varietatis meminit perigonii laciniis 2 supernumerariis.

2. radiato-reflexae lineares undulato-crispae (omnes vel 5 tantum in labium superius semicirculatim radians approximatae *Ker*), infima divaricata; folia lineari-ligulata glauca; scapus compressus; genitalia declinata limbo duplo longiora.

2. **Lycoris radiata** *W. H.* ll. cc.
Amaryllis radiata *L'Her.* l. c. 16. — *Ait.* ll. cc. 421. et 228. — *Wlld.* l. c. 60. 31. — *Andr.* Bot. Rep. t. 95. — *Tratt.* Tab. t. 395. Thes. t. 48. — *Kern.* l. c. t. 344. — *Ker* in Bot. Rg. t. 596. Journ. of sc. etc. II. 364. Rev. 22. — *Sprg.* l. c. 57. — *Schult.* l. c. 831. 49. — *Sp.* l. c. 420.
Lilio-Narcissus V. *Trew.* fl. imag. t. 35.
In *Japoniâ*, *Chinâ*, *Coromandel.* ♃.

Bulbus ovatus, magnit. fere ovi columbini, pallide fuscus. Folia subtrina, obtusiuscula, canaliculo medio lateribus glauciore, circ. ½'' lata. Scapus spithamaeus ad 1½pedalis, compresso-teres, erectus, simul cum foliis vigens. Spatha sphacelata, 4—5flora, pedunculis pluries longior. Pedunculi virides, firmi, tereti-angulosi, perigonio pluries breviores. Perigonium inodorum, horizontaliter patens, roseo-micans, diam. fere 3poll., divaricato-radians, aequalis: tubus virescens, subnullus, decurvus, compresso-cylindraceus, crassitie fere germinis; limbus unilabiatus v. inaequalissime bilabiatus: laciniae distantes, lineari-lingulatae, circ. 2''' latae, subaequales, undulatae, canaliculatae, mucronatae, superne recurvae, carinâ mediâ dorsi virescente, omnes aut summam mediam versus in labium superius convergentes, aut nunc ex istis una distantissima sub staminibus pro labio inferiore per se manens. Filamenta declinato-assurgentia, perigonio concolora, prostanter divergentia, firma, subulato-elongata, tubi ori inserta; antherae parvae, oblongae, coccineae polline flavo. Stylus filamentis conformis et concolor, robustior tamen atque longior, 3poll. v. ultra; stigma punctum simplex pruinosum albicans. Germen virens, trigibbo-globosum: ovulis pluribus (4?) biseriatis globosis in quovis loculo. (*Ker.*)

3. longae angustae; folia angusta lanceolata canaliculata, scapo compresso longiora; flores quatuor.

3. ? **L. africana.**
Amaryllis africana *Lam.* Enc. I. 124.
In *Madagascar* et *Africâ* (orientali?). ♃.

Folia longa. Scapus semipedalis. Flores flavi. Spatha bivalvis. Stamina exserta.

Species exclusa:

Lycoris hyacinthina *Herb.* = Griffinia hyacinthina.

(Subordo III. Narcissineae.)

(Narcissi *Juss.*)

Narcisseae *Endl.* l. c. 178. — *Meisn.* l. c. 394. (297.).

40. Gethyllis.

L. gen. 590.*) — *Schult.* l. c. XLVI. 1426. — *Endl.* l. c. 179. 1290. — *W. H.* l. c. 72. et 185. n. 39. — *Meisn.* l. c. 394. (297.).

Papyria *Thb.* Act. Soc. Lund. I. 2. 111. c. ic. — Abapus *Adans.* fam. II. 57.

Subg. 1. Gethyllis *s. str.*

Folia

1. lanceolata plana; limbi laciniae lanceolatae.

1. **G. lanceolata** *L. fil.* Suppl. 198. — *Thb.* Diss. 1. nov. gen. 15. Prodr. 59. Fl. Cap. ed. *Schult.* 303. — *Wlld.* Sp. pl. II. 105. 5. — *Sprg.* *S. V.* II. 82. 4. — *Schult.* l. c. 781. 5. — *W. H.* l. c. 186. 7.

---

*) In G. spirali et verticillatâ *RBr.* (Prodr. Fl. Nov. Holl. 290. ed. germ. *N. ab E.* 146.) observavit semina subglobosa, in pulpâ gelatinosâ nidulantia et alterâ extremitate umbilico simplici praedita; horum membrana duplex, exterior laxa hyalina, facillime separanda, interior arcte adhaerens. Albumen semini conforme, carnosum, graveolens includit embryonem rectum longitudinalem, quo dissecto apparet corpusculum interius cylindraceum fere dimidio brevius et ad extremitatem, umbilicum seminis spectantem, ubi radicula sita est, cum pariete externo conferruminatum, caeterum solutum et laxiuscule tectum, ideoque pro plumulâ evolutâ habendum.

Radix bulbus ovoideus, sursum imbricatim tunicatus vel modo subsquamatus, saepius membranaceo-vestitus; rhizoma plerumque umbonatim prominens, nunc altius cylin-

(Gethyllis lanceolata) Papiria lanceolata *Thb.* Act. Lund. I. 2. 112. c. fig.
Ad *prom. bon. spei*, in collibus pr. *Buffeljagts-Rivier* alibique rarius. ♃.
Bulbus ovatus, magnit. fabae. Folia glabra, lgt. floris.

2. lineari-lorata erecta undulatissima setoso-ciliata.

2. **G. undulata** *W. H.* l. c. 6. t. 25. f. 5.
In *prom. bon. spei. (Masson* in Hb. Bks. absque flore.) ♃.
Bulbus oblongo-ovatus, $1^{1}/_{4}$poll. latus, collo foliis sub terrâ vaginantibus producto 5unciali. Folia 20, 7uncialia (basi fere in petiolum attenuata apice acuminata, viridia, admodum undulata, ut irregulariter et frequentissime rotundo-sinuata appareant, 2—3‴ lata, setis patentibus capillaceis 2‴ longis ciliata).

3. lineari-filiformia spiralia, (limbi laciniae ovato-oblongae,)
1) semiteretia, subsena, glabra.

3. **G. spiralis** *L. fil.* l. c. — *Thb.* Diss. 15. Prodr. 59. Fl. Cap. l. c. 302. (excl. G. afrâ). — *Wlld.* l. c. 104. 1. — *Gawl.* Bot. Mg. t. 1088. — *Sprg.* l. c. 1. — *Schult.* l. c. 779. 1. — *W. H.* l. c. 185. 1.
Papiria spiralis *Thb.* l. c. 111.
Ad *prom. bon. spei*, in collibus sub montibus et campis arenosis in *Langekloof* et alibi. Colonorum Kukumakranka. Fl. Dec., Jan. ♃.
Bulbus albus, magnit. nucis, ovatus, squamosus, tunicis scarioso-membranaceis; rhizoma deorsum prominens, annulari-rugosum, fibris carnosis ramosis. Folia radicalia plurima, (subsena *Ker*), obtusa, supra canaliculata, subtus convexa, integra, rarius ciliata, digitalia, (fructu maturo completa, fasciculata, erecta, divergentia, e basi tumidiusculâ dilatatâ convoluto-conduplicatâ semicylindrico-filiformia, setaceo-attenuata, canaliculata, nuda, rigidiuscula, sursum spiraliter torta et interdum gyris uno v. pluribus circumvoluta, inferne utplurimum vaginis duabus radicalibus membranaceis involuta). Scapus nullus, sed flos radicalis, solitarius, albus, (fragrans, hypocrateriformis; tubus pedunculoideus, teretiusculus, rectus, partim subterraneus, laciniis 3—4plo longior [2—3poll.]: laciniae ovato-lanceolatae, acuminatae, radiato-expansae [pollicares v. ultra, 7—8‴ latae] exteriores magis attenuatae et extus punctis densissimis confluentibus rubris variegatae. Filamenta erecta, patentia, filiformia, laciniis 3—4plo breviora [alba]: antherae lineari-oblongae, subsagittatae, erectae, basi affixae, filamenta aequantes, recurvae [flavae]. Stylus filamenta aequans, filiformis, tenuis [albus]: stigma trilobo-capitatum. Bacca straminea, cylindrico-clavata, bipoll., lateralis ad latus exterius fasciculi foliorum, basi spathâ membranaceâ scariosâ convolutâ univalvi inclusa, e germine subsessili subterraneo sensim supra terram elevatura, esculenta, fragrans). Majo et Jun. maturatur. Dum floret, folia nulla: dumque fructus proveniunt, aphylla est. *(Thb., Gawl. — Ker.)*

2) villosa; filamenta alterna breviora.

4. **G. villosa** *L. fil.* l. c. — *Thb.* ll. cc. — *Wlld.* l. c. 104. 3. — *Schult.* l. c. 781. 4. — *Sprg.* l. c. 3. — *W. H.* l. c. 186. 4. t. 25. f. 7.
Papiria villosa *Thb.* l. c. 111. c. fig.
In *prom. bon. spei: Attaquas-Kloof* pr. *Gansekraal.* ♃.
Bulbus albus, ovatus, collo cylindrico, piso paulo major (in ic. *Herb.* ex spec. *Masson.* in hb. Bks.: pallide fuscus, magnit. juglandis minoris, collo cylindrico pollicari, crassitie calami, rudimentis pluribus foliorum (?) anguste linearibus acutis viridibus 4—5‴ longis $^{1}/_{2}$‴ latis longe setoso-ciliatis coronato). Folia linearia, albo-villosa, bipollicaria, angustissima. Tubus perigonii pilosus, gracilis, circ. 3pollicaris

---

draceo-demissum; folia diu post peractam anthesin prodeuntia, jam modo maturescente fructu vegeta, ambienter fasciculata, inferne vaginis subbinis radicalibus scarioso-membranaceis colligata, superne divergentia, a lorato-lanceolatis numerosisque ad semitereti-filiformia subsenaque, varie torta, modo plana, modo undata, modo pubescentia. Scapus solitarius, uniflorus, extrafoliaceo-lateralis, de florifero subnullo grossificante fructu sensim productus. Bacca edulis, grate olens, varie lutescens, translucentibus seminibus maculosa, pulpâ farcta succosâ, epidermide tecta praetenui. Semina (subcompresso-sphaeroidea) magnit. eorum Sinapeos. — Mira in numero staminum diversitatis inconstantia. Est vero horum diversorum modorum unusquisque in propriâ suâ specie certus et perpetuus, nec fortuitus atque rarus acsi aliquo luxuriantis naturae usu oriundus. *Gawl. (Ker)* in Bot. Mg. ad 1088.

(Gethyllis villosa) (filiformis); limbus albus, circ. $^{7}/_{8}$poll. (laciniis stellato-patentibus, lineari-oblongis acutiusculis 2 — 3''' latis). Filamenta et antherae 6 (laciniis multo breviora, concolora; antherae elliptico-oblongae, acutae, $1^{1}/_{2}$''' longae, flavae).

4. filiformia, superne subspiralia, quina; fructus ovalis.

5. **Gethyllis verticillata** *RBr.* l. c. — *W. H.* l. c. 5. t. 25. f. 6.
In *prom. bon. spei.* (*Masson* in hb. Bks.) ♃.

Bulbus parvulus, (elliptico-)ovatus (pallide fuscus, magnit. nucis avellanae, in collum pollicare cylindraceum paulo tenuius elongatus). Folia 5, 4pollicaria (fasciculata, erecta, acuta, flavescenti-viridia, superne partim subspiraliter convoluta, vix $^{1}/_{3}$''' lata). Fructus pollicaris in scapo aequilongo.

5. . . . . . flores rosei.

6. **G. rosea** *Eckl.* topogr. Verz. 4. — *W. H.* l. c. 8.
Ad radices montis *Baviansberg* pr. *Gnadenthal.* ♃.
Reliquis staturâ minor.

Subg. 2. Abapus *(Adans.)*.

Folia linearia glabra subduodena, primum spiralia, mox recta; perigonii laciniae oblongae, imbricatae, binerves.

7. **G. afra** *L.* Sp. pl. 633. — *Lindl.* Bot. Rg. 1016. — *Schult.* l. c. 780. 2. — *W. H.* l. c. 185. 3.
G. spiralis *Ait.* Kew. 1. 437. (non *L. fil.*).
In *prom. bon. spei.* ♃.

G. spirali omnibus partibus major. Bulbus testaceus, ovatus, squamosus succo subluteo foetido, squamis carnosis, radicibus carnosis simplicibus fasciculatis. Folia e basi latâ linearia, carnosiuscula, subobtusa, viridia, basi pallida, violaceo maculata, flore paulo longiora. Flos solitarius, fragrans, spathâ brevi subterraneâ monophyllâ carnosâ vaginante. Perigonium hypocrateriforme; tubo (2'') longo filiformi semisubterraneo basi albo apice purpureo (quam in G. spirali crassiore); limbus patens, serie duplici 6partitus: laciniis ovalibus acutis, interioribus angustioribus subundulatis, omnibus albis lineâ mediâ extus purpureâ; tubus solidus stylum arcte amplectens. Stamina patentia, limbo breviora, basi connata: filamenta brevia, subulata; antherae longiores, magnae, antice biloculares, pollen ellipticum medio sulcatum. Stylus filamentis longior; stigma triangulare, subtrilobum. Germen carnosum; ovula subadscendentia, placentae axili inordinatim affixa. Baccae edules. (*Lindl.*, *Herb.*)

Subg. 3. Papiria *(Thb.)*.

Folia linearia, spiralia, ciliata; perigonii laciniae ovatae, oblongae.

8. **G. ciliaris** *L. fil.* l. c. — *Thb.* ll. cc. — *Wlld.* l. c. 104. 2. — *Jacq.* Ht. Schbr. I. 41. t. 79. — *Sprg.* l. c. 2. — *Schult.* l. c. 3. — *W. H.* l. c.
Papiria ciliaris *Thb.* l. c. 111.
Ad *prom. bon. spei*, in arenosis prope *Capstadt*, *Ducker-valley*. Colonis Sand-Kukumakranka. ♃.

Bulbus cylindrico-oblongus, (ovato-subrotundus), sordide albidus, magnit. pyri (juglandis minoris), crasse tunicatus, tuberi oblongo et praemorso insidens. Folia basi vaginâ (punctatâ) inclusa, plurima, usque 40, obtusa, supra sulcata, subtus convexa, glabra, ciliis albis, digitalia longioraque, lineam lata (acutiuscula, striatula, inferne canaliculata, caeterum planiuscula, erecta, trita odoris murini, 4 — 5poll., 3''' lata. Flos ante folia, odore Lilii albi. Spatha monophylla, tubulosa, bifida, albida, laciniis lanceolatis acutis erectis. Perigonii tubus radicalis, incurvulus, cylindricus, basi crassior, superne subangulatus, erectus, albus, 3poll. Limbus patens tubo triplo brevior: laciniae obovatae, concavae, apice connivente callosulae, subcoriaceae, inferne utrinque albae, superne cum virore flavescentes). Filamenta apice divisa, antheris pluribus, usque 18 (brevissima, summo tubo inserta, erecta, alba, trifida. Antherae 3 in quolibet filamento, lineares, longae, utrinque sulcatae, apice spirales, erectae, pallide flavae. Stylus filiformis, staminum lgt. Stigma obtusum). Differt a G. spirali radice oblongâ, foliis hirsutis, floribus majoribus. (*Thb.*, *Jcq.*)

Obs. Anne descriptio *Jacquini*, uncis inclusa, speciem alteram indicat?

Species maxime dubia:

Folia ensiformia graminea; perigonii laciniae ovales dorso pilosiusculae, exteriores pilo terminatae.

9. **G. acaulis** *Blanco* Fl. d. Filip. 260.
In insulis *Philippinis*. ♃.
Radices centrales crassae, carnosae. Caulis nullus. Flores solitarii, radicales. Calyx nullus, sed squama foliacea. Corolla longa, tubo filiformi rigido, fauce clausâ, cui affixa sunt stamina. Limbus 6partitus: laciniae 3 interiores pulcherrime coloratae. Stamina 6: filamenta brevia, antherae sagittatae. Stylus 1 brevissimus tubum aequans. Stigma crassum triangulare. Capsula in fundo floris triangularis, squamis nonnullis acutis tecta, bilocularis (an loculo tertio abortivo?) loculis dispermis; seminibus striatis cordatis, in parte superiore dente auctis.
Obs. Patria et structura fructus, vix autem rite descripta, longe aliud genus, forsan novum, indicant.

Species exclusa:

Gethyllis plicata *Jcq.* = Forbesia plicata.

41. Phycella.

Lindl. in Bot. Rg. 928. et Hortic. Soc. Trs. VI. 88. — *Schult.* l. c. LIV. 1443. — *W. H.* in Bot. Mg. ad 2687. Amar. 71. et 151. n. 33. *) — *Meisn.* l. c. 394. (297.).
Eustephia *Endl.* l. c. 178. 1282.

1. Umbella multiflora; pedicelli
1) cernui; perigonium infundibuliformi-campanulatum; genitalia stricta exserta; folia lorata obtusa.

1. **Ph. cyrtanthoides** *Lindl.* Bot. Rg. ad 928. et Hortic. Soc. Trs. VI. 88. — *Schult.* l. c. 900. 1. — *W. H.* l. c. 151. 2.
Amaryllis cyrtanthoides *Sims* Bot. Mg. t. 2399. — *Sprg.* l. c. 51. 31.
Eustrephia cyrtanthoides *Dietr.* Syn. pl. II. 1175. 1.
In collibus arenosis maritimis *Chili* borealis pr. *Concon*. *(Poepp.)* ♃.
Folia longitudinaliter striata, glabra, laete flavescenti-viridia, nitida, pedalia circ., 4—5''' lata, flaccida, apice obtuso flexa. Scapus erectus, anceps, 4''' latus, glaber, laevis, semipedalis, sordide flavorubens, superne virescens. Spatha diphylla: valvulae lanceolatae, acuminatae, membranaceae, virescentes, mox sordide flavescentes, rubro-striatae, pollicares et ultra, 2—3''' latae. Flores 4—6, primum erecti, dein cernui: pedicelli teretes, glabri, virides, 2—3''' longi, crassitie fili emporetici majoris, apice in germen obovato-clavatum truncatum sulcato-angulatum viride 2''' longum continuati. Perigonium basi sensim tubuloso-angustatum, laete coccineum, basi extus flavovirens, striis flavescentibus ad medium usque extensis, bipollicare, apice pollicem fere amplum, laciniis apice tantum patentibus obovato-lanceolatis apice mucronulato-obtusis. Genitalia perigonio triente longiora, concolora: filamenta filiformia, antheris hastato-reniformibus luteis. Stylus staminibus adhuc longior, sensim in stigma clavatum dilatatus. (Ex ic. in Bot. Mg.)

2) penduli; spatha multifida marcida reflexa; folia oblongo-

2. **Ph. chloracra** *W. H.* l. c. 155. 9.
Haemanthus dubius *HBK.* nov. gen. III. 281. — *Kth.* Syn. pl. aeq. I. 287. — *Dietr.* l. c. 1186. 21.
Crinum quitense *Sprg.* l. c. 55. 25.

---

*) Scapus cavus. Germen pedunculo declinatum, trigonum, triloculare. Tubus brevis, declinatus, arctus. Corolla anguste campanulata, laciniis convolute imbricantibus. Filamenta summo tubo inserta, decurrentia, apice sursum curvata, interne longiora, majora. Stylus devexe porrectus. Stigma simplex, apice fimbriato. Ovula biseriatim cumulata, complanata. Antherae breves, versatiles, incumbentes. — Filamenta petalis exterioribus respondentia basi processubus 2 subulatis, quos cl. *Herb.* modificationes membranae, ill. *Lindley* vero stamina sterilia dicit. (Bot. Mg. l. c.)
Bulbus ovatus, niger; folia linearia, lorata; umbella inaequaliter pedunculata; flores declinati. Perianthium tubiforme, tubo brevi, laciniis regularibus convolutis apice reflexo. Membrana faucialis, ubi manifesta, aequalis. Filamenta alterne aequalia, summo tubo pariter inserta, decurrentia, recta, apice recurvata; antherae breves, incumbentes, versatiles. Stylus devexe porrectus; stigma simplex, dilatatum, apice fimbriato. *Amar.* ll. cc.

lanceolata acutiuscula glabra.

Collania (?) dubia *Schult.* l. c. 893. 2.
Prope *Quito* ad flumen *Guallabamba* in temperatis, montosis, alt. 1028 hex. ♃.
Folia integerrima, succulenta, reticulato-nervosa, fere 5poll., pollicem et ultra lata. Scapus teres, pedalis, glaber. Spatha polyphylla, sub-7flora, foliolis membranaceis flore brevioribus. Flores $1^1/_2$poll., pedicelli 6—9‴ longi glabri. Perigonium tubulosum, profunde 6partitum: laciniae lanceolato-lineares, acutae, rubrae, apice virentes, inaequales. Stamina perigonium subaequantia. Filamenta declinato-adscendentia, libera, glabra: antherae oblongae, polline flavido. Germen ovatum, triquetrum. Stylus rectus, stamina superans. Stigma obtusum. Capsula trigona, triloc., polysperma. *(Bonpl.)*

3) (floriferi saltem) erecti; perigonium infundibuliforme, laciniis in tubum cylindraceum convolutis; stamina perigonium subaequantia, stylus exsertus, (perigonio et filamentis longior); tubus perigonii
(1) brevis; laciniae erectae, superne patulae,
a. lanceolatae, folia lorato-acuminata, ensiformia, flores 6—12.

3. **Phycella bicolor** *W. H.* l. c. 154. 8.
Amaryllis bicolor *R. & P.* Fl. Per. III. 57. — *Ker* Journ. of sc. II. 356. Rev. 14. — *Sprg.* l. c. 51. 28. — *Schult.* l. c. 838. 57.
In *Peruviae (Tarmae* et *Acobamba)* praeruptis, in *Chili.* ♃.
Bulbus subrotundo-ovatus, tunicatus, fibris fasciculatis crassiusculis albidis. Folia erecto-patentia. Scapus erectus, anceps, solitarius, centralis. Spatha foliolis 6—12 inaequalibus membranaceis striatis marcescentibus; perigonium subcampanulatum, $1^1/_2$poll.; limbi laciniae ad basin squamis bicornibus instructae, rubrae, apice virescentes. Filamenta perigonio breviora, erecta. Capsula trigona, fusca. Semina nigra. (*R. & P.*)
β. chilensis: floribus 4, extus rubris, intus flavis subinde rubro maculatis.
Amaryllis bicolor *Molina* Sagg. Chil. ed. 2. 129. et 284. — *Schult.* l. c. 1720.
In *Chili.* ♃.
Folia numerosa, canaliculata, obtusa. Scapus anceps, bipedalis. Flores tubulosi, apice ad 20‴ diam. dilatati, limbi lobis rotundatis. (*Mol.*) An species propria?

b. obovatae, obtusae; folia lineari-lorata, basi attenuata, apice obtusa; flores 4 declinati; processus fauciales 6, tenuiter subulati, filamentis petalinis limbum aequantibus per paria inserti.

4. **Ph. brevituba** *W. H.* l. c. 154. 7. — *Lindl.* Bot. Rg. 1943. — *Dietr.* Ztschr. I. 9. t. X. f. 34.
Eustrephia brevituba *Dietr.* Syn. l. c. 6.
In *Chili.* ♃.
Bulbus subrotundo-ovatus, nigro-fuscus. Folia pauca, 3—4, e basi attenuatâ lato-lineari-lorata, glabra, striata, pedalia et ultra, 8—9‴ lata, supra laete viridia, subtus glaucescentia, basi cum scapo pallide incarnata. Scapus centralis, erectus, teres, glaber, 8—10poll., crassitie calami, laete viridis basi exceptâ. Spatha e foliolis duobus reflexis lanceolatis acuminatis membranaceis fuscescentibus pollicaribus 3—4‴ latis, bracteisque aliquot linearibus acuminatis striatis concoloribus aequilongis 1—$1^1/_2$‴ latis. Pedicelli erectiusculi, teretes, glabri, virides, inaequales, $1^1/_2$—2pollicares, crassitie fili emporetici, in germen declinatum obovatum glabrum saturate viride continuati. Perigonium horizontaliter patens v. cernuum, $1^3/_8$poll., basi annulari vix tubatâ (flavescente), rubrum (cinnabarinum, extus pallidius,) intus luteo-striatum. Stylus perigonium (parum tamen) superans (carneum, in stigma rotundato-clavatum incrassatus); filamenta pallida, apice rubra; (antherae oblongae, obtusae, flavae, $1^1/_2$‴ longae;) processus faucis $^1/_4$poll.

(2) elongatus; perigonium
a. attenuato-infundibuliforme.

a) arcuatum, laciniis acutis; filamenta limbum aequantia; membrana faucialis annularis fimbriata; folia linearia obtusa recurva.

5. **Ph. Herbertiana** *Lindl.* in Bot. Rg. XVI. t. 1341. — *W. H.* l. c. 154. 6.
Eustrephia Herbertiana *Dietr.* l. c. 2.
In *Chili*, ad fauces „*Cumbre*" inter *Valparaiso* et *St. Jago*. ♃.
Folia angusta. Flores 3, pallide rubri, limbo gracili parum attenuato.

b) rectum, laciniis obtusiusculis; filamenta limbo paulo breviora, alterna appendicum pari glanduliformium et elongatorum instructa; folia lorata obtusiuscula erecta.

6. **Ph. attenuata** *W. H.* l. c. 153. 5.
In *Chili*. ♃.
Perigonium rubrum, in tubum cylindricum gracilem convolutum, laciniis erectis apice vix patentibus. Stylus ruber, limbo 2—3 lineis longior, in stigma simplex obtusum vix paululum crassius terminatus.

α. obtusifolia *W. H.* l. c. t. 25. f. 2. (flos et apex folii): foliis obtusis pedalibus ultra $^1/_4$'' latis; perigonio $1^3/_4$poll.
(Specim. exsicc. a *Bridges* coll. in Hb. *Lamb.*)
(Folia in ic. longitudinaliter tenuiter striata. Germen oblongum, glabrum, 4''' long., $2^3/_4$''' crassum. Perigonii tubus $^3/_4$poll., sensim ampliatus, inferne lineam circ. crassus; laciniae apice tantum lgt. circ. 4''' liberae, obovato-oblongae, obtusae, 4''' latae.)

β. latifolia *W. H.* l. c. t. 25. f. 3. (non 2, ut in textu; flos et apex folii): foliis $^1/_2$ poll. latis, perigonio $1^3/_4$poll.
Pr. *Valparaiso*. (Hb. *Lindl.*)
(Folia distincte striata, obtusa, pallide viridia, ut ex frustulo concludere licet lineari-lorata. Germen globosum, laeve, glabrum, magnit. pisi minoris. Perigonii tubus cylindraceus, basi 2''' crassus, magis paulatim quam in praecedente ampliatus, ita ut fines inter tubum et limbum haud discernendi, limbus apice amplior, diam. $^3/_4$'', laciniis obovato-oblongis, paulo minus obtusis, profundius separatis, magisque patentibus subreflexis.)

γ. Macraeana *W. H.* l. c. t. 25. f. 1.: foliis angustis acutis; perigonio $1^1/_2$poll., spathâ circ. pollicari, umbellâ multiflorâ, limbi laciniis obtusis laete kermesinis.
Pr. *Coquimbo*. (*M'Rae* in hb. *Lindl.*)
(Folia, cujus apex tantum delineatus, linearia, acutiuscula, laete viridia, striata, vix 3''' lata. Scapus teres, crassitie fili emporetici, sub spathâ incrassatus. Spathae foliola lanceolato-oblonga, acuminata, striata, erectiuscula, pedicellos aequantia, pallida, basi circ. 3''' lata; bracteae lineares, acutae, concolores, paulo breviores. Pedicelli 5, subaequales, stricti, filiformes, subaequales. Germen oblongum, laeve, glabrum, vix magnit. pisi minimi. Perigonii tubus semipollicaris, cylindricus, basi lineam crassus, sensim in limbum apice diam. semipollicarem ampliatus, laciniis usque ad apicem extremum obtusum rotundatum fere convolutis, ut videtur ex ic. maxime imperfectâ.)

b. infundibuliformi-campanulatum (limbo nempe magis patente), laciniis erecto-patentibus

a) lanceolatis acuminatis subinaequalibus, tubo gracili; pedunculi inaequales; folia utrinque attenuata obtusa.

7. **Ph. graciliflora** *W. H.* l. c. 152. 4. t. 25. f. 4.
In *Chili*, pr. *Mendoza* (*Gillies* in hb. Lamb.), in valle inter *Villa Vicentio* et apicem montis *Paramillo* (*Gillies* in hb. Hook.). ♃.
Folia 19poll., $^3/_8$'' lata (in icone acuta, longit. striata, pallide viridia). Scapus 3—9poll. (teres, glaber, erectus, crassitie pennae corvinae, in sicco pallide flavescenti-brunneus). Spatha foliolis 2 oblongo-lanceolatis longe acuminatis membranaceis (?) albidis pedunculos aequantibus, basi $2^1/_2$—3''' latis, bracteisque duplo brevioribus acutis concoloribus linearibus 1—$1^1/_2$''' latis). Pedunculi 6—7, 1—$1^1/_2$pollicares (filiformes, glabri, fusci, crassitie fili emporetici minoris; germen oblongum, erectum, glabrum, concolor, 3''' lg., $1^1/_2$—2''' crassum). Perigonium $1^1/_2$poll. (subdeclinatum, e tubo semipollicari tenui cylindrico 1—$1^1/_2$''' crasso in limbum sensim ampliatum, laete kermesinum; laciniae dimidio superiore liberae, subreflexo-patentes, 3''' latae). Filamenta petalina limbum aequantia. Stylus ($1^1/_2$—2 lineis) longior (concolor, in stigma simplex vix ac ne vix incrassatum terminatus). Processus 6 parvi (3 squamiformes fimbriati *Lindl.*) ad basin filamentorum. Loculi circ. 25spermi.

b) oblongo-obovatis acutis aequalibus,

8. **Ph. magnifica** *W. H.* l. c. 152. 3.
In *Chili*. ♃.

tubo subventricoso; pedunculi subaequales; folia lorata acuminata obtusa; stylus limbo (semipollice) longior, in stigma simplex subclavatum incrassatus.

(Scapus teres, crassitie calami tenuioris, glaber, in sicco cinereus. Spatha diphylla, pedunculis brevior; foliola lanceolato-oblonga, longe acuminata, erecta, basi concava, membranacea, pallide fuscescenti-flava, bipollicaria, basi 4—5''' lata. Pedunculi erecti, stricti, 3poll., teretes, fusci, glabri, crassitie fili emporetici tenuioris. Germen elliptico-oblongum, concolor, glabrum, semipollicare, $2^1/_2$''' crassum. Flores tubo semipollicari (aurantiaco clavato-cylindraceo, sed in limbum infundibuliformem eo modo ampliato, ut perigonii pars major tubum ventricoso-cylindraceum bipollicarem, diam. semipollicarem sistat. Laciniae inferiore parte multo majore in hunc tubum convolutae, apice lgt. pollicis circ. liberae erecto-patentes basi concavae apice plano subreflexae, 7—8''' latae. Filamenta perigonii limbum aequantia; antherae oblongae, truncatae, flavae, lineam longae. Stylus limbo concolor, crassitie fili lintei, in stigma subclavatum rotundatum simplex terminatus. Ex ic.).

α. Bridgesiana *(m.)* Var. 1. *W. H.* l. c. t. 24. f. 16. (in tab. absque numero, fig. sinistra): foliis 2—$2^1/_2$pedalibus, $^1/_2$'' et ultra latis subacutis, scapo pedali; spathâ 2unc., pedunculis uncialibus, germine oblongo, tubo rubro, limbo rubro, colore aureo inferne admixto.
Pr. *Limache* et *Colmo.* *(Bridges* in hb. Hook.)
(Germen 4''' lg., $2^1/_2$''' crassum; tubus ejusdem crassitiei; perigonium $2^3/_4$poll.

β. Cummingiana *(m.)* Var. 2. *W. H.* l. c. t. 24. f. 12—15.: scapo 9poll., pedunculis $2^1/_4$poll., tubo rubro, limbo $^2/_3$ inferioribus partibus aureo, superne rubro.
Pr. *Valparaiso.* *(Cumming* in hb. Hook.).
(Germen 6''' lg. $2^3/_4$''' crassum; tubus paulo tenuior; perigonium $3^1/_4$poll., limbo paulo minus patente. — Folii frustula f. 13. et 14. depicta apicem acuminato-attenuatum, obtusum, colorem pallide et sordide viridem monstrant. Ad var. *α.* pertinere videntur, cum *β.* absque foliis indicetur.)

c) ovatis, apice subpatentibus (in 9. planis apiculatis, in 10. obtusis); folia lorata carinata obtusa; pedicelli erecti, lgt. perigonii nutantis; staminodia 12, alterna brevissima glanduliformia, alterna

(a) subulata, lgt. trientis filamentorum; umbella patens, candelabriformis, multiflora.

9. **Phycella corusca** *Lindl.* in Hortic. Soc. Trs. VII. 1. 74. — *Schult.* l. c. 901. 3.
Eustrephia corusca *Dietr.* l. c. 5.
Ph. ignea var. 1. corusca (p. p.) *W. H.* l. c. 150.
In *Chili* pr. *Coquimbo.* *(M'Rae.)* ♃.

Differt a Ph. igneâ staminibus 6 alternis sterilibus evidentioribus. Semina tenuia, plana. Folia angusta; scapus centralis, validus, pedalis. Flores longi, tubulosi, vivide kermesini.

(b) aculeiformia breviora; umbella 6flora; stylus exsertus; stigma simplicissimum; folia juniora rubro-maculata,

α. viridia canaliculata; filamenta limbo longiora; stylus filamenta alba multo superans.

10. **Ph. ignea** *Lindl.* l. c. et in Bot. Rg. ad 928. — *Schult.* l. c. 2. — *W. H.* l. c. 151. 1. (excl. var. 2. et resp. *β*).
Eustrephia ignea *Dietr.* l. c. 4.
Amaryllis ignea *Lindl.* in Bot. Rg. t. 809.
In *Chili.* ♃.

Bulbus ovatus, fuscus, hemiepigaeus (oblongus, niger). Folia disticha, lineari-lanceolata, sesquipedalia, laete viridia, recurvo-patentia, striata (canaliculata, $^1/_2$poll. lata). Scapus teres, bipedalis, basi purpurascens, superne viridis. Spatha diphylla, membranacea, sphacelata pedunculis multo brevior, bracteis filiformibus flaccidis. Pedunculi teretes, erecti, virides, (1—2poll. Germen viride, loculis 26spermis. Genitalia perigonium superantia, supra colorata). Flores flammei, infra limbum pallide virides (infra lutei, supra saturate coc-

(Phycella ignea) cinci $2^1/_2$poll.). Laciniae 3 interiores exterioribus tectae. Stamina declinata, laciniarum lgt., flavescentia, antherae flavae. (Pollen aureum. Filamentorum exteriorum basis aculeis duobus subulatis in faucem tubi positis munita.) Stylus filiformis, declinatus, apice croceus. *(Lindl. & Herb.)*

β. glauca planiuscula; stylus filamentis rubris vix longior; staminodia minutissima.

11. **Ph. glauca** *Lodd.* Bot. Cab. t. 1746 (?).
Ph. ignea *β.* glauca *W. H.* in Bot. Mg. 2687. l. c. var. 2.
Ph. ignea *β.* foliis glaucis *Schult.* l. c.
In *Chili*, pr. *Valparaiso* et *St. Jago.* ♃.

2. Umbella biflora.

12. **Ph. biflora** *Lindl.* (ubi? — in *Steud.* Ncl. modo indicata, mihi caeterum ignota).

42. Eustephia.

Cav. ic. III. 20. — *Endl.* l. c. (p. p.) — *Schult.* l. c. LIV. 1444.
Eustrephia *Dietr.* Syn. l. c. 1045. 1591. (sphalmate sane).

Folia linearia, obtusa, subfalcata, scapo breviora. Umbella circ. 4flora; flores pedunculati nutantes.

E. coccinea *Cav.* ic. l. c. t. 238. — *Wlld.* l. c. 48. — *Poir.* Enc. méth. Suppl. II. 622. — *Sprg.* l. c. 59. — *Schult.* l. c. 901.
Eustrephia coccinea *Dietr.* l. c.
Hab. . . . . . ♃.
E bulbo radicato scapus pedalis et ultra, leviter compressus, glaberrimus. Folia 2—3 hinc inde opposita. Pedunculi pollicares, basi cincti laciniis 4 puniceis oblongis acutis marcescentibus, spathae residuis. Perigonium coccineum, bipoll., laciniis obtusiusculis, 3 interioribus apice virentibus. Filamenta alba; lacinia media filiformis exserta, laterales subulato-setaceae, in coronam expansae; antherae luteae. Germen coccineum. Stylus albus, lgt. staminum; stigma subvillosum, incrassatum.

Obs. Cl. *W. Herb.* l. c. 71. (et 156.) Eustephiae genus est delendum, utpote diagnosi pessimâ falso delineatum. „Nunquam“ inquit, „talis invenietur. Procul dubio Phycellae species mendosissime depicta et descripta.“ Possibile quidem, sed nullo modo adhuc temporis dijudicatum. Cl. Cavanillesium quoque oculos habuisse nemo dubitabit. Quamobrem genus intactum recepi.

43. Placea.

Miers Trav. in Chili II. 529. — *Endl.* l. c. Suppl. II. 15. 1282/1. — *Meisn.* l. c. 394. 297.

Folia linearia,

1. gemina, basi scapum amplectentia, scapo breviora, spatha bivalvis, linearis, pedicelli basi bracteati; flores circ. 6.

1. **Pl. ornata** *Miers* l. c. — *Bot. Rg.* 1841. t. 50.
In *Chili.* ♃.
Planta speciosa, floribus niveis miniato-vittatis.

2. semiteretia glauca; spatha 2—4phylla, 2—3flora; flores patentes; perigonium campanulatum, ringens, laciniis inaequalibus; stamina deflexa.

2. **Pl. pratensis.**
Amaryllis pratensis *Poepp.* Diar. IV. 739. Diss. de pl. Chil. 5.
Habranthus pratensis *W. H.* l. c. 159. 3. — *Paxt.* Mg. of Bot. IX. 121. c. ic. — *Dietr.* Ztschr. II. 31. t. 38. f. 232.
In *Chili* australis pratis ad *Antuco.* Fl. Nov. *(Poepp.)* ♃.
Scapus pedalis aut ultra, irroratus. Perigonium tubo subnullo, bipollicare, foliolis superioribus latioribus, coccineum, fundo citrinum. *(Poepp.)* Faucis squamae lineari-lanceolatae, acuminatae, serratae. (Folia anguste lorato-linearia, striata, $1—1^1/_2$pedalia, $2^1/_2—3'''$ lata. Scapus erectus, crassitie digiti minimi, teres, glaber, laete viridis. Spathae valvulae ex ovatâ basi lineari-oblongae, undulato-flexuosae et convolutae, striatae, reflexo-patentes, acuminatae, $2—2^1/_2$poll., $2—3'''$ latae. Pedunculi erecti, cylindrici, glabri, glauci, $2—2^1/_2$poll., crassitie calami tenuioris. Germen 6sulcato-angulatum, breve, subturbinatum, obscure glaucum, utrinque truncatum, $3'''$ longum et superne latum. Perigonium tubo brevi cyathiformi angulato aurantiaco, semipollicari, diam. $7—8'''$; laciniae patentes, superne reflexae, involuto-concavae,

(Placea pratensis) subundulatae, oblongae, alternae obtusae cum mucrone et acuminatae, intense coccineo-miniatae, fundum versus aurantiacae magis magisque pallidius citrinae, nervoso - striatae. Filamenta perigonio triplo breviora, adscendentia, sursum declinata, aurantiaca; antherae oblongae, obtusae, flavae, 2—$2^1/_2$''' longae. Stylus staminum directione, crassior, concolor, duplo longior, apicem versus sensim in stigma subclavatum rotundato-obtusum terminatus.

β. quadriflora, foliis vix glaucis. *Bot. Mg.* t. 3961. In *Peruviâ*. ♃.

44. Eucrosia.

Ker in Bot. Rg. 207. — *W. Herb.* in Bot. Mg. ad 2490. l. c. 75. et 200. n. 51. — *Schult.* l. c. LV. 1447. — *Endl.* l. c. 178. 1283. — *Meisn.* l. c. 394. (297.).

Bulbus rotundus (late ovatus); folia lata petiolata; scapus attenuatus; umbella 4— (v. pluri-?)flora, floribus pedunculatis; germen erectum: ovulis oblongis, alternatim biseriato-cumulatis; tubus obliquus, antice abbreviatus; limbus sursum curvatus compressus, laciniis alternatim aequalibus; corona declinata concavo-rutelliformis basi cylindricâ erectiore; filamenta inferne dilatata complanata, longa, recurva; antherae a triente superiore pendulae, polline minori; stylus primum declinatus, postea recurvus; stigma dilatatum, complanatum, obtusum, pubescens. Capsula ovata, trisulca.

E. bicolor *Ker* l. c. — *W. H.* in Bot. Mg. t. 2490. et l. c. 201. — *Hook.* exot. Fl. t. 209. — *Fortg. Gart. Mg.* VI. 4. t. 12. — *Schult.* l. c. 902. — *Sprg.* l. c. 56. — *Rchb.* Fl. exot. I. 44.

In *Americâ australi* ad descensum versus *Jaguachi* (Peruviae?) alt. 1000'. (*Jamieson* in hb. *Hook.*) ♃.

Bulbus fuscescens, magnit. nucis juglandis. Scapus solidus, glaucus, strictus, teres, subcompressus, praecox, pedalis et ultra, basi crassitie calami, superne sensim tenuior. Folia plerumque solitaria, raro ultra 3, lanceolata, (oblongo-elliptica,) post anthesin subpedalia, 1—4'' lata, (dilute flavescenti-)viridia, subtus pallidiora, nervo medio dilatato dilutiore, in petiolum complanatum nervo concolorem fere pollicarem 3''' latum attenuata). Spatha erecta, bipartita: segmentis bifidis aridis angustis (lanceolatis apice attenuatis obtusis pallidis striatulis pedunculis paulo brevioribus, $1^1/_2$—2''' latis). Pedunculi umbellati, (erecto-patentes,) stricti, subsemiteretes, inaequales, virides, circ. pollicares, (crassitie fili emporetici, glabri). Germen breve, (rotundate trigonum,) 2''' fere longum, nitens, viride v. glaucum. Perigonii tubus circ. 2''' longus, germine crassior, viridi-flavescens, mediâ parte inflatus; limbus circ. pollicaris lateribus compressus: laciniae oblongae, basi attenuatae, obtusae, 4—5''' latae, miniato-coccineae, fasciâ dorsali (in alabastro obscure) viridi, (non, ut in Bot. Mg., flavo-mixtâ *W. H.*), externae uncatae angustiores, internae obtusae planiores. Corona mellifera $1^1/_4$poll., limbum non expansum prorumpens, ex laciniis inferioribus imâ dimotâ patente, pallide coccinea: parte inferiore cylindricâ superne quasi cornutâ; glandulae 6 ad coronae basin extra tubum filamentis oppositae. Filamenta stylo breviora, pallidissime miniata, subulata, $1^1/_2$poll., sursum tenuiora et albescentia, sinuose recurvata, mox porrecta; antherae oblongae, utrinque obtusae, viridi-cinerascentes, 3''' longae. Stylus 3poll., subulatus, flavescens. — Flos singularis insectum alatum quodammodo refert, si germen pro capite sumas. Flores 4 dorso ad dorsum, fere angulis rectis, positi sunt; petala sursum curvata et lateraliter compressa si distrahuntur iterum clauduntur. Primo die apex coronae inter petala duo inferiora, filamentis recurvatis et in alabastro complicatis, prorumpitur in visum. Mane proximo protrusio ulterior unum petalorum infer. removet, et stylus atque filamenta, in formam litterae S curvata, gradatim et lente evolvuntur et recta fiunt. Die sequente antherae pollen emittunt, filamentis petalisque tunc sursum, stylo deorsum curvatis. Horis 24 ulterioribus elapsis stylus reascendit et diebus duobus post antherarum inversionem ut filamenta sursum curvatur. Effoeta stylus et filamenta collabuntur, petala autem rigida remanent.

β. aurantiaca: spathae segmentis pluribus fere aequalibus, perigonii colore fere uniformi aurantiaco, umbellâ 6florâ, filamentis solum subcoalitis, folio cum flore coaetaneo, habitu robustiore.

Varietas a cl. *Hook.* l. c. depicta et a cl. *Graham* in Edinb. philos. Journ. 1826. Apr. 172. commemorata.

γ. parviflora: spathae foliolis 3 magnis undulatis, caeteris minoribus, foliis geminis, floribus quibusdam parvis abortivis praecocius expansis. Caeterum *β*. similis. *Grah.* l. c. (ex *Schult.*).

45. Callipsyche.

Herb. in Bot. Rg. 1842. Misc. not. 49. — *Meisn.* l. c. 371. 25/1.

C. mexicana (?).
In *Mexico*. ♃.
Eucrosiae similis. (Opus, in quo hoc genus descriptum est, mihi haud competit.)

46. Vagaria.

W. H. l. c. 76. et 226. 58. — *Meisn.* l. c. 394. (297.).

Multiflora. Folia ligulata, canaliculata; scapus anceps; flores erecti; stamina limbo radiato breviora: filamenta basi dilatata, distincta, bidentata, in coronam 6partitam approximata.

V. parviflora *W. H.* l. c. 226.
Pancratium parviflorum *Desf.* Cat. ht. Par. 1815. 272. — *Red.* Lil. t. 471. — *Ker* Journ. of sc. III. 321. 8. — *Sprg.* l. c. 46. 10. — *Schult.* l. c. 926. 21.
Hab. . . . . . In ht. Par. sub dio culta, quare forsan ex *regione mediterraneâ* et, ut cl. *Herb.* (l. c. 416.) asserit, eadem planta ac Lapiedra. ♃.
Bulbus ovato-globosus, in collum productus. Folia subquaterna, pedalia, 6—9''' lata, linearia, glabra, margine non cartilaginea, dorso convexa, absque nervo medio, pallide virentia. Scapus erectus, tereti-compressus, glaucescens, foliis paulo brevior, faciebus planis, nervis viridibus prominentibus. Spathae valvulae 2, oppositae, scariosae, lanceolatae, acies scapi decussantes. Pedicelli 6, laeves, inaequales, intense virides, flore breviores. Perigonii tubus viridis, subtriqueter, striatus, limbo aequalis. Laciniae stellatae, 9''' longae, 3''' latae, intus albae, semidiaphanae, medio crassiores, lateribus depressae, dorso striâ mediâ basi pallidiore, nervo medio opacae: exteriores mucrone hamato albo calloso quam in interioribus majore. Stamina erecta: filamenta basi laciniarum adnata iisque $^1/_3$ breviora, filiformi-attenuata, ad trientem inferiorem utrinque membranâ lacteâ unidentatâ, unde corona 6partita, partibus collaterali-contiguis, nec, ut saepius, concretis. Antherae albae, oblongae, $^1/_2$ lin. longae, effoetae minimae. Stylus perigonio aequalis, sub stigmate quidquam curvulus. Stigma parvum, depresso-capitatum, glandulosum. Germen trigono-rotundum, faciebus interangularibus sulcatis. Ornithogalo nutanti affine. *(Red. & Ker* ex *Schult.)*

47. Eurycles.

Salisb. in Hortic. Soc. Trs. I. 337. — *Schult.* l. c. LVI. 1450. — *Endl.* l. c. 179. 1286. — *Meisn.* l. c. 394. (297.). — *W. H.* l. c. 76. et 227. n. 59. — *Sp.* l. c. 428.
Proiphys *W. H.* App. 42. *)

Umbella
1. multi-(12—15)flora. Folia petiolata multifaria, laminâ cordatâ nervis distantibus concentrice costatâ
1) orbiculatâ v. rotundatâ,
(1) acutâ; perigonii tubus teres v. obsolete trigonus, lacinias lanceolatas subspathulatas subaequans;

*) Bulbus ovatus. Folia latissima, petiolata. Scapus folia vix praecurrens. Spatha trifida. Umbella multiflora. Pedunculi recti. Germen ovale, tubo et pedunculo continuatum, dissepimentis imperfectis vix triloculare, loculis 2- rarius 3spermis. Tubus cylindricus, angulis obsoletis. Laciniae alternae aequales s. exteriores angustiores. Filamenta divaricata, basi dilatata complanata, proximis contigua, extra tubum inserta, et membranâ tenuissimâ vix discernendâ ibi connexa; alterna (sc. extera) breviora. Antherae breves, imâ parte filamentis affixae. Stylus erectus, cylindricus. Stigma punctum attenuatum, fimbriatum. Ovula obovata, apice dehiscente, embryone exserto: unum e duobus in loculis singulis saepe erectum, alterum pendulum. Capsula obovata, acumine brevi, tricostata, dissepimentis marcidis. Semina integumentis duobus crasse carnosis, albumine bulbum in capsulâ adhuc immaturâ integumentis dehiscentibus protrudente. *(Schult.* l. c. adn.)

a. corona semisexfida, 12dentata, limbo 4plo brevior.

1. **Eurycles amboinensis** *W. H.* l. c. 1. t. 33. f. 5—7. (floris partes) t. 34. f. 39—45. (semina, ovula, germen, capsula). t. 44. f. 31. (pollen).
E. coronata *Sweet.* — *Sp.* l. c.
E. sylvestris *Salisb.* l. c. I. 337. — *Schult.* l. c. 909. 1.
Proiphys amboinensis *W. H.* App. 42.
Pancratium amboinense *L.* Sp. pl. 419. (excl. β) Mt. 362. — *Wlld.* l. c. 45. 11. — *Ait.* Kew. ed. 2. II. 220. — *Red.* Lil. t. 384. — *Sprg.* l. c. 46. 11. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1419. — *Delaun.* Herb. de l'amat. V. t. 314. — *Ker* Journ. of sc. III. 322. 9.
Pancratium nervifolium *Salisb.* Parad. Lond. t. 84.
Narcissus amboinensis, folio latissimo rotundo, floribus niveis inodoris. *Comm.* Ht. Amstelod. I. 77. t. 39. — *Rudb.* Elys. II. 238. f. 17.
? Cepa sylvestris *Rumph.* Amb. VI. 160. t. 70. f. 1.
In insulis *Moluccis, Amboina* etc. ♃.

Bulbus subglobosus, magnit. pruni, pallide fuscus. Folia plura, acuta, (acumine brevi,) ambientia, tam longa quam lata, (saepe pedem lata, peripheriâ deflexâ,) glabra, laete viridia, nervis longitudinalibus numerosis (supra depressis, subtus prominentibus, medio fortiori). Petioli circ. 4poll., semiteretes, supra canaliculati. Scapus erectus, laevis, subteres, (foliis longior,) 9poll. Spathae valvulae 2, ovatae (albidae, umbellâ breviores, disco virentes, fere pollicares, acutae). Flores (fere 3poll.), subsessiles: pedicelli perigonio breviores, saepius bracteis interstincti. Tubus strictus, albus, (v. subvirescens,) cum germine pollice paulo longior, apice subdilatatus (germine angustior). Limbus semipatens (stellatus): laciniae (exteriores paulo angustiores lanceolatae, interiores spathulato-lanceolatae, supra rhombeo-ovatae,) albae, fere 15''' latae (obtusae, extremitatem versus utrinque angulatae). Stamina perigonio triente breviora (subdeclinato-divergentia): filamenta alba, subulata, basi non membranâ connexa, sed appendice hastatâ apice basin versus spectante; appendices laterales forte saepius coalescunt et membranam formant nectarium simulantem. (Corona staminilega parva sub-4plo brevior, subsemisexfida, 12dentata, e dilatatis et utrinque dente praefixis filamentorum basibus semicoalitis constructa.) Antherae oblongae, flavae, $1^1/_2$''' longae. Germen brevissime pedicellatum, ovato-trigonum, parvum (ellipticum, obsolete trigonum, laevigatum, viride, nitidum, striis interdum 3 albis prominentibus, loculis dispermis). Stylus albus, filiformis, erectus, apice attenuatus (staminibus parum longior). Stigma simplex. (Punctum stigmatosum obtusum, puberulum.) *Red. (& Gawl.).* — Cl. *Spach.* l. c. bulbum describit ovoideum, scapum succulentum, lateralem, 1—$1^1/_2$pedalem, 10—20florum; spathae foliola lanceolata, pedicellis duplo longiora, flores odoratos, circ. pollicares.

β. Herbertiana: coronâ obsoletâ, filamentis vix basi membranâ tenui connexis.
Varietas a cl. *Herb.* culta.

b. corona nulla, filamenta (nequidem alata) simplicissima.

2. **E. nuda** *Sweet* Ht. suburb. Lond.
Hab. . . . . ♃.

Varietas videtur cl. *Herb.* praecedentis, coronae structurâ valde variantis.

(2) acuminatâ concentrice nervosâ; perigonii tubus filiformis, laciniae lanceolatae acutae patentes; filamenta basi dilatata, recta.

3. **E. nervosa.**
Crinum nervosum *L'Hér.* sert. angl. 8. — *Wlld.* l. c. 47. 5. (excl. synon. *Rph.?*).
In insulis *Philippinis.* ♃.

Folia cordato-rotundata, integra. Scapus polyphyllus (spathae foliolis sane pluribus). Flores longius pedunculati. Corollae infundibuliformes, limbo 6partito. Filamenta fauci inserta, laciniis breviora, basi libera, nec declinata.

(3) mucronatâ longitudine paulo latiore, nervis arcuatis; perigonii tubus gracilis, laciniae lanceolatae.

4. **E. rotundifolia.**
Amaryllis rotundifolia *Lam.* Enc. méth.
Cepa silvestris *Rumph. (?)* (teste *Lam.*).
In *Moluccis.* ♃.

Folia 2—3, sat magna, latitudine longitudinem quidquam excedente, mucrone mediocri, nervis circ. 15 arcuatis, 6—7'' lata, petiolo totidem pollicum. Scapus vix altitudine foliorum. Umbella floribus 12—15 albis parvis regularibus pedunculatis. Tubus valde gracilis, $1^1/_2$poll. uti pedunculus, laciniae pollicares. Stamina fauci tubi inserta, sine omni nectario (!), laciniis breviora. Stylus filiformis, staminibus paulo longior, stigmate simplici.

2) oblongâ; perigonii laciniae acuminatissimae, tubum longe superantes.

5. **E. javanica.**
Pancratium amboinense *Blume* En. pl. Jav. I. 25.
In *Javâ.* ♃.

2. octoflora; folia petiolata rotundato-cordata acuminata nervoso-costata; corona brevissima, omnino 6-partita.

6. **E. australasica** *W. H.* l. c. 228. 2.
E. australis *Schult.* l. c. 911. 2.
E. alata *Sweet* Hort. Soc. Trs.
Pancratium australasicum *Bot. Rg.* IX. 715. — *Dietr.* l. c. 1173. 34.
Pancratium australe *Sprg.* l. c. 47. 28.
Calostemma Cunninghami *Ht. angl.*
In *Novâ Cambriâ australi.* (*Cunningham.*) ♃.

Proxima E. amboinensi, sed minor et folia angustiora. Folia cordato-subrotunda cum acumine brevi, fere Funkiae japonicae, laete viridia. Flores albi, fere 3poll. Perigonii laciniae lineari-lanceolatae, acutiusculae, $3-4'''$ latae, in tubum flavescentem earum lgt. connatae. Filamenta perigonio breviora; antherae flavae.

3. sub-6flora; folia oblonga, cordata; perigonii laciniae oblongo-lanceolatae; stamina dentibus lateralibus subulatis subbilobis instructa.

7. **E. Cunninghamii** *Lindl.* in Bot. Rg. (new ser.) t. 1506. — *Hook.* in Bot. Mg. t. 3399.
Pancratium Cunninghamii *Dietr.* l. c. 32. — *Std.* Ncl.
In *Novâ Hollandiâ orientali.* (*Cunningh.*) ♃.

Flores albi. Planta bipedalis.

48. Calostemma.

RBr. Prod. 298. (ed. germ. *N. ab E.* 153.) — *Schult.* l. c. LVI. 1449. — *Endl.* gen. 179. 1287. — *Meisn.* l. c. 394. (297.) — *W. H.* l. c. 76. et 225. n. 57.

Folia scapo florida

1. coaetanea,

1) ensiformia,

(1) rigida, scapo breviora; tubus perigonii limbum subaequans; corona interstaminea truncata edentata emarginata; umbella densiflora, pedicellis articulatis, exterioribus multo longioribus.

1. **C. carneum** *Lindl.* in *Mitch.* East. Austr. II. 39. et Bot. Rg. (1840.) t. 26. — *Dietr.* Ztschr. I. 27. t. 29. f. 88.
In cacumine montium *Goulburn*, Novae Hollandiae orientalis. (*Th. Mitchell.*) ♃.

(Folia e basi dilatatâ lorato-ensiformia erecta, obtusa, glabra, plana, viridia, 3—4poll., $7-8'''$ lata. Scapus erectus, rotundato-trigonus, glaber, viridis, crassitie calami. Spatha foliolis pluribus reflexo-pendulis, lanceolato-linearibus acuminatis subconvolutis membranaceis sphacelatis fuscescentibus striatis $1^1/_2$poll., $2-3'''$ latis. Pedicelli numerosissimi, teretes, glabri, glaucescentes, filiformes, crassitie fili emporetici tenuioris, exteriores erecto-patentes v. subcernui, pollicares, interiores sensim duplo triplove breviores. Germen concolor, globosum, magnit. pisi minoris. Perigonium $^3/_4$poll., laete roseum, tubo recto cylindrico limbo paulo breviore diam. $1^1/_2'''$; limbus campanulatus: laciniae elliptico-obovatae basi attenuatâ lineam latâ, medio $2^1/_2'''$ latae, erecto-conniventes, obtusae. Corona limbo duplo brevior, extus fuscescenti-, intus laete viridis, inter filamenta obtuse bidentata; filamenta erecta subulata, limbo breviora, viridia; antherae ovales, flavae, utrinque leviter emarginatae, lineam longae. Stylus concolor, antheras paulo superans, erectus, filiformis, stigmate capitato obtuso terminatus. Ex ic.)

(2) laxa, scapum aequantia; perigonii tubus limbo brevior; coronae interstamineae dentes bifidi filamentis breviores; umbella densiflora, pedicellis inarticulatis subaequalibus.

2. **C. luteum** *Sims.* in Bot. Mg. t. 2101. — *Lindl.* in Bot. Rg. V. t. 421. et new ser. t. 19. — *Dietr.* Ztschr. l. c. f. 89. — *Sprg.* l. c. 45. 3. — *Schult.* l. c. 908. 1. — *W. H.* l. c. 226. 2.
Ultra *montes caeruleos* (Blue Mountains) *Novae Hollandiae.* ♃.

Bulbus tunicatus. Folia narcissina, carnosula, obsolete carinata, estriata (basi non, sed apicem versus sensim attenuata, obtusa, viridia, $1^1/_2$pedalia, $9-10'''$ lata). Scapus bipedalis, stricte erectus, angulato-compressus, diam. circ. digiti minoris (laete viridis). Umbella multi-(10—20)flora. Spatha acuminata, sphacelato-membranacea, pedunculis subaequalis v. brevior (foliolis ovato-lanceolatis concavis patentibus di-

(Colostemma luteum) lute fuscis, striatis pollicaribus 3—4''' latis. Pedicelli 1/2—3/4pollicares, teretes, glabri, filiformes, glauci, diffusi. Germen globosum, albo-virens, glabrum, magnit. pisi minimi). Flores pollicares v. paulo longiores, lutei: (tubus subvirescens, 3''' longus, superne paulo ampliatus, diam. 1½—2½''' accrescens;) limbus paulo major quam in C. purpureo (et luteo) minus connivens; (laciniae patentiusculae, obovatae, rotundatae cum mucrone, utrinque striâ mediâ longitudinali virescente [in icone *Dietr.* totae luteae] circ. 5''' latae, basi unguiculato-attenuatâ vix lineâ latiore. Corona perigonio duplo brevior, inter stamina obtuse dentata, saturatius lutea, basi maculis 6 puniceis per interstitia inter lacinias exteriores translucentibus, in ic. *Dietr.* deficientibus.) Filamenta e sinubus inter lacinias orta, (erecta, filiformia, laciniis parum breviora, dilute flava, antheris ovatis luteis. Stylus filamentis paulo longior, filiformis, flavus. Alabastra obovato-elliptica, obtusa, viridia.)

2) oblongo-elliptica, subsolitaria, coronae dentes steriles lineares, emarginati.

3. **Colostemma album** *RBr.* ll. cc. 298. et 154. — *Sprg.* l. c. 2. — *Schult.* l. c. 909. 3. — *W. H.* l. c. 3.
In *Novâ Hollandiâ tropicâ.* ♃.
Flores albi.

2. seriora, lorato-linearia; corona 6dentata, perigonii laciniis obovatis 6plo brevior, dentibus sterilibus triangularibus.

4. **C. purpureum** *RBr.* ll. cc. — *Sims* in Bot. Mg. t. 2100. — *Lindl.* in Bot. Rg. t. 422. — *Sprg.* l. c. 1. — *Schult.* l. c. 909. 2. — *Rchb.* Fl. exot. I. t. 43. — *W. H.* l. c. 225. 1. t. 34. f. 34—38. (floris et fruct. partes).
Pancratium Macquaria *Lewin.*
In *Novâ Hollandiâ*, in „*Mount Brown*" ad caput sinûs „*Spencer's Gulf*" ad oram merid.-occidentalem, et trans *montes caeruleos.* ♃.

Bulbus subrotundus, magnit. pugni. Folia angusta, linguaeformia, obtusa, basin versus concava (longitudinaliter striata, glabra, pallide viridia, 1—1½pedalia, 5—6''' lata). Scapus 1½—2pedalis, strictus, subangulari-compressus, robustus, medullâ succosâ farctus (crassitie digiti minoris, glaucescenti-viridis). Flores in umbellâ circ. 16; pedicelli graciles, flexiles, compressiusculi, perigonio aequales v. longiores, ½—1½pollicares (filiformes, flavescenti-virides. Spathae foliola duo patentia, lanceolata, acuminata, sordide fusca, pollicaria, 2—3''' lata.) Perigonium infundibuliforme, ¾poll., purpureum, (roseo-punicans *Sch.*): tubus pallescens, 6striato-angulatus, limbo duplo fere brevior, sulcatus, ¼poll.; limbus turbinato-campanulatus, semipollicaris: laciniis spathulato-obovatis, concavis, obtusis, mucronatis. Corona limbo triente brevior, anguste turbinata, viridis, membranis interstamineis purpureis angustissimis bidentatis, haud raro medio fissilipartitis. Filamenta viridia, subulata, coronâ duplo breviora. Antherae oblongae, filamentis bis breviores, fulvo-flavicantes. Stylus compresso-filiformis, virescens, perigonio aequalis, stigma simplex. Germen subglobosum, vix semine Sinapeos duplo majus, ovulis 2, altero plerumque abortivo. Semen magnum, glabrum, ovatum v. sphaericum.

Quid:

Colostemma aureum *Lk.* En. alt. I. 312. (e *RBr.* Prodr., in quo vero non occurrit)?

49. Leperiza.

W. H. App. 41. et l. c. 74. et 195. n. 47.
Chrysiphiala c. Leperiza *Schult.* l. c. 906 *).

Multiflora; folia multifaria, petiolata, oblon-

L. latifolia *W. H.* App. 41. l. c. 195.
Pancratium latifolium *R. & P.* Fl. Per. III. 54. t. 284. f. 6. — *Ker* Journ. of sc. III. 334. n. 30. — *Sprg.* l. c. 48. 33.

*) Bulbus subrotundus, squamosus; squamae ut videtur, non ipsae foliorum bases, sed veluti bracteae petiolum amplexae. Folia petiolata. Umbella circ. 7flora. Pedunculi curvati. Germen trisulcum, ovatum, pedunculo continuatum. Tubus brevis, obverse infundibuliformis; laciniae conniventes. Corona dentata, staminifera. Filamenta sinuatim conniventia. Antherae breves, incumbentes. Stigma dilatatum. Capsula pendula, germini conformis. Semina parva, obovata. *W. H.* App.
Bulbus subrotundus (tunicis imbricatis?). Folia petiolata, late ovalia, aestivalia. Scapus aestivalis. Pedunculi curvati. Germen ovatum, trisulcum, pendulum. Tubus rectus, brevis, subcylindricus, limbus ventricose campanulatus. Corona brevis. Fi-

go-lanceolata. Flores penduli, limbo connivente; corona inter stamina 6dentata; filamenta limbum parum, stylus multo superantia.

Chrysiphiala latifolia *Lindl.* — *Schult.* l. c. 906. 6. — *Dietr.* l. c. 1174. 6.

In *Peruviae* Andium nemoribus, umbrosis, ad arcem *Vitoc* prov. *Tarmae.* ♃.

Bulbus subrotundus, magnit. Juglandis, tunicis apice imbricatis, fibris filiformibus longis flexuosis. Scapus pedalis et ultra, solitarius, teres, lucidus, erectus, crassitie pennae anserinae. Folia imbricata, acuta, pedalia, 2—3″ lata, supra striata nitida, subtus nervosa, utrinque glabra: petioli subteretes, 1—2pollicares, crassitie scapi. Spatha polyphylla: foliolis sublanceolatis acutis membranaceis semicarinatis deflexis marcescentibus 1½pollicaribus. Flores 6—7 et plures, dependentes, cum germine 1¾—2poll.: pedunculi crassitie pennae corvinae, nutantes, spathâ breviores, pollicares. Laciniae oblongo-lanceolatae, acumine minimo, luteo-rubrae, apice virides, campanam diam. 9‴ sistentes. Corona lutea, basi viridis, tubo brevi limbum versus campanulato-ampliato, limbo 6dentato. Filamenta subulata, coronae dentibus alterna; antherae oblongae. Germen obtuse trigonum. Stylus filiformis; stigma parvum, obsolete trilobum. Capsula conica, trigona.

50. Chrysiphiala.

Ker in Bot. Rg. ad 778. — *Schult.* l. c. LV. 1448. (p. p.). — *Endl.* l. c. 178. 1284. (p. p.). — *Meisn.* l. c. 394. (297.) p. p. *).

Folia lineari-lingulata, scapo tardiora; perigonii limbus divaricatus, laciniae oblongae, obtusae; coronae dentes recti irregulares; filamenta limbo parum longiora, stylus multo longior.

Chr. flava *Lindl.* in Bot. Rg. t. 778. — *Schult.* l. c. 904. 3. — *Dietr.* l. c. 1174. 3.

Pancratium flavum *R. & P.* l. c. III. 54. t. 284. f. a. — *Ker* Journ. of sc. III. 333. n. 28. — *Sprg.* l. c. 47. 29.

Stenomesson flavum *W. H.* App. 40. Bot. Mg. t. 2641. Amar. 198. 1. t. 28. f. 1.

In *Peruviae* collibus arenosis ad tractus *Lurin* et *Pachacama.* ♃.

Bulbus subglobosus, tunicatus, fibris filiformibus longissimis flexuosis. Scapus subteres, ½pedalis, erectus (glaucus, basin versus crassior. *W. H.*). Folia post flores, linearia, compressa, scapo paulo breviora, 3‴ lata (1—2, lanceolato-ovalia, viridia. *W. H.*). Spatha 5—9flora, (bifolia, uncialis, marcescens *H.*) foliolis membranaceis sublanceolatis. Pedunculi inaequales (recti, semipoll., pallide virentes). Flores aurantiaci (aurei *H.*). (Perigonium clavato-infundibuliforme: tubus 1¼poll., inferne pallide virescens, curvatus, superne aureus, viridi-costatus, rectus.) Laciniae flavae, oblongae, ad medium usque convolutae, superne divergentes, apice reflexae, interiores latiores (aureae, semipoll., conniventes; exteriores angustiores acutiores). Nectarii (coronae) tubus luteus, basi inflatus, medio coarctatus, limbus petalis brevior, tubulatus, ore 6fido, luteus, laciniis rectis. (Corona turbinato-

---

lamenta in coronam decurrentia; antherae incumbentes. Stylus rectus; stigma dilatatum, obtusum. Capsula ovata, trisulca. Semina plura, parva, oblongo-subrotunda (nigra?). — Genus forsan cum Urceolinâ (Collaniâ) conjungendum, a quo coronâ modo et tubo differre videtur, in Urceolinâ forte quoque similibus. *Amar.* ll. cc.

*) Cl. *Lindley*, quem etiam cl. *Schultes*, *Endlicher* et *Meisner* secuti sunt, nomine Chrysiphialae genera Herbertiana Stenomesson, Leperiza et Carpodetes sequenti conjungit charactere: „Umbella multiflora, pedunculata. Spatha monophylla. Perig. anguste infundibuliforme: limbus tubo plurimum brevior, 6partitus, regularis, aequalis, explanato-patens vel erectus; tubus superne et inferne latior, medio circ. constrictus. Corona staminea membranacea, inclusa (saepe recondita,) erecta, turbinato-cylindrica, 6fida, dentibus 6 dilatato-subulatis per sinus totidem angustos acutos interceptis. Filamenta filiformia, coronae dentium continua, erecta, alterne sublongiora v. aequalia, exserta vel subexserta. Antherae luteae, vibrato-incumbentes, lineari-oblongae; pollen scobiformi-granulosum? Stylus stamina plurimum superans, filiformis (tortus, intra tubi ventrem fusiformi-incrassatus). Stigma apex cum stylo clavatus depresso-obtusatus. Germen tubo pluries brevius, obsolete trigonum: loculis 3 biseriato-polyspermis (non farctis); ovula contactu compressa. — Bulbus tunicatus, ovato-globosus. Folia lineari-ligulata vel ligulato-attenuata canaliculataque vel petiolata, dilatata, lanceolato-oblonga, acuta, scapo tardiora vel cum eo contemporanea. Scapus erectus, foliis saepe aequalis. — Differt a Pancratio corollae limbo quam tubus plurimum breviore, tubo utrinque dilatato medio constricto, filamentis rectis erectis, stylo torto inferne fusiformi-incrassato, stigmate cum stylo subclavato.“ — Qui vero character tantum in Chr. flavam exacte quadrare videtur, quantum ex iconibus et descriptionibus concludere licet. Stamina in specie in hac solâ e dentibus coronae continuantur; in reliquis ex interstitiis coronae dentium oriuntur.

(Chrysiphiala flava) cylindracea, limbo duplo brevior, sinubus 6 angustis *Lindl.*, aurea, tubo 1/4'' longior, dentibus filiformibus interstamineis irregularibus *H.*). Filamenta lutea, limbo paulo longiora (continua cum dentibus subulato-dilatatis *Ldl.*, perigonio 1/8 poll. longiora, interiora vix longiora; antherae luteae). Germen subglobosum, obtuse trigonum (viride, turbinato-ovatum, tubo pluries brevius *Ldl.*). Stylus declinatus, lutescens (stamina plurimum exsuperans, inferne fusiformi-incrassatus *Ldl.*, pallide aureus, rectus, ante maturitatem devexus, filamentis plus semipoll. longior *H.*). Capsula nigra, ovata, triloba; semina atra, ovata, obliqua. *Rz. & Pav.*

Species e genere exclusae:

Chrysiphiala	aurantiaca *Schult.*	= Stenomesson aurantiacum.
—	coccinea *Sch.*	= — coccineum.
—	incarnata *Sch.*	= Coburgia incarnata.
—	latifolia *Ldl.*	= Leperiza latifolia.
—	pauciflora *Ldl.*	= Stenomesson pauciflorum.
—	recurvata *Sch.*	= Carpodetes recurvatus.
—	trichroma *Sch.*	= Coburgia trichroma.
—	variegata *Sch.*	= — variegata.
—	viridiflora *Sch.*	= Callithauma viridiflora.

51. Stenomesson.

W. H. App. 40. et l. c. 74. et 198. n. 50*).

Chrysiphiala a. Stenomesson *Schult.* l. c. 903. — Chrysiphiala *Endl. & Meisn.* (p. p.)

1. Stamina inclusa; stylus (in no. 2. vix) exsertus; perigonii laciniae oblongae

1) acutae patulae; corona sinubus repandis; spatha sub-5flora, flores nutantes; folia lanceolato-linearia; scapus teres.

1. **St. (?) aurantiacum** *W. H.* App. 40. Amar. 198. 4.
Chrysiphiala aurantiaca *Schult.* l. c. 904. 2. — *Dietr.* l. c. 1174. 2.
Pancratium aurantiacum *HBK.* l. c. III. 280. — *Kth.* Syn. I. 287. — *Ker* in Journ. of Sc. and A. III. 332. 27.
Prope *Chillo Quitensium*, alt. 1340. hex. ♃. Fl. Sept.

Proximum St. croceo, sed structurâ coronae diversum. Scapus erectus, subpedalis, glaber. Spatha 3—4partita, marcida, reflexa. Flores 14—15''', pedunculi 1—1½'' longi, glabri. Perigonium infundibuliformi-clavatum, aurantiacum, tubo cylindraceo superne dilatato, laciniis subaequalibus, 3 exterioribus. Filamenta subulata, glabra, inferne membranacea connata; antherae oblongae, polline croceo. Germen oblongum, triquetrum, glabrum. Stigma simplex, subcapitatum. Capsula ovata, trigona; semina minuta. — Stamina tubo inserta dicuntur, an tubo coronae, vel perigonii non patet.

2) obtusae erectae; tubus curvatus, limbus subcampanulatus; spatha 7—8flora; folia . . . . .

2. **St. breviflorum** *W. H.* l. c. 199. 5. t. 28. f. 7. et 8.
In *Tarmâ*, prov. *Peruviae*. Fl. Jul. (*Matthews* in hb. *Hook.* et *Lindl.*) ♃.

Scapus 10unc., spatha 2unc., pedunculi inaequales ¾—1½'' longi; perianthium 1¼''. Flores 7—8, rosei. — Haec omnia, solito more, quae descr. loco adduntur! (In ic. sca-

*) Bulbus rotundus. Folia angusta, post anthesin (?). Umbella pluriflora, pedunculata. Germen pedunculo recte continuatum, ovatum, trisulcum. Tubus mediâ parte angustior, summâ ventricosus. Laciniae breves, reflexae, vel forsan etiam semipatentes. Nectarium dentatum, filamenta connectens. Filamenta suberecta, alterna longiora. Antherae breves, incumbentes. Stylus rectus, ante maturitatem devexus. Stigma dilatatum, obtusum. Capsula late ovata, trigona, trisulca, 3valvis, valvis dehiscens. Semina nigra (fusca), curvatim oblongo-ovata. — Plantae foliis lanceolato-ovalibus margine compressis, scapo solido praecoci, filamentis alternis longioribus. (App. ad Bot. Mg. ll. cc.)
Bulbus subrotundus, collo perangusto. Folia lanceolata, primum margine compressa. Umbella 2—6- v. pluriflora, pedunculata. Tubus subrectus (parum curvatus), medio-constrictus, superne ventricosus; limbus brevis, regularis; corona brevis. Filamenta recta, membranâ connexa; antherae breves, incumbentes. Stylus rectus, ante maturitatem devexus; stigma dilatatum. Capsula late ovata (basi valde ampliatâ), 3sulca, triloba, 3locularis; semina nigra, oblique oblonga. *Amar.* ll. cc.
Species omnes notae *Peruviae* et *Novo-Granatae* indigenae sunt; St. aurantiacum vero alius videtur v. proprii generis.

(Stenomesson breviflorum) pus inferne et sub umbellâ incrassatus, crassitie pennae corvinae; spathae foliola plura, ovato-lanceolata, acuminata, striata, erecta, membranacea (?), pallida, basi 4—5''' lata, superne sensim attenuata; pedunculi 6, erecti, filiformi-cylindracei, 1—2pollicares, glabri, nigrofusci; germen ovali-oblongum, striatum, concolor, 3''' longum, 2 crassum. Perigonii tubus curvatus, cylindricus, inferne attenuatus, superne sensim in limbum ampliatus, apice diam. semipollicari, cujus laciniae in f. 7. rotundato-obtusae, in f. 8. acutae et alternae immo tenuiter mucronatae delineantur.)

2. Stamina perigonium subaequantia; stylus

1) ejusdem longitudinis, subtortus basi incrassatus; corona brevis tubulosa dentibus brevibus bifidis recurvis; perigonii laciniae lanceolatae concavae erecto-patentes; folia suberecta, lanceolata, utrinque attenuata, hysteranthia; spatha biflora.

3. **St. pauciflorum** *W. H.* l. c. 198. 3. t. 28. f. 3.
Chrysiphiala pauciflora *Hook.* Exot. Fl. t. 132. — *Schult.* l. c. 905. 4. — *Dietr.* l. c. 4.
Pancratium Herbertianum *Sprg.* C. p. 132. 37.
In *Peruviâ.* ♃.

Folia petiolata, glabra, carnosa, subplicata, subtus glaucescentia, nervo medio subtus prominulo. Scapus teres, glaber, circ. 4poll. Spathae valvulae 2 lanceolatae, membranaceae, dimidiae tubi florum lgt. Florum alter subsessilis, altero pedicellato serior. Perigonium croceum (in ic. *Herb.* citrinum, laciniis dorso striâ longitudinali aurantiaco-rubrâ, apicibus viridibus) fere 2poll., tubo infundibuliformi, infra medium contracto et quasi pedunculiformi (ibique vix diam. $1\frac{1}{2}'''$ et) basi iterum incrassato (in germen intensius viride continuato pallide viridi; haec basis cum germine figuram oblongam 4''' lg. et $1\frac{1}{2}'''$ crassam sistentes; superne tubus subito in infundibulum ventricosum semipollicare diam. $5\frac{1}{2}'''$ citrinum ampliatur). Limbus erecto-patens: laciniae rigidae, exteriores angustiores, omnes dorso virentes et incurvae. Corona crocea (in ic. cit. citrina, limbo duplo brevior). Stamina erecta e sinubus dentium, sepalina longiora: filamenta subulata; antherae oblongae (pallide flavae). Stylus filiformis, lgt. coronae (in ic. *Herb.* filamenta et limbum aequans, concolor). Stigma trifidum, subirregulare.

2) limbum superans, laciniae oblongae erectae; corona tubo tenui, dentibus brevibus acutis; spatha multiflora; folia hysteranthia, ensiformi-linearia.

4. **St. coccineum** *W. H.* App. 40. et l. c. 199. 6. t. 28. f. 5. et 414. t. 47. f. 4.
Chrysiphiala coccinea *Schult.* l. c. 903. 1. — *Dietr.* l. c. 1. (excl. syn. *Red.*).
Pancratium coccineum *R. & P.* l. c. III. 54. t. 285. f. b. — *Ker* l. c. 332. n. 26.
Pancratium limense, Vélins du Mus. d'hist. nat. Par. X. t. 48.
In *Peruviâ*: in collibus pr. *Tarma*, *Chacopoyas.* ♃.

Bulbus subrotundatus, tunicatus, fibris numerosis flexuosis filiformibus. Scapus solitarius, centralis, subspiralis, (tortus,) pedalis et ultra, leviter striatus. Folia post fructificationem, plana. Spatha 6—8(4-)flora, polyphylla, foliolis inaequalibus, pedicellos aequantibus, linearibus, subulatis, erectis, membranaceis (pallidis, basi ovato-dilatatis, $2\frac{1}{2}$—3''' latis, acuminatis). Flores pollicares ($1\frac{1}{4}''$ v. ultra) totidem foliolis distincti, umbellati: pedunculi inaequales, teretes, graciles, ($\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$poll., erecti, glabri, crassitie fili emporetici, in siccis nigri. Germen oblongum, pedunculis concolor, sensim in tubum continuatum, 3''' longum). Perigonium coccineum (tubus subcurvatus, e basi brevissime dilatatâ cylindrico-attenuatus, semipollicaris, crassitie pennae corvinae); laciniae lineatae, exteriores parvo acumine, circ. semipollicares, 2(—3)''' latae. Coronae tubus inferne attenuatus, ad 5''' usque gracilis, vix curvatus, superne cylindricus et triplo amplior; limbus cyathiformis, dentato-6fidus, laciniis acutis. Stamina ad interstitia laciniarum coronae, alterna paulo breviora. Capsula triloba, subovata, (fere reniformis, fusca, 3''' alta, $5\frac{1}{2}'''$ lata). Semina nigra, oblonga, superne curvata. *(Rz. & Pav.)* Stylus limbo quadrante pollicis longior (concolor, stigmate simplici obtuso subincrassato). Filamenta in t. 28. f. 5. limbo paulo longiora sunt, in t. 47. f. 4. aequilonga. *W. Herb.*, qui ic. Fl. Peruv. incorrectam dicit.

3) filamentis brevior; antherae vix exsertae; corona cylindrica; perigonii tubus supra basin angusta-

5. **St. croceum** *W. H.* l. c. 199. 8. (excl. ic.).
Pancratium croceum *Red.* Lil. t. 187. -- *Pers.* Syn. I. 351. 12. — *Poir.* Enc. méth. IV. 735.
In *Peruviâ.* ♃.

Bulbus ovatus, rufus, basi attenuatus, magnit. nucis juglandis majoris, fibris carnosis albis simplicibus. Folia plura. Scapus teretiusculus, 8poll., glaucus. Flores 3—6, pedicellati;

tam curvatus; folia angusta, plana v. subcanaliculata, reflexa. scapo breviora; flores 3 — 6, subnutantes.

spathae valvulae 3 angustae, acutae. Perigonium croceum, limbo parum patente. Antherae flavae, ovatae. Germen ovoideum. Stigma simplex.

β. (?) aureum: flore aureo, stylo limbum superante.

St. croceum *W. H.* l. c. t. 28. f. 4. (*Dombey* in hb. Soc. Linn.).

Cl. *Herbert* quidem asserit, *Dombeyi* specimen certo esse plantam Redoutei, sed icon a descriptione et icone hujus adeo recedit, ut econtra dicam, certo non esse eandem. (Germen cum basi tubi dilatatâ brevi ex eo continuatâ ellipticum, pallide viride, 3''' longum, 1½''' diam. Tubus cylindricus, inferne virens, superne ventricoso-ampliatus in limbum campanulatum aureum abiens, cum limbo circ. pollicaris, diam. 5''', laciniis erectis, oblongis, acutiusculis, apice subpatentibus. Stylus perigonio lineis 2 — 3 longior, aureus, in stigma simplex subclavato-incrassatus. Capsula triloba, subcordato-late triangulari-ovata, angulis rotundatis, 5''' alta, 8''' circ. lata. Ex. ic.)

3. Genitalia limbo perigonii longiora, stylus filamentis

1) ei superincumbentibus alternis longioribus vix longior; corona dentibus bifidis longis implexe recurvatis; laciniae perigonii reflexae obtusae, tubus inferne curvatus superne rectus; folia lanceolato-ovalia compressa subacuta.

6. **Stenomesson curvidentatum** *W. H.* in Bot. Mg. t. 2640. et l. c. 198. 2. t. 28. f. 2. — *Schult.* l. c. 905. in Obs. ad n. 4.

Sphaerotele peruviana *Presl (?)* (teste *W. H.*).

In *Peruviae* collibus *Amancaës* pr. *Limam* (*Matthews* in hb. *Hook.*).

Folia viridia. Scapus teres, 6poll., glaucus, basin versus crassior. Spatha bifolia, semuncialis, marcescens, (foliola erecta, acuta, lineari-lanceolata, sordide alba, basi 1½''' lata). Flores 2—7, breve pedunculati: (pedicelli spathâ duplo breviores, erecti, intense virides, teretes, glabri,) germen breve, glaucum, (oblongum, striatum, glabrum, cum basi dilatatâ tubi pallide viridi aequilongâ 5''' longum, 2''' crassum,) loculis circ. 10spermis; tubus 1½poll., inferne (cum collo e basi continuato curvato cylindrico 4''' circ. longo et lineam crasso) pallide virescens, superne (parte infundibuliformi-ventricosâ pollicari 5''' amplâ) aureus viridi-costatus (nervis viridibus e collo continuatis ad medium partis ventricosae usque pertingentibus); laciniae ¼ poll. (2½''' latae, ovali-oblongae) aureae. Filamenta (capillaria strictissima erecta) et stylus perigonio ⅜'' longiora (aurea, alterna paululum modo longiora); antherae breves, luteae. Corona aurea, tubo semipollice longiora. (Stylus filamenta stigmate tantum clavato-subincrassato superans, aureus.)

2) multo (semipollice circ.) longior; flores recti et erecti, tubo minime curvato; spatha 5flora, pedunculi aequales

(1) spatham subaequantes; limbus subcampanulatus, erecto-patens, laciniis oblongis obtusis. (Flores rubri.)

7. **St. rubrum** *W. H.* l. c. 199. 7. t. 28. f. 6.

In *Peruviâ*. (*Ruiz*, in Hb. *Lamb.*) ♃.

(Folia . . . . . Scapus viridis, teres, glaber, crassitie pennae corvinae. Spathae foliola plura, ex ovatâ basi linearia, acuta, membranacea, pallida, erecta, circ. pollicaria, basi 3 — 4''', superne vix lineam lata.) Pedunculi pollicares (erecti, teretes, crassitie fili emporetici mediocris, in sicco cum germine oblongo superne truncato magnit. pisi minoris nigrofusci.) Perigonium 1⅝poll., rectum, laetius (kermesino-) rubrum. (Tubus basi longt. 3''' germinis crassitie, tunc in collum cylindricum pennae corvinae crassitie 3 — 4''' longum attenuatus et tunc subito in limbum subcampanulatum erectum superne diametro semipollicarem ampliatus. Filamenta limbo lineis 2—3, stylus filamentis lin. 3 longiora; antherae parvae, oblongae, flavae; stylus sensim in stigma clavato-incrassatus.)

(2) spathâ multo breviores; limbus tubuloso-infundibuliformis, laciniis ovalibus obtusis reflexo-patentibus; coronae cylindricae limbum aequantis dentes longi

8. **St. latifolium** *Hook.* in Bot. Mg. t. 3803. — *Dietr.* Ztschr. I. 44. t. 45. f. 134.

In *Peruviâ* pr. *Limam*. (*Maclean.*) ♃.

(Bulbus ovalis, apice attenuatus, flavescenti-fuscus, basi squamis (bulbillis) pluribus oblongis acuminatis instructus, magnit. ovi gallinacei minoris. Folia basi in petiolum pollicarem 3''' latum attenuata, oblongo-lanceolata, nervoso-striata,

erecti simplices; folia lanceolata subrugosa.

acuminata, semipedalia et ultra, supra medium 2″ lata; viridia.) Scapus 4—5poll., glaucus, (teres, glaber, erectus, crassitie calami tenuioris). Spatha pallida, ultra pollicaris (foliolis duobus erectis lineari-lanceolatis longe acuminatis striatis apice viridibus, $1^1/_2$—2‴ latis). Pedicelli breves, $^3/_8$ poll. (glauci, erecti, cylindrici, glabri, in germen clavato-turbinatum 2‴ longum et crassum continuati). Perigonium $1^1/_2$pollicare: tubus inferne pallidus (albovirens, e basi rotundato-ovali cylindrice attenuatus, alt. 3‴ in partem multo longiorem ventricoso-cylindricam diam. $3^1/_2$‴ cum limbo aurantiacam ampliatus. Laciniae limbi patentes, subreflexae, ovato-oblongae, obtusae. Corona tubum triente pollicis superans, pallidissime flava, 6dentata, dentibus erectis lineari-subulatis $2^1/_2$‴ longis; filamenta inter dentes exorta, iis duplo longiora, stricta, erecta, subulata; antherae parvae, oblongae, luteae, lineam longae. Stylus filamentis semipollice longior, iis et coronae concolor, filiformis, apicem versus levissime curvatus et in stigma oblongo-clavatum rotundatum sensim incrassatus.)

52. Carpodetes.

W. H. App. 41. Amar. 74. et 195. n. 48 *).
Chrysiphiala b. Carpodetes *Schult.* l. c. 906.

Scapus 1—3florus. Folia ensiformia, carinata, synanthia. Perigonii tubus gracilis, cernuus, superne ampliatus; laciniae patentes, acuminatae; corona ovato-cyathiformis, dentibus 6 staminiferis.

C. recurvatus *W. H.* App. 41. (recurvata) Amar. 195.
Chrysiphiala recurvata *Lindl.* — *Schult.* l. c. 5. — *Dietr.* l. c. 5.
Pancratium recurvatum *Rz.* & *Pav.* l. c. t. 285. f. a. — *Ker* l. c. 333. n. 29. — *Sprg.* l. c. 48. 32.
In *Peruviae* praeruptis, ad tractus *Obragillo* in provinciâ *Canta.* Incolis Chihuanhuaita. ♃.

Bulbus oblongus (collo longo), extus purpurascens (nigromaculatus), intus albus, fibris paucis brevibus flexuosis. Scapus solitarius, erectus, anceps, solidus (centralis, brevior foliis). Folia compressa, lineato-nervosa, disticha, apice reflexo, glaberrima, lgt. fere scapi (obtusiuscula, circ. 10″ longa, $^1/_2$″ lata). Spatha oblongo-lanceolata, rubro-purpurea, striata, convoluta, erecta, $3^1/_2$poll. (hinc fissa, amplissima). Flores saepius 3, rarius 1, longe pedunculati: pedunculi teretes, superne incrassati, inaequales, purpurascentes, erecti, $1^3/_4$—$4^1/_2$poll. Perigonium cernuum, purpureo-lutescens, 27 lin., diam. $1^1/_2$poll.: laciniae oblongae, acuminatae, $1^1/_2$poll. Nectarii tubus recurvatus, tenuis, pollicaris, crassitie pennae corvinae; limbus brevis ($4^1/_2$‴) dentato-6fidus: laciniis nervis deorsum decurrentibus, purpureis, totidem lineis luteis, staminibus terminatis, alternantibus. Stamina lgt. perigonii, alterna paulo breviora. Antherae luteae. Stylus staminibus longior. Capsula obovata, acuminata, trigona, triloba. *(Rz. & Pav., Schult., Herb.)*

53. Coburgia.

Sweet Brit. Flow. Gard. II. t. 17. — *W. H.* Amar. 74. et 196. n. 49. (non App.) — *Endl.* gen. 178. 1185. — *Meisn.* l. c. 394. (297.) — *Sp.* l. c. 427 **).
Chrysiphialae spuriae *Schult.* l. c. 907.

Stylus
1. filamenta aequans, limbo brevior. Coro-

*) Bulbus oblongus. Folia ensiformia. Scapus solidus, pedunculatus, pauciflorus. Spatha monophylla, fissa. Pedunculi erecti. Germen trisulcatum, oblongum, medio coarctatum, pedunculo continuum. Tubus imâ parte tenuis, cylindricus, curvatus, summâ ventricosus; laciniae patentes. Corona dentata, staminifera. Filamenta alterna aequalia. Stigma simplex, dilatatum. Capsula germini conformis, crassior. Semina nigra, magna. *W. H.* App.

Bulbus oblongus. Folia vaginantia, superne attenuata, linearia. Spatha monophylla. Pedunculi erecti. Germen oblongum, in medio constrictum, erectum. Tubus cylindricus, gracilis, curvatus; limbus subcampanulatus, regularis. Corona brevis. Filamenta recta, alterna aequalia; stylus rectus; stigma obtusum. Capsula obovata, trisulca, in medio constricta. Semina magna. *Amar.* ll. cc.

**) Bulbus ovatus. Folia linearia. Germen ovale, trisulcum, pedunculatum, subcernuum. Perigonium tubulosum, tubo curvato cylindrico superne (subventricoso-) ampliato, lim-

nae sinus bidentati. Spatha sub-4flora; perigonii laciniae

1) ovato - ellipticae obtusiusculae patulae; scapus subanceps foliis linearibus duplo longior.

1. **Coburgia incarnata** *Sweet* Br. Fl. Gard. ser. 2. t. 17. — *W. H.* l. c. 196. 1. — *Spach* l. c.
Pancratium incarnatum *HBK.* l. c. I. 280. — *Kth.* Syn. I. 287. — *Ker* in Journ. of Sc. et A. III. 336. 33. — *Sprg.* l. c. 48. 35.
Chrysiphiala incarnata *Schult.* l. c. 908. 9. — *Dietr.* l. c. 1174. 9.
Pr. *Quito* in ripâ fluminis *Machangara*, alt. 1485 hexap. ♃.

Bulbus magnus, subglobosus, tunicis pluribus siccis nigricantibus involutus. Folia 5 — 6, superne angustata, obtusa, succulenta, reticulato-nervosa, glabra, sub-$1^1/_2$pedalia, pollicem (6 — 9''') lata, glauca, crassa. Scapus erectus, glaber (solidus, $2^1/_2$pedalis). Spatha foliolis lanceolatis (fuscescentibus striatis inaequalibus caducis). Flores brevissime pedunculati, circ. 5poll., (infra 5poll. *H.)* singuli spathellati. Perigonium glabrum, tubo cylindraceo superne paulo dilatato fere 4poll. (clavaeformi obsolete trigono, aurantiaco - rubro, lucido): laciniae 3 interiores, 3 exteriores, subaequales, incarnatae, medio maculâ viridi, subpollicares (acuminulatae, roseae, fasciâ mediâ viridi). Stamina summo tubo inserta, laciniis breviora, erecta: filamenta subulata, glabra. Corona campanulata, brevissima, 12dentata, inter dentes staminifera (virescenti-flava). Antherae lineari-oblongae. Germen oblongum, triquetrum, glabrum. Stylus glaber. Stigma obtusum, trigonum. Capsula oblonga, trigona.

β. Matthewsii: perigonio circ. 3poll., tubo saturate coccineo, limbo viridi.
C. incarnata var. *W. H.* l. c. 400. t. 47. f. 5.
In *Peruviâ.* *(Matthews*, in hb. *Hook.)*
Differt a C. incarnatâ flore breviore, tubo magis aurantiaco-rubro, laciniis fere totis viridibus. (Scapus striatus, fere sulcatus, crassitie digiti minimi. Spatha erecta, foliola oblongo-ovata, obtusa, in spec. sicco cinerascenti-nigra, bipollicaria, pollicem lata. Flores in ic. duo, tubo 2'', limbo pollicari, illo diam. $^1/_2$'', hoc pollicari. Laciniae ovatae, acutae, patulo-erectae, 4 — 5''' latae.)

2) elliptico-lanceolatae acutae erectae; folia . . . . .

2. **C. splendens** *W. H.* l. c. 400. t. 47. f. 6.
In *Peruviâ.* *(Matth.*, in Hb. *Hook.)* ♃.
Perianthium coccineum, apice virescens, laciniis longioribus acutioribus. An C. incarnatae varietas? (Spathae foliola plura, erecta, ovata, longe acuminata, apice tamen obtuso, 3poll., basi $1^1/_3$'' lata, in sicco sordide fusco-viridia. Flores (4?) 4 — $4^1/_2$pollicares, erecti, coccinei (in ic. potius miniati, tubo circ. 3poll., superne sensim in limbum erectum ampliato; laciniae angustae, basi magis adhuc attenuatae, acuminatae, acutae, 1 — $1^1/_2$pollicares, medio 3—$3^1/_2$''' latae). De coronâ nil in descriptione dictum, nec ex icone videndum, quare modo affinitatis causâ huc posita.

2. filamentis longior,
1) limbum aequans; corona brevissima, denticulis 6 furcatis
(1) retroflexis; spatha 4flora, flores longissimi.

3. **C. variegata** *W. H.* l. c. 196. 3.
Pancratium variegatum *Rz.* & *Pav.* l. c. III. 55. — *Ker* l. c. 335. n. 32. — *Sprg.* l. c. 48. 34.

---

bus brevis (tubo brevior) regularis semipatens, cernuus; filamenta subaequalia, subrecta, vix conniventia, coronâ tubulosâ connexa; antherae erectae. Stylus paulo recurvatus; stigma obtusum, triangulare. Capsula erecta, oblonga, triangularis, triloba, 3loc., 3valvis; ovula biseriatim confusa. Semina nigra. *Herb.* l. c.

Perianthium infundibuliforme, regulare; faux coronata appendicibus 6 brevibus membranaceis conniventibus apice bifurcatis cum staminibus alternantibus; tubus longus, curvatus, supra medium ampliatus; limbus brevis 6partitus, laciniis patulis imbricatis subaequalibus. Stamina 6, conniventia, isometra, fauci perianthii inserta: filamenta filiformia, basi subdilatata. Antherae oblongae, supra-basifixae, incumbentes. Ovarium oblongum, trigonum, 3loculare: loculi multiovulati, ovulis biseriatis. Stylus filiformis, rectus. Stigma capitellatum, subtrilobum. Capsula 3loc., loculis polyspermis. Semina . . . . . . Bulbus tunicatus. Folia linearia, glauca. Scapus anceps, pauciflorus; spatha 2 — 4phylla. Flores magni, subpenduli. *Sp.* l. c. — Mirum sane, cl. *Spachio* in opere suo, 1846 edito, unicam tantum speciem (C. incarnatam) innotuisse.

(Coburgia variegata) Chrysiphiala (?) variegata *Schult.* l. c. 907. 7. — *Dietr.* l. c. 7.
In *Peruviâ*; in hortis *Limae* culta. Vulgo Flor del Clarin. ♃.
Bulbus subrotundus, tunicatus, fibris fasciculatis filiformibus flexuosis. Scapus solitarius, centralis, compresso-anceps, leviter striatus, nitidus, foliis longior, solidus. Folia ensiformia, plana, venosa, striata, glabra, nitida, a medio ad apicem reflexa (crassa, glauca). Spatha compresso-anceps, 8phylla, (valvis duabus exterioribus bracteisque 5 spathaceis *H.*), foliolis ovato-lanceolatis striatis nervosis deciduis, exterioribus duobus marginibus introflexis, interioribus gradatim minoribus carinatis. Pedunculi breves, trigoni, in flore recurvati, in fructu erecti. Flores spithamaei, ex luteo, roseo, albo viridique variegati, cernui. (Tubus flavo et roseo tinctus.) Laciniae erecto-patulae, luteae, marginibus roseis, apicibus extus viridibus intus albidis, ovatae, acuminatae, subcarinatae, 3 exteriores latiores, acuminibus longioribus retroflexis. Nectarium tubulosum, limbo 4plo brevius: denticulis viridibus. Filamenta ori nectarii insidentia, subulata, erecta, aequalia; antherae oblongo-lineares, in coronulam conniventes. Germen oblongum, trigonum, triquetrum. Stylus filiformis, perigonii lgt. erectus, stigma capitatum, integrum, apice obsolete perforatum. Capsula oblonga, trigona, triloba. Semina nigra. *(R. & P.)*

(2) erectis; spatha 5-flora; flores umbellati nutantes.

4. **C. trichroma** *W. H.* l. c. 196. 2. — *Bot. Mg.* t. 3867.
Pancratium trichromum *Llave* & *Lex.* nov. veg. descr. I. 20.
Chrysiphiala (?) trichroma *Schult.* l. c. 8. — *Dietr.* l. c. 8.
In hortis *mexicanis* culta; in *Andibus Peruviae. (Maclean.)* ♃.
Bulbus ovatus. Folia canaliculata, obtusa, (crassa,) viridi-glauca, scapo parum breviora. Flores fere 3poll., inodori. Tubus bipoll., obtuse trigonus, ad medium ampliatus, dilute puniceus, sulcatus; limbi laciniae ovatae, suberectae; 3 exteriores uncinatae, interiores acutae, omnes externe maculâ ovato-oblongâ virente, interne albidâ, lineis lateralibus virentibus. Coronae dentes apice virides. Stamina nectario multo longiora, erecta; antherae lineares, erectae, post deflorationem versatiles.

(3) bifidis; scapus multiflorus; folia ensiformia, erecta.

5. **C. (?) quitensis.**
Pancratium quitense *Wlld.* Rel. MS. (ex *Schult.* l. c. 908. obs.).
Prope *Quito.*

2) limbum superans, filamenta hunc aequantia; folia subglauca, tenuiora; pedunculi breves.

6. **C. fulva** *Bot. Rg.* XVIII. 1497. — *Bot. Mg.* t. 3221. — *W. H.* l. c. 197. 4.
Hab. . . . . . ♃.
Folia quam in praecedentibus tenuiora. Tubus 3¼poll., fulvus, limbus 1¼poll., fulvus, apicibus viridis; corona semipollicaris.

3. . . . . . scapus anceps; folia profunde canaliculata, obtusa; umbella 4—5flora; laciniae rotundatae.

7. **C. discolor** *W. H.* l. c. 5.
Lilio-Narcissus polyanthos etc. *Feuill.* Obs. II. 29. c. ic.
In montibus *Chilensibus* et sub 17° 39′ lat. austr. *(la Paz Peruviae?).* ♃.
Bulbus 2 poll. longus, paulo minus latus, castaneus. Scapus bipedalis, subcomplanatus. Folia 6—7 scapum ambientia, 9″ longa, sub anthesi ½″ lata, laete viridia, glabra. Perigonium externe rubrum, intus rubro et flavo variegatum; tubus circ. pollicaris, basi lineam amplus, superne ampliatus. Forsan Clinanthus. *(W. H.)*

Species duae sequentes mihi nomine tantum notae sunt:

8. **C. humilis** *Lindl.* Bot. Rg. 1842. t. 46.
Clitanthes *Lindl.* olim (ubi?).
In *Andibus peruvianis: Palcamayo*, alt. 10000′.
Flores miniati.

9. **C. coccinea** *Hook.* in Bot. Mg. t. 3865.
In *Cordilleris. (Maclean.)* ♃.

Species e genere exclusae:

Coburgia Belladonna *W. H.* = Amaryllis Belladonna.
— blanda *W. H.* = — blanda.

Coburgia ciliaris *W. H.* olim = Buphane ciliaris.
— multiflora *W. H.* olim = Brunsvigia multiflora.
— pallida *W. H.* = Amaryllis pallida.
— pudica *W. H.* = — pudica.
— Radula *W. H.* olim = Brunsvigia Radula.
— reticulata *W. H.* olim = Leopoldia reticulata.
— striatifolia *W. H.* olim = — striatifolia.

54. Hymenocallis.

W. H. App. 43. Amar. 75. et 209 nr. 54 *).

Pancratium a. Hymenocallis *Schult.* l. c. 911. — *Endl.* l. c. 179. — (β.) *Meisn.* l. c. 394. (297.) — Pancratium subg. Hymenocallis *Sp.* l. c. 430.

I. Petiolatae *W. H.* Folia petiolata,

1. simultanea (i. e. post scapum floridum insimul prorumpentia) crassiuscula; flores breviter pedunculati. (H. speciosa *W. H.*) — Umbella multiflora; scapus anceps compressus; perigonii tubus limbo brevior, laciniae lineares, patenti-recurvatae v. revolutae,

1) exteriores in acumen conicum productae, interiores apice planae obtusae; paracorollae sinus uni- v. bidentati, dentibus brevibus acutis; folia elliptico-lanceolata, breviter acuminata; scapus pruinosus.

1. **H. ornata.**

Pancratium ornatum *C. Bouché* in Linn. XIII. 79.
Hab. . . . . . ♃.

Bulbus ovatus, tunicis nigris, demum nitide griseis. Folia pedalia et ultra, 3—4″ lata, apice subdeflexa, basi in petiolum 4—5pollicarem, 3—4‴ latum canaliculatum attenuata, dorso nervo medio prominente rotundato paulo infra apicem evanido percursa. Scapus utplurimum ultra pedalis, subarcuatus, $^3/_4$″ latus, 4—5‴ crassus. Umbella 6—8flora. Spatha universalis foliolis 2—3, 2—$2^1/_2$pollicaribus inaequilatis lanceolatis, obtusis albidis apice viridi-tinctis. Spathae partiales foliolis (bracteis) anguste lanceolatis obtusiusculis albidis spatham univ. aequantibus v. brevioribus. Pedunculi 6—9‴ longi; flores fragrantes. Perigonii tubus 2—3poll., diam. 2—3‴, subtrigonus, subarcuatus, inferne viridis, sensim in albidum transiens, superne totus albus; laciniae niveae, lineari-lanceolatae, canaliculatae, a basi ad medium usque subundulatae, apice fortiter deorsum curvatae; exteriores $3^3/_4$-poll., in apicem teretem conicum, basi intus dente horizontaliter patente brevi obtuso instructum terminatae; interiores aequilongae, sed paulo latiores, minus canaliculatae, apice planae obtusae. Paracorolla nivea, infundibuliformis, rugosa plicataque, pollicaris, superne diam. pollicis. Filamenta suberecta, laciniis breviora, inferne alba cum paracorollâ connata, superne parte liberâ virescenti-flava. Antherae oblongae, aureae. Stylus filiformis, subtrigonus, pallide viridis,

*) Bulbus subrotundus. Folia bi—multifaria. Scapus solidus, biangularis, floribus effoetis curvatim depressus (in seminando rigide deflexus). Umbella 2—20flora (flores albi, odoratissimi). Spatha bifida. Germen sessile v. subsessile, trigonum, 3loc., 3valve: loculi 2—6spermi. Ovula oblongo-obovata, in fundo loculi erecte posita, albumine solido a membranâ non separabili, embryo albumini conformis, dimidio minor. Tubus cylindricus, obsolete angularis, germine gracilior (rectus). Laciniae aequales, patentes, flaccidae, coronae aliquando adnatae. Corona infundibuliformis, staminifera. Filamenta varia, longa, flaccida (distantia, membranâ versus basin connexa). Antherae longae, hinc quartâ parte, hinc trinis incumbentes, (a tertiâ parte pendulae), pollinis superficie scabrâ. Stylus longus, flaccidus. Stigma rotund(at)um, minutissime fimbriatum (puberulum), dein viscosum. Capsula 3valv., 3loc., saepe immature disrupta. Semina magna, (oblonga) carnosa, integumento viridi non separabili. *W. H.* App. l. c. et Bot. Mg. ad 2621. — Bulbus subrotundus; folia plerumque persistentia; scapus complanatus biangularis, seminando deorsum curvatus. Flores 12—21, albi, fragrantissimi; pollen aurantiacum v. intense luteum; germen (exceptâ H. speciosâ) sessile. Perianthium tubulosum, tubo recto angulato-cylindrico, germine graciliore; limbus aequalis, patens, flaccidus, laciniis longis linearibus angustis; corona plus minus patens, infundibuliformis v. rotata. Filamenta aequalia, gracilia, distantia subconniventia; antherae longae, lineares, pendulae, parte tertiâ a basi affixae; pollen reticulatum scabrum. Germen sessile vel breviter pedunculatum, angulatum, ovulis suberectis. Stylus longus, flaccidus, declinatus; stigma minute fimbriatum, subrotundum. Ovula oblonga, 2—8 in quovis loculo, erecta. Semina magna, viridia, oblonga, capsulam immaturam saepe rumpentia. — Bulbus et folia simul ex semine oriuntur. *W. H.* Amar. ll. cc. — Omnes occidentales, i. e. orbis novi indigenae.

(Hymenocallis ornata) inferne albus, filamentis longior. Stigma capitatum, subtrigonum, puberulum. Germen ellipticum, trigonum, angulis rotundatis, faciebus sulco percursis.

2) canaliculatae, alternae concaviores, tubo fere duplo longiores; paracorollae infundibuliformis sinus

(1) bidentati; folia lanceolato - elliptica cum acumine, petiolo crasso laminâ triplo breviore et multoties angustiore.

2. **H. speciosa** *Salisb.* in Htc. Soc. Trs. I. 340. — *W. H.* App. 43. et l. c. 209. 1. (excl. var. 4.) var. 1. longe petiolata t. 33. f. 4. (stigma et anthera) t. 34. f. 47, 48. (ovulum, germen,) t. 35. f. 4. (stamen) t. 44. f. 44.

Pancratium speciosum *Salisb.* in Linn. Trs. II. 73. t. 12. — *Wlld.* l. c. 44. 8. — *Sprg.* l. c. 47. 25. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1453. — *Red.* Lil. t. 412. — *Schult.* l. c. 913. 3. — *Sp.* l. c.

Pancratium amoenum *Lodd.* Bot. Cab. t. 286.

Pancratium formosum *htl.*

Crinum speciosum *htl.*

In *Indiâ occidentali.* ♃.

Bulbus oblato-sphaericus, magnit. ovi Meleagridis, integumentis numerosis membranaceis fuscescentibus (ovatus, tunicis viridibus *Red.*). Folia plurima, 8—14, bifaria, spathulato-elliptica cum acumine, obscurius nervoso-striata, obscure viridia, $1\frac{1}{2}$—2pedalia, ubi latissima 3—4'' lata, plantâ florente renovanda, dum adultiora marcescunt, (obtusa, striata, basin versus carinata, carnosa *Salisb.*, ovato-lanceolata, acuta, intense viridia, semipatentia, in petiolum crassum angustum attenuata, cum petiolo 22poll. *Red.*): petioli semicylindracei (supra plani, basi dilatatâ vaginantes *Sal.*). Scapus compressus, anceps, primum erectus, dein declinatus, striatulus, foliis brevior, dilute viridis, (fere 20poll., rigidus, glaber, valde compressus, apice anceps *Red.*). Spatha chloroleuca, 2poll. et ultra, dimidio tubo longior, valvulis convoluto-oblongis demum retrofractis (ovato-lanceolatis 4—$4\frac{1}{2}$poll., semifoliaceis albidis mox reflexis, bracteae lineares *Red.*). Umbella 7—15flora, bracteosa, bracteis lgt. spathae, sed angustioribus, pedunculis crassis germen subaequantibus (numerosis, $4\frac{1}{2}$ lin. *Red.*). Germen ellipticum, rotundato-trigonum faciebus sulcatis; loculis collaterali-dispermis. Flores candidi, 9poll., fragrantissimi, praesertim vespere. Tubus triquetro-(? lineari-)cylindricus, rare striatus, laciniis duplo fere brevior, 3poll. (viridis, angulosus, laevis nec striatus, cum germine 40—45''' longus *Red.*); laciniae lineari-lanceolatae, recurvo-stellatae, obsoletius carinatae, deorsum involuto-concavae; exteriores sublatiores firmiores, mucrone glochidiformi ($4\frac{1}{2}$poll., $4\frac{1}{2}$''' latae, patentes, apice quidquam recurvae, 3 obtusiusculae, 3 acutae intus acumine parvo vel hamo reflexo *Red.*). Paracorolla turbinata, transverse rugulosa, limbo penitus discreta eoque $\frac{2}{3}$ brevior, repando-excisa, dentibus interstamineis 6 subulatis, rarius fissis vel obsoletis. Stamina incurvo-divergentia, paracorollâ (semel cum $\frac{1}{6}$ circ.) longiora (perigonio paulo breviora; filamenta subulata, basi alba, superne virescentia, aequalia *Red.*). Stylus perigonio paulo brevior, superne viridis (filiformis, lgt. perigonii, basi albus, supra nectarium deflexus *Red.*); stigma capitellato-trigonum, puberulum, intense virens. *Gawl.* (Antherae lineares, flavae, 9 lin., paulo infra medium affixae. Germen ovatum, obtuse trigonum *Red.*)

Species omnium pulcherrima, cujus flores siccati post annum adhuc odori. Floribus pedunculatis ab omnibus, foliis crassioribus et firmioribus, tubo robustiore et floribus multo magis conspicuis a reliquis petiolatis diversa. (*W. H.*)

β. humilis, foliis magis recumbentibus, petiolo brevi. *W. H.* l. c. var. 2.

γ. angustifolia, foliis angustioribus vix petiolatis. *W. H.* l. c. var. 3.

(2) rotundati subedentuli; laciniae patentissimae canaliculatae acutae; folia ovato-lanceolata acuta.

3. **H. fragrans.**

Pancratium fragrans *Red.* Lil. t. 413.

H. speciosa var. 4. fragrans: tubo breviore 4poll., limbo $4\frac{1}{2}$, paracorollâ non dentatâ. *W. H.* l. c.

In *Indiâ occidentali.* (*Barbados.*) ♃.

Bulbus subrotundus, magnit. pomi majoris, tunicis fuscis. Folia 12, inferiora disticha, superiora undique patentia, in

(Hymenocallis fragrans) petiolum paulo crassiorem quam in speciosâ attenuata, rigida, glabra, laete viridia, 11poll., nervis longitudinalibus parum prominentibus, medio validiore. Petiolus saepius valde conspicuus et elongatus, in junioribus obsoletus. Scapus ex axillis foliorum externorum, 11—15poll., acute anceps. Flores 4—6, sessiles v. brevissime pedicellati. Spathae valvulae 2 lanceolatae, subfoliaceae, mox reflexae. Perigonii tubus subcylindricus, basi viridis, superne albidus, quidquam arcuatus, cum germine 4 fere poll.; laciniae lineares, 4½poll. Filamenta subulata, basi alba, superne flava, perigonio longiora. Antherae flavae, lineares, acutae, ad ⅓ lgt. affixae. Germen ovatum, obsolete trigonum. Stylus filiformis, supra tubum flexus, lgt. fere perigonii, basi albus, superne virescens. Stigma capitatum. *(Red.)*

Huc spectare videtur monente *Schult.* (l. c. 914. in obs.).

(4. † **Hymenocallis latifolia.**)

Pancratium latifolium *Mill.* Dict. ed. 8. n. 8.: spathâ multiflorâ, foliis carinatis latioribus.

Folia longiora latioraque quam in P. americano (caribaeo?) fere bipedalia, ultra 3″ lata, carinata; flores majores, magis fragrantes; corollae laciniae longiores.

2. successiva, mollia; flores sessiles. Perigonii tubus limbo

1) longior, tenuis, cylindraceus v. obsolete angulosus; corona angusta, laciniis (4plo) brevior, repando-sinuata, sinubus

(1) integerrimis; spatha multiflora; laciniae perigonii lineares, angustae; folia

a. longe petiolata, ovali-oblonga,

a) abrupte acuminata; spatha valvis decussato-oppositis erectis: stamina longissime exserta, limbo paulo (¼) breviora.

5. **H. guianensis** *W. H.* App. 44. (var. 1. princeps: tubo 6poll. v. ultra, limbo 4—5poll.) l. c. 210. 1

Pancratium guianense *Ker* in Bot. Rg. IV. 265. — *Sprg.* l. c. 46. 16. — *Schult.* l. c. 911. 1.

In *Guiana* (*Cayenne*, *Demerary*). ♃.

Folia saturate viridia, utrinque attenuata, cuspidata, costâ parum prominente, 8poll. et ultra, 3″ lata, in sicco clathrato-venosa (texturâ tenuiore quam H. speciosae): petiolus angustus, 3—4poll., subtriquetro-canaliculatus, carinâ obtusâ. Scapus anceps. Spatha valvis herbaceo-albicantibus oblongis 3 fere poll. Umbella sub-8flora. Flores candidi, 11poll.; tubus chloroleucus, semipedalis v. ultra, rectiusculus, estriatus, crassitie circ. duplâ pennae corvinae, superne angustior et manifestius trigonus; limbus stellatus, patentissimus: laciniae 4—5poll., 2—3‴ latae, longe acuminatae, acutae, basi coarctatae canaliculatae, interiores sublatiores, nunc imo margine crispulae. Corona diam. vix majore tubi, 6costata, libera, sinubus leviter curvatis. Filamenta virentia, gracillima, setaceo-filiformia; antherae vitellino-flavicantes, lineares, angustissimae, oblongo-incumbentes, sigmoideo-flexae. Stylus viridis, perigonio aequalis, filamentis duplo crassior; stigma capitellatum. Germen breve, ellipticum, trigonum: ovula in quovis loculo 8—10, oblonga, adscendentia. *(Ker* ex *Schult.)*

b) acuminata, spatha 2—3phylla, foliolis lanceolatis obtusis; stamina limbo fere duplo breviora.

6. **H. petiolata.**

Pancratium petiolatum *Wlld.* Rel. MS. ex *Schult.* l. c. 912. Obs.

In aquosis *Brasiliae*, prov. *Parà*. (Com. ab *Hffmsgg.*, *Mart.*) Cepola brava incolarum. ♃.

Folia basi in petiolum attenuata, semipedalia et ultra, circ. 4″ lata, glaberrima, tenuia, (in plantâ a cl. *Martio* collectâ 1½pedalia, in petiolos dilatatos subtus convexos decurrentia). Petioli 4—6poll., canaliculati, basi vaginantes, glabri. Scapus anceps, pedalis (folia aequans). Flores (circ. 6) fere pedales, albi: tubus gracilis, tenuis, cylindricus, 6—8poll. (angulato-teres, virens, crassitie pennae aquilinae, 5poll.); limbi laciniae angustae, lineares, 3—4poll. (basi carinatae, acumine subconvoluto, alternae hamatae, 3poll., 2‴ latae). Filamenta

(Hymenocallis petiolata) subulato-filiformia, (viridia,) fere 2/3 lgt. laciniarum, basi membranaceâ connata. (Stylus viridis, declinatus, perigonio vix brevior.) An eadem cum H. guianensi?

b. brevi-petiolata acuminatissima cuspidata, tubus 8pollicaris, corona brevissima.

7. **H. tubiflora** *Salisb.* in Hortc. Trs. I. 341.
H. guianensis var. 3. tubiflora *W. H.* l. c.
Pancratium tubiflorum *Schult.* l. c. 923. 16.
?P. tubulosum (spathâ subquadriflorâ, corollae tubo superne dilatato longissimo) *Wlld.* Rel. MS.
In *Guianâ.* ♃.

(2) unidentatis; laciniae undulato-crispae; folia elliptica, breviter acuminata; scapus compressus.

8. **H. undulata** *W. H.* App. 44.
H. guianensis var. 2. undulata (tubo 5poll., coronae interstitiis dentatis) *W. H.* l. c.
Pancratium undulatum *HBK.* l. c. I. 280. — *Kth.* Syn. I. 286. — *Sprg.* l. c. 46. 13. — *Schult.* l. c. 912. 2.
In locis humidis ad ripam fluminis *Tui* prope *la Victoria*, et in litore lacus *Tacariquensis* (Venezuela), alt. 240 hex. Fl. Majo. ♃. Lyrio hermoso incolarum.
H. speciosae proxima. Folia Hemerocallidis caeruleae, basi in petiolum angustata, succulenta, reticulato-nervosa, laete viridia, glabra, fere 8″ longa, 4″ et ultra lata: petiolus fere 4poll., canaliculatus, glaber. Scapus pedalis. Flores suaveolentes, fere 9poll. Tubus tenuis, viridis, 5poll., limbus albus, laciniis patentibus. Stamina patula, laciniis breviora; filamenta basi membranacea connata, superne subulato-filiformia, glabra, viridia. Germen ovatum, triangulare, glabrum. Stylus glaber, exsertus, stamina superans, stigmate subcapitato. *(Kth.)*
β. ? triphylla: spathâ triphyllâ multiflorâ, foliis ovato-oblongis.
Pancratium triphyllum *Wlld.* Rel. MS.

2) brevior, teres v. teretiusculus,

(1) dense striatus; laciniae recurvae, lineares, aequaliter concavae; umbella divaricata; coronae sinus ligulâ bifidâ (bidentati); folia plura, ovali-lanceolata, petiolo ter quaterve angustiore.

9. **H. amoena** *W. H.* App. 44.
H. amoena var. 1. princeps *W. H.* l. c. 211. 3. (tubus 2poll. limbus 3″, filamenta tubum superantia 2¼, stylus 3¼, corona ¾) t. 33. f. 26. (anthera).
H. sessilis *Salisb.* l. c. l. 339.
Pancratium amoenum *Salisb.* in Linn. Trs. II. 71. t. 10. — *Wlld.* l. c. 44. 9. (excl. syn. *Jacq.*) — *Bot. Cab.* t. 286. et 834. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1467. — *Andr.* Bot. Rep. t. 556(?). — *Sprg.* l. c. 47. 23. — *Schult.* l. c. 914. 5.
Pancratium excisum *L. fil.* MS.
In *Guianâ.* ♃.
(Bulbus oblongus, sursum elongatus, fuscus, 3½poll.) Folia plura, 6—8, (9—12 *Salisb.*) bifaria, fere 10″ longa, 3″ lata, a laminâ elliptico-lanceolatâ striatâ in petiolum decrescentia, subtus pallidiora, costâ mediâ crassâ carnosâ (obtusiuscula, tenue striata, canaliculata, basi carinata, carnosa *S.*), petiolo lato fere 3poll. (Scapus 10—15florus, dilute glaucus, foliis paulo brevior, primum erectus, dein deflexus, valde compressus et anceps, striatulus *S.*) Spatha subherbacea, lanceolato-convoluta, bracteae parvulae, nec conspicuae. Flores albi, odori. Germen (oblongum, laete virens,) subtrigibbum. Tubus laciniis subtertiâ parte brevior, rotundate triquetro-sexangulatus, plus quam 2poll., albo-virescens. Limbus revoluto-radiatus: laciniae lanceolato-lineares, subaequales, albae, superne versus involuto-cuspidatae, exteriores margine inferne saepius subundulatae. Corona nivea, infundibuliformis, a limbo discreta, (basi contracta *S.*), sinubus singulis in medio dente gemino collaterali-contiguo (laciniis 5plo, staminibus triplo brevior). Filamenta viridia, incurvo-divergentia, coronâ duplo altiora, limbo ¼ circ. breviora. Antherae subulato-sagittatae, luteae, basi sinu divisae. Stylus perigonium aequans; stigma viridissimum, capitellato-trigonum, levissime trifidum, pube minutâ consitum. Odor gratus, at debilior quam in H. speciosâ.
β. lorata *W. H.* l. c. (var. 3.): foliis lanceolato-loratis suberectis longioribus.
Varietas hortensis, e seminibus var. 1. Spofforthiae orta.

(2) estriatus limbo subaequalis; laciniae lineari-acuminatae, inferne crispae; coronae sinus unidentati den-

10. **H. ovata.**
H. amoena *β.* ovata *W. H.* App. 44. (var. 2.) l. c.
Pancratium ovatum *Mill.* Dict. ed. 6. n. 9. — *Bot. Rg.* I. t. 43. — *Sprg.* l. c. 47. 24. — *Schult.* l. c. 914. 4.
?Pancratium amoenum *Andr.* Bot. Rep. t. 556.

tibus integris; umbella compacta; folia ovalia striata utrinque attenuata.

Pancratium amboinense *β. L.* Sp. pl. 419.
In *Antillis.* ♃.

Folia plura, reclinata, bifaria, pedalia v. ultra, 4 — 6'' lata, basi in petiolum aliquoties angustiorem, pluries breviorem, parum crassiorem angustata. Scapus foliis aequilongus, complanato-anceps, glaucus, utroque margine membranaceo-extenuatus. Spatha 6—8flora, herbaceo-albicans, plurivalvis, tubo brevior, erecta, valvis externis oblongis obtusis. Flos albus; tubus biunc., striatus, obsoletissime trigonus; laciniae recurvo-radiantes, exteriores subangustiores, vix 2''' latae, viridi-mucronatae, corona angusta, tubuloso-infundibuliformis, ad basin usque a limbo discreta, staminibus brevior. Stamina laciniis 1/5 breviora, alba; antherae graciles, fulvae. Stylus virens, perigonio aequalis; stigma capitellato-depressum. (*Ker* in Journ. of sc. a. A. III. 330. n. 23.)

β. H. spiralis *Lee* ap. *W. H.* App. 48.: laciniis spiralibus *Schult.* l. c.

In Monogr. Amar. non adducta.

3. . . . . . parva ovalia recumbentia; flores gracillimi.

11. **Hymenocallis ovalifolia** *W. H.* l. c. 212. 4.
Pancratium ovatum *Lodd.* Bot. Cab. t. 510.
Pancratium ovalifolium *Std.* Ncl.
Hab. . . . . . ♃.

Species minima, tenera, a var. ovatâ H. amoenae (H. ovatâ) penitus diversa, primum a cl. *Shepherd* in hortum Liverpoolensem introducta. (*W. H.*)

II. Loratae *W. H.* Folia lorata, basi (in petiolum?) attenuata

1. humifusa v. arcuata. (Species meridionales.) Perigonii tubus limbo
   1) brevior, (multiflorae,)
      (1) crassus, sub-3pollicaris; folia lato-lorata, non arcuata; corona
         a. obconica, sinubus repandis edentulis; laciniae lineares rectiusculae, interiores basi undulatae.

12. **H. patens** *W. H.* App. 44.
H. caribaea var. 3. patens *W. H.* l. c. 212. 5.
Pancratium patens *Red.* Lil. VII. fol. 414. in nt. — *Ker* Journ. etc. III. 329. 21. — *Sprg.* l. c. 47, 22. — *Schult.* l. c. 916. 8.
Pancratium declinatum *Red.* Lil. t. 358. (excl. syn.) (non *Jcq.*)
In *Antillis*, ex. gr. ins. *St. Thomae.* ♃.

Bulbus subrotundus, magnit. pugni, tunicis laxis atro-fuscis. Folia numerosa, disticha, sessilia, 1½—3pedalia, 2 circ. poll. lata, lineari-lanceolata, acuta, nitida, glabra, intense viridia, basi canaliculata et quidquam angustata, nervo medio carnosula. Scapus 1½—2½pedalis, axillaris, glaber, valde compressus, anceps. Umbella 10flora; flores maximi. Spathae valvae 2 lanceolatae, acutae, membranaceae, marcescentes. Tubus viridis, irregulariter angulosus, cum germine (2½—)3poll.; limbi 4poll. laciniae albae, angustae, patentissimae, canaliculatae, 3 exteriores apice callosae cum hamo brevi incurvo. Corona 9''' longa, (pollicaris,) subdiaphana, 6loba, lobis edentulis. Filamenta semipatentia, filiformia, basi alba, apice viridia, 2/3 laciniarum aequantia; antherae flavae lineares, 9''' longae. Germen ovato-trigonum. Stylus filiformis, inferne albus, superne viridis, parte exsertâ oblique flexâ (lacinias aequans). Stigma subcapitatum, excavatum. — Differt a H. declinatâ: foliis angustioribus paucioribus, florum odore minus forti, laciniis magis erectis, staminibus brevioribus, coronâ edentulâ, laciniis interioribus basi undulatis (*Red.*); a H. caribaeâ: foliis angustioribus longioribus, filamentis pro ratione brevioribus, limbo minus curvato, laciniis basi undulatis, coronâ edentulâ, filamentis stylo paulo brevioribus. (*Herb.*)

b. infundibuliformis, sinubus
   a) subunidentatis, dentibus
      (a) simplicibus acutis, arctior, staminibus du-

plo brevior; tubus

α. limbo triplo brevior, laciniae canaliculatae, basi undulatae; folia obtusa, pallide cinereo-viridia.

13. **H. cinerascens.**

H. caribaea var. 2. cinerascens *W. H.* l. c.

In *Antillis.* ♃.

Folia quam in H. caribaeâ obtusiora, 19—20, 20″ longa, $2^{3}/_{4}$—3″ lata, opaca. Tubus vix 2poll., limbus $5^{1}/_{2}$—$5^{3}/_{8}$poll., laciniis latioribus; corona $1^{1}/_{4}$, filamenta $3^{3}/_{8}$, stylus $4^{3}/_{4}$poll., tubum superans. Limbo styloque multo magis elongatis ab H. caribaeâ diversa.

β. limbo fere duplo brevior, trigonus, dorso striatus; folia plurima; lineari-oblonga, lanceolata, acutiuscula.

14. **H. caribaea** *W. H.* App. 44. (var. 1. princeps) l. c. t. 34. f. 50. (semen).

Pancratium caribaeum *L.* Sp. pl. 418. — *Wlld.* l. c. 42. 4. Ht. Berol. t. 73. — *Ait.* Ht. Kew. I. 411. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 826. (excl. P. fragrante). — *Sprg.* l. c. 47. 21. (excl. syn.). — *Schult.* l. c. 917. 9. (excl. syn. Salisb., Jacq., Sloane, Mart.). — *Ker* l. c. III. 328. 20.

Narcissus americanus flore multiplici albo hexagono odorato *Comm.* Ht. Amst. II. 173. t. 87.

In *Indiâ occidentali.* ♃.

Bulbus ovatus. Folia (12—20, disticha,) $1^{1}/_{2}$pedalia et ultra, (3poll. fere lata, inferne duplo fere angustiora,) oblongo-linearia, acuta, laete (obscure) viridia, parallelo-nervosa, reticulata, basi nunquam attenuata. Scapus 1—$1^{1}/_{2}$-pedalis, leviter remote striatus (anceps, post florescentiam deflexus). Spathae (aridae) polyphyllae foliola linearia, lanceolata et oblongo-lanceolata, albida, reflexa. (Flores 7—12, albi, fragrantes.) Tubus viridis, tereti-triqueter, (angulis alternis obsoletis,) 2poll. et ultra; limbi laciniae crassiusculae, apice unguiculato-virescentes (fere 3poll., lineares, pro lgt. coronae turbinato-conniventes, inde radiato-recurvae, dorso convexiusculae). Corona campanulato-infundibuliformis, (limbo triplo brevior,) 12dentata, dentibus alternis simplicibus quandoque bifidis (modo fissis, rarius obsolescentibus). Filamenta lgt. tubi, incurvata (laciniis $^{1}/_{4}$ circ. breviora, superne virentia); antherae lineares, utrinque attenuatae, croceae (vitellinae). Germen obtuse triquetrum (loculis collaterali-dispermis). Stylus lgt. staminum (viridis); stigma capitatum (simplex. Semina in singulis loculis solitaria, loculo conformia, tuberoso-carnosa.) *Wlld. (& Gawl.)* Ab H. speciosâ differre foliis basi non attenuatis, limbo revoluto et staminibus duplo longioribus asserit *Wlld.*

(b) saepius divisis; laciniae lineares, reflexo-patentes canaliculatae tubo parum longiores; folia lingulata, utrinque acuta, erecta.

15. **H. declinata.**

Pancratium declinatum *Jacq.* Amer. 99. Ht. Vdb. III. 11. t. 10. — *Red.* Lil. t. 414. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 558 (?). — — *Schult.* l. c. 918. in obs. sub n. 2.

In hortis *Martinicae* culta, e *Cayennâ* forte allata. ♃.

Bulbus ovatus, magnit. pugni. Folia nitida, 2—3pedalia, 2—4″ lata. Scapus lgt. foliorum, valde compressus, anceps, $1^{1}/_{2}$″ latus, viridis, ab initio erectus, serius totus in terram dejectus. Spatha successive circ. 10—12flora, disrupta. Flores odorati, Vanillam spirantes, candidi, 4—6poll., laciniis albis linearibus apice callosis, tubo subvirente semper longioribus. Nectarium vix pollicis, albens, inter filamenta (subulata, arcuata, basi alba,) superne virentia et lgt. (fere) corollae vel utplurimum breviora, elevatum in denticulum acutum. Antherae flavae. Stylus albus, superne virens. Capsula magnit. fere nucis Juglandis. *(Jcq.)*

b) repando-emarginatis; tubus sexangulus estriatus, laciniae tubo longiores recurvae lineares alternae concaviores; folia elliptica petiolis latis.

16. **H. Sloanei.**

Pancratium fragrans *Salisb.* in Linn. Trs. II. 72. t. 11. — *Wlld.* l. c. 43. 6. — *Ait.* Kew. ed. 2. II. 219. (non *Red.*).

H. fragrans *Salisb.* in Hortic. Trs. I. 340.

Narcissus totus albus latifolius *Mart.* Ct. III. t. 27 (?).

Narcissus totus albus latifolius *Sloan.* Jam. 115. hist. I. 244.

In ins. *Barbados* et *Jamaica.* ♃.

Planta $1^{1}/_{2}$pedalis. Folia bifaria: petioli basi vaginantes, semiteretes; laminae petiolis multo longiores, recurvae, lanceolatae, obtusae. Fasciculus (umbella) 7—12florus. Tubus dilutissime viridis, $2^{1}/_{2}$poll., limbus niveus, recurvus. Corona nivea. *(Salisb.)* Differt ab H. patente, quâcum *Sprg.* l. c. eam conjungit, foliis latioribus laciniisque perigonii revolutis.

c. campanulata, sinubus unidentatis dente elongato acu-

17. **H. formosa.**

Pancratium speciosum *Red.* Lil. t. 156. (non t. 412.).

In *Indiâ occidentali.* ♃.

tissimo; laciniae patentes lineares acutae concaviusculae tubo subtrigono paulo longiores; folia lanceolato - oblonga basi attenuata.

Bulbus subrotundus, fuscescens. Folia basi angustata, lanceolata, laminâ oblongâ (in diagn. elliptica,) glabra, $7^{1}/_{2}$—11poll., irregulariter disticha. Scapus erectus, 11poll., glaucus, apice teres, basi compressus. Spatha lacera in bracteas plures membranaceas oblongas acutas. Flores 5 — 7, albi. Tubus basi virescens, 27—31''' longus; laciniae apice callosae. Filamenta laciniis breviora; antherae lineares polline flavo. Germen viride, triangulare, breve. Stylus teres, basi albus, apice viridis, staminibus longior, perigonio brevior. Stigma capitato-trigonum. *(Red.)*

(2) tenuis rotundate trigonus estriatus; corona (in n. 19. laciniis triplo brevior anguste infundibuliformis) sinubus

a. unidentatis; laciniae patentissimae; folia lineari-lanceolata, striata, irregulariter circumposita.

18. **Hymenocallis expansa** *W. H.* App. 44. et l. c. 213. 6. t. 42. f. 9. (anthera).

Pancratium expansum *Sims* in Bot. Mg. t. 1941. (excl. synon.). — *Sprg.* l. c. 46. 15. — *Schult.* l. c. 915. 6.

In *Indiâ occidentali.* ♃.

Affinis H. caribaeae; folia ut in hac irregulariter crescentia nec disticha, sed minus acuta, saturatius viridia, magis canaliculata, $1^{1}/_{2}$pedalia, ubi latissima $2^{1}/_{4}$'' lata ($2 — 2^{1}/_{2}$pedalia, $2 — 2^{3}/_{8}$'' lata, inferne attenuata, longiora, angustiora et magis erecta ac in H. cinerascente, minus arcuata quam in pedali et caymanensi *Herb.)*. Scapus 24—25poll. Spathae plures, fuscae, luteo-viridi tinctae, ovatae v. lineari-lanceolatae, (illae obtusae, $1^{1}/_{3}$'' latae, hae acuminatae, 3''' latae, omnes $1^{1}/_{2}$poll. ex ic.). Perigonii tubus obsolete triqueter, pallide viridis, $4^{1}/_{4}$'' longus ($3^{1}/_{4}$—$4^{1}/_{2}$'' varians); laciniae lineares, tubo $1^{1}/_{2}$'' longiores, late expansae, ut corona tota libera fiat ($5 — 5^{3}/_{4}$'' longae). Corona vix ultra $1^{1}/_{4}$poll., inter singula stamina regulariter acuminata. Stylus 4'' (2'' *Herb.)* ultra coronam exsertus (limbum aequans, pallide viridis). Filamenta 2'' et ultra coronam superantia, flexuosa, pallide virentia, antheris oblongis flexuosis. Omnium altissima, 4pedalis, floribus 10—21. Folia fere ejusdem latitudinis ac in H. caribaeâ, in patente multo angustiora. (*Sims.*)

β. stricta *W. H.* l. c. 415.: foliis erectioribus superne latioribus, floribus erectioribus, laciniis angustis.

Folia supra medium $2^{5}/_{8}$'' lata, aeque acuta; flores 11: tubus 4'', limbus $^{1}/_{4}$'' brevior, vix stylum superans, filamentis $1^{1}/_{4}$ longior, laciniae tantum $^{3}/_{16}$ latae, corona $^{5}/_{8}$ longa, basi constricta, margine denticulata.

b. lobato-elevatis, lobis bidentatis; laciniae tubo sublongiores divaricatae; folia lorata, longe acuminata, lucida, bifariam divaricata.

19. **H. angusta** *W. H.* App. 44. l. c. 214. 8. t. 34. f. 46. (germen) t. 44. f. 32. (pollen).

Pancratium angustum *Ker* l. c. 327. n. 17. Bot. Rg. III. 221. — *Sprg.* l. c. 46. 14. — *Schult.* l. c. 919. 10.

In *Americae meridionalis* maritimis (*Tierra Bomba* et inde secus oras usque ad *Portobello?*). ♃.

Folia plurima, laete virentia, $1^{1}/_{2}$pedalia et ultra, $1^{1}/_{2}$'' lata (latiora et magis arcuata quam in H. tenuiflorâ *Herb.)*. Scapus bipedalis, glaucus, anceps. Spatha arida, acuta. Flores quini, albi, fragrantes, diam. sub-5poll.: tubus virens, laciniis externis $^{1}/_{4}$ circ. brevior (infra bipoll.); limbus radiatus, recurvus, laciniis angustis linearibus, extimis sublongioribus (longissimis pendulis *Sprg.*). Coronae lobi acuminati, erecti, bidentati v. bifidi. Filamenta erectiuscula, virentia, coronâ duplo longiora, limbo triente circ. breviora; antherae luteae, $^{3}/_{4}$poll. Stylus virens, perigonio brevior. Germen glaucum, loculis dispermis; ovula erecta, oblonga, imo angulo affixa. (*Ker.*)

2) longior.

(1) Multiflorae. Folia

a. recumbentia, lorata; tubus tenuis, fere 5-poll., limbus tenuis, $4^{1}/_{4}$poll.

20. **H. tenuiflora** *W. H.* App. 44. l. c. 213. 7.

In orâ maritimâ inter *Carthagenam* et *Portobello* (?). ♃.

Folia 27 poll., $2^{1}/_{4}$ lata. Umbella 11flora, tubo gracillimo $4^{3}/_{4}$poll. Corona $^{3}/_{4}$'' longa et ampla. Haec omnia!

b. arcuata, acuta,

a) inferne attenuata; tubus 7-, limbus 5-pollicaris; loculi 5—6spermi.

21. **H. pedalis** *W. H.* App. 44. et l. c. 214. 9. t. 42. f. 9. (anthera).

Pancratium pedale *Lodd.* Bot. Cab. t. 809. — *Bot. Rg.* XIX. t. 1641. — *Schult.* l. c. 916. 7.

In *Brasiliâ.* (*Lodd.*) ♃.

(Hymenocallis pedalis)

Species magna, foliis viridibus, circ. bipedalibus, 2'' latis acutis; flores robusti, pedales. — Icon *Bot. Rg.* mala, tubo nimis gracili, nisi varietas minus speciosa.

b) canaliculata; tubus quam in H. caribaeâ gracilior.

22. **H. caymanensis** *W. H.* l. c. 214. 10.
Pancratium patens *Lindl.* Hort. Trs. VI. 87. (non *Red.*).
In insulâ *Grand Cayman* (ad oram mexicanam). ♃.
Folia saturate viridia, nitentia, 3pedalia, $2\frac{1}{2}$'' lata; tubus limbo longior, quo differt a P. patente *Red.*, cujus tubus limbo brevior est.

(2) Uniflora; folia utrinque attenuata.

23. **H. (?) quitoensis** *W. H.* App. 44. l. c. 218. 14. t. 22. f. 4. (frustum folii et quid sit non percipiendum).
Pancratium quitoense *Schult.* l. c. 923. 15.
In *Quito*. (*Ruiz* in hb. *Lamb.*) ♃.
Folia 13unc., $\frac{3}{8}$ lata; scapus 7unc.; germen $\frac{3}{4}$, tubus $4\frac{1}{4}$, laciniae $3\frac{3}{4}$, corona biunc. ($2\frac{1}{2}$ lata?), filamenta circ. $\frac{7}{8}$ unc. coronam superantia, stylo breviora; stigma crassum. — Proxima species est H. rotata biflora, sed magnit. coronae multo inferior.

2. suberecta (Sp. septentrionales *W. H.*). Corona

1) libera,

(1) parva; tubus limbum subaequans;

a. folia crassa, obtusa, canaliculata, viridia.

24. **H. crassifolia** *W. H.* App. 44. l. c. 215. 11.
Pancratium crassifolium *Schult.* l. c. 921. 12.
In *Floridâ orientali* (portu *St. Mary. Fraser.*). ♃.
Folia sub-3pedalia, 2'' lata, obtuse acuminata, vaginantia. Corona fere ut in H. caribaeâ, tubus longior; bulbus e majoribus.

b. folia obovato-oblonga v. oblonga utrinque attenuata acutiuscula glauca; scapus pauciflorus subanceps, spathae bifidae; perigonii tubus trigonus, bipollicaris, lacinias lineares acutas horizontaliter patentes parum superans; corona radiatim expansa plana, staminum $\frac{1}{3}$ aequans, sinubus integerrimis v. medio unidentatis.

25. **H. glauca.**
Pancratium glaucum *Zucc.* Abh. d. math. phys. Cl. der k. bayr. Akad. d. Wiss. II. 317.
In *Mexico*. (*de Karwinski.*) ♃.
Bulbus solidus, globosus v. parum depressus, tunicis fuscescentibus aridis obtectus. Tota glaucescens. Folia infima 2—3 squamaeformia, abbreviata, mox marcescentia, sequentia acuminata, glabra, rore detergibili glauca, nervis parallelis plurimis apice arcuatim conniventibus subtus magis conspicuis percursa, obsolete carinata, 18—20'' longa, $3-3\frac{1}{2}$'' lata. Scapus circ. pedalis, glaber, biflorus. Spatha diphylla, foliolis ad basin usque bipartitis, indeque subtetraphylla, laciniis anguste lineari-lanceolatis membranaceis aridis albis. Flores pedunculo vix lineam longo crasso insidentes. Tubus erectus, rectus, glaber, virescens, intus nectarifluus, laciniae glabrae, nervo medio validiore percursae, albae. Stamina laciniis $\frac{1}{3}$ breviora; filamenta basi incrassata et virentia, inde ad $\frac{1}{3}$ lgt. usque coronae ope in orbem connata, sursum libera, subulata, erecto-patentia, glabra, alba; corona a perigonio omnino libera, patentissima, rotata, glabra, alba, sinubus rotundatis; antherae lineares, utrinque obtusae, polline aureo. Ovarium breve trigonum, viride, glabrum, ovulis 2—4 in quovis loculo. Stylus filiformis, 3poll. et longior, exsertus, stamina superans, obsolete trigonus, glaber, basi albidus, versus stigma viridis, pervius; stigma capitato-subtrigonum, papillosum, laete viride, pervium. (*Zucc.*)

(2) magna patula, basi turbinato-arctata, limbo

a. campanulato, sinubus dente unico v. gemello instructis; stamina

a) stylo laciniisque patentibus linearibus breviora; folia lineari(-lorat)a obtusiuscula.

26. **H. disciformis.**
H. mexicana *W. H.* App. 44.
H. rotata var. 2. disciformis *W. H.* l. c. 217.
Pancratium disciforme *Red.* L. t. 155. (excl. syn.). — *Kern.* ht. semperv. t. 237.
Pancratium rotatum *a.* biflorum *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1082. — *Schult.* l. c. 921. 13.
Pancratium rotatum *Ker* in Journ. of Sc. and A. III. 327. n. 18. — *Poir.* Enc. Suppl. IV. 268. — *Pursh* Fl. Am. sept. I. 222. — *Sprg.* l. c. 47. 19 (p. p.).
Pancratium mexicanum *Walt.* Car. 120. — *Michx.* Fl. bor. Am. I. 188. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 274. (non *L.*).
H. paludosa *Salisb.* Htc. Trs. I. 338 (?).
In *Floridâ* ad *Carolinam* usque. ♃.

(Hymenocallis disciformis)

Bulbus ovoideus, albidus. Folia disticha, irregulariter opposita, $7\frac{1}{2}$poll., $7\frac{1}{2}'''$ lata, latitudine ubique aequali (9—20poll., $\frac{1}{2}$—$1\frac{3}{8}''$ lata *W. H.)*. Scapus erectus, folia parum superans. Spatha triflora: valvulae 2 lanceolatae, vix $\frac{1}{3}$ tubi aequantes; bracteae 2—3 membranaceae. Flores albi (disco virente, odori, praesertim noctu): tubus $2\frac{1}{2}$—3poll., teres, virescens; laciniae apice quidquam callosae, 3poll. et ultra. Stamina divergentia, $\frac{2}{3}$ laciniarum aequantia; antherae lineares, polline aurantiaco. Germen viride, subtrigonum, ovoideum. Stylus filiformis, stamina superans, apice virescens et callosus. Stigma obsolete trilobum.

Cl. *Ker* l. c. P. rotatum definit: „2—multiflorum, foliis pluribus lineari-loratis obtusulis, spathâ plurivalvi tubo tereti limbum aequante breviore, coronâ turbinato-rotatâ infra trigono-arctatâ, filamentis altiore,“ et bulbum repenter soboliferum, folia 6—8 subdisticha, obsolete canaliculata, scapum centralem, flores fere $1\frac{1}{2}$pollicares, limbo radiato, explanato, laciniis tubo tereti vix aequalibus describit, atque agreste biflorum, cultum pluriflorum esse asserit.

b) lacinias lineares tubo vix breviores aequantia, stylum superantia; folia lanceolata mucronata subcarinata; spatha biflora.

27. **Hymenocallis Dillenii.**
Pancratium mexicanum *Savigny* apud *Lam.* Enc. IV. 732.
Pancratium mexicanum, flore gemello candido. *Dill.* Elth. 299. t. 222. f. 289.
In *Mexico.* ♃.

Folia 3—4, angusta, basi vaginantia, firmula, viridia subglaucescentia, 9—10poll. Scapus foliis duplo brevior. Spatha profunde bifida, valvulis oblongis tenuibus membranaceis margine virescentibus. Flores albi, inodori, tubus 2poll. Corona 12dentata.

b. rotato, filamenta subaequans; spatha
a) pluriflora; folia sublanceolato-lorata obtusiuscula.

28. **H. rotata** *W. H.* App. 44. (var. 1. quadriflora) l. c.
H. lacera *Salisb.* l. c.
Pancratium rotatum *Lodd.* Bot. Cab. t. 19. — *β.* pluriflorum. *Gawl.* in Bot. Mg. t. 827. — *Schult.* l. c. — *Sp.* l. c. 430.
In *Carolinâ*, *Virginiâ*, in paludibus. ♃.

Folia sursum sublanceolata, deorsum obtuse canaliculata, disticha, bipedalia, paululum ultra pollicem lata, superne striata. Scapus centralis. Flores albi, tubo tereti flavo-viridi. Corona hypocrateriformi-campanulata, deorsum tubulosa, rotundato-angulata, praemorso-sinuata, ultra staminum medium protensa, alba disco virente. (Filamenta coronâ paulo longiora, alba, antheris linearibus flavis. Stylus viridis.)

b) biflora; folia pauca, lineari-lanceolata, longe acuminata.

29. **H. mexicana** *W. H.* l. c. (p. p.).
Pancratium mexicanum *L.* Sp. pl. 418. — *Wlld.* l. c. 42. 2. (excl. syn. *Dill.).* — *Ait.* Kew. I. 410. ed. 2. II. 211. — *Pursh* l. c. 221. — *Ker* l. c. 328. n. 19. t. 3. f. 2. — *Sprg.* l. c. 47. 20. — *Schult.* l. c. 922. 14.
In *Mexici*, *Georgiae*, *Carolinae* littoribus. ♃.

Folia latiora magisque lanceolata quam in P. zeylanico. Scapus vix pedalis, foliis brevior. Flores inodori; laciniae lineares, angustae, bipoll. Filamenta gracilia, patentia; antherae croceae. — Differt ab H. rotatâ foliis fere a basi attenuatis longeque acuminatis, flore minore, limbi laciniis longe attenuatis, tubo sublongioribus, coronâ basi brevius arctatâ.

2) laciniarum basi adnata. (H. adnata *W. H.* l. c. 215.). Perigonii tubus limbo
(1) (unciâ) brevior, laciniae lineares; corona rotato-turbinata, denticulata, staminibus multo brevior; folia lineari-lanceolata acuminata.

30. **H. acutifolia.**
H. adnata var. 4. acutifolia *W. H.* l. c.
Pancratium littorale *δ.* acutifolium *Herb.* in Bot. Mg. t. 2621. — *Schult.* l. c. 920.
Pancratium mexicanum *Lindl.* in Bot. Rg. XI. t. 940.
Pancratium acutifolium *Sweet* Ht. brit.
In *Mexico.* ♃.

Bulbus magnit. illius Narcissi majoris, collo elongato. Folia canaliculata, apice attenuata, atroviridia, non glaucescentia, (minus erecta). Scapus teres, 4—5florus; spatha multiplex, foliolis exterioribus late ovatis sphacelatis, tubi dimidii lgt. Flores albi. Tubus circ. 3poll. ($3\frac{1}{2}$poll. *H.*) obsolete hexagonus, virens: laciniae dependentes, tubo paulo longiores; corona $1\frac{1}{2}$poll. Stylus viridis, declinatus, perigo-

nium subaequans, filamentis pollice longior. Stigma capitatum. Semina carnosa.

(2) aequalis, laciniae revolutae, lineares, acuminatae; corona infundibuliformis, sinubus inaequaliter dentatis; folia (flabelliformi-)disticha striato-nervosa.

31. **H. disticha** *W. H.* App. 44.
H. adnata var. 3. disticha *W. H.* l. c.
Pancratium distichum *Sims* in Bot. Mg. t. 1879. (ic. et planta *Leei*).
Pancratium littorale *α.* longitubum *Schult.* l. c. 919. 11. (p. p.).
In *Buenos Ayres.* ♃.
Valde affinis H. caribaeae et rotatae. Folia inferiora 17'' longa, superiora gradatim minora, lineari-lanceolata v. linguaeformia, tenacia, 1—1½'' lata, apicem versus latiora, quam in littorali multo angustiora, aequius lata, flabelliformiter ordinata, pallidiora, minus carnosa; quam in rotatâ duriora, minus carnosa, pallidiora, validius nervosa, apice acutiora, nec spathulata, regularius disticha, multo minus erecta; quam in caribaeâ duriora, crassiora, longiora, angustiora, apice latiora, distiche ordinata, nec irregulariter conferta. (Scapus 4—5''' crassus, saturate viridis. Spathae ovatae, acutae, dilute fuscae, 8—9''' longae, 4—5 latae. Flores 5—6. Germen oblongum, saturate viride.) Tubus 4—4½'' longus (teres, pallide viridis); laciniae dependentes, albae. Corona magis infundibuliformis quam in rotatâ, minor (7''' longa, diam. poll. et ultra); filamenta coronâ paulo longiora, (viridia, antheris linearibus flavis. Stylus lgt. staminum, viridis).
β. Herberti: foliis latioribus magis nervosis,
Pancr. distichum *Sims* l. c. (quoad plantam Herberti).
Pancr. littorale *γ.* distichum *Schult.* l. c. 920.

(3) parum (in n. 33. pollice) longior,

a. 4pollicaris; laciniae coronâ quinquies longiores, sinubus subrepandis; folia lanceolato-lorata.

32. **H. Dryandri.**
H. adnata var. 2. Dryandrina *W. H.* l. c.
Pancratium littorale *β.* Dryander MS. in Bot. Mg. t. 825.
Pancr. littorale *β.* Dryandri *Schult.* l. c.
Pancr. Dryandri *Ker* l. c. 326. n. 16.
Pancr. mexicanum *htl.*
In *Cayenne.* ♃.
Folia lata, lucida. (Tubus viridis, obscurius striatus; laciniae lineares, 2½'' longae, 1½''' latae, albae; corona alba, diam. pollicari; stamina filiformia, 3'' longa, viridula, antheris anguste linearibus, flavis, 3—4''' longis. Spatha fusca, multiflora.)

b. 3½pollicaris; corona dentibus magnis stamininiferis; stylus perigonium aequans, filamentis paulo longior; folia erecta, canaliculato-costata; inferne attenuata.

33. **H. Staplesiana.**
H. adnata var. 5. Staplesiana *W. H.* l. c.
In *Mexico.* *(Staples.)* ♃.
Bulbus quam maxime prolifer. Folia erecta, nitentia, bipedalia, vix unciam lata, densum caespitem formantia. Corona ¾ uncialis.

(4) duplo v. ultra longior, teres; laciniae lineares (v. in n. 35. lineari-lanceolatae)
a. reflexae, canaliculatae, coronâ quater fere breviores; haec
a) plicata, infundibuliformis, inaequaliter emarginata; folia plurima elongato-lorata, angusta, utrinque attenuata.

34. **H. littoralis** *Salisb.* in Htc. Trs. I. 338. — *W. H.* App. 11. et in Bot. Mg. t. 2621.
H. adnata var. 1. princeps *W. H.* l. c. t. 34. f. 49. 51. (fruct. partes).
Pancratium littorale *Jacq.* Amer. 99. t. 179. f. 94. pict. t. 101. Ht. Vdb. III. 41. t. 75. — *Salisb.* in Linn. Trs. II. 74. t. 13. — *Ait.* Kew. I. 412. ed. 2. II. 219. — *Wlld.* l. c. 43. 7. — *Sprg.* l. c. 46. 17. — *Ker* l. c. 326. n. 15. — *Kern.* l. c. t. 245. — *Schult.* l. c. 919. 11. (*a.* p. p.). — *Sp.* l. c.
Pancr. foliis ensiformibus, spathâ multiflorâ, floribus magnis candidis fragrantibus. *Trew.* Ehret. 6. t. 27.
In *Americâ meridionali*, maritimis locis (insulâ *Tierra Bomba* *Jcq.*). ♃.
Bulbus oblongo-ovatus, fuscus, e squamis densissime compactus. Folia sublinearia, acutiuscula, nitida, bipedalia et ultra, 1½'' lata, dorso parum carinata (lanceolato-lorata,

(Hymenocallis littoralis) acuta *Herb.*, lineari-lanceolata *Sal.)*. Scapus altitudine circ. foliorum, poll. latus, anceps, erectus, compressus, axillaris e folio quodam magis interiore, in fructu terram versus declinatus, floribus 4—10 successivis Vanillam spirantibus (floribus 6—21 *Herb.*). Spatha extima bivalvis, arida, interiores germinibus interjectae. Tubus 7—9poll., inferne pallide virens, erectus, tenuis, basi leviter ampliatus (triangulus, 7—8poll. *Sal.*); limbus niveus, laciniis semireflexis apice callosis, 3poll., patentissimis (angustis albidis *Herb.*, recurvis linearibus *Sal.*). Nectarium album, patens, laciniis triplo brevius. Filamenta subulata, patula, viridia, limbum non superantia. Antherae aurantiacae. Stylus virens. Bulbus nucem juglandem fere aequat. *Jacq.* — Bulbus globosus. Folia bifaria, bipedalia et ultra, 1½" lata latioraque, nitida, medio canaliculata, striata. Scapus 1—2ped., anceps, glaucus. Spatha arida. Flores 4—10, 8—10unc. candidi; tubus infra virens, rectus. Laciniae lineari-lanceolatae, radiato-reflexae. Corona infundibuliformi-canaliculata, inaequaliter dentata. Filamenta limbum subaequantia, patentissima, viridia. Antherae vitellinae, semipollicares. (*Ker* ex specim. culto.)

b) campanulata crenata tubo gracili longissimo; folia ensiformia, acuta, longitudinaliter lineata, scapo longiora.

35. Hymenocallis peruviana.
Pancratium littorale *Rz. & Pav.* l. c. III. 53.
In *Peruviâ*. ♃.
Bulbus subglobosus, magnit. pomi mediocris. Scapus centralis, erectus, 1—2pedalis, anceps, nitidus, viridi-glaucus. Folia acuta, disticha, viridi-glauca, erecto-patula, nitida. Spatha sub—8flora, totidem foliolis membranaceis albicantibus, primum erectis, demum reflexis. Flores divergentes, magni: laciniae albae, apice incrassatae. Nectarii tubus viridis, gracilis, longissimus; limbus laciniis 4plo brevior, albus. Filamenta subulata, patentissima, viridia, nitida, perigonii fere lgt. Antherae flavae, semipollicares, effoetae spiraliter contortae. Stylus filiformis, lgt. perigonii.

b. patentes,
a) apice angustatae; tubus tenuis, cylindraceus; corona plicata, sinubus repandis; folia lanceolato-linearia plana reticulato-nervosa.

36. H. arenaria.
Pancratium littorale *HBK.* l. c. 1. 279. — *Kth.* Syn. I. 286.
In arenosis maritimis ad ostia fluminis *Sinu*, inter *Portobello* et *Carthagena de Indias*. ♃.
Folia acutiuscula, succulenta, 2½ pedes longa, 3" lata, nervo medio crasso. Scapus anceps, bipedalis, multiflorus. Spathae numerosae, lanceolatae. Flores 9—10pollicares. Perigonium glabrum, tubo viridi 6poll., limbo albo, laciniis 3½poll. Stamina laciniis breviora, erecto-patula. Filamenta subulato-filiformia; antherae lineares, polline flavido. Ovarium ovatum, trigonum. Stylus glaber, stamina superans. Stigma capitatum.

b) acutae; corona campanulata, integra v. inter stamina erosa; folia lineari-lanceolata, acuta, disticha.

37. H. maritima.
Pancratium littorale *Red.* Lil. t. 154.
In *Americâ meridionali*. ♃.
Bulbus basi radiculis fibrosis albis teretibus parum ramosis. Folia patentia, 11—15" longa, 18''' lata. Scapus erectus, compressus, foliis parum brevior. Flores 5—6, albi, magni, parum odori. Spathae valvulae 2 membranaceae, albae, lanceolatae, acutae, basi amplexantes. Tubus teres, 45''' longus, erectus, extus virescens; laciniae apice callosae, tubo paulo breviores. Filamenta erecta, divergentia, 22lin. Antherae longae, lineares, polline aurantiaco. Germen viride, ovoideum, subtrigonum. Stylus filiformis, apice virescens, stamina paulo superans. Stigma callosum, crassum, subtrigonum. (*Red.*)

Species maxime dubiae:

Folia 1¾poll. lata, inferne attenuata (2½pedalia?), scapus 2—4pedalis, flores 15—20 (odorati).

38. H. (?) paludosa *W. H.* l. c. 219. 15.
In paludibus profundis ad flumen *Yazuguay* prov. *Rio grande* Brasiliae meridionalis. (*Tweedie* in hb. *Hook.*) ♃.
Forsan species Crini v. generis cujusdam alius.

Spatha multiflora; folia carinata, angustiora.

39. H. (?) americana.
Pancratium americanum *Mill.* Dict. ed. 8. n. 7.
Narcissus americanus flore multiplici albo, odore balsami peruviani. *Tourn.* Inst. 358.
In *Americâ meridionali (?)*. ♃.
Bulbus magnus, glaber, extus fuscus. Folia fere 1½pedalia, paulo ultra poll. lata, intense viridia. Scapi fere 2ped.,

(Hymenocallis americana) crassi, nudi. Flores 8—10, ut in maritimo, sed magis candidi, odore forti balsami peruviani; filamenta longissima, patentia; stylus lgt. staminum; germina serius in bulbos oblongos mutata.

Folia pedalia, 2'' lata, sulcis 3; scapus pedalis; flores inodori. 40. **H. (?) Milleri.**
Pancratium caribaeum *Mill.* l. c. n. 4.
Pedunculi virides. Flores albi.

Folia ligulata, spiraliter contorta; laciniae perigonii lanceolatae; spatha multiflora. 41. **H. (?) Ruizii.**
Pancratium maritimum *Rz.* & *Pav.* l. c. III. 52.
In hortis *Limae, Chancay, Huanaci* Peruvianorum culta. ♃.
Cum P. maritimo exacte convenire, capsulam tamen et semina majora esse monent auctores.

55. Pancratium.

L. gen. 404. — *W. H.* l. c. 75. et 202. n. 53.*)
Pancratium b. Pancratia vera *Schult.* l. c. 923.
Pancratium b. (a) Schizostephanium *Endl.* l. c. 179. — *Meisn.* l. c. 394. (297.).
Pancratium subg. Halmyra *Sp.* l. c. 429.**)

Subg. 1. Pancratium *s. str.* ***)

Pancratium b. Pancratium: (para)corollâ monopetalâ dentatâ *Rchb.* Fl. germ. exc. 90.

1. Flores brevissime pedicellati. Multiflora; folia linearia, cum acumine obtuso, inferne

1) vaginantia, glaucissima; antherae introrsum deflexae; perigonii tubus cylindricus, superne angulatus; laciniae tubo breviores, patenti-recurvae, lineari-lanceolatae, basi coronae (sinubus grosse bidentatis) longe adnatae.

1. **P. maritimum** *L.* Sp. pl. 418. — *Wlld.* l. c. 42. 6. (excl. syn. pl.). — *Salisb.* in Linn. Trs. II. 70. t. 9. (excl. syn. plur.). — *Cav.* ic. I. t. 56. — *Ort.* Fl. hisp. del. I. 1. t. 1. — *Sibth.* & *Sm.* Fl. gr. t. 309. — *Red.* Lil. t. 8. — *Bot. Rg.* t. 161. — *Sprg.* I. c. 45. 4. — *Schult.* l. c. 923. 17. — *Sp.* l. c. 429. — *W. H.* l. c. 202. 1. t. 34. f. 21, 22. (semina); t. 42. f. 7. (anthera). — *Rchb.* l. c. 615.
Lilio-Narcissus albus maritimus minor. *Moris.* hist. II. 365. s. 4. t. 10. f. 28. — *Park.* Parad. t. 107. f. 5.
Narcissus maritimus flore albo *Tourn.* Inst. 357.
Hemerocallis valentina *Clus.* hist. I. 167. (ic. bona).
Lilium agreste v. Lilium marinum *Ruell.* 745. 6.
Ad littora totius maris *mediterranei,* in *Europâ australi, Oriente* et *Africâ boreali.* ♃.
Lis de Matthiole vulgo.
Bulbus subglobosus, tunicis fuscis, diam. 2—3''. Folia plura, 6—8, erecto-patentia, lorata, concaviuscula, subdisticha, scapo longiora, estriata, dorso subconvexa, ecarinata, $^1/_2$poll. et ultra lata. Scapus 1—$1^1/_2$pedalis, compresso-teres, glaucus, estriatus (erectus, 6—10florus *Sp.*). Spatha arida, lanceolata, umbellâ 4plo brevior (foliolis 2 ovato-lanceolatis acuminatis scariosis albidis *Sp.*). Flores 2—7, pedunculis brevissimis crassis, longi, albi, fragrantissimi (fugaces). Germen oblongum, rotundate trigonum, glaucum. Tubus 2—4-poll., virens, cylindricus, in faucem dilatatus; limbus tubo paulo brevior: laciniis recurvo-radiatis, coronae longissime (ad $^1/_3$ lgt. *Herb.*) adnatis, interioribus sublatioribus, ad latera

---

*) Bulbus ovatus. Folia aestiva aut perennia. Scapus uni- v. pluriflorus. Spatha in unifloris latere altero dehiscens, in caeteris bifida. Germen trigone oblongum, breviter pedicellatum. Tubus trigone subcylindricus. Corona dentata, staminifera. Filamenta conniventia, alterna aequalia. Antherae breves, mediâ fere parte filamentis affixae: polline laevi. Stigma rotundate trigonum, fimbriatum. Ovula rotundate complanata, duobus ordinibus alternantia, in loculis cumulata et puncto prostante angulo interiori adhaerentia. Semina testâ nigrâ, margine vix foliaceo. *App.* 39. — Bulbus ovatus v. subrotundus; perianthium tubulosum, tubo cylindrico, limbi laciniis patentibus; corona conspicua; filamenta rigidula conniventia; antherae breves, suberectae, incumbentes. Stigma simplex vel trigonum. Flores semper albi, extus viridi-tincti, P. illyrico excepto, quod virore caret. *Amar.* ll. cc.

**) Flores erecti. Perianthii tubus rectus; corona 6fida; limbi laciniae subpatentes. Stamina isometra.
Species, unico (et quidem dubio) excepto, omnes gerontegaeae, mediterraneae aut indicae.

***) Subsessiles, foliis persistentibus; semina testacea complanata dorso rotundato, margine foliaceo, hilo albo. *Herb.*

(Pancratium maritimum) tenerioribus et subdiaphanis, striâ mediâ externe virente, exterioribus extus toto viridibus. (Laciniae lanceolatae, acuminatae, striatae, tubo bis breviores, coronâ quadrante longiores *Sp.*). Corona ampla, limbo 1/4 brevior, 12dentata, dentibus ovato-angularibus aequalibus (lobis apice bifidis *Sp.*, campanulata, dentibus duobus inter singula filamentorum paria *H.*). Filamenta conniventia, dentibus intermediis parum longiora; antherae verticales, luteae. Stylus albus, perigonio parum brevior (lgt. perianthii, filiformis, erectus *Sp.)*; stigma punctum album. — Semina imbricata, horizontaliter biseriata, testâ tenui fragili nigrâ, dorso lato, margine cuneato subfoliaceo. (*Herb.*)

2) non vaginantia; antherae supinato-incumbentes; corona campanulata, profunde excisa, dentibus lanceolatis erectis; stamina coronâ

(1) vix longiora; perigonii laciniae oblongolanceolatae; folia intense glauco-viridia, latiora.

2. **Pancratium (?) carolinianum** *L.* l. c. 418. — *Walt.* Fl. Car. 120. — *Ker* in Journ. of sc. III. 319. n. 5. t. 3. f. 1. — *Schult.* l. c. 924. 18. — *Lindl.* Bot. Rg. XI. 927. — *W. H.* l. c. 2. t. 42. f. 8. (anthera).

Lilio-Narcissus polyanthos flore albo *Catesb.* Carol. II. App. 5. t. 5.

Pancratium maritimum *Pursh* l. c. I. 222.

Hymenocallis (?) caroliniana *Herb.* App. 44.

In littoribus *Carolinae* et *Georgiae*, ad fluvium *Savannah.* ♃.

Folia fere 3/4'' lata. Germina subsessilia, fere semipoll., intense glauco-viridia. Tubus flavo-virens, 1 1/2poll., 2''' crassus; laciniae albae, erectae, parum patentes, 2—2 1/2poll., 3—4''' latae, extus nervo viridi-glauco, coronâ 1/2—3/4'' longiores. Corona dentibus 3—4''' longis. Filamenta incurva, alba; antherae luteae. (Ex ic. Bot. Rg. ap. *Schult.*). — Folia quam in P. maritimo multo minus acuta, latiora (ad 7/8'' usque), paulo supra basin tantum, nec tam alte vaginantia, texturâ glabriora et molliora, hiatu glauco minus intenso et facilius evanido. (*Herb.*)

(2) multo longiora; perigonii laciniae angustissimae; folia angusta intense viridia.

3. † **P. (?) angustifolium.**

P. carolinianum *Mill.* Dict. ed. 7. n. 6.

Hab. cum praec. ♃.

Bulbus subrotundus, pallide fuscus. Folia plura, pedalia. Scapus crassus, 9poll. Flores 6—7, albi: corona magna; antherae flavae.

2. Flores sessiles; filamenta coronam (in n. 4. 5/16'', in n. 5. 5/8'' circ.) superantia, stylo breviora;

1) spatha 2 1/4unc. 3—4flora; tubus gracilis 5unc.; corona 2 1/4unc., limbi laciniae lineares ultra 3unc.; folia angusta linearia 3/16 unc. lata, tortilia, (humifusa?).

4. **P. tortuosum** *Herb.* in Ann. of nat. hist. IV. 28.

In *Arabiâ*, planitie arenosâ *Djeddae.* (*S. Fisch.* in hb. *Hook.*). ♃.

Bulbus subrotundus, collo producto. Scapus brevis, subterraneus?

2) spatha 1 1/4unc. 3-flora; tubus 4—5unc., limbus 2 1/3 — 3unc., coronam circ. unciam, stylum 3/8 unc. superans; folia . . . . .

5. **P. trianthum** *Herb.* l. c.

In *Senegambiâ.* (Hb. *Hook.*) ♃.

3. Flores . . . . .
Scapus gracilis, umbella pluri(5—6)flora; perigonii laciniae oblongo-lanceolatae, dorso viridi carnoso api-

6. **P. parviflorum** *Decsne* in Ann. des sc. nat. nouv. ser. IV. 346. (non *Desf.*)

P. Bovei *Std.* Ncl.

In *Syriâ* pr. *Beyrut.* ♃.

Flores ad summum 1 1/2poll. Folia serotina. Bulbus magnit. illius P. maritimi, cui quoque tunicarum colore similis.

culatae; coronae laciniae filamenta subaequantes; antherae ovatae; stylus stamina superans; ovarium ovatum dein globosum.

Obs. Species 4, 5, 6. forsan ad subgenus Halmyrae pertinent, quod e diagnosibus et descriptionibus nimis imperfectis non est eruendum.

Subg. 2. Halmyra.

Salisb. in Htc. Trs. I. 336. — *W. H.* l. c. 75. *)

Pancratium a. Schizostephanium *Rchb.* l. c. 89. (para)corollâ subhexapetalâ, stamina potius divergentia.

Multiflora, floribus pedicellatis; folia lorata, obtusa,

1. lanceolata glauciuscula; tubus limbo bis brevior; filamenta dentes coronae ovatos non superantia, conniventia.

7. **P. canariense** *Ker* l. c. III. 320. n. 6. — *Bot. Rg.* 174. — *W. H.* App. 39. et l. c. 202. 3. — *Sprg.* l. c. 46. 5. — *Schult.* l. c. 925. 19.

In insulâ *Gran Canaria*. ♃.

Bulbus globosus. Folia plura, deorsum cylindraceo-vaginantia, inde erecto-patentia, elongate lorata, inferne subarctata, obsolete striata, acumine obtuso, $1^1/_2$pedalia v. longiora, $1^1/_2$'' lata. Scapus lateralis, compressus, glaucus, foliis paulo brevior. Spatha arida, lanceolata, cuspidata, pedunculis longior. Flores 7—8, erecti, albi, quidquam odori, pedunculis parum brevioribus. Germen tubo haud multum brevius, anguste oblongum, triquetrum, pedunculo duplo crassius. Perigonium $1^1/_2$poll. v. paulo longius: tubus virens, angustus, 6sulcus, trigonus; limbus stellatus, infra breve cum coronâ connatus, laciniis angustis lanceolatis, 3 extimis latioribus. Corona limbo $^1/_3$ brevior, turbinata, patula, inciso-dentata, dentibus 12 angulari-acuminatis aequalibus integris. Stamina brevissima; antherae luteae, lunulatae, vibratiles, filamentis aequales v. longiores. Stylus inclinatus, firmulus, lgt. floris; stigma obtusum, parum tumidum. (*Ker.*)

2. lineari oblonga, caesia; scapus varicose nervosus, anceps: laciniae perigonii lanceolatae, convexae, tubo longiores; corona brevis, fissuris staminiferis brevissimis, dentibus subulatis; filamenta erecto-divergentia, limbum subaequantia.

8. **P. illyricum** *L.* l. c. 418. — *Wlld.* l. c. 45. 10. — *Mill.* ic. II. 32. t. 97. — *Red.* Lil. t. 153. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 718. — *Sprg.* l. c. 46. 9. — *Schult.* l. c. 925. 20. — *W. H.* l. c. 4. t. 33. f. 1. 2. (germen); f. 3. t. 34. f. 25, 26, 27. (germen, semina); t. 44. f. 33. (pollen). — *Sp.* l. c. — *Rchb.* l. c. 614. — *Ker* l. c. 320. n. 7.

P. stellare *Salisb.* in Linn. Trs. II. 74. t. 14.

Halmyra (Almyra) stellaris *Salisb.* in Htc. Trs. I. 336.

Lilio-Narcissus albus maritimus major *Moris.* hist. II. 366. s. 4. t. 10. f. 29.

Lilio-Narcissus Hemerocallidis facie *Clus.* hist. c. XIX. 167. 168. c. ic. — *Besl.* Ht. Eyst. vern. III. t. 16. f. 1.

Narcissus illyricus liliaceus *Bauh.* Pin. 55. — *Seba* Thes. 17. t. 8. f. 1.

Narcissus marinus seu 3. Matthioli *Park.* Parad. t. 97. f. 1.

In *Siciliâ*, *Corsicâ* (inter Castaneas pr. *Vescovato* supra *Corte* in montanis, alt. 4000'), *Sardiniâ*, *Hispaniâ* aliisque regionibus mediterraneis. ♃.

Bulbus magnus, tunicatus, subrotundus, sursum elongatus, integumentis pluribus atropurpureis membranaceis tectus. Folia 7 v. plura, disticha, obtusissima, subcanaliculata, subcarnosa, $1^1/_2$pedalia, 2'' lata, firma, carinata. Scapus erectus, sub flore crassitie semipollicari (circ. pedalis, 6—12florus). Spatha bivalvis, membranacea, caduca; pedicelli (7—30) germinibus breviores, bracteis linearibus, intimis obsoletis, separati. Flores sordide albi, fragrantissimi, 2—3pollicares: tubus filiformis, trigonus, virens, germine duplo longior, limbo stellato brevior (pollicaris); laciniae lineari-oblongae, acutiusculae, inferne unguiculato-angustatae, lateribus depressae (longitudinaliter convexae, divergentes). Corona limbo 3—4plo brevior, fissuris interstamineis brevibus, dentibus 2 subulatis (turbinata, 6fida, albida). Stamina campanulato-disposita, basi triquetrâ elongato-subulatâ orificium tubi adimplentia; antherae lineari-sagittatae, albidae. Stylus filiformis, sursum attenuatus, subcurvatus, staminibus gracilior; stigma obsolete depresso-trigonum, limbo aequale. Capsula trigona: semina nigra, subrotunda, ob pressionem mutuam

*) Scapus superne cavus. Semina oblongo-rotunda, testâ duriore, raphe albicante.

(Pancratium illyricum) angulata (subrotundo-oblonga, testâ durissimâ atrâ, raphe elevatâ albâ *Herb.)*. — Differt ab omnibus limbo basi et coronâ intus flavis, tubo flavescente, coronâ amplâ infundibuliformi et tam brevi, ut potius connexio basium alatarum filamentorum dici possit, subinde inter filamenta ad basin usque in frusta fissâ. (*Herb.*)

Dubia hujus sectionis:

Corona campanulata, 6-dentata; dentibus antheriferis.

9. † **Pancratium Teneriffae** *Wlld.* Rel. MS.
In *Teneriffa.* (*Brouss.*) ♃.

Stamina lgt. coronae; bulbi magni, albi; reliqua P. illyrici.

10. † **P. aegyptiacum.**
P. illyricum *Forsk.* Fl. Aeg.-Arab. 209.
In *Aegypto.* ♃.
Illud forsan idem cum P. canariensi, aut ejus varietas, hoc var. P. illyrici esse videtur.

Subg. 3. Tiaranthus.

W. H. l. c.

1. Multiflorum; folia oblongo-linearia acuminata carinata; perigonii laciniae lineares, erectae; corona sinubus bidentatis, basi laciniis adnata.

11. **P. malabathricum** *W. H.* l. c. 202. 5. et 206.
Catulli-pola *Rheede* Ht. Mal. XI. 79. t. 40. — *Schult.* l. c. 927. obs.
In arenosis *Malabariae.* ♃.
„Bulbus candidus (rotundato-ovatus). Folia Gladioli oblongi in cuspidem desinentia, striata, in medio crasso tergo extuberantia, parum interius clausa. Scapus unicus inter folia, spithamaeus, compressus, viridis, apice nodulatus. Flores propriis cauliculis (pedunculis? aut tubis?), 7—8 ex uno eodemque caulis nodiculo, candidi, odore debili sed grato, duplici petalorum ordine constantes; in exteriore petala (laciniae limbi) 6, oblonga, angusta, surrecta, in cuspidem desinentia, venulis in longum striata, costulâ in adversâ parte parum prominente stellam diceres sexcuspidalem; in interiori (corona) stella versus umbilicum campaniformis, 12 in oris cuspidibus eminens, cui folia exteriora cum imâ parte adstringuntur. Stamina candida, campaniformem stellam interius striantia, singulo in intermedios cuspidum angulos eo ordine incurrunt, ut 2 inter se relinquant cuspides, sed superiori parte ex angulis eminent. Antherae flavae. Florum gemmae oblongo-rotundae, ex viridi magis magisque albescentes. Semina albicantia. Narcissus est zeylanicus flore albo hexagono odorato Hermanni Cat. Ht. Ac. Lugd.Bat." (*Rheede.*)

2. Pauci(1—3- aut 4?)flora; perigonii tubus trigonus, laciniis limbi

1) lanceolatis acutis paulo longior; coronae sinus alterne profundiores; stamina incurva, lobulis coronae 2—3plo longiora.

12. **P. verecundum** *Soland.* in *Ait.* Kew. I. 412. — *Salisb.* in Htc. Trs. I. 342. — *Ker* l. c. 317. n. 3. — *Sprg.* l. c. 46. 8. — *Schult.* l. c. 927. 22. — *W. H.* l. c. 206. 6.
P. triflorum *Roxb.* Corom. in Mus. Bks. c. ic.
In *Indiâ orientali*, frequens pr. *Calcuttam* in pratis ad fluvium. ♃.
Folia 8—10, sesquipedalia, 1/2″ lata (3/4″ lata, laete viridia, acuta). Scapus erectus, compressus, pedalis (2—3-florus). Spathae oblongae, lanceolatae, acuminatae, albidae, marcescentes, exteriores majores 1 1/2poll. Flores suaveolentes: pedicelli trigoni, vix 1/2poll. Perigonii tubus cylindrico-trigonus, vix 2poll., crassitie pennae anserinae, virescens. Limbus campanulatus: laciniae niveae, extus medio virescentes. Corona campanulata, laciniis brevior, 6fida: laciniis bifidis. Filamenta alba; antherae flavae. Stylus declinatus, virescens. Stigma obsolete trilobum. (*Solander.*) Differt a P. maritimo foliis numerosioribus, non glaucis, acute acuminatis, nec exacte bifariis, dentibus coronae undulatis longioribus magisque acuminatis, filamentis lacinulis coronae bis terve longioribus.
β. longitubum: tubo 3 1/2pollicari *W. H.* in Bot. Rg. V. 413.

2) linearibus aequalis; coronae sinus erosi, filamenta divaricata, lgt. coronae; folia lineari-cuneata.

13. **P. biflorum** *Roxb.* l. c. — *Ker* l. c. 331. n. 25. — *Schult.* l. c. 927. 23.
P. verecundum *W. H.* l. c. (p. p.).
In *Indiâ orientali.* ♃.
Folia disticha, 4—8, plana, obtusiuscula, lineolis cancellata, pedalia, pollicem lata. Scapi foliis breviores, erecti, compressiusculi. Flores albi, subodori. Spatha 3—4phylla, foliolis linearibus. Tubus albo-virescens, gracilis, 3—4poll.,

(Pancratium biflorum) limbus tandem recurvus. Corona late infundibuliformis, vix $^1/_3$ limbi aequans. Antherae primo luteae, inde fuscae. Stylus staminibus longior; stigmata 3. *(Roxb.)*

3. **Uniflora.** Perigonii tubus limbi laciniis

1) longior,

(1) pedalis; laciniae acutae, patulae; corona enormis.

14. **P. maximum** *Forsk.* l. c. 72. — *Lam.* Enc. IV. 731. — *Schult.* l. c. 932. 30. — *W. H.* l. c. 208. 10.
In *Arabiâ* pr. *Taaes.* *(Niebuhr.)* ♃.
Scapus teres, glaber. Petala alba, staminibus longiora, non reflexa, ut in P. zeylanico. Folia non visa. — Evidenter nectarium cum tubo pedale describere voluit *Forsk.*, nec utrumque singulum, in quo casu, staminibus coronâ longioribus et limbo iterum filamenta excedente, flos saltem diametro ulnari fuisse debuisset. Verisimiliter tubus 9″, corona 3″ circ. metiebatur. (*W. H.* l. c.)

(2) duplo longior laciniis lineari-lanceolatis; stamina conniventia, lacinulis coronae gibboso-campanulatae parum longiora; folia anguste lanceolata.

15. **P. longiflorum** *Roxb.* MS. — *Ker* l. c. 317. n. 2. — *Sprg.* l. c. 46. 7. — *Schult.* l. c. 928. 24. — *W. H.* l. c. 202. et 208. 9. t. 42. f. 2.
In *Moluccis.* ♃.
Folia saturate viridia, pedalia, unciâ angustiora (acuta, $^1/_2$″ lata, acuminata, longitudinaliter striata, glabra, basi in petioli speciem $1^1/_2$poll. $2^1/_2$‴ latam attenuata). Scapus foliis, interdum et tubo plurimum brevior, compressus (brevissimus, circ. $1^1/_4$poll.). Flos magnus, albus, fragrans; tubus $5^1/_2$—6-poll. (erectus, rectus, cylindricus, crassitie pennae tenuioris gallinaceae,) pallide virens, leviter sulcatus. Germen sessile. Limbus circ. 3poll. (laciniae erecto-patentes, acuminatae, medio 4‴ latae, utrinque angustatae). Corona gibbosa, dentibus acutis patentibus (in ic. obsoletis rotundatis indeque sinubus repandis, turbinato-infundibuliformis, limbo duplo brevior, superne diam. $1^1/_2$″. Filamenta alba, conniventia, filiformi-subulata, pollicem circ. e coronâ exserta). Antherae majusculae (oblongo-lineares, arcuatae, luteae semipollicares. Stylus erectus, limbum subaequans, albus, stigmate subcapitato simplici obliquo).

(3) paulo longior laciniis linearibus, gracilis; coronae sinus unidentati, dentibus erectis triangularibus acutis; stylus limbo ($^3/_8$″) brevior; folia linearia obtusa.

16. **P. cambayense** *W. H.* l. c. 202. et 207. 8. t. 42. f. 1.
In *Indiae orientalis* montibus *Cambay* pr. *Guzzerat*, in planitie arenosâ. (*A. P. Hove.*) ♃.
Bulbus subrotundus, collo cylindrico. Folia $^1/_8$″ lata (laete viridia, plana, rotundato-obtusa, glabra). Scapus ultra 4poll. (crassitie calami scriptorii, teres, laetissime viridis. Spatha diphylla v. profunde bipartita, basi subventricosa, foliolis erectis oblongo-linearibus obtusis membranaceis albido-fuscescentibus, circ. pollicaribus, basi 3 — $3^1/_2$‴ latis. Germen oblongum, viride, spathâ duplo brevius.) Tubus $2^3/_4$-poll. (crassitie pennae corvinae, erectus, rectus, cylindricus). Limbus $2^1/_4$poll. (Laciniae angustae, acuminatae, erecto-patentes, $1^1/_2$‴ latae. Corona laciniis triente brevior, turbinato-infundibuliformis dentibus interstamineis $2^1/_2$‴ longis, basi lineam latis, acutissimis; filamenta dentibus hisce duplo longiora, conniventia, antherae lineari-oblongae, arcuatae, luteae, utrinque obtusae, 5‴ longae. Stylus filamentis paulo longior, erectus, filiformis, albus, superne sensim in stigma subclavato-incrassatus.) Ab omnibus asiaticis differt foliorum marginibus parallelis.

2) (2—3plo) brevior, laciniis superne revolutis; stamina erecto-incurvescentia; folia lorato-lanceolata subtus glauca.

17. **P. zeylanicum** *L.* l. c. 417. — *Wlld.* l. c. 41. 1. — *Ker* in Bot. Rg. 479. et l. c. 317. n. 1. — *Sprg.* l. c. 46. 6. — *Schult.* l. c. 928. 25. — *W. H.* in Bot. Mg. 2538. et l. c. 202. et 207. 7.
P. tiaraeflorum *Salisb.* Parad. 86.
Narcissus zeylanicus, flore albo hexagono odorato. *Herm.* Lugdb. 691. t. 693. — *Comm.* ht. I. 75. t. 38. — *Rudb.* Elys. II. 179. f. 7.
Lilium javanicum *Rumph.* Amb. VI. 161. t. 70. f. 2.
In *Indiâ orientali*, *Ceylon*, *Javâ.* (*Blume.*) ♃.
Bulbus ovato-globosus, collo vaginato, diam. $1^1/_2$poll. Folia 3—12, disticha, 6—12poll., ubi latiora poll. lata, costâ mediâ subtus prominente (laete viridia, anguste lanceolata, acuta, quam in verecundo angustiora). Scapus foliis brevior, $1^1/_2$ped., tereti-subcompressus, striatus, non glaucus. Flos albus, gratissime odorus, $4^1/_2$poll., tenuis, tener, erectus, brevissime intra spatham pedicellatus. Spatha folliculosa (altero latere dehiscens), membranacea, lineari-lanceolata, bracteolam pedicello brevi appressam continens. Tubus unciam

(Pancratium zeylanicum) parum excedens ($1^1/_8$''), subvirescens; limbus radiato-revolutus, inferne dimidio fere coronae adnatus: laciniae distantes, lineares, lateribus inferne replicatis. Corona profunde aequaliter 12fida, rotata, lobulis per paria contiguis acuminatis, sinubus staminiferis latioribus rotundatis. Filamenta coronam circ. lgt. coronae et dentium superantia, limbo parum breviora, erecto-conniventia. Germen viride, oblongum, tubo duplo brevius, exangulosum, esulcatum. Stylus lgt. perigonii. Stigma simplicissimum, puberulum. (*Ker.*)

Species nomine tantum notae:

Pancratium aegyptiacum *Lodd.* Aegyptus. ♃. (P. illyricum *Forsk.?*)
— guadelupense *ht.* Guadeloupe. ♃. (Hymenocallis?)
— plicatum *Livingst.* India orient. ♃.
— tenuifolium *Hochst.* MS. (Flora XXVII. [1844] I. 103. Abyssinia. ♃. (foliis tenuissimis).
— uniflorum *Don.* ♃. (foliis tenuissimis).

Species e genere exclusae:

Pancratium	Amancaës *Ker*	= Ismene Amancaës.
—	amboinense *Bl.*	= Eurycles javanica.
—	— *L.*	= — amboinensis.
—	— *L. β.*	= Hymenocallis ovata.
—	americanum *Mill.*	= — americana.
—	amoenum *Andr.*	= — ovata.
—	— *Salisb.*	= — amoena.
—	angustum *Ker*	= — angusta.
—	aurantiacum *HBK.*	= Stenomessón aurantiacum.
—	australasicum *Ker*	= Eurycles australasica.
—	australe *Sprg.*	= — —
—	calathiforme *Red.*	= Ismene calathiformis.
—	calathinum *Gawl.*	= — calathina.
—	— *β. Gawl.*	= — nutans.
—	caribaeum *L.*	= Hymenocallis caribaea.
—	— *Mill.*	= — Milleri.
—	Chlidanthus *Std.*	= Chlidanthus fragrans.
—	coccineum *R.P.*	= Stenomesson coccineum.
—	crassifolium *Sch.*	= Hymenocallis crassifolia.
—	croceum *Red.*	= Stenomesson croceum.
—	Cunninghamii *Std.*	= Eurycles Cunninghami.
—	declinatum *Jcq.*	= Hymenocallis declinata.
—	disciforme *Red.*	= — disciformis.
—	distichum *Sims*	= — disticha.
—	Dryandri *Ker*	= — Dryandri
—	excisum *L. fil.*	= — amoena.
—	expansum *Sims*	= — expansa.
—	flavum *R.P.*	= Chrysiphiala flava.
—	fluitans *Fras.*	= Ismene nutans.
—	fragrans *Red.*	= Hymenocallis fragrans.
—	— *Salisb.*	= — Sloanei.
—	glaucum *Zucc.*	= — glauca.
—	guianense *Ker*	= — guianensis.
—	Herbertianum *Sprg.*	= Stenomesson pauciflorum.
—	humile *Cav.*	= Tapeinanthus humilis.
—	incarnatum *HBK.*	= Coburgia incarnata.
—	Knightii *Std.*	= Ismene Knightii.
—	latifolium *Mill.*	= Hymenocallis latifolia.
—	— *R.P.*	= Leperiza latifolia.
—	littorale *HBK.*	= Hymenocallis arenaria.
—	— *Jcq.*	= — littoralis.
—	— *Red.*	= — maritima.
—	— *Rz. & Pav.*	= — peruviana.
—	— acutifolium *Sch.*	= — acutifolia.
—	— distichum *Sch.*	= — disticha *β.*
—	— Dryandri *Sch.*	= — Dryandri.
—	— longitubum *Sch.*	= — disticha.
—	Macleanum *Std.*	= Ismene Macleana.
—	Macquaria *Lewin*	= Calostemma purpureum.
—	maritimum *R.P.*	= Hymenocallis Ruizii.
—	mexicanum *L.*	= — mexicana.
—	— *Ldl.*	= — acutifolia.
—	— *Sal.*	= — Dillenii.
—	— *Walt.*	= — disciformis.
—	narcissiflorum *Jcq.*	= Ismene narcissiflora.
—	nervifolium *Salisb.*	= Eurycles amboinensis.
—	nutans *Ker*	= Ismene nutans.

Pancratium	ornatum *C. Bouché*	=	Hymenocallis	ornata.
—	ovalifolium *Std.*	=	—	ovalifolia.
—	ovatum *Lodd.*	=	—	—
—	— *Mill.*	=	—	ovata.
—	patens *Ldl.*	=	—	caymanensis.
—	— *Red.*	=	—	patens.
—	parviflorum *Desf.*	=	Vagaria parviflora.	
—	pedale *Lodd.*	=	Hymenocallis	pedalis.
—	petiolatum *W.*	=	—	petiolata.
—	quitense *W.*	=	Coburgia quitensis.	
—	quitoense *Sch.*	=	Hymenocallis	quitoensis.
—	recurvatum *R.P.*	=	Carpodetes recurvatus.	
—	rotatum *Ker*	=	Hymenocallis	disciformis.
—	— *Lodd.*	=	—	rotata.
—	speciosum *Red.*	=	—	formosa.
—	— *Salisb.*	=	—	speciosa.
—	Tagliabue *Colla*	=	Ismene Tagliabue.	
—	trichromum *Ll. & Lex.*	=	Coburgia trichroma.	
—	triphyllum *W.*	=	Hymenocallis	undulata β.
—	tubiflorum *Sch.*	=	—	tubiflora.
—	tubulosum *W.*	=	—	—
—	undulatum *HBK.*	=	—	undulata.
—	variegatum *R.P.*	=	Coburgia variegata.	
—	viridiflorum *R.P.*	=	Callithauma viridiflorum.	

55. a. Tapeinanthus.

W. H. Amar. 59. et 190. n. 43. (non *Blume*). *)

Spatha subbiflora; folia lineari-subulata, flaccida scapo longiora; flores pedunculati erecti; laciniae limbi tubo longiores, patentissimae, obtusae; corona crenulata, brevissima. (*Sprg.*)

T. humilis *W. H.* l. c. 190.
Pancratium humile *Cav.* ic. III. 4. t. 207. f. 2. — *Wlld.* l. c. 42. 3. — *Ker* l. c. 336. — *Sprg.* l. c. 48. 36. — *Schult.* l. c. 932. 31.
In agro *Hispalensi* (*Sevillae*). ♃. Fl. Oct. sine foliis.

Bulbus ovatus, tunicis fuscis, basi radiculis in coronae formam dispositis. Scapus filiformis, tenuissimus, 3poll., autumno ante folia ortus. Folia bina, tenuissima, intus plana. Flores bini, pedunculis inaequalibus capillaribus, ex spathâ oblongâ cucullatâ acutâ marcescente. Perigonium luteum, profundissime in lacinias 6 ovato-oblongas divisum, apice obtuso nonnihil revoluto. In hujus centro corpusculum (corona) luteum, brevissimum, infundibuliforme, ore 12fido, 6 stamina gerens. Filamenta capillaria, lgt. fere perigonii; antherae oblongae, basi emarginatae, incumbentes. Germen turbinatum, obtuse trigonum. Stylus filiformis, staminibus longior. — Habitu Narcisso similior quam Pancratio. — Tubus floris vix aliud est quam connexio annularis limbi ad basin coronae inconspicuae (cujus dentes 6 obtusi bifido-emarginati dicuntur a *Willdenowio*), et stylus verisimiliter clavatus. (*W. H.*)

56. Liriopsis.

Rchb. Consp. 61. n. 1267. — *Meisn.* l. c. 394. (297.)
Liriope *W. H.* App. 41. (non *Lour.*). — Elisena *W. H.* Amar. 60. et 201. n. 52.
Pancratium d. Liriope *Schult.* l. c. 931.
Pancratium d. Liriopsis *Endl.* l. c. 179.

Bulbus subrotundus. Folia angusta, bifaria. Scapus circ. 5florus. Germen sessile v. subsessile, declinatum. Tubus germine continuatus, brevis, cylindricus; laciniae reflexae.

1. **L. ringens** *Rchb.* l. c.
Liriope ringens *W. H.* App. l. c.
Elisena ringens *W. H.* l. c. 201.
Pancratium ringens *Rz. & Pav.* l. c. III. 53. t. 283. f. b. — *Ker* l. c. 323. n. 10. — *Sprg.* l. c. 46. 12. — *Schult.* l. c. 931. 29.
In hortis *Peruviae* culta. ♃.

Bulbus tunicatus, fibris longis filiformibus albidis. Folia lorato-subulata, (ensiformia, acuminata *R. P.*,) canaliculata, superne divergentia, obscure viridia, avenia (8''' lata).

*) Character hujus generis, in synopsi generum incaute omissi, sequens est:
Perigonium profunde partitum, segmentis ovato-oblongis; corona brevis; filamenta longa divergentia; antherae breves incumbentes. Stylus erectus, stigmate obtuso; scapus ante folia exortus. — Spatha monophylla; bulbus parvus, pyriformis. Scapus solidus? (Seminum testa nigra?) *W. H.* ll. cc.

Corona declinata, imâ parte staminifera, summâ filamenta comprehendens labio reflexo eroso. Filamenta et stylus declinata, apice assurgenter curvato, alterna aequalia; antherae breves, incumbentes. Stigma rotundate obtusum. (*W. H.* App.)

Scapus bipedalis, anceps, erectus, foliis longior. Spatha foliolis 5 membranaceis sublanceolatis albidis marcescentibus. Flores sessiles, (pedicellis brevissimis *W. H.*) cernui (tubo brevi viridi *W. H.*); laciniae lineares, reflexae, albae, lineâ dorsali viridi, $1^1/_2$poll. ($1^1/_2'''$ latae, 4 superiores et 2 inferiores sibi approximatae). Nectarii tubus brevis (vix 4''' lg.) viridis (tubus, an perigonii v. coronae non est dictum, virescens, $^3/_4''$ longus *W. H.*); limbus (cylindraceo-) campanulatus, laciniis 4plo brevior 5—6''' lg.) 12crenatus, marginibus retroflexis, albo-virescens. Filamenta lgt. laciniarum, alba, alterna paulo breviora; antherae luteae (2''' longae). Stylus staminibus longior, albus.

2. **L.** (Elisena) **longipetala** *Lindl.*
In hortis *Limae* (culta?).
Mihi nomine modo nota est.

57. Ismene.

W. H. in Bot. Mg. ad 2685. Amar. 60. & 222. n. 56. t. 34. f. 33. (semen). *)
Pancratium c. Ismene *Schult.* l. c. 929. — *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c.

Perigonii tubus limbo

1. stellato-patente paulo (in n. 2. multo) brevior; stamina incurvo-conniventia; corona turbinato-campanulata, 6loba, lobis

1) rotundatis inaequaliter acute-dentatis; scapus anceps, foliis longior, uniflorus, flore subcernuo, laciniis lineari-oblongis, alternis longe hamatis; stylus limbum subaequans; germen pedunculatum.

1. **I. pedunculata** *W. H.* l. c. 222. 3. t. 35. f. 2.
In *Peruviâ*. ♃.
Bulbus valde prolifer. Folia laete viridia, quam in I. Amancaës acutiora, minus vaginantia, terrae magis adpressa (striata, lorato-linearia, plana, apicem versus attenuata, $^3/_4''$ lata). Scapus anceps (3''' latus, glaucus. Spatha 3- aut 4(?)phylla, erecta, scariosa, dilute fusca, foliolis ex ovatâ basi lineari-oblongis obtusis inaequalibus, bipollicaribus, basi 5''' superne $1^1/_2$—2''' latis). Germen pedunculatum (pedunc. in spathae basi incluso, $^1/_3$poll., oblongum, glauco-viride, glabrum, $^1/_4$poll.). Tubus viridis, $1^1/_2$poll. (subdeclinatus, teres (?) crassitie calami tenuioris, superne paulo ampliatus). Limbus extus virescens, intus albus bipollicaris: (laciniae stellato-patentes, subreflexae, obtusae, exteriores paulo angustiores, 3''' latae, apice unco viridi acuto recto 2''' longo terminatae, interiores muticae, 4''' et ultra latae). Corona alba, subvirescens, $1^1/_2$poll., viridi-striata (lobis apice truncato-rotundatis dentibus inaequalibus acutis subincisis. Filamenta lobis coronae paulo breviora, subulata, alba; antherae fere aequilongae, lineares, obtusae, luteae, 3''' longae. Stylus erectus, subcurvatus, pallide virescens, tereti-cylindraceus, apice truncatus. Ex ic.). Odor vix gratus.

2) dentato-laceris, corrugato-plicatis; scapus pauci (3- v. pluri-) florus, floribus nutantibus, laciniis lanceolato-linearibus; stylus limbum aequans; germen sessile; antherae filamentis (subulatis sub-) longiores.

2. **I. nutans** *W. H.* App. 46. et l. c. 223. 4.
Pancratium calathinum *β.* (tubo laciniis breviore, lobis coronae in sinum latum profundumque, margine laciniato-erosum, cornu utroque subulato extenso, excisis) *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1561.
Pancratium nutans *Ker* in Journ. of sc. III. 324. n. 13. — *Sprg.* l. c. 45. 2. — *Schult.* l. c. 930. 27.
Pancratium fluitans *Fraser* MS.
In *Brasiliâ (?) (Amelia Hume)*, in *Floridâ orientali*, unde *Fraser* bulbos misit. ♃.
Folia bipedalia v. ultra, lorato-elongata, inferne involuto-concava, obtusa, explanata vix pollicem lata (erecta, fere spathulata, vix vaginantia *Herb.*). Scapus compressus, anceps (viridis, 4—5''' latus). Spatha acuminata (rugosa, 1—$1^1/_2$poll., basi 4''' lata, albido-fusca). Germen indefinite polyspermum (intense viride). Flores fragrantissimi, 10—14 dierum intervallis successivi. Tubus rotundato-trigonus, striatus,

*) Scapus solidus. Corona staminifera. Tubus curvatus, cylindricus. Filamenta brevia, 3 in coronam deflexa, 3 inferiora implexe conniventia. Semina carnosa, rotunda, viridia. Plantae americanae, foliis autumno pereuntibus. *Herb.* in Bot. Mg. l. c.
Filamenta deflexo-conniventia; ovula (?) erecta. Semina carnosa, viridia, rotunda. Bulbus ovatus. Folia decidua, lineari-lanceolata. Tubus curvatus, cylindricus. Corona ampla. Stigma obtusum. Antherae longae, vix infra medium affixae. *W. H.* Amar. l. c.

(Ismene nutans) viridis; laciniae concavae, angustae (circ. 2¾poll., albae, coronâ ¾'' longiores). Corona limbo penitus discreta, alba. Stamina vix lobos collaterales excedentia; antherae verticales, a dorso appensae, tremulae. Stylus superne virens; stigma obtusum, obsolete trilobulatum.

2. stellato nutanti lgt. aequalis; stamina infracto-conniventia; folia inferne fistuloso-vaginantia; corona laciniis limbi lineari-lanceolatis brevior,

1) inaequaliter 12fida, denticulata; scapus multiflorus; folia lanceolato - elongata, acuta.

3. **I. Amancaës** *W. H.* App. 46. et l. c. 222. 1. t. 34. f. 33., t. 35. f. 3. (stamen, germen, semen).
Ism. crinifolia *Salisb.* in Htc. Trs. I. 342.
Pancratium Amancaës *Ker* l. c. 383. n. 11. — *Ait.* Kew. ed. 2. II. 218. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1224. — *Bot. Rg.* t. 600. A. et B. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 1266. — *Sprg.* l. c. 45. 3. — *Schult.* l. c. 931. 28.
Narcissus Amancaës *R. & P.* l. c. III. 53. t. 281. f. a. — *Poir.* Enc. méth. Suppl. IV. 60.
In collibus circa *Limam Peruviae*, in *Brasiliâ* (?). ♃.

Bulbus ovatus, tunicatus, fibris filiformibus albis. Scapus anceps, bipedalis. Folia glabra, scapum ad medium usque involventia, deinde divergentia, ensiformia. Spatha 3—6flora. Flores magni, fragrantissimi, luteo-sulphurei. Nectarium magnum, campanulatum, repando-6lobatum, plicatum, crenulatum, lineis 6 viridibus longitudinalibus, quibus stamina brevia, nutantia insident. Stylus perigonio longior, inflexus. (*Rz. & Pav.*) — Folia pauca, 3—5, bifaria, alterna, reticulato-venosa, verticaliter dimidiato - sphacelata (uno latere laminae opposito), in laminas oblongo-lanceolatas glabras bifarie divergentes distantes, inferiores brevissimas 1—2'' latas canaliculato - explicata, ultra bipedalia. Scapus bipedalis, compresso-anceps, laevis. Spatha bivalvis, sphacelato-membranacea, ovato-acuminata, umbellâ 3—6florâ brevior. Germen tubo floris continuo pluries brevius, trigono-oblongum, trisulcatum, viride. Perigonium magnum, laete flavum, hypocrateriforme (semipatens *Herb.*): tubus erectus, crassus, carnosus, obtuse hexagonus, sulcatus, deorsum viridis, sursum flavus; limbus nutans: laciniae distantes (1½'' longae, 4—5''' latae, alternae latiores apice viridi). Corona turbinato-campanulata, limbum subaequans, dentato-lacera, fissuris 12 profundioribus, alternis linearibus lateribus contiguis parallelis, alternis acute sinuatis patentibus basi furcae staminigeris, intus infra filo viridi verticali glanduloso-incrassato obsitis, quo radii 6 virides versus os tubi convergentes oriuntur. Stamina saturate flava, tereti-subulata, coronâ breviora, fissuris longiora, infra rimam coronae infracto-conniventia; antherae lineari-sagittatae (flavae). Stylus albidus, parieti tubi non adhaerens, tereti-trigonus, staminibus crassior, declinato-assurgens, in stigmata 3 brevissime lobiformia terminatus. (*Gawl.*)

Flores nomine Amancaës apud Peruanos valde celebrantur.

β. sulfurea: flore sulfureo *Edw.* in Bot. Rg. XIX. (new ser. VI.) t. 1665.
Ism. Spofforthiae s. calathino-Amancaës *W. H.* l. c. 223.
Hybrida ex Ism. Amancaë, cum Ism. calathinâ foecundatâ.
Flores saepius 5½poll., corona 3½pollicaris.

2) 6partita, lobis rotundatis inciso-dentatis; scapus biflorus; germen breve pedunculatum; folia lanceolato - oblonga obtusiuscula.

4. **I. virescens** *Lindl.* in Bot. Rg. (1841) t. 12. — *Dietr.* Ztschr. II. 7. t. VII. f. 171.
Pr. *Cusco* in *Peruviâ.* ♃.

Ism. pedunculatae affinis, sed tubus longior, perigonium absque striis viridibus et folia basi vaginata ut in Ism. Amancaë. Folia laete viridia, erectiuscula (4—5, dimidio inferiore scapum vaginae instar tubulosae involventia, laminâ planâ utrinque attenuatâ lgt. striatâ, 3—4poll., ¾'' latâ, subtus pallidiora). Scapus anceps (foliis longior, erectus, glaber, crassitie calami majoris, flavescenti-viridis. Spatha 3—4phylla, arida, foliolis reflexis lato-linearibus longe acuminatis acutiusculis striatis fuscis bipollicaribus, basi 2—3''' latis. Germen oblongo-clavatum, rotundato-trigonum, intense glaucum, semipollicare). Flores viridulo-albi, Limona redolentes. (Tubus cernuus, cylindraceus, sulcato-angulatus, flavescenti-viridis, 1½poll., crassitie calami. Limbi laciniae basi concavâ contiguae, superne stellato-patentes, albidae, externe praesertim basin versus virescentes, acutae, 1½poll., superne 3''' altae. Corona laciniis circ. ½'' brevior: lobi obovato-cuneati, margine superiore inaequaliter acute inciso - dentati, sinubus

(Ismene virescens) acutis, albi, basin versus magis magisque virescentes. Filamenta lobis coronae lgt. aequalia, sed jam a basi arcuato-incurvata, subulata, viridia; antherae croceae, lineares, obtusae, 3‴ longae. Stylus limbi lacinias subaequans, assurgens, filiformis, filamentis vix crassior, inferne virescens, superne albus et in stigma simplex oblongum subclavatum obtusum incrassatus. Ex ic.)

3) indivisa, filamenta includens, et super eorum insertionem (1/4″) extensa; limbus patens. Reliqua ut in Ism. Amancaë.

5. **Ismene integra.**
Ism. Amancaës var. 2. *W. H.* l. c. 222.
In *Peruviâ*. ♃.
Coronâ non in lobos fissâ et odore suaviore, qui in var. 1. insuavis dicitur, ab Ism. Amancaë diversa, sub quâ certe species plures latent, ab auctoribus confusae.

3. turbinato-campanulato semipatente v. erectiusculo (in n. 7. patente) parum longior,

1) erectus,

(1) strictus obtuse triqueter; corona elongato-campanulata, limbo parum brevior, lobis rotundatis denticulato-erosis; stamina introflexa; spatha herbacea (ut quoque in n. 7. 8. 9.) diphylla uni — pluriflora.

6. **I. calathina** *W. H.* App. 46. (Bot. Mg. t. 2685.?) et l. c. 222. 2. (excl. syn. *Red.*) t. 34. f. 33. (semen).
Pancratium calathinum *Ker* in Bot. Rg. t. 215. et l. c. 324. n. 12. — *α.* (tubo lacinias subaequante, coronae lobis rotundatis denticulato-erosis) *Gawl.* in Bot. Mg. 1561. — *Sprg.* l. c. 45. 1.
Pancratium calathiforme *Schult.* l. c. 929. 26. (p. p.) vix *Red.*
In *Buenos Ayres*, *Brasiliâ* (?). ♃.

Bulbus tunicatus, magnit. Armeniacae. Folia pauca, 4—6, deorsum longius fistuloso-vaginantia, supra lorato-lanceolata, acuminata, plana, scapo breviora, 1—2″ lata (a basi inde angustius convoluto-lorata, explananda, nervoso-striatula, obtusa). Scapus 1½—2pedalis, compresso-anceps, striatus. Spatha lanceolata, sphacelata, tubo aequalis, obtusa, erecta. Germen sessile, subovatum, obsolete trigonum angulis rotundatis, laeve, indefinite polyspermum. Flores 2—3, infundibuli-(hypocrateri)formes, albi, fragrantissimi; tubus 3unc. v. ultra (4½poll.) viridis; limbus nutans, stellatus, superne recurvus, totus a coronâ discretus, 4poll.: laciniis ligulato-(lineari-)lanceolatis angustis carinatis inferne involuto-canaliculatis. Corona illis ¼ circ. brevior, 3poll., campanulato-cylindrica, (turbinata,) lobis 6 eroso-denticulatis medio fissis, alba, intus radiis 6 viridibus infra stamina. Stamina subinclusa: 3 superiora introfracta, 3 inferiora inflexo-conniventia; filamenta tereti-subulata, coronae fissuras aequantia; antherae filamento fere longiores. Stylus perigonium aequans, triquetro-filiformis, assurgens, superne viridis; stigma obsolete trifidum, depressum. Semina bulboso-laxata. Folia obtusiora, tubus rectior quam in Ism. Amancaës.

β. guatimalensis: foliis acutiusculis, tubo paulo longiore. In *Guatimala*. (*Skinner.*) — Flores minus fragrantes.

(2) gracilis, sub-6angularis; corona campanulata, ampla, limbo paulo brevior, lobis oblongis obtusis obsolete emarginatis lacero-incisis; spatha 4phylla, uniflora, flore sessili.

7. **I. narcissiflora.**
Pancratium narcissiflorum *Jcq.* Fragm. 86. n. 270. t. 138. — *Kern.* ht. semperv. t. 490.
In *Brasiliâ (?)*. ♃.

Bulbus ovatus, obtusus, striatus, cinereus, ovi magnit. Folia plura, basi mutuo amplexantia et veluti caulem formantia, scapo breviora, ensiformia, plus minus unciam lata, acuta, nitida, laete virentia, planiuscula, erectiuscula. Scapus centralis, anceps, 1½pedalis, erectiusculus, unico flore sessili suberecto. Spatha valvulis inaequalibus lanceolatis acutiusculis erectis virentibus. Tubus viridis, 3unc.; limbus albus, tubo paulo brevior: laciniis lanceolatis acutis planis apice reflexis. Corona alba, erecta, striatula, apice patenti-6fida. Filamenta subulata, coronae lgt. huicque inserta, alba, erecta, post nuptias deorsum retroflexa; antherae oblongae, flavae. Germen subrotundum, triquetrum, viride. Stylus filiformis, erectus, albus, initio lgt. coronae, tandem multo longior. Stigma obtusum, viride. Marcescente scapo in centro scapi fit bulbillus, vel semen unicum post capsulam forte deperditam nunc nudum. *(Jacq.)*

(3) . . . . . laciniae lanceolatae apice reflexae; corona campanulata 6lo-

8. **I. Tagliabuei.**
Pancratium Tagliabue *Colla* Ht. Rip. App. IV. 60.
Hab. . . . . . ♃.

ba, lobis erectis rotundatis emarginatis denticulatis; stamina introrsum versa; spatha uniflora 4phylla inaequalis.

Media inter Ism. calathinam et narcissifloram. Bulbus subrotundus. Folia lanceolata, obtusiuscula. Flores magni, albi, fragrantes.

Obs. Cum de ratione tubi ad limbum nil indicatum sit, affinitatis causa hic inserta est.

2) curvatus cylindrico-trigonus costatus; laciniae lineari-lanceolatae canaliculatae; corona maxima obconica lacinias subaequans, lobis rotundatis emarginatis denticulatis; filamenta retroflexa; spatha monophylla 2 — 4-flora.

9. **I. calathiformis.**
Ism. calathina *W. H.* in Bot. Mg. t. 2685.
Pancratium calathiforme *Red.* Lil. t. 352. — *Poir.* l. c. Suppl. IV. 269. — *Kern.* l. c. t. 468. — *Schult.* l. c. (p. p.)
In *Buenos Ayres*, *Chili (?)*. ♃.

Bulbus subrotundus, magnit. Armeniacae, tunicis albidis. Caudices teretes, 8poll., crassitie pollicis e vaginis glabris integris. Folia disticha, basi canaliculata erecta, superne quidquam recurva, 11—19poll., 2″ lata, glabra, obtusiuscula. Scapus nudus, flexuosus, angulis 2, 19poll. Flores sessiles. Spatha viridis, valvis lanceolatis acutis, exteriore 3poll. Perigonii tubus 4poll., viridis: laciniae albae, 3 exteriores apice puberulo virides, subcallosae, interiores obtusiusculae, non callosae. Filamenta e fundo sinuum coronae, basi flexa, alba, subulata, lgt. loborum coronae. Antherae oblongo-lineares, flavae. Germen viride, rotundato-trigonum, sessile. Stylus filiformis, albus, coronam paulo superans, stigmate viridi.

4. . . . . . gracilis 3uncialis; perigonium rotatum; corona limbo et stylo brevior; germen breve pedunculatum.

10. **I. Macleana** *W. H.* in Bot. Mg. t. 3675.
Pancratium Macleanum *Std.* Ncl. — *Dietr.* Syn. pl. II. 1173. 30.
In *Peruviâ*. *(M'Lean.)* ♃.

Ism. pedunculatae proxima. Flores magni, albi, basin versus sublutescenti-viriduli, odorati.

Species nomine modo mihi nota:

Ismene Knightii *Knowl.* & *Westc.* Fl. Cab. Pancratium Knightii *Std.* Ncl.

57. a. Callithauma.

W. H. l. c. 60. et 225.
Ismene *Meisn.* I. (297. p. p.)

1. Spatha 4—5flora; coronae limbus lgt. perigonii; folia plana, erecto-patentia, divergentia,

1) ensiformia; tubus limbo longior.

1. **C. viridiflorum** *W. H.* l. c. 225. et in Bot. Mg. t. 3866.
Pancratium viridiflorum *Rz.* & *Pav.* l. c. III. 55. — *Ker* l. c. 335. n. 31. — *Sprg.* l. c. 47. 27.
Chrysiphiala (?) viridiflora *Schult.* l. c. 908. 10. — *Dietr.* l. c. 1174. 10.
In *Peruviae* nemoribus, passim in *Huassahuassi* et *Palca*, versuris et petrosis. ♃.

Bulbus oblongo-cylindricus, $1^1/_2$palmaris, fibris filiformibus longissimis. Scapus erectus, orgyalis, (teste cl. *M'Lean* qui plantam nuper reperiit, 3pedalis,) teres, laevis. Folia longa. Spatha foliolis 4 — 5 (tot quot flores ergo sane bracteis *Herb.*) membranaceis albidis acutis sublanceolatis deciduis. Flores omnino smaragdini, magni, perpulchri. Petala (laciniae) patentia, divergentia. Stamina iis longiora.

2) lineari-lorata; tubus abbreviatus.

2. **C. angustifolium** *W. H.* in Bot. Mg. l. c.
Prope *Vitor* in conterminis *Peruviae*. *(M'Lean.)* ♃.
Differt a praecedente bulbo minore laevi, foliis angustioribus, tubo brevi.

2. Spatha . . . . . folia crassa coriacea, petiolata, spathulata, decidua.

3. **C. (?) spathulatum** *W. H.* Amar. l. c.
In monte 500 (?) milliaria (anglica) orientem versus a *Truxillo*. *(Rich. Harrison.)* ♃.

Bulbus magnus, rotundus; folia intense viridia; scapus $3^1/_2$pedalis; flores ampli, virides.

Clo. *Herbert* genus medium sistere videtur inter hoc et Leperizam.

58. Choretis.

W. H. l. c. 60. et 219. n. 55. *)
An Liriopsis (?) *Meisn.* l. c. (297.).

Tubus perigonii limbo

1. fere duplo longior; laciniae stellato-patentes lineari-oblongae obtusae (ex ic.); corona patula, rotata, dentibus 6 magnis reflexis, margine laciniato.

1. **Ch. glauca** *W. H.* l. c. 220. 1. t. 35. f. 1. t. 41. f. 32. (semen); f. 33. (hilum); t. 44. f. 45. (antherae).

In *Texas.* ♃.

Bulbus indusiis nigris. Folia erecta, glauca, plus minus obtusa, $1^1/_2$pedalia, $2^1/_2''$ lata (lorato-lanceolata, plana, 3—4, scapo sublongiora). Scapus teres, 14uncialis (centralis? erectus, glaucus), 3—(4?)florus. Spatha valvis (2) angustis erectis sejunctis biuncialibus (ovato-lanceolatis, acutiusculis, fusco-viridibus, $^1/_2''$ latis). Germen sessile, (oblongo-ovatum, glabrum, flavescenti-viride, circ. pollicare,) loculis dispermis. Tubus 6uncialis v. ultra, (flavescenti-)viridis, (erectus, cylindraceus, glaber, leviter curvatus, crassitie calami scriptorii). Limbus $3^5/_8$poll., patulus, albus, sepalis viridi-costatis. (Laciniae a se invicem distantes, lineari-oblongae, obtusae, in ic. omnes striâ mediâ latiusculâ pallide virescente percursae, alternae [exteriores an interiores?] paulo latiores obtusiores 4''' latae et angustiores acutiusculae 3''' latae v. ultra et ut videtur quoque paulo longiores). Corona ultra uncialis, alba, in medio maculâ magnâ viridi (in fundo, diam. semipollicari, inter stamina dentibus valde inaequalibus remotiusculis acutis alte inciso-laciniata). Filamenta patulo-conniventia, subulata, $1^1/_8''$ longa (pallide viridia); antherae (lineares, utrinque obtusae,) basi et apice retroflexae (sigmoideae, flavae, 7—8''' longae. (Stylus qui caeterum in ic. videtur abruptus, staminibus duplobrevior, concolor.) Semina glauca, nitida, magna. Scapus noctu deflectitur et die iterum erigitur.

2. subaequalis, laciniae erectae anguste lineares acutae; corona turbinato-infundibuliformis, sinubus unidentatis (ex ic.), uncialis.

2. **Ch. galvestonensis** *W. H.* l. c. 221. 2. t. 41. f. 34, 35, 36.

Ad sinum „*Galveston*“ in *Texas.* (*Drummond*, in hb. *Hook.*)

Folia in specim. descripto desunt; sed ex alio bulbo a cl. *Drummond* sub titulo generis Crino affinis e Texas misso, quem *Herbert* huic speciei proprium esse censet, folia 8 suberecta glauca non vaginantia prodiere, (quorum unius frustum l. c. f. 36. delineatum 3'' circ. longum semipoll. latum apice rotundato-obtusum formam oblongo-loratam planam monstrat). Scapus 9—11uncialis. Spatha circ. biuncialis, valvis (pluribus) sejunctis (erectis inaequalibus striatis, lineari-lanceolatis acutis, basi 2—3''' latis, superne magis magisque valde attenuatis). Umbella 4flora; germen sessile (ovali-oblongum, magnit. fabae). Tubus vix $2^1/_2$unc. (teres, erectus, gracilis, crassitie pennae corvinae). Limbus $2^1/_2$—3unc. (laciniae ad basin usque sejunctae, a se invicem distantes, sursum subreflexae, vix lineam latae, basin versus magis adhuc attenuatae). (Corona laciniis ultra duplo brevior, inter filamenta in dentem unicum acutum producta, caeterum integra, in sicco pallide fusco-aurantiaca, laciniae albae). Filamenta laciniis unciâ breviora (e coronâ semiunciam exserta, erecta (?), subulata, in sicco nigricantia; antherae lineares, sigmoideo-arcuatae, lineares, utrinque attenuatae, acutiusculae, pallide flavae, 4—5''' longae). Stylus limbum vix superans (in ic. aequans, filamentis conformis, concolor, aeque crassus, erectus: stigma paulo crassius, obtusum, ut videtur obsolete trilobum). Bulbi a cl. *Drummond* missi tunicae multo pallidiores et haud nigrae ut in Ch. glaucâ.

---

*) Semina brevia, oblonga, inter illa Hymenocallidis et Ismenes formâ intermedia, illis nempe breviora, sed non ut in hac rotunda. Perianthium Hymenocallidis, habitus Ismenes. Scapus teres, in Hymenocallide anceps. Cf. t. 41. f. 32. (semen) et 33. (hilum). *W. H.*

59. Corbularia.

Haw. Suppl. Succ. 121. Narc. Monogr. 7. *) — *W. H.* l. c. 62. et 296. n. 74. **)
Narcissus a. Corbularia *Schult.* l. c. 932. — *Endl.* l. c. 179. 1289. — *Meisn.* l. c. 394. (297.)
Narcissus subg. Corbularia *Sp.* l. c. 431.

1. Albiflorae.

1) Stylus inclusus; corona crenata.

1. **C. cantabrica** *Haw.* Mon. 7. 1. et in *Sweet* Brit. Flow. gard. ser. 2. I. App. — *W. H.* l. c. 296. 1. — *Sp.* l. c.
Narcissus cantabricus *DC.* Narc. exp. in *Red.* Lil. VIII. — *Schult.* l. c. 985. 90.
Pseudonarcissus junceis foliis III. albo flore. *Clus.* hist. 166. f. 2.
Narcissus omnium minimus montanus albus *Lob.* ic. 119. f. 1.
Bulbo codium minimum tenuifolium album *Bauh.* hist. II. 598. f. 2.
In *Hispaniâ (Pyrenaeis* et *Biscaya).* ♃.
Folia 4—5, tenuissima, capillaria, viridia, humifusa, sparsa. Scapus palmaris, debilis, uniflorus; flos subhorizontalis; laciniae lanceolatae, acutae, erectiusculae, coronam infundibuliformem ad faucem fimbriatam vix aequantes, totae candidae.

2) Stylus exsertus; corona integerrima, turgida, lgt. laciniarum.

2. † **C. albicans** *Haw.* l. c. 2. — *Sp.* l. c.
Narcissus albicans *Haw.* Syn. 322. — *Schult.* l. c. 934. 4.
Narcissus juncifolius albus *Park.* Parad. 106.
Trompette marine Belg.
Hab. . . . . . ♃.
Folia obtusiuscula. Laciniae minores quam in Bulbocodio, sulfureo-albicantes ut corona, (externe forsan paulo flavescenti-viridi tinctae).
Obs. Narcissus albicans *Sprg.* l. c. 45. 25.: foliis obtusiusculis flaccidis, spathâ uniflorâ, coronâ turbinatâ integerrimâ lacinias corollae concoloris angustas appressas aequante, stylo exserto — ex hac et C. obesâ mixta est.

2. Flaviflorae. Stylus

1) exsertus, corona

(1) maxima, campanularis plus quam 2uncialis, laciniae lanceolato-lineares, eam aequantes; stylus alte porrectus.

3. † **C. Gigas** *Haw.* l. c. 10. — *Sp.* l. c. 432.
C. conspicua var. (?) 3. Gigas *W. H.* l. c. 298.
Pseudo-Narcissus pyrenaeus flore subluteo, amplo calyce, juncifolius *Theatr. Fl.* t. 21. f. inf. media.
In *Pyrenaeis (?).* ♃.
Caeteris 2—3plo major.

(2) integra inflata; folia semper humifusa.

4. **C. obesa** *Haw.* Suppl. 122. et l. c. 6. — *Salisb.* in Htc. Trs. I. 350. — *Sp.* l. c.
Narcissus obesus *Salisb.* Prodr. 222. — *Schult.* l. c. 934. 2.
Narcissus inflatus *Haw.* in Linn. Trs. V. 243.
Narcissus Bulbocodium *Brot.* Fl. Lus. 550.
Bulbocodium tenuifolium flore luteo *Bauh.* hist. II. 596.
Pseudonarcissus juncifolius I. *Clus.* hist. II. 165.
Pseudonarcissus juncifolius luteus serotinus major *Park.* Parad. 156.
Prope *Tanger (Brouss.),* in *Hispaniâ,* in *Lusitaniae* collibus circa *Olissiponem* et *Conimbricam (Brot.).* ♃.
Scapus cylindricus, 4—6poll. Folia plura, inaequalia, nonnulla scapo longiora, canaliculata, junciformia. Flos cernuus, omnino luteus; corona latissima, sensim ad ima angustior, obconica. *(Brot.)*

(3) levissime repanda; folia sub anthesi erecta; magna, inodora.

5. **C. conspicua** *Haw.* l. c. 8. — *W. H.* l. c. 298. 3. (excl. var. 3.) t. 38. f. 54. — *Sp.* l. c. — *Sweet* l. c. II. 326.
The greater yellow Jonquilia or bastard Daffodil. *Park.* Parad. 106. t. 107. f. 6.
In *Hispaniâ.* ♃.
Bulbocodio gracilior et major. Corona plicata.
α. princeps *W. H.* l. c. var. 1.
β. minor *W. H.* l. c. var. 2.

---

*) Genitalia sursum curvatim adscendentia: filamenta inclusa, aequalia, 3 tubi ipsi basi inserta, 3 basi tubo adnata; antherae incumbentes, versatiles, curvatae. Corollae laciniae diminutae, angustae coronâ maximâ turbinatâ breviores. Caetera ut in Ajace. (Ovarium subturbinatum cylindricum; semina triangularia, numerosa, bifariam inserta. — Folia filiformia, canaliculata, viridia.) *Haw.*

**) Stylus et filamenta declinata, recurva; antherae breves, medio affixae, incumbentes, versatiles. Filamenta successive evoluta, sepalina tubo prope basin adhaerentia, petalina ad basin inserta; tubus et corona tubo longior infundibuliformes; limbus parum conspicuus, laciniis angustis. *Herb.*

(4) repando-crenata, laciniis brevior,

6. † **Corbularia aurea** *Haw.* l. c. 5. — *Sp.* l. c.
Narcissus aureus *DC.* l. c. — *Schult.* l. c. 985. 89.
Pseudonarcissus minimus aureus juncifolius *Moris.* hist. s. 4. t. 9. f. 15.
Pseudonarcissus minimus juncifolius aureus *Besl.* Ht. Eyst. vern. ord. fol. 13. f. 4.
Narcissus montanus juncifolius calyce aureo *C. Bauh.*
Hab. . . . . . ♃.
Folia 2, inferne erecta, superne flaccida, scapo 4pollicari longiora. Spatha germen includens et $^1/_3$ tubi aequans. Tubus obconicus, 9 lin. lg.; laciniae patentes, quidquam tortae, lanceolatae, acutae, 6 lin. longae, vix ultra lineam latae. Corona subcampanulata, 3‴ longa, ore paulo ampliato evidenter obtuseque crenato. Stylus declinatus, coronam superans, stigma trifidum. *(Schult.)*

(5) obconica, truncata
a. leviter denticulata; laciniae rectae, patentes, coronâ subbreviores; folia filiformia, erecta.

7. **C. filifolia.**
Narcissus tenuifolius *DC.* l. c. — *Red.* Lil. t. 486.
Hab. . . . . . ♃.
C. Bulbocodio valde affinis, sed omnibus partibus minor et corona laciniis vix longior. Bulbus ovatus, parvus, atrofuscus. Folia intense viridia, scapo triplo longiora. Scapus teres, 2—3poll. Flos solitarius, inclinatus, aureus. Spatha membranacea, longitudinaliter fissa. Perigonium inodorum, duplo minus quam in C. Bulbocodio, basi virescens, obconicum, obsolete hexagonum; laciniae oblongae, acutae, primum erectae. Corona semipollicaris. Stamina declinata, omnia coronae inclusa. Stylus declinatus, quidquam curvatus. Stigma lobis 3 brevissimis.

b. obsolete crenulata; laciniae erecto-patentes, coronam subaequantes; folia erecta, semiteretia.

8. **C. Schultesii.**
Narcissus albicans? *Schult.* l. c. 935. Obs.
In *Italiâ.* (*Jan.*) ♃.
Bulbus ovatus, 8lin., tunicis fuscis. Folia radicalia, 3—4, vaginâ truncatâ membranaceâ pallide fuscâ v. albidâ diaphanâ 3—10‴ inclusa, scapo longiora, sulcata, obtusiuscula, flavescenti-viridia, 6—9poll., $^3/_4$ lin. lata. Scapus erectus, uniflorus, compressus, foliorum crassitie et colore, 5—6$^1/_2$poll. Spatha scariosa, tubum subaequans, fere pollicaris, fuscescens, striata, inferne angustata, superne subventricosa, acumine obtuso subfornicato, hinc ad $^1/_3$ fissa. Pedunculus erectus, tenuis, 4lin. Perigonium flavum, pollicare, incurvum: tubus basi gracilis, superne infundibuliformi-dilatatus, obsolete hexagonus, virescenti-flavus, 7—8‴ longus. Laciniae lanceolatae, acutae, intus apice puberulae, dorso in siccis fuscescente nervis 3, intus flavae, coronâ paululum breviores, 3—4‴ longae, basi lineam latae. Corona subintegra, subinfundibuliformis, apice diam. 6—8‴, basi angustata, striata, extus sub lente velutina. Stamina declinata, 3 coronâ multo, reliqua triente tantum breviora: filamenta filiformia; antherae oblongae, flavae, lineam longae. Germen cuneato-oblongum, 2‴ fere longum. Stylus coronam lineâ superans, subdeclinatus, filiformis; stigma depressum, vix lobatum. Differt a C. Bulbocodio floribus minoribus subincurvis etc., a C. obesâ coronâ apice non contractâ, foliis erectis nec semper humifusis; a C. tenuifoliâ coronâ subintegrâ nec profunde 6lobatâ; a C. filifoliâ (N. tenuifolio *Red.*) floribus majoribus, scapo duplo altiore, foliis paulo tantum nec triplo breviore, coronâ vix denticulatâ. (*Sch.*)

(6) profunde 6lobata: lobulis fere hemisphaericis; folia lucida, ante anthesin erecta.

9. **C. tenuifolia** *Haw.* Suppl. 121. et l. c. 4. — *Salisb.* l. c. I. 349. — Var. 1. princeps *W. H.* l. c. 298. 4. — *Sweet* l. c. t. 114. — *Sp.* l. c.
Narcissus tenuifolius *Salisb.* Prodr. 222. — *Haw.* in Linn. Trs. V. 243. — *Schult.* l. c. 932. 1.
Narcissus Bulbocodium *L.* Hb. (non Sp. pl.).
Pseudonarcissus junceis foliis II. *Clus.* hist. II. 166. f. 1. — *Lob.* ic. 118. f. 2.
Bulbocodium tenuifolium aliud *Bauh.* hist. II. 597. f. 1.
In montibus *Biscayae.* Fl. Martio. ♃.
Folia demum dodrantalia, effusa, omnium tenuiora, lineam lata, fere semicylindrica, superne saepius obsolete canaliculata, undique laevia, lucida, potiusve absolute polita. Scapus 4—5poll., teretiusculus, superne obsolete subangulatus. Spatha ut in reliquis, uniflora, membranacea, griseo-fusca, valida, germen includens et superne solum hians, tubo vix duplo brevior. Perigonium inclinatum, totum luteum: tubus subuncialis,

(Corbularia tenuifolia) obpyramidalis, obtusissime hexagonus e laciniis decurrentibus, sulcis profundiusculis; laciniae angustatim obcuneatae, tubo coronâque breviores. Corona amplissima, subconvergenter campanulata, lobis 6 profundis satis regularibus fere semicircularibus, laciniis 2—3''' altioribus (limbo 3/8'' brevior *W. H.*). Filamenta pallide lutea, subaequalia, antheris defloratis aurantiis oblongis incurvulis coronâ parum humilioribus. Stylus parum declinatus, luteus, aliquantulum sursum incurvus. Stigma parvum, trilobum. (*Haw.* ex *Sch.*) Stylus coronâ 3/8'' longior. (*Herb.*)

β. minor *W. H.* l. c. var. 2. omnibus partibus minor. In *Italiâ*. ♃.

2) inclusus; corona
(1) integra, truncata,
a. undulato-lobata, obconica; planta major.

10. **C. serotina** *Haw.* l. c. 9. — *Sp.* l. c. — *Sw.* l. c. 164.
C. Bulbocodium var. 2. serotina *W. H.* l. c. 297.
C. turgida *Salisb.* in Htc. Trs. I. 351.
Narcissus turgidus *Salisb.* Prodr. 222.
Narcissus Bulbocodium *Curt.* Bot. Mg. t. 88.
Narcissus obesus *β.* minor *Schult.* l. c. 934.
Pseudonarcissus juncifolius luteus, serotinus. *Park.* Parad. t. 107. f. 8.
Narcissus montanus juncifolius, calyce aureo. *Bauh.* Pin. 53. — *Rudb.* Elys. 75. f. 5. 7.
Hab. . . . (?) . . In *Pyrenaeis*, et frequens prope *Tarbes* (*Herb.*) in *Lusitaniâ* (*Curtis*). ♃.
Mense toto serius floret quam C. Bulbocodium, nempe Majo medio. An eadem ac N. Bulbocodium *Brot.?*

b. infundibuliformi-campanulata v. turbinata, integerrima, laciniis lineari-lanceolatis major; planta minor.

11. **C. Bulbocodium** *Haw.* Suppl. 123. et l. c. 3. — *W. H.* l. c. 297. 2. t. 38. f. 13, 31, 45.
Narcissus Bulbocodium *L.* Sp. pl. 417. — *Wlld.* l. c. 40. 15. — *Haw.* in L. Trs. l. c. 244. — *Red.* Lil. t. 24. — *Sprg.* l. c. 45. 24. (excl. syn.). — *Schult.* l. c. 935. 5. (excl. plur. syn.). — *Sp.* l. c.
Pseudonarcissus juncifolius II. flavo flore *Clus.* hist. I. 166. C. p. 28. — *Park.* l. c. t. 107. f. 6. — *Lob.* ic. 118. f. 1. 2.
Trompette de Méduse Ht. gall.
In *Europâ meridionali* et *Africâ boreali*. ♃.
Bulbus conicus, nuce avellanâ major, tunicis fusco-cinereis. Folia 3 v. plura, uno latere sulcata, 4—8poll., vix 1/2''' lata (anguste linearia, virentia, planiuscula, dorso semicylindracea, sulcata *Lois.*). Scapus tenuis, teres, 4—6poll., laevis, uniflorus. Spatha pollicaris, acuminata; pedunculus brevis. Perigonium flavum, pollicare: laciniae angustae, acutae; corona lutea. — Folia scapo longiora, ante anthesin erecta. Stamina declinata.

(2) undulata, dentato-lobata; folia filiformia.

12. **C. lobulata** *Haw.* Suppl. 122. et l. c. 7.
C. Bulbocodium var. 1. lobulata *W. H.* l. c.
Narcissus lobulatus *Haw.* Misc. nat. 178. — *Schult.* l. c. 934. 3.
Pseudonarcissus juncifolius luteus minor *Park.* Parad. 106. t. 107. f. 7. — *Clus.* l. c. 166. f. 1.
Pseudonarcissus juncifolius *Besl.* l. c. f. 5 (?).
Hab. . . . . . ♃. Fl. Aprili.
A C. tenuifoliâ distincta foliis longe majoribus erectioribus, minus nitentibus.

60. Ajax.

Haw. Narc. Rev. 111. Monogr. 7.*) — *W. H.* l. c. 62. et 199. n. 75.**)
Narcissus b. Ajax *Schult.* l. c. 936. — *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c.
Narcissus subg. Ajax *Sp.* l. c. 432.

Sect. 1. Ajax *s. str.*

Ajax gen. et subg. *Haw.*, *Spach.*

1. Minores *Haw.* flaviflori, tubo longiusculo; laciniae
1) semiexpansae. — Corona patula, 6lobata,

---

*) Corolla limbo hexapetalo-partito, tubo turbinato, coronâ grandi poculiformi petala aequante (lobatâ, crenatâ serratâve, fere v. plus lgt. laciniarum saepissime imbricatarum). Genitalia recta. Filamenta libera, aequalia, basi tubi inserta, aequaliter

valde crispa; perigonii laciniae

(1) imbricatae; scapus

a. ante anthesin humifuse nutans; folia humum versus patulo-effusa, caerulescenti-glauca.

1. Ajax minimus *Haw.* Suppl. 111. et l. c. 7. 1. — *Sp.* l. c. 433.
A. minor var. 2. humilior *W. H.* l. c. 299.
Narcissus minor *Curt.* Bot. Mg. t. 6. — *a.* minimus *Schult.* l. c. 936.
Pseudo-Narcissus minimus *Park.* Parad. 107. f. 3. (mala).
Narcissus parvus totus luteus *Bauh.* Pin. 53. — *Rudb.* Elys. II. 72. f. 11 (?).
In *Pyrenaeis* et *Hispaniâ.* ♃.
Folia trientalia.

b. erectior; folia patulo-adscendentia perglauca; corona obconica, lacinias lanceolatas aequans.

2. A. minor *Haw.* ll. cc. 2. — *W. H.* l. c. 1. var. 4. erectior t. 38. f. 15. (ovula), 31 (flos dissect.), 50 (germen), t. 39. f. 20. (stamen auctum).
Narcissus minor *L.* Sp. pl. 415. — *Wlld.* l. c. 36. 5. — *Haw.* in Linn. Trs. V. 243. — *Sprg.* l. c. 44. 22. (p. p.) — *Red.* Lil. t. 480. — *Schult.* l. c. 936. 6. *β.*
Narcissus exiguus *Salisb.* Prodr. 200.
Ajax pygmaeus *Salisb.* in Htc. Trs. I. 343.
Pseudonarcissus hispanicus minor *Clus.* hist. I. 165. — *Park.* l. c. f. 2.
Narcissus sylvestris pallidus minimus *Barr.* ic. 796.
Narcissus hispanicus pumilus *Theatr. Fl.* t. 20.
Narcissus totus luteus montanus minimus *Besl.* l. c. fol. 1. f. 2.
In *Hispaniâ*, *Lusitaniâ*, *Pyrenaeis* (circa *Dax*). ♃. Mart.

Scapus striatus, anceps, 3—6poll. (foliis plerumque paulo longior, concolor, teres, quidquam compressus). Folia saepius 3, angusta, 1—2''' lata, (6uncialia *Haw.*) linearia, canaliculata, scapo breviora). Flos omnino luteus aut pallidus, primum interdum erectiusculus, sed demum valde cernuus (horizontalis v. paulum inclinatus. Spatha scariosa, hinc fissa, emarginata. Laciniae aequales, acutae, 9''' longae, intus apice callosae et sublanatae, exteriores paulo majores; tubus obconicus, superne plicatus). Corona campanulata, (cylindrica, superne subampliata,) laciniis aequalis aut interdum brevior (sublongior *Lois.*) margine undulata, interdum subtrifida, lacinulis inaequaliter denticulatis, *Brot.* (lobis 6 sinuatis crispulis. Filamenta subulata, tubo vix longiora, eodem ad lineae lgt. adnata. Antherae subulatae, compressae, filamentis duplo breviores, erectae, pallide flavae, hastatae. Germen ovatum, utrinque applanatum, lgt. pedunculi. Stylus inclusus, flavescens, staminibus longior, obtuse trigonus, trisulcatus. Stigma lobis 3 horizontalibus rotundatis supra excavatis, bases loborum coronae attingentibus. — Bulbus ovatus, magnit. nucis Avellanae et ultra, saepius plures conferti et scapi 2—3. Folia 2—3, vaginâ albâ tubulosâ compressâ oblique truncatâ inclusa, glauca, obtusa apice cartilagineo, plana, subcanaliculata, patentia v. suberecta. *Red.*)

β. medius: foliis longioribus erectioribus *Haw.*
Narcissus minor *γ.* medius *Schult.* l. c.
Pseudonarcissus hispanicus medius *Park.* l. c. 105.

γ. angustus *Haw.*: foliis erectis longe angustioribus. Narc. minor *ε.* *Schult.* l. c.

δ. cuneifolius *Salisb.* non *Haw.*: laciniis non imbricatis *W. H.* l. c. var. 3. t. 39. f. 24. t. 43. f. 5. (apex folii flavo-viridis rotundato-obtusi $2^{1}/_{2}$''' lati, et flos, in quo laciniae erecto-patentes lanceolatae acutae pallide flavae 3''' longae $1^{1}/_{2}$''' latae breviores sunt quam corona intensius flava campanulata acute dentata, dentibus 6 majoribus, diam. $3^{1}/_{2}$''', lg. 4''').

ε. pumilus *Salisb.* (Specim. *van Royen* in Hb. Bks.) *W. H.* l. c. 300. var. 6. t. 39. f. 23. t. 43. f. 4.

---

lateribus adnata, coronâ saepe triplo breviora; antherae lineares, longae. (Ovula in valvis quadrifariam inserta. Folia ensiformia vel lorata, obtusa, saepe inferne carinata et supra ab inflexis lateribus late canaliculata.) *Haw.*

**) Stylus crassus, rectus, subulatus, trisulcus, tripartibilis; filamenta recta, circa stylum conferta, tubi parti inferiori adnata, antherae dorso infra medium inserta; antherae erectae, rectae (apice rarius parum curvato), lineares, loborum marginibus reflexis postice contiguis et filamentum involventibus. Tubus infundibuliformis; corona subcylindracea, tubo longior, limbo conspicuo aequalis v. longior. Capsula devexa. Semina subrotunda, rugosa, raphe et chalazâ prominentibus rugosis. *Herb.*

(Ajax minor) (Folium lineari-ligulatum, pallidissime glaucum, rotundato-obtusum, planum, $1^1/_2$poll., $2^1/_3'''$ latum. Flos inclinatus tubo obconico 4''' longo $2^1/_2'''$ amplo, laciniis linearibus acutis 3''' longis lineam latis, coronam campanulatam obtuse et breviter 6lobam intensiorem aequantibus. Ex ic.)

(2) distinctae,
a. obcuneatae, corona minutissime rugulosa.

3. **Ajax pumilus** *Haw.* l. c. 3.
A. cuneifolius *Haw.* Suppl. 113. (ideoque).
A. minor var. 1. princeps *W. H.* l. c. 299. t. 38. f. 32 (flos dissectus).
A. cuneiflorus *Salisb.* Htc. Trs. I. 343.
Narcissus cuneiflorus *Schult.* l. c. 937. 7.
Narc. pumilus *Salisb.* Prodr. 220. — *Pass.* ht. hyem. 8. ic.
Narc. Pseudo-Narcissus *Brot.* Fl. Lus. 549 (?).
Pseudo-Narcissus minor luteus repens *Besl.* l. c. 5. f. 4.
In *Hispaniâ* et *Pyrenaeis.* ♃.

Folia lata, plana, glauca. Scapus inferne anceps, valde striatus. Flos totus luteus, tubo externe viridi-radiato. Laciniae tubo quidquam longiores. Corona lacinias superans, ore inaequaliter dentato subplicato interne transverse rugosiusculo. Germen ovale, laeve. *Haw.* (Scapus intus usque fere ad apicem farctus; filamenta imae basi affixa, inaequalia; stylus coronâ $^1/_4''$ brevior; limbus semipatens, pallide flavus; segmenta non imbricata; tubus semipollicaris; corona 6loba, margine crenata; folia glauca. *Herb.*)

b. lanceolato-acutae, corona obconica plicata fimbriata eas aequans.

4. **A. radians.**
Narcissus radians *Lapeyr.* hist. abr. Pyr. 177. — *Schult.* l. c. 937. Obs.
Pseudo-Narc. hispanicus minor *Bauh.* Pin. — *Swert.* Floril. t. 21. f. 8.
Ad *Pyrenaeos*, in pratis „*de Melles.*" Rarus. ♃.

Spatha scariosa, uniflora. Flores (ex *Swert.*) laete flavi, corona intensior.

2) reflexae. Reflexiflori *Haw.*

5. † **A. cyclamineus** *Haw.* l. c. 8. 4.
Narcissus cyclamineus *DC.* l. c. — *Schult.* l. c. 986. 93.
Narcissus hispanicus minor luteus, amplo calyce foliis reflexis. *Theatr. Fl.* t. 20. (220. sec. *Haw.*).
Hab. . . . . . ♃.

Secundum cl. *Herbert* (l. c. 305.) verisimiliter icon Ganymedis capacis coronâ incorrecte delineatâ.

2. Pallidiflori *Haw.* Perigonium mediocre s. majusculum, tubo abbreviato; laciniae quam praecedentium magis expansae, albicantes s. albae; corona alte (intense) lutea. — Laciniae

1) sulfureae, subsemierectae, ovatae, tubo sesquilongiores; corona perlutea subrecta, ore lobatim crenato plicatulo-crispo.

6. **A. nanus** *Haw.* l. c. 8. 5.
A. minor var. 5. nanus *W. H.* l. c. 300.
Narcissus (Ajax) nanus *Sp.* l. c. 433.
Narcissus minor δ. conspicuus *Haw.* Rev. Narc. 112. — *Schult.* l. c. 936.
In *Hispaniâ.* ♃. Floret fine Febr. aut ineunte Mart. ♃.

Folia glaucissima, $^1/_2$ poll. lata. Flos $1^1/_2$uncialis, fere inodorus.

β. angustifolius (*m.*): laciniis horizontalibus, foliis duplo angustioribus minus glaucis. *Haw.* l. c.
Floret cum α. (Amic. *Penny* comm.).

γ. plenus: flore pleno *Haw.* l. c.

2) albidae s. albae, horizontales, subtortae, rotundato-ovatae acutae valde imbricatae, paulo breviores coronâ 6fidâ transversim rugulosâ cylindraceâ, tubo duplo longiore,

(1) rectissimâ crenato-incisâ, folia glauca, $^5/_{16}''$ lata.

7. **A. breviflos** *Haw.* l. c. 8. 6.
A. lorifolius β. *Haw.* Rev. 119.
A. bicolor var. 2. breviflos *W. H.* l. c. 303. t. 38. f. 39. (stamina).
Narcissus lorifolius β. breviflos *Schult.* l. c. 944.

(Ajax breviflos) Narcissus (Ajax) breviflos *Sp.* l. c. 433.
In *Hispaniâ.* *(Sp.)* ♃.
Scapus brevior quam in A. lorifolio, altius sulcatus, sulcis numerosis; tubus luteus brevior; laciniae imbricatae, basi albidae, ellipticae; folia latiora minusque virentia. (Limbus subtortuosus, coronâ vix brevior; laciniae exter. 7/8, inter. 3/4'' latae; corona 1 3/8 longa, subregulariter lobata; stylus 1/2'' brevior. Suavissime fragrans. *Herb.)*

(2) irregulariter lobatâ plicato-crenatâ; scapus teretiusculus anceps; folia vix glaucescentia, 9/16'' lata.

8. **Ajax lorifolius** *Haw.* Rev. l. c. (*a*) l. c. 7. — *Salisb.* in Htc. Trs. I. 346.
A. bicolor var. 1. lorifolius *W. H.* l. c. 302. t. 38. f. 38. (stamina).
Narcissus lorifolius *Schult.* l. c. 944. 19. — *Sp.* l. c. 434.
Narcissus bicolor *Haw.* in Linn. Trs. V. 244. — *Ker* in Bot. Mg. t. 1187. (excl. syn.) (non *L.*).
In *Hispaniâ.* *(Sp.)* ♃.

Folia lorata, e deorsum convolutis planiuscule explicata, subtus convexiuscula, obsolete carinata, spithamaea, 3/4'' lata. Scapus striatus; spatha tubum aequans. Germen obovato-compressum, coronâ duplo brevius. Perigonium nutans, tubo turbinato obscurius hexagono germen subaequante: laciniae lato- s. subrotundo-ovatae, acutae, rotatim explanatae; intimae angustiores (respectu tubi fere horizontales, oblique tortulae, tubo 1 1/2 longiores, albidae *Haw.*). Corona lacinias excedens, subplicato-striata, segmentis rotundatis recurvo-patulis sinuato-lacinulatis crispulis (ore expanso crenulis obtusissimis oblique imbricatulis *Haw.*). Stamina ad mediam coronam porrecta; stylus longior, lobis trinis stigmatosis depresso-patulis. Differt ab A. majore foliis non convolutis, laciniis nec oblongis nec obliquis neque adeo patentibus, lobis coronae minus profunde separatis, minus recurvis, nec repando-crenatis, flore bicolore, nec uniformiter flavo; ab A. Pseudo-Narcisso laciniis lato- et ventricose ovatis, nec oblongis, coronâ brevioribus nec aequalibus; lobis coronae clare distinctis, nec vix conspicuis, lacinulis acutioribus profundioribus, nec rectioribus et patentibus; tubo late turbinato, germen aequante et vix coronae dimidiae lgt., nec angustius cucullato coronâ vix 1/4 breviore et germine triplo longiore. *(Ker.)* Flos fragrans, minus tamen ac breviflos; limbus coronâ circ. 1/8'' brevior; laciniae exter. 7/8 latae, inter. vix 1/16 angustiores; corona 1 1/2 poll.; stylus vix semipollice brevior. *(Herb.)*

β. anceps: scapo ancipiti magis compresso (brevi alte striato; laciniis exter. pollicem, inter. 7/8 latis, coronâ fere 1 1/2 poll., tubo 5/8 poll.). *Haw.* ll. cc.
A. bicolor var. 3. anceps *W. H.* l. c. 303. t. 38. f. 36. (stamina).
Narcissus lorifolius *γ.* anceps *Schult.* l. c.
Odor vehemens, sed minus gratus, fere cremoris acidi Gladioli hirsuti simulans. *Herb.*

γ. ? pyrenaeus *m.* laciniis obliquis sulfureis.
Narcissus bicolor *Lap.* l. c. — *Lk.* En. 311 (?). — *Swert.* l. c. t. 21. f. 2.
In *Pyrenaeis.* ♃.

3) niveae incurvo-horizontales, subtortae, tubo triplo longiores ovato-lanceolatae; tubus lgt. germinis; corona basi ventricosa, brevissime 6loba-ta, repando-crenata, vix plicata.

9. **A. bicolor** *Haw.* ll. cc. 119. et 8. 8. — *Salisb.* in Htc. Trs. I. 346. — *W. H.* l. c. 302. 3. (excl. varr.) t. 38. f. 36, 38, 39. (stamina et stylus).
Narcissus bicolor *L.* Sp. pl. 415. — *Wlld.* l. c. 36. 4. (excl. *β.* et *γ.*). — *Schult.* l. c. 943. 18. — *Sp.* l. c.
N. bicolor *α.* *Ait.* Kew. ed. 2. II. 215.
N. Pseudo-Narcissus B. *Red.* Lil. fol. 158. (nec ic.). — *β.* *DC.* Fl. Frc. 1980. — *δ.* *Poir.* Enc. méth. IV. 423.
N. moschatus *β.* bicolor *DC.* Fl. Fr. VI. 320. — *Lois.* Fl. gall. ed. alt. I. 234. — *Sprg.* N. E. II. 28.
N. minor *β.* bicolor *Sprg.* N. E. II. 27. et S. V. l. c. 44.
N. tubiflorus *Salisb.* Prodr. 221.
N. sylvestris *β.* *Lam.* Fl. Fr. III. 390.
N. albus, calyce flavo, alter. *Bauh.* Pin. 52.
N. pallidus, tubâ aureâ. *Barr.* ic. 930. — *Rudb.* Elys. II. 70. f. 2. (??). — *Moris.* s. 4. t. 8. f. 9.
Pseudo-Narcissus albus, calyce luteo. *Besl.* l. c. t. 2. f. 4.
In *Europâ australi*, praesertim in *Pyrenaeis.* ♃.
Tubus circ. semipollicaris v. 1/16 ultra, pallidissimus; laciniae interiores exterioribus vix angustiores; corona lutea, imperfecte lobata; stylus coronâ circ. 1/2'' brevior; filamenta

(Ajax bicolor) prope basin tubi adnata, inaequalitate fere obsoletâ. *(Herb.)* — Corona grosse inaequaliter crenata, pallide flava. Tubus virescens. Folia stricta, nec oblique flexa, ut in majore, glaucescentia. *(Wlld.)*

β. Rothii *m.* coronâ laciniis pallidis inaequalibus (3 angustioribus) fere duplo minore 6fidâ.

Narc. bicolor *Roth* n. Beitr.

Corona saturate lutea. Stamina aequalia. Pistillum staminibus longius, superne coloratum. Stigma obsolete trilobum, retusum.

γ. flore pleno.

3. Albiflori *Haw.* Flores mediocres s. majusculi, primum sulfurei, demum albi; corona longissima,

1) crenata; laciniae

(1) planiusculae ovato-lanceolatae albidae; corona sulfurescens.

10. **Ajax albicans** *Haw.* l. c. 8. 9.

A. moschatus var. 4. albicans *W. H.* l. c. 304. t. 38. f. 46. (germen) 53. (semen).

Narcissus moschatus *β.* albens *Schult.* l. c. 942.

Pseudo-Narcissus hispanicus maximus albidus *Park.* l. c. 100. t. 101. f. 1.

In *Hispaniâ.* ♃. (In horto D. *Youngii* Epsomiensis) Fl. Apr. ♃.

Folia magis glauca s. albida, flos minus albus, tubo virente.

(2) tortae v. (in n. 12.) praetortuosae,

a. coronam aequantes, primo sulfurescentes, demum albae.

11. **A. moschatus** *Haw.* l. c. 12.

A. moschatus var. 1. candidissimus *W. H.* l. c. 303. 304.

A. albus *Haw.* Rev. 117.

A. patulus *Salisb.* l. c. I. 348.

Narcissus moschatus *L.* Sp. pl. 415. — *Wlld.* l. c. 37. 6. — *Sprg.* l. c. 44. 33. (p. p.) — *Schult.* l. c. 941. 16. — *Sp.* l. c. 434.

N. moschatus *δ.* corollâ minore candidiore, coronâ limbo firme exacte isometrâ. *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1300.

N. moschatus *α.* candidissimus *Lam.* & *DC.* Fl. Fr. VI. 320. — *Lois.* l. c. 234.

N. albus *Haw.* in Linn. Trs. V. 243.

N. candidissimus *Red.* Lil. t. 188. — *Desf.* Vel. d. Mus. d'hist. nat. X. t. 49. — *Lapeyr.* l. c. 176.

Pseudo-Narcissus hispanicus minor albus *Park.* l. c. 100. t. 101. f. 4.

Pseudo-Narcissus flore albo *Clus.* auct. a. ic.

N. sylvestris totus albus amplo calyce *Rudb.* Theatr. Fl. t. 20.

In *Hispaniâ* et ad *Pyrenaeos.* ♃.

Folia glauca, laevia, plus minus involuto-canaliculata, (lineari-lorata, carinata). Scapus 1 — $1\frac{1}{2}$pedalis, (tereti-) compressus, anceps, laevis (striatus); germen anguste subovale (tubo parum brevius; spatha tubum superans; pedicellus crassus, brevissimus). Flos primo pendulus, denique cernuonutans: tubus laciniis duplo (coronâ triplo) brevior, basi viridis, superne lutescens; laciniae patentes, albidae sive sulfurescentes, mucronatae (oblongo-lanceolatae, lateribus reflexae, coronâ parum breviores, interiores fere duplo angustiores,) exteriores ellipticae. Corona (maxima, cyathiformi-) cylindracea, striatula, (deorsum obsolete hexagona,) subsulfurea ore subpatulo crenato undulato, intus transversaliter rugosiuscula (sursum densius plicato-corrugata, ore brevi 6-lobato-inciso, lobis rotundatis recurvato-patulis, margine obsoletius inique dentatis, crispulis). Color denique totus albescit. *Haw. (Gawl.)* Stylus $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}''$ coronâ brevior et staminibus longior, tubus $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}''$ longus; segmenta tortuosa, sulfurescentia, in albidum versicoloria, coronae aequalia; flores minores; tubus semipoll., stylus coronâ $\frac{1}{4}''$ brevior. *(Herb.)*

Obs. Cl. *Sprg.* sub Narc. moschato l. c. „foliis lineari-lanceolatis glaucis subtortis, scapo compresso, spathâ uniflorâ scariosâ, coronâ cylindricâ sulcatâ, limbo erecto repando-crenato lacinias corollae cernuae subconcoloris oblongas tortas subaequante," conjungit N. tortuosum, album, abscissum *Haw.*, montanum, Sabini, Macleaii *Ker*, tubaeflorum, poculiformem *Salisb.*, cernuum *Roth*, candidissimum *Red.*

b. coronâ citrinâ demum albâ longe breviores, sulfureo-albicantes;

12. **A. tortuosus** *Haw.* l. c. 10.

A. moschatus *Haw.* Rev. 118. — var. 2. tortuosus *W. H.* l. c.

A. longiflorus *Salisb.* l. c. 349.

folia plana scapusque striata; germen 6sulcum.

Narcissus tortuosus *Haw.* in Nat. Misc. 179. — *Schult.* l. c. 942. 17. — *Sp.* l. c.
N. moschatus *Ht. Kew.* l. c. 215. — *a. Gawl.* in Bot. Mg. t. 924.
N. albus, calyce flavo, Moscari odore *Rudb.* Elys. II. 73. f. 16. — *Park.* l. c. t. 101. f. 3.
Pseudo-Narc. fl. albo var. *Clus.* C. p. 14.
N. totus albus, nutante flore, longâ tubâ. *Barr.* ic. 945, 946.
Pseudo-Narc. totus albus *Besl.* l. c. fol. 2. f. 2.
In *Hispaniâ.* ♃.

Limbus coronâ brevior, minus albus, amplior, tubus ultra $^3/_4$poll., stylus coronâ $^1/_2$poll. brevior. (*Herb.*) Folia subplana, nec torta, magis glauca et latiora quam in moschato, subtus praecipue in medio striata. Scapus ut in illo, sed duplo robustior magisque compressus, striis elevatis validis, nec laevis. Germen subovale. Flos moschati, sed duplo major, tubo ut in illo, sed laciniis longe breviore et basi abbreviatim 6sulcato. Laciniae omnium pallidissimae, at primo sulfurescentes, denique tantum albae, incurvo-patulae; coronâ breviores et quasi tortuoso-revolutae, magisque mucronatae quam in moschato. Corona pallidior, primo sulfurescens, denique albicans, obsoletissime angulata, ruguloso-striata, apice magis patula plicataque, inciso-crenata, rugosa, crenis irregulariter acuminatis. Stigma majus, sed minus trilobatum. (*Haw.*) Differt ab A. bicolore coronâ magis cylindricâ, minus laciniatâ, minus patente; ab A. Pseudonarcisso coronâ longiore, staminibus ad medium tantum coronae porrectis; ab utroque flore cernuo, colore, odore fere zingiberis. (*Gawl.*)

2) ore 6lobato plicatulo, lobis rotundatis recurvantibus margine subrepando, citrina; perigonii cernui denique albi laciniae praetortuosae sulfureae.

13. **Ajax cernuus** *Haw.* l. c. 11. — *Sweet* Br. Fl. Gard. ser. 2. II. t. 101.
A. moschatus var. 3. cernuus *W. H.* l. c. 304.
Narcissus cernuus *Roth* Cat. I. 43. Neue Beitr. I. 187. — *Sp.* l. c. — *Horn.* ht. Hafn. 315. — *Schult.* l. c. 1732. 17. a. et 943. Obs.
Pseudo-Narcissus hispanicus flore albo minor *Park.* l. c. 100.
β. flore elegantissime pleno *Haw.* in Phil. Mg. Jun. 1830. 134. — *Sweet* l. c.
In *Hispaniâ.* ♃.

Folia semipedalia, obliqua, oblonga, obtusa, canaliculata et fere conduplicata, crassiuscula, striata, glabra, glauco-viridia, $^1/_2$ fere poll. lata. Scapus foliis paulo longior, anceps, striatus, glaber, glauco-viridis, apice incurvus, angulis oppositis eminentibus argutis. Spatha monophylla, grisea, exarida, striata, obtusa, uniflora. Flos albus cum flavedine quadam, cernuus, magnus. Phylla oblongo-ovalia, lgt. aequalia, recta, integra, brevi obtusoque mucrone, basi magis attenuata viridia, supra basin e viridi flavescentia, caeterum alba cum flavedine quadam, supra medium obliqua et patentiuscula, 3 exteriora duplo fere latiora. Corona longissima, tubulosa, cylindracea, subplicata, sulcata, rugosa, pallide sulfurea, phyllis dimidio longior limbo aequali plicato rugoso, laciniis rotundatis obtusis undulatis crenulatis. Filamenta conniventia, recta, alba; antherae oblongo-lineares, sulfureae, basi bifidae, erectae. Germen oblongum, $^1/_2$unc., saturate viride, vix obsolete triquetrum. Stylus staminibus longior, coronâ dimidio fere brevior. Stigma flavum, triquetrum, planiusculum, excavatum. Differt ab A. (N.) minore flore triplo majore albido, phyllis obliquis oblongo-ovalibus, coronâ cylindraceâ phyllis longiore; ab A. moschato coronâ ore 6fidâ undulatâ crispâ. (*Roth.*)

4. Lutei *Haw.* Flores lutei, saepe sulfurei, rarissime stramineo-albicantes; corona saepius plus minus saturatior,

1) integra, margine minus profunde serrata s. crenata (Serricoronae *Haw.*).

(1) margine recto crenato-serrato, lgt. phyllorum, lutea; phylla pallide sulfurea, exteriora lanceolato-elliptica, tubum vix superantia;

14. **A. Pseudo-Narcissus** *Haw.* l. c. 8. 13. — *W. H.* l. c. 300. 2. t. 38. f. 1. (stamen), 37. (stylus), 51. (germen), t. 39. f. 20., t. 40. f. 5—8. (varietates), t. 43. f. 3.
A. festalis *Salisb.* l. c. V. 243. (I. 347.) — *Haw.* Rev. 113.
Narcissus Pseudo-Narcissus *L.* Sp. pl. 414. — *Wlld.* l. c. 35. 3. — *E. B.* t. 17. — *Bull.* Fl. Fr. t. 389. — *Plenck*

scapus anceps teretiusculus rectus striatus.

off. Pfl. t. 250. — *Sprg.* l. c. 44. 21. (p. p.) — *Schult.* l. c. 937. 8. — *Rchb.* Fl. germ. exc. 88. 602. — *Sp.* l. c. 435.

Narcissus sylvestris *α. Lam.* Fl. Fr. III. 390.

N. festalis *Salisb.* Prodr. 220.

N. luteus sylvestris *Dod.* Pempt. 227. f. 1. 2. (2. 3. *Rchb.*, 12. *W.*). — *Tabern.* ic. 1002. f. 2. 3. — *Rudb.* Elys. II. 70. f. 8.

N. luteus *Trag.* hist. 757. c. f.

N. tertius *Camer.* Epit. 953. c. f. n. VIII. — *Matth.* ed. Bauh. 860. c. f.

Pseudo-Narcissus anglicus *Ger.* Emac. 133. c. f.

N. sylvestris pallidus, calyce luteo. *Bauh.* Pin. 52.

Bulbocodium vulgatius *Bauh.* hist. II. 593.

In *Europae* totius graminosis, pratis montanis. ♃. Vulgo N a r c i s s e, M ä r z e n b e c h e r, N a r c i s s e s a u v a g e d e s p r è s, P o r i l l o n, A i a u l t, F l e u r d e C o u c o u, C l o c h e t t e d e s b o i s, G a r l a n d, D a f f o d i l.

Bulbus subglobosus, tunicâ fuscâ. Folia plura, erecta, fere pedalia, quidquam glauca, obtuse carinata, margine plana, 3 — 6''' lata. Scapus foliis parum longior, angulis 2 prominulis, striatus, magis cavus quam A. m i n o r i s. Spatha indivisa ad basin germinis. Flores magni, breviter pedunculati, subnutantes, ingrate odori. Phylla pallide flava, suberecta, tubo coronae longiora, interiora paulo breviora latioraque ($^5/_8$—$^7/_8$'' lata, tubus circ. $^3/_4$, interdum $^5/_8$). Corona (circ. $1^5/_8$poll.) tubo infundibuliformi, lgt. fere cyathi crispati crenati saturate flavi subangulati. Stamina prope fundum tubi inserta, coronâ breviora; antherae oblongae, convergentes. (Stylus coronâ $^1/_2$ usque ad $^3/_4$'' circ. brevior.) Germen globosum, trisulcatum.

α. p a l l i d u s *Haw.*: phyllis pallide luteis.

β. a l b u s *Haw.*: phyllis albis.

γ. l u t e u s *Haw.*: phyllis (intense, nec pallide) luteis.

δ. p l e n u s *Haw.*: phyllis pallidis.

N. luteus sylvestris, duplici s. triplici tubo aureo. *Bauh.* Pin. 54.

N. Pseudo-Narcissus *γ. L.* l. c. — *δ. Schult.* l. c.

Pseudo-Narcissus flore pleno *Clus.* App. alt. c. ic.

Park. l. c. t. 101. f. 9.

ε. p l e n i s s i m u s *Haw.*

N. sylvestris multiplex, calyce carens. *Bauh.* Pin. 54.

John Tradescant's great Rose Daffodil *Park.* l. c. t. 101. f. 6.

N. Pseudo-Narcissus *β. L.* l. c. — *γ. Schult.* l. c. — *B. Ten.* Fl. Neap. I. 142. — *δ.* nectario staminibusque in segmenta petaliformia multiplicia, petalis externis aequalia fatiscentibus. *Bert.* Amoen. it. 22.

N. hispanicus *β. Poir.* Enc. méth. IV. 428.

Barr. ic. 970, 977, 978.

ζ. r y t i (d o) c a r p u s *Haw.*: capsulis rugosis. *W. H.* l. c. var. 1.

In *Angliâ* (in paroeciâ *Spofforth*, *Yorkshire*, germine flore marcescente valde rugoso. *Herb.*)

(2) recta plicata alte serrata lutea; phylla plana sulfurea, exteriora ovato-acuminata, coronâ breviora; scapus striatus subcompressus.

15. **Ajax serratus** *Haw.* l. c. 9. 14. et Rev. 114.

A. festalis *β. Salisb.* l. c. I. 347.

A. Pseudo-Narcissus var. 2. festalis *W. H.* l. c. (p. p.)

Narcissus serratus *Haw.* Misc. nat. 179. — *Schult.* l. c. 939. 9. — *Sp.* l. c.

In *Angliâ*, pr. *Mill-hill.* Fl. ineunte Apr. ♃.

Folia breviora, latiora magisque glauca quam in A. P s e u d o - N a r c i s s o. Scapus dodrantalis, anceps striis validis elevatis subinaequalibus. Tubus luteus, phyllis brevior, basi contractus: phylla lgt. coronae sulfureae, exteriores latolanceolatae, tortae. Corona ore rectiusculo obsolete 6fido dentato-crenulato plicato crispo, intus transverse rugosiusculo. Odor saepe ingratus.

β. s u a v i s *Haw.*: floribus suaveolentibus, P r i m u l a e p o l y a n t h a e *Schult.* l. c.

γ. r a d i a n s *Haw.*: coronâ perluteâ intus crebre rugulosâ, ore patulo plicato subregulariter valde radianter serrato; phyllis semiexpansis ovato-oblongis sulfureis tubo duplo longioribus.

Ex horto *Epsomiensi*, Mart.

δ. p r a e c o x *Haw.*: phyllis saturate sulfureis planis plusquam semiexpansis ovato-acuminatis tubum 5''' superan-

(Ajax serratus) tibus, coronam patulam luteam grande serratam subaequantibus.

In horto Soc. Hortic. Lond., reliquis praecocior.

(3) ore patula profundissime serrata perlutea, phyllis patentissimis tortis ellipticis luteis longior; scapus tereti-anceps, alte striatus.

16. **Ajax nobilis** *Haw.* Rev. 115. et l. c. 15.
A. Pseudo-Narcissus var. 3. nobilis *W. H.* l. c. 301.
Narcissus nobilis *Schult.* l. c. 939. 11. — *Sp.* l. c.
N. Pseudo-Narcissus *Red.* Lil. t. 158.
N. Andersoni *Sabine* MS.
In *Europâ meridionali.* ♃.

Limbus magis patens; odor ingratus; tubus circ. $^3/_4$poll., corona $1^1/_2$poll. irregulariter lobata, plicata, crenulata, paululum recurva; phylla coronae aequalia, acutiuscula, tortuosa: exteriora $^5/_8$, interiora haud $^1/_4$'' lata; stylus coronâ $^{11}/_{16}$ brevior; pedunculus $^5/_{16}$ longus, germen $^3/_8$, folia $^1/_2$'' lata, subglauca. (*W. H.*)

2) 6fida v. 6lobata, lobis

(1) integrioribus, (Lobato-coronae *Haw.*)

a. 6fida, infundibuliformis basi cylindracea, repando-dentata, superne plicata; phylla tubo $^1/_2$ longiora recta ovata, interiora multo angustiora valde imbricata.

17. **A. obvallaris** *Salisb.* l. c. I. 345. — *Haw.* Rev. 120. et l. c. 9. 19.
A. luteus var. 4. obvallaris *W. H.* l. c. 304.
Narcissus obvallaris *Salisb.* Prodr. 221. — *Schult.* l. c. 945. 20. — *Sp.* l. c.
N. Sibthorpii *Haw.* in Linn. Trs. V. 243.
N. major γ. flore minore *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1301. (f. ima).
N. Pseudo-Narcissus *Sibth.* Fl. Oxon. (?).
Pseudo-Narcissus hispanicus minor *Park.* l. c. t. 107. f. 2.
Pseudo-N. major hispanicus *Clus.* hist. II. 165 (?).
In *Angliâ* (?). ♃.

Flores minores, folia magis glauca quam in A. majore. Perigonium luteum, abbreviatum, grossum, laciniis fere patentissimis. (Scapus striatus. Tubus brevis, luteus, externe virescens. Limbus diam. 2'', laciniae, circ. pollicares, $^1/_2$'' latae. Corona circ. pollicaris, laciniis ovatis obtusis.)

b. (in n. 19. 20. alte) 6lobata, perlutea, lobis patulis

a) integris, phylla lutea tubo obconico exacte duplo longiora lineis 3 superans.

18. **A. lobularis** *Haw.* in Phil. Mg. 1830. Maj. 131. et l. c. 16.
Narcissus lobularis *Schult.* l. c. 1732. 49. a. — *Sp.* l. c.
Prope *Tenby*, Pembrokeshire. ♃.

Folia florendi tempore pedalia, erecta, firma, obtusa, 5''' lata, inferne inflexo-canaliculata extusque obtuse carinata, superne planata, undique striatula, paululum glaucescentia s. magis viridia quam in affinibus proximis. Scapus folia 2—3'' superans, subcompressus, acute anceps, foliis concolor. Spatha tubum subaequans. Tubus fere campanularis, externe perluteus, basi virescens. Phylla basi imbricantia: exteriora ovato-subacuminata, patulo-subincurvantia, interiora lato-lanceolata, subtortuosim oblique flexula. Corona laevis ore patulo, lobis 6 conspicuis rotundatis rectimque triplicatulatis fere integerrimis, intus ad lentem aliquantillum rugosiusculis. (*Haw.*)

β. ? amplicorona *Haw.*: phylla ovato-acuta valde imbricantia lutea, tubo sesquilongiora; corona amplisissima perlutea, a basi ad apicem perdilatata sub-20''' expansa crenatim incisa subplicata crispula, intus rugosiuscula, phylla superans.
In horto *Chelseano.*

γ. plenus *Haw.*

δ. scoticus *Haw.*: scapus compressus anceps tortus alte striatus, phylla lanceolato-elliptica sulfurea tubum longe superantia, corona lutea, ore magno expanso inciso-crenato ruguloso.
Narcissus Pseudo-Narcissus β. scoticus *Schult.* l. c. 938.
In *Scotiâ.* ♃.

b) plicatis, (phylla ovato-acuminata lutea, tubo $^1/_3$ circ. longiora,)

(a) crispo-rugosis.

19. **A. rugilobus** *Haw.* l. c. 17.
Narcissus rugilobus *Sp.* l. c.
Pr. *Londinum*, cultus. Fl. initio Mart. (*Denson.*) ♃.

(b) vix rugosiusculis crenatis recurvantibus.

20. **A. cambricus** *Haw.* l. c. 18.
In *Cambriâ.* ♃. Fl. fine Mart. (*Penny.*)
E flore unico marcescente constituta species (!!).

(2) profundis, plus minus irregulariter laciniato-serratis s. crenatis. Majores et maximi. (Incisilobi *Haw.*). Corona ore (in n. 21. alte)
a. 6fido,
a) patulo, perlutea; phylla semierecta lanceolata lutea; scapus laevis compressus.

21. **Ajax spurius** *Haw.* Syn. Succ. App. 327. Rev. 115. et l. c. 9. 20.
Narcissus spurius *Schult.* l. c. 939. 10.
In *Angliâ.* ♃.
Folia utrinque striata, glauca. Scapus subpedalis, anceps. Tubus perigonii perluteus, obsolete compressus, phyllis multo brevior. Phylla patula, torta, exteriora lato-lanceolata, interiora paulo angustiora. Corona phyllis paulo longior, ore patulo inaequaliter dentato subplicato, intus minutissime transversaliter ruguloso. Antherae apice punctulo nigro.

b) expanso alte irregulariter crenato; scapus valde striatus compressusque.

22. **A. Telamonius** *Haw.* ll. cc. 326, 115, 21.
A. Pseudo-Narcissus var. 4. Telamonius *W. H.* l. c. 301. t. 38. f. 17. (stamina).
Narcissus Telamonius *Schult.* l. c. 940. 12.
Hab. . . . . . (?) ♃.
Folia latissima, glaucissima, utrinque striatissima. Scapus $1^{1}/_{2}$pedalis, robustus, anceps, striis magis quam in serrato elevatis. Flos omnium longissimus, forte maximus, at ratione magnit. angustus, tubo paulo angulato luteo (viriditincto), phyllis exacte semierectis, tubo sesquilongioribus v. ultra, tortis, subellipticis, pallide luteis, interioribus parum angustioribus. Corona perlutea, lgt. phyllorum (pallidiorum; pedunculus $^{1}/_{4}$ — $^{1}/_{2}$pollicaris).
β. plenus *Haw.*: pallidus acuminatus (?).
In horto *Fulhamensi.*
γ. grandiplenus *Haw.* major, elatior, longe rarior. *Schult.* l. c.
Narcissus aureus anglicus maximus *Park.* l. c. t. 101. f. 7.

b. subpatente profundissime irregulariter dentato-crenato, lgt. phyllorum semierectorum tortorum incurvopatulorum; folia plana perglauca.

23. **A. propinquus** *Haw.* l. c. 22.
A. propinquus *β. Haw.* Rev. 116.
A. lacinularis *Salisb.* l. c. I. 344.
A. luteus var. 3. propinquus *W. H.* l. c. 304. t. 38. f. 33. (stylus), 49. (germen).
Narcissus propinquus *Salisb.* Prodr. 221. — *Sp.* l. c. 436. — *β.* (coronâ magis laciniatâ, foliis diverse glaucis) *Schult.* l. c. 940. 13.
N. major *β.* coronâ angustiore, ore minus patente, foliis vix obliquis. *Gawl.* in Bot. Mg. 1301. f. sup.
In *Europâ meridionali.* ♃.
(Scapus striatus, crassitie 4—5'''. Spatha rugosa, sordide fusca, 2poll. Tubus brevis, campanulatus, luteus, extus virescens. Limbus diam. $2^{1}/_{2}''$, phylla 2poll., 7—8''' lata, saturate lutea. Corona saturate lutea, diam. pollicaris, ad aperturam amplior, lobis rotundato-incisis.)

c. erecto crispo phyllis longiore; folia plana, glauca.

24. † **A. glaucus.**
Narcissus glaucus *Horn.* ht. Hafn. I. 315.
Hab. . . . (?) . . . ♃.
Spatha uniflora.

d. 6lobata ampla, lobis
a) patentibus magnicrenatis; phylla perlutea patula tortula.

25. **A. maximus** *Haw.* l. c. 23.
A. luteus var. 1. maximus *W. H.* l. c. 304.
A. propinquus *α. Haw.* Rev. 116.
Narcissus maximus *Ht. bat.* — *Sp.* l. c.
N. propinquus (excl. var. *β.*) *Schult.* l. c.
N. major totus luteus calyce praelongo alto *Rudb.* Elys. t. 71. f. 19.
N. aureus praecox *Besl.* l. c. fol. 6. f. 3.
N. hispanicus medius luteus *Park.* Theatr. t. 20.
Hab. . . . . . (?) ♃.
Folia lata, praeglauca. Scapus anceps, valde compressus, pallide glaucescens. Phylla elliptica, tubo sesquilongiora v. ultra. Corona cylindracea, recta, demum phyllis longior, ore valde inciso s. laciniato, incisuris saepius profunde dentatis serratisve. Odor debilis. Color luteus, coronâ saturatiore, tubo basi externe viridi. Germen anguste pyriforme, laeve, compresso-triangulare, angulis obtusissimis.

b) patentissimis maximis recurvis subundato - crenatis; phylla perlutea patula; folia glaucissima spiralia.

26. **Ajax major** *Haw.* Rev. 116. et l. c. 10. 24.
A. grandiflorus *Salisb.* l. c. I. 344.
A. luteus var. 2. major *W. H.* l. c.
Narcissus major *Curt.* Bot. Mg. t. 51. — (*a. Gawl.* ibid. ad 1301.) — *Schult.* l. c. 940. 14.
N. bicolor *β. Ait.* Kew. ed. 2. II. 217. — *Wlld.* l. c. 36.
N. grandiflorus *Salisb.* Prodr. 221.
N. Pseudo-Narcissus *C.* (totus luteus, coronâ amplissimâ, apice patente) *Red.* Lil. t. 158.
N. major totus luteus *Rudb.* Elys. II. t. 71. f. 9.
Pseudo-Narcissus aureus hispanicus maximus *Park.* l. c. 99. t. 101. f. 1.
Pseudo-N. major hispanicus *Clus.* hist. I. 165. — *Swert.* Floril. t. 21. f. 2 (?).
N. sylvestris, alia icon *Dodon.* Pempt. 227.
Bulbocodium hispanicum *Bauh.* hist. II. 594.
N. totus luteus montanus major *Besl.* l. c. f. 1. — *Barr.* ic. t. 930 (?).
N. major totus luteus, calyce praelongo, alter. *Lob.* ic. 117.
In *Galliâ*, circa *Limoges*. ♃.

A. Pseudo-Narcisso simillimus, sed praesertim flos multo major. Folia 3—6''' lata. Scapus subcompressus, striatus. Flos fere sessilis, totus flavus; phylla exteriora saepius basi viridia. Corona ampla, lobis erectis denticulatis, phylla ovata paulo superantibus.

β. flore pleno.

c) patulis dentatis, phylla aequans; scapus anceps laevis (non striatus).

27. **A. hispanicus.**
Narcissus hispanicus *Gouan* Ill. 23. — *Poir.* l. c. IV. 428. — *Schult.* l. c. 941. Obs.
(Synonyma *Clusii*, *Swertii*, *Bauhini*, *Rudbeckii* et *Lobelii* supra allata a *Gouanio* huc ducuntur.)
In *Pyrenaeis*. ♃.

Scapus 5—6poll. Folia plana, lgt. fere scapi, basi canaliculata, extus convexa, substriata. Flores magni, basi extus viridi-flavicantes. Germen ovatum, fere anceps. Perigonium flavum: phylla lanceolata, subaequalia, exteriora latiora acutiora. Corona fere lgt. perigonii, eo concolor, cylindracea: lobulo singulo dentibus 3—4 parvis inaequalibus acutis obtusisque; post anthesin excrescit, perigonium superat stylusque elongatur, ut perigonium aequet.

Obs. A. luteus *W. H.* l. c. 304. 5. sub quo species praecedentes conjunguntur, distinguitur perianthio luteo concolore, pedunculo et tubo 3unc., filamentis prope basin tubi inaequaliter adnatis; stylo coronâ circ. unc. breviore. T. 38. f. 33. (filamenta et stylus).

Incertae sectionis: Filamenta tubi basi ipsi adnata inaequalitate fere obsoletâ; stylus coronâ ultra semunciam brevior; tubus vix semuncialis; limbus pallidus, laciniis latis.

28. **A. tubaeflorus** *W. H.* l. c. 303. 4.
α. princeps t. 38. f. 34. (flos dissectus) et f. 18. (semen).
A. tubaeflorus *Salisb.*

Tubus $^3/_8$; limbus latus, patens, pallidissime sulfureus, $1^3/_8$ longus; corona aequalis, lutea, margine reflexo, irregulariter lobato serratoque.

β. crenulatus *Sabine* MS. — *W. H.* t. 38. f. 35. (flos dissect.).

Corona minus fissa margineque recurva ac in tubaefloro, et itaque ut videtur longior.

Hab. . . . (?) . . . ♃.

Sect. 2. Oileus.

Haw. l. c. 10. *)

Corona truncata
1. integerrima quasi abscissa, phyllis flavis intensior;
1) major.

29. † **A. abscissus** *Haw.* Rev. 116. 117. — *W. H.* l. c. 305. 6.
Oileus abscissus *Haw.* l. c. 10. 1.
Narcissus abscissus *Schult.* l. c. 941. 15.
Pseudo-Narcissus tubo quasi abscisso *Park.* l. c. t. 107. f. 1.

---

*) Spatha uniflora. Corollae luteae laciniae patentes. Corona longior, vel lgt. laciniarum, integra s. integerrima, truncata. Stylus inclusus. Genitalia . . . . . Statura et folia Ajacium minorum, discrepante coronâ atque (absque) fimbriâ serrarum. *Haw.*

(Ajax abscissus) Narcissus flavus tubo rotundo majore *Rudb.* l. c. t. 69. f. 4. — *Swert.* l. c. t. 22. f. 4.
In *Hispaniâ*, ad *Pyrenaeos.* ♃.
Folia angustiora, glauca. Limbus ut in hexangulari coronâ pallidius flavus.

2) triplo minor. 30. † **Ajax Rudbeckii.**
Oileus minor *Haw.* l. c. 3.
Narcissus flavus tubo rotundo minor *Rudb.* l. c. t. 68. f. 4.

2. integra sexangularis, angulis in totidem mucrones obsoletos terminatis. 31. † **A. sexangularis** (hexangularis) *W. H.* l. c. 7.
Oileus hexangularis *Haw.* l. c. 2.
Narcissus subflavus tubo sexangulari *Rudb.* l. c. t. 60. f. 3. — *Swert.* l. c. t. 22. f. 1.
Pseudo-Narcissus tubo sexangulari *Park.* l. c. t. 101. f. 5.
In *Pyrenaeis.* ♃.

3. integra, ampla flava; phylla alba; stylus exsertus. 32. † **A. albus.**
Oileus albus *Haw.* l. c. 4.
Narcissus albus, calyce seu tubo non fimbriato *Rudb.* l. c. t. 70. f. 7.
Hab. . . . . . ♃.
Facies A. minoris.
β. coronâ fimbriatâ. (A cl. *W. H.* allata.)

4. non fimbriata, stylus inclusus. 33. † **A. pygmaeus.**
Oileus pumilus *Haw.* l. c. 5.
Narcissus hispanicus tubo non fimbriato *Rudb.* l. c. t. 72. f. 15. — *Swert.* l. c. t. 21. f. 9.
Hab. . . . . .
A. minimo similis, sed corona truncata.
Obs. Hae species omnes, ex iconibus minime accuratis constructae, maxime dubiae sunt et vix admittendae.

Sect. 3. Assaracus.

Haw. l. c. 10. *)
Ganymedes *W. H.* l. c. sp. 1. et 2.
Narcissus subg. Assaracus *Sp.* l. c. 436. **)

Corona ampla campanulata, lacinias aequans v. subaequans,

1. integerrima v. leviter crenulata; scapus bi- (aut 3—4)florus; folia planiuscula; phylla oblonga, obtusa cum mucrone, patentissima. 34. **Ajax capax.**
Queltia capax *Salisb.* l. c. I. 353.
Assaracus capax *Haw.* l. c.
Ganymedes capax *W. H.* l. c. 308. 1.
Narcissus capax *Schult.* l. c. 950. 30. — *Sp.* l. c.
N. calathinus *Red.* Lil. t. 177. et fol. 410. A. — *Lois.* Narc. 624. Not. 159. Fl. gall. ed. 2. I. 235. (non *L.*).
? N. calathinus *DC.* Fl. Fr. V. 324. — *DC.* & *Duby* Bot. gall. I. 456.
N. angustifolius flavus magno caule *Bauh.* Pin. 51. — *Rudb.* l. c. II. 60. f. 5.
N. IX. angustifolius 1. *Clus.* hist. I. 158. f. 1.
In insulis „*de Glenans*" ad prom. „*Finisterre*" Armoricae. ♃.
Bulbus rotundatus magnit. nucis minoris. Folia plura, plana, glabra, $7\frac{1}{2}$—12poll., $2\frac{1}{2}$—3''' lata, sublinearia, obtusa, (glaucescentia, debilia, lgt. scapi *DC.*). Scapus erectus (teretiusculus, 9—10poll.). Spatha membranacea, albida, erecta, acuta, latere ad $\frac{2}{3}$ fissa, basi tubulosa bi- (aut 3—4)-flora. Pedicelli spathâ paulo longiores. Flores flavi, (albido-flavescentes,) magni. Tubus cylindricus (coronâ brevior). Laciniae 9''' longae, $2\frac{1}{2}$''' latae. Corona amplissima (poculiformis, marginibus erectis truncatis quidquam crenulatis). Stamina inclusa. Germen viride, ovoideo-triangulare. Stylus lgt. coronae *Red.* (*DC.*, qui, monente *Schult.*, reflexum cum capace confundisse videtur.) Tubus et corona circ. $\frac{5}{8}$, limbus $\frac{7}{8}$'' longa; stylus coronâ brevior. (*W. H.*)
β. plenus *Haw.* in Phil. Mg. 1830. 134. — *Park.* l. c. t. 107. f. 4.

---

*) Spatha biflora. Corollae ochroleucae nutantis laciniae subsemireflexae. Corona subundata, poculiformis, lacinias aequans potiusve superans. Stamina (in)clusa, 3 ore tubi, alia 3 fere orem (os) coronae attingentes. Folia lorata, plana et statura Ajacium minorum, sed Ganymedis facie. *Haw.*

**) Spatha biflora. Perianthium pallide flavum, segmentis subreflexis. Corona subundulata, cyathiformis, lacinias subaequans. Stamina inclusa. Folia plana, loriformia.

2. margine 6crenata; phylla reflexa,

1) coronâ vix longiora, oblongo-lanceolata, ochroleuca; scapus teres, pauciflorus; folia planiuscula acuta.

35. Ajax lusitanicus.

Narcissus reflexus *Brot.* Fl. Lus. I. 550. — *Schult.* l. c. 952. 32. (quoad plantam lusitanicam).

In *Lusitaniae* montosis pr. *Gerez*, circa *Amarante* alibique in *Duriminiâ (Brotero).* ♃.

Scapus erectus. Folia anguste lineariâ. Flores nutantes. Flos mediocris, sulfureo-albidus. Nimis affinis N. odoro. *(Brot.)*

2) coronam aequantia, ovato-lanceolata, albida; scapus subcylindricus, 1-2-florus; folia dorso subconvexa binervia (nervis valde prominentibus).

36. A. reflexus.

Assaracus reflexus *Haw.* l. c.
Ganymedes reflexus *W. H.* l. c. 2.
Narcissus reflexus *Lois.* ll. cc. 165, 633, 237. — *Schult.* l. c. (excl. syn. Brot.). — *Sp.* l. c.
N. calathinus B. *Red.* l. c. 410.
N. campanulatus *Lk.* En. alt. 311.
In insulis *Glenans.* ♃.

Bulbus ovatus, albus. Folia pauca, anguste linearia, erecta, 8—11poll., 2''' lata, intense viridia, intus plana. Scapus 6poll., laevis, glaber, subcylindricus v. leviter compressus. Flores 2 penduli (cernui): pedunculi inaequales, apice flexi. Spatha membranacea, lgt. pedunculorum. Germen magnum, ovato-trigonum, lgt. tubi trigoni pallide viridis. Phylla acuta, lgt. striata, basi recurva erectaque fere ut in Cyclamine. Corona magna, phyllis concolor, limbo nec reflexo neque plicato, crenis 6 profundis. Stamina 3 in tubo abscondita, 3 coronae marginem attingentia, horum filamenta alba, subulata, sat longa, reliquorum brevissima flavescentia. Antherae flavescenti-albidae, oblongae, obtusae. Stylus filiformis, staminibus paulo longior (coronâ brevior). Stigma urceolatum. *Red.* Tubus et corona $^7/_8$, limbus $^1/_4$'' lg. *(W. H.)*

Obs. In Postscripto p. 415. cl. *Herb.* Ajacis species sesequenti modo disposuit:

1. Pseudonarcissus. Corona lutea, limbum pallidiorem aequans, stylo semunciâ longior; filamenta (uti in 2 et 3) prope basin inaequaliter adnata.
   Var. 1. ryticarpus, 2. nobilis, 3. Telamonius.
2. minor. Corona lutea limbum pallidiorem superans, stylo semunciâ longior.
   Var. 1. princeps, 2. humilior, minimus *Haw.* foliis paulo brevioribus, coronâ profundiore, limbo breviore; 3. altior, nanus *Haw.* scapo 8poll., foliis minus tortuosis $^3/_8$ latis, 4. (?) cuneifolius; 5. (?) pumilus; (6. festalis).
3. luteus. Corona lutea, limbum concolorem fere parum (!) superans, stylo $^3/_4$ unc. vel ultra longior.
   Var. 1. maximus, 2. major, 3. propinquus, 4. obvallaris.
4. tubaeflorus. Corona lutea, limbum pallidissimum aequans, stylo $^1/_8$'' longior; filamenta basi ipsi adnata.
   Var. 1. princeps, 2. crenulatus.
5. bicolor. Corona lutea, limbum pallidissimum aequans, stylo $^1/_4$ unc. longior; filamenta prope basin aequaliter fere adnata.
   Var. 1. lorifolius, 2. breviflos, 3. anceps.
6. tortuosus. Corona citrina colore serius obsolescente limbum subalbescentem superans, antheris $^7/_8$, stylo $^5/_8$ longior; filamenta $^1/_4$—$^3/_{16}$ unc. a basi adnata. (Sepala $^3/_4$, petala $^5/_8$ lata, torta.)
   Narc. moschatus *α.* Bot. Mg.
7. albicans. Corona citrina, mox subalbescens, limbum subalbescentem superans, stylo unc., antheris $1^1/_4$ longior; filamenta $^1/_4$—$^3/_{16}$ unc. a basi adnata. (Sepala $^{13}/_{16}$, petala 11 (16) lata, torta.)
8. cernuus. Corona cernua, citrina, mox subalbescens, limbum subalbescentem superans, stylo unciam fere longior; filamenta circ. $^1/_8$ unc. a basi adnata. (Sepala $^{11}/_{16}$, petala 9 lata, torta.)
   Filamenta tortuosi graciliora, cernui crassiora, tamen breviora quam albicantis, antherae cernui paulo longiores magisque flavae.

9. moschatus. Corona sulfurea, mox albescens, limbum album aequans, stylo $^1/_4$ unc. longior.
Narc. moschatus δ. Bot. Mg.

Species exclusa:

Ajax Sabinianus *W. H.* = Queltia (Diomedes) Sabini.

61. Queltia.

Haw. Rev. 123. *). — *W. H.* l. c. 62. et 310. n. 77. (p. p.) **)
Narcissus d. Queltia *Schult.* l. c. 947. — *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c.

Sect. 1. Illus.

Haw. Mon. 10. ***)
Narcissus subg. Illus *Sp.* l. c. 437.

1. Phylla plana, reflexa, lanceolata, tubo ($^1/_3$) longiora, coronâ

1) poculiformi repando-truncatâ sesquilongiora; scapus teretiusculus.

1. Q. cernua.
Illus cernuus *Haw.* l. c.
Ganymedes ochroleucus *Haw.* Rev. 206.
Ganymedes cernuus *Salisb.* in Htc. Trs. I. 353. — *Haw.* Suppl. 130. — *W. H.* l. c. 308. 4.
Narcissus cernuus *Salisb.* Prodr. 223. — *Schult.* l. c. 953. 33. — *Sp.* l. c. (non *Roth*).
N. triandrus *Curt.* Bot. Mg. t. 48. (non *L.*).
N. juncifolius calyce luteo, reflexis foliis albis. *Park.* l. c. t. 93. f. 3.
N. juncifolius flore pallido reflexo *Raj.* hist. II. 1137.
In *Hispaniâ* et *Galliâ meridionali.* ♃.

Folia glauca, vix $2'''$ lata (horizontalia? *Haw.*). Scapus gracilis, pallide virens, 1—3florus, fere semipedalis. Perigonium diam. $1^1/_2$poll., ochroleucum: phylla lanceolato-oblonga, basi parum imbricata, Cyclaminum more reflexa, ore albida, fere pollicaria; corona semipollicaris, intensius ochroleuca. — (Tubus et corona $^5/_8$, limbus $^1/_4$ lg. *W. H.*)

2) urceolato-campanulatâ ore subcontracto integrâ duplo longiora.

2. † Q. coronata.
Narcissus coronatus *DC.* in *Red.* Lil. l. c. — *Schult.* l. c. 986. 92.
N. montanus minimus coronatus *Lob.* ic. 119. f. 2.
Bulbocodium minimum coronatum *Bauh.* hist. II. 596. f. 2.
Hab. . . . . . ♃.

Folia scapo paulo breviora. Flos solitarius, nutans; pedunculus spathâ ovatâ acutâ paulo brevior. Tubus germine tenuior; phylla acuta. *(Sch.)*

2. Phylla torta (plus) duplo breviora coronâ

1) campanulatâ repandâ v. crenulatâ, — oblonga reflexa; scapus compressus.

3. Q. triandra.
Illus triandrus *Haw.* l. c.
Ganymedes triandrus *Haw.* Suppl. 130.
Ganymedes albus *Haw.* Rev. 207.
Narcissus triandrus *L.* Sp. pl. 416. — *Wlld.* l. c. 37. 7. — *Sprg.* l. c. 44. 20. (p. p.) — *Schult.* l. c. 953. 34. — *Sp.* l. c. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1262. (p. p.)
N. juncifolius albo flore reflexo *Clus.* App. alt.
N. albus oblongo calyce *Bauh.* Pin. 53. — *Rudb.* l. c. 72. f. 12.

---

*) Corolla hexapetalo-partita, tubo angulatim cylindrico, gracili, lacinias fere aequante. Corona calyciformis, inferne sensim angustior, ore plus minus undulatim sexlobato, lgt. dimidii laciniarum. Genitalia recta. Filamenta aequalia: 3 ultra medium, caetera altius tubo adnata et libera circ. lgt. antherarum. Antherae superne curvatim semierectae, non versatiles. Spatha uniflora. Caetera ut in Ajace.

**) Stylus rectus, sursum plus minus attenuatus; filamenta parti superiori tubi alternatim adhaerentia, recta, antherarum dorso infra medium affixa; antherae lineares, erectae, recurvae, locellorum marginibus postice supra insertionem contiguis, at filamenta non involventibus, tubo breviores v. subaequales (tubus subcylindricus, plus minus ampliatus, corona limbo brevior).

***) Spatha 2—4flora. Corolla absolute cernua seu pendula, laciniis Cyclaminum more reflexis usque ad pedunculos, alba sive ochroleuca. Corona poculiformis, integra, laciniis subduplo brevior. Stamina inclusa. Genitalia recta, gracilia, valde inaequalia. Filamenta 3 tubo breviora adnata fere ad antheras erecta: alia 3 e tubo progredientia usque ad $3'''$ libera ultra tubum at coronâ breviora. Stylus exsertus $2—3'''$ vel plus. Folia juncoidea valde canaliculata.

(Queltia triandra) Narcissus juncifolius flore albo reflexo *Park.* l. c. t. 93. f. 2. In *Pyrenaeis.* ♃.

Magnitudo Narc. poëtici, sed folia dimidio angustiora, canaliculata. Scapus obtuse compressus, subsolidus, saturate viridior, cernuâ 2—3plo crassior. Spatha 1—3flora. Perigonium totum niveum: laciniae (ovato-oblongae) valde tortae, basi parum imbricantes, longiores et angustiores quam in cernuâ, Cyclaminum modo minus reflexae, magisque tortim effusae, exteriores costâ ochroleucâ, plus duplo coronâ longiores, et a tubo quidquam reflexe progredientes. (Corona margine recto inaequaliter crenulato.) Stylus magis quam in cernuâ exsertus, tota planta major, foliis fere sesquilongioribus et ultra, duplo latioribus, saturatioribus magisque effusis. — Q. cernua differt phyllis lanceolatis tubo longioribus, coronâ ventricoso-campanulatâ, staminibus fauci coronae insertis, quorum 3 longiora, stylo subincluso.

Obs. 1. *Sprengel* sub Narc. triandro „foliis linearibus canaliculatis, scapo teretiusculo, spathâ sub-3florâ, laciniis corollae cernuae reflexis lanceolatis coronam campanulatam crenulatam dimidio superantibus, staminibus alternis prominulis, stylo subexserto," cumulat N. calathinum et pumilum *Red.*, concolorem *Haw.*, cernuum *Sal.*, nutantem *Haw.*, trilobum *Sims.*, et in C. p. adhuc Macleayi *Lindl.*

Obs. 2. Sub Narc. triandro *Gawl.* (Bot. Mg. t. 1262.): „foliis paucis (1—4) semicylindraceo-subulatis, convoluto-canaliculatis; scapo tereti altiore; spathâ pedicello subisometrâ; corollâ cernuâ; germine ovali-trigono, quam tubus 4plo breviore; tubo trigono-cylindrico lutescente; limbo quam is parum breviore; laciniis retroflexis ovali-oblongis aequalibus subobliquis minute rugosulis, obtusiusculis cum mucronulo; coronâ grandiusculâ, cylindraceo-cupulatâ, quam limbus dimidio breviore, subcrenulato-repandâ, verticaliter plicato-striatulâ; filamentis adnatis; antheris sagittato-oblongis, stylo prominentibus 3 sublongiore," praeter synonyma supra citata adhuc allegantur: N. calathinus *Red.* Lil. t. 177., *Park.* Parad. 92. et t. 93. f. 3., *Ger.* Emac. 128., *Rudb.* El. 74. f. 1. 2., quare sub eo plures latere species vix tamen rite extricandas non dubitandum. Caeterum icon ipsa, ac varietas lutea insignita, potius ad Q. cernuam spectare videtur.

2) cylindricâ truncatâ integerrimâ, — linearia, angusta.

4. † **Queltia Coornei.**

Narcissus Cournei *DC.* l. c. — *Schult.* l. c. 986. 91.

N. juncifolius albus calyce magno domini Coorna *Lob.* Adv. alt. 498. ic.

N. juncifolius albus calyce magno D. Coorn(a)e tortilibus foliis *Bauh.* hist. II. 599. (ic. Lob.).

N. juncifolius albus calyce longiusculo s. magno, foliis (phyllis sc.) tortilibus. *Moris.* s. 4. t. 23. f. penult. — *Chabr.* Sciagr. 217. f. 2.

Hab. (pr. *Betam* Gallaeciae suspic. *Lobelio*) (?). ♃.

Flos solitarius, nutans: pedunculus spatham fere superans. Tubus germine tenuior. Stylus exsertus, stigmate capitato. (*Schult.* qui plantam ex icone vix hujus generis, Narcissi sc., esse credit.)

Sect. 2. Diomedes.

Haw. in Philos. Mg. 1823. 440. — Narc. Monogr. p. 11.*)

Narcissus c. Diomedes *Schult.* l. c. 945. — *Endl.* l. c.

Narcissus b) Ajax (p. p.) *Meisn.* l. c. (297.)

Narcissus subg. Diomedes *Sp.* l. c. 438. **)

1. Phylla patentia, imbricata paulo longiora coronâ

1) cylindricâ truncatâ integrâ, tubo paulo

5. **Q. Macleayi.**

Diomedes minor *Haw.* ll. cc.

*) Corolla limbo hexapetalo-partita, tubo clavatim cylindraceo valido, coronâ mediocri, poculiformi, petala semiaequante. Genitalia recta. Filamenta subaequalia, tubo semi- vel plus deorsum connata. Antherae exiguae, lineares, erectae. *Haw.* ll. cc.

**) Perianthium tubo claviformi cylindrico crasso; corona magna, cyathiformis, segmentis vix dimidio brevior. Stamina et stylus rectilinea. Filamenta subisometra, tubo dimidio inferiori adnata. *Sp.* l. c.

longiora; spatha 1—2-flora, scapus compressus, subanceps; filamenta 3 apice tantum libera; stylus coronâ brevior.

Q. Macleayana *W. H.* l. c. 310. 1. t. 39. f. 1. (flos dissectus).
Narcissus Macleayi *Lindl.* in Bot. Rg. 672. nt. et t. 987. — *Bot. Mg.* t. 2588. — *Schult* l. c. 945. 21. — *Sp.* l. c.
N. totus pallidus oblongo calyce serotinus minor *Park.* l. c. 73. f. 4.
In *Pyrenaeis*, et (?) pr. *Smyrnam.* ♃.

Habitus Narc. Tazettae pumilioris, spathâ biflorâ. Folia lata, viridia. Scapus canaliculatus, compressus, fere ut in N. compresso. Pedunculus pollicaris, erectus, compressus. Germen tumidum, ovatum. Tubus 5/8'' crassus (9/16 *H.*), cylindricus, apice ampliatus, viridis. Phylla alba, cum coronâ rectangularia, 3/4poll., exteriora latiora cum mucrone (3/4poll.). Corona 5/8 (1/2)poll., laete flava. (*Ldl.*). Folia 1/2'' lata, striatula. Scapus sub florescentiâ pedunculum superans; tubus 6—7''' lg. Phylla subaequalia, elliptico-ovata, stellata, basi distincta. Corona poculiformis, angulata, dimidiâ lgt. phyllorum et ultra, ore recto subplicato-crenulato. Filamenta lutescentia, superne alba: 3 tubo alte connata et antherarum lgt. tantum libera, 3 quidquam breviora, dimidiatim libera. Antherae tubum paulo superantes, exiguae, albae. Stylus albus, strictus (coronâ 1/8'' brevior), antheras 3—4''' superans; stigma obsolete trilobum. (*Haw.*) *Sims* quoque coronam dicit crenatam v. undulatam, quam *Lindl.* in diagn. integerrimam describit.

2) columnari erectâ plicatâ erosâ, tubum subaequantia; stylus coronam aequans, antheras paulo superans; spatha uniflora; scapus anceps.

6. **Q. Sabini.**
Diomedes major *Haw.* ll. cc.
Ajax Sabinianus *W. H.* l. c. 306. 9. t. 38. f. 20. (semen) et 41. (stylus, stamina et corona dissecta) et 416. 10.
Narcissus Sabini *Lindl.* Bot. Rg. t. 762. — *Schult.* l. c. 946. 22. — *Sp.* l. c.
N. albus oblongo calyce luteo serotinus major *Park.* l. c. t. 73. f. 3 (?).
Pseudo-Narcissus juncifolius luteus serotinus *Park.* l. c. 106 (?).
In *Pyrenaeis.* ♃.

Praecedente omnibus partibus triplo major; scapus minus striatulus, laevior. Folia pauca, pallide viridia, latiuscula. Scapus canaliculatus. Pedunculus 1 1/2poll., erectus. Germen parvum et tubus perigonii cylindraceus subinfundibuliformis (5/8poll.) omnino viridia, phyllis aequalia, cum pedunculo angulum rectum formantia. Phylla albida, lata, ovata, nitida, cum coronâ rectangularia, directione subirregulari (speciosa, incurvo-expansa, ad oras altissime reflectentia *Haw.* Limbus albus, 1 1/8poll. *W. H.*). Corona lutea, 9''' (7/8'' *H.*) longa, phyllis 1/3 brevior (pallidior, ore magis plicatim crenulato). Stamina breviora, stylus coronae aequalis (1 1/2poll. *W. H.*). (Filamenta aequalia, tubum longe superantia, 3 plusquam semilibera, 3 altius tubo connexa; petalina 1/4, sepalina fere 3/8'' a basi tubi adnata. Antherae erectae, externe parum curvatulae, subaurantiaceae, polline copiosiore. *Sabine, Haw., Herb.*). Phylla Narc. bicoloris, tubus (Q.) incomparabilis, corona quam in hoc longior, quam in bicolori brevior. (*Lindl.*)

2. Phylla coronâ plus duplo longiora.

7. † **Q. Parkinsoni.**
Diomedes Parkinsoni *Haw.* l. c.
Narcissus Parkinsoni *Sp.* l. c.
N. albus oblongo calyce *Park.* l. c. t. 71. f. 7. et 13.
Hab. . . . . . ♃.

Sect. 3. Tros.

Haw. l. c. 11. *)

Narcissus subg. Tros *Sp.* l. c. 438.

Perigonii nutantis phylla
1. recta semiexpansa, oblongiuscula, cum

8. **Q. poculiformis** *Haw.* Suppl. 127.
Q. poculigera *Salisb.* l. c. I. 352.

*) Spatha 1—2flora. Corolla e sulfureo albicans, ante aperientiam ad scapum tortim inflexa plusque, postquam valde cernua et tortula; laciniae coronâ rectâ, majusculâ, poculiformi delicatiori eleganter plicatâ, ore plicatim crenulato, plus duplo longiores. Filamenta aequalia, 3 plus dimidiatim, caetera altius tubo adnata et libera plus quam antherarum longitudine. Antherae superne curvatim semierectae, non versatiles. Caetera ut in Ajace, ut longissime graciliores (!!).

Venia sit latinitati auctoris, hic et alibi ad sensum saepius vix intellegendum emendatae!

acumine, concavo-inflexa, corona ore crenulatim erosulo.

Queltia montana *W. H.* l. c. 310. 2. t. 39. f. 4. (flos dissect.).
Tros poculiformis *Haw.* l. c.
Narcissus poculiformis *Salisb.* Prodr. 224. — *Schult.* l. c. 949. 28. — *Sp.* l. c. 439.
N. montanus *Bot. Rg.* t. 123. (133. sec. *Herb.*).
N. montanus s. Nonpareil *Park.* l. c. 72. t. 71. f. 6.
N. totus albus maximus, calyce mediocri serotinus. *Barr.* ic. 67. t. 948.
N. oblongo calyce *Pass.* Ht. vern. t. 20.
In *Pyrenaeis.* ♃.

Gracilis. Folia subquaterna, linearia, fere $^1/_2$poll. lata, glauca, lgt. scapi compresso-teretis, subuniflori margine duplici. Spatha sphacelata, aequans pedunculum pollicarem tubo 2—3plo longiorem basi erectum. Flos totus albus, fere bipoll., odoratus fere odore Muscari moschati, cernuus (pendulus) mox nutans. Germen oblongum, trisulcum, tubo haud multo brevius. Tubus virens, cylindricus, germinis fere diametro, limbo $^1/_3$ brevior ($^{11}/_{16}$poll.). Limbus stellatus, parum inaequalis ($^1/_8$poll.? forte sphalmate *Herb.*): (phylla non stellatim disposita, sed potius semiexpansa *Haw.*). Corona plicato-striata, serrulato-erosa. Stamina infra os tubi inserta, coronâ ($^1/_2$poll.) inclusa. Antherae flavae. (Stylus vix antheras excedens, coronâ $^1/_8$″ brevior.) Stigma obsolete trilobum.

β. minor, omnibus partibus triplo minor *Haw.*

2. subtorta, substellata, ovato-lanceolata, lateribus inferne deflexis, coronâ poculiformis plicatissima.

9. **Queltia galanthifolia** *Haw.* Suppl. 128.
Q. montana var. 2. galanthifolia *W. H.* l. c. 311.
Tros galanthifolius *Haw.* l. c.
Narcissus galanthifolius *Schult.* l. c. 950. 29. — *Sp.* l. c.
In *Pyrenaeis.* ♃.

Folia subeffusa, angusta, subtorta, virentia, carinata, profunde concavo-canaliculata, illis Galanthi nivalis similia. Scapus anceps, subangulatus, subtortuosus, 7—9poll., uniflorus. Flos primum lacteus, demum albus, coronâ ore breviore. Antherae magnae, perluteae. Stylus viridis, lgt. tubi et coronae v. ultra.

β. praecocior: stylo semper incluso, 10 dies praecocior. *Haw.*

Sect. 4. Queltia *s. str.*

Haw. l. c. 11.*)
Narcissus subg. Queltia *Sp.* l. c. 439.

Corona omnium lutea v. flava; perigonii phylla

1. pallide flava. Sulfureae *Haw.* Corona

1) perlutea,

(1) superne subaurantia, 6lobata plicata crispa undulata; phylla lutea, per oras demum recurvas distincta.

10. **Q. Gouani** *Haw.* l. c. 2.
Narcissus Gouani *Roth* Cat. II. 32. N. Beitr. I. 188. — *Lois.* Narc. 621. Not. 51. et 158. — *Red.* Lil. t. 158. (t. 220. sec. *Schult.*). — *Sp.* l. c. 439.
N. incomparabilis *Schult.* l. c. 947. 23. (quoad synon. supra adducta et descr. *Rothii* in Obs. p. 948.).
In *Galliâ australi.* ♃.

Folia sub anthesi pedalia, glaucescentia, valde nervoso-lineata. Scapus folia aequans, anceps, striatulus. Q. aurantiae proxima, sed minor, coronae lobis certe longe distinctioribus profundioribus. Paulo serius floret. *(Haw.)* Differt a Narc. (Philogyne) odoro scapo constanter unifloro, dimidio fere longiore et crassiore ancipiti, angulis oppositis exstantibus argutis, nec saepius bifloro tereti-subcompresso angulis destituto; foliis planis, concavis et fere conduplicatis, triplo latioribus, obtusis (glaucescentibus), nec semicylindricis canaliculatis in apicem obtusum attenuatis; flore duplo majore; phyllis ex albo flavescentibus, nec saturate luteis; coronâ saturate luteâ 6fidâ crenulatâ plicatâ undulatâ, ore sub-

---

*) Omnia fere ut in genere praecedente (Troe), at omni parte grossiore(!) Spatha uniflora. Corolla nutans, laciniis coronâ duplo longioribus, haec late campanulata ore valde dilatato et sexlobulatim crispo-undulata. Filamenta paulo magis tubo adnata. *Haw.*

(Queltia Gouani) contracto nec concolore patulo laciniis 6 integris rotundatis; tubo perigonii obsolete hexagono subcylindrico viridi, nec tereti infundibuliformi basi attenuato, concolore phyllis et coronae. (*Roth.*)

(2) calyciformis, ore patulo 6lobato, lobulis crispatim undulatis plicatisve subimbricantibus; phylla pallide lutea.

11. **Q. aurantia** *Haw.* Rev. 124. et l. c. 1.
Q. foetida var. 2. aurantia *W. H.* l. c. 311. t. 39. f. 5. (flos diss.).
Narcissus aurantius *Schult.* l. c. 948. 24. — *Sp.* l. c.
N. odorus *γ. L.* Amoen. acad. IV. 311.
N. latifolius flavo flore, amplo calyce, sive Mattenese. *Park.* l. c. t. 71. f. 2.
In *Europâ meridionali.* ♃.
Q. incomparabili rarior; folia angustiora, scapus gracilior, laevis, magisque compressus et anceps; phylla saturatiora; corona minor, minus patens minusque lobata, magis lutea, ore et apicem versus aurantia. Antherae quoque aurantiae, irregulariter patulae nec erectae. — Semel flores duos in scapo vidit *Haw.*
β. plena, luteo-aurantius *Haw.*
Vulgo Butter and Eggs.

2) late campanulata,

(1) lutea, ore valde patulo, lobis magnis crispo-undatim quasi imbricantibus; phylla sulfurea (ovali-lanceolata, distantia).

12. **Q. incomparabilis** *Haw.* Suppl. 125. et l. c. 3.
Q. ampla *Salisb.* l. c. 351.
Q. foetida var. 1. incomparabilis *W. H.* l. c. t. 38. f. 2. (stamen) 23, 43. (germen) t. 39. f. 19.
Narcissus incomparabilis *Curt.* Bot. Mg. t. 121. — *Wlld.* l. c. 35. 2. — *Sprg.* l. c. 44. 17. — *Schult.* l. c. 947. 23. — *Sp.* l. c. — *Rchb.* l. c. 88. 606.
N. odorus *Gouan* Ill. 23. — *β. L.* Amoen. acad. IV. 311.
N. amplus *Salisb.* Prodr. 224.
N. Pseudo-Narcissus *β. Bertol.* Am. it. 22. — *Pollini* Fl. Ver. 427. — *γ. Mill.* ed. *Mart.*
N. Nonpareille *Ht.*
N. latifolius omnium maximus amplo calyce flavo sive Nonpareille *Park.* l. c. t. 71. f. 1. Theatr. 68.
N. omnium maximus *Pass.* l. c. t. 4. — *Clus.* C. p.
N. latifolius flavo flore, amplo calyce *Clus.* C. p. 60.
Pseudo-Narcissus pallidus calyce amplo *Besl.* l. c.
In *Italiâ*, *Galliâ australi*, pr. *Landishutum* (*Schult.*) et *Viennam* (*Tratt.*). ♃.
Bulbus rotundo-ovatus, fuscus, $1^{1}/_{2}$poll. Vagina folia scapumque includens, diaphana, truncata, albida, superne fuscescens, hinc fissa, 2—3poll. Folia 3 v. plura, erecta, superne quidquam torta, basi canaliculata, apice fere plana, obtusa, glaucescentia, 10—14poll., 4—6''' lata. Scapus erectus, quidquam tortus, compressus, anceps, striis utrinque 3 parum prominentibus, folia parum superans. Spatha membranacea, arida, pallide fuscescens, striata, tubo paulo brevior, hinc ad $^{1}/_{3}$ v. ad medium usque fissa, apice obtuso fornicato, $1^{1}/_{2}$—$1^{3}/_{4}$poll. Pedunculus erectus, sub germine incurvus, spathâ reconditus, $^{1}/_{2}$—$^{3}/_{4}$poll. Flos odore debili, diam. 2—3poll., subhorizontalis: tubus virescenti-flavus, angulosus, striatus, superne subampliatus, 8—10lin.; laciniae horizontaliter patentes, basi imbricatae, ovatae, obtusae cum mucrone parvo, 1—$1^{1}/_{2}$poll., 6—10''' latae: exteriores paulo majores latioresque, mucrone majori intus quidquam glanduloso pubescente (planiusculae, oblongae, interiores late ovales *Haw.*). Corona infundibuliformi-campanulata (subinde subcompressa), perigonio plus duplo brevior, aurea, ad $^{1}/_{3}$ usque 6loba; lobis rotundatis erectis undulato-crispatis. Germen obovato-oblongum, obsolete-trigonum, 4—5lin. Antherae tubum paulo superantes, subaequales, erectiusculae, flavae. Stylus stamina superans, medium coronae attingens. Stigma depressum, orbiculari-trilobum. A Narc. odoro foliis planis glaucis, a Pseudo-Narcisso lgt. coronae diversus. (*Lois.* ex *Schult.*)
β. plena *Schult.* l. c.
N. Pseudo-Narcissus, nectario staminibusque in segmenta petaliformia multiplicia petalis externis dimidio breviora fatiscentibus. *Bertol.*

(2) phyllis flavis concolor, lobata crispa.

13. † **Q. concolor** *Haw.* Suppl. 126. et l. c. 4.
Q. foetida var. 4. concolor *W. H.* (excl. syn. *Schult.*?).
Narcissus concolor *Schult.* l. c. 949. 25.
N. Haworthii *Don.* — *Sp.* l. c.
N. odorus *δ. L.* Am. acad. l. c.
N. omnium maximus flore et calyce flavo *Park.* l. c. 68.

(Queltia concolor) *β.* sulfurea: plena sulfurea *Haw.*
Sulphur Crown, Sulphur Phoenix *ht.* — Flos in medio parum intensior. (*Herb.*)
Hab. . . . . . ♃.
Scapus interdum biflorus. (*Park.*)

3) patenti - campanulata semi-6partita lutea, lobis parabolicis late concavo-canaliculatis distinctis obsolete rugosulis; phylla pallide sulfurescentia.

14. **Queltia semipartita** *Haw.* Suppl. 126. et l. c. 5.
Q. foetida var. 3. semipartita *W. H.* l. c. t. 39. f. 6. (flos et stamina).
Narcissus semipartitus *Schult.* l. c. 26. — *Sp.* l. c. 440.
? N. odorus ε. *L.* l. c.
Hab. . . . . . ♃.
Pulcherrima, flore trientali radiato, coronâ non crispâ, lobis profundis distinctis patulis. *(Haw.)*

2. primum sulfurescentia mox albida v. nivea, (Albiflores *Haw.*)

1) imbricantia; corona saturate citrina, lobis maxime crispis.

15. **Q. alba** *Haw.* ll. cc. 127. et 12. 6.
Q. foetida var. 5. grisea *W. H.* l. c. t. 39. f. 7. (stamina).
Narcissus albidus *Schult.* l. c. 27.
N. albus *Sp.* l. c. 440.
N. odorus latifolius maximus albo flore calyce brevi tubo *L.* l. c.
N. maximus griseus calyce flavo *Park.* l. c. t. 69. f. 3.
Hab. . . . . . ♃.
Species elegantissima, magno flore, foliis latioribus et planioribus quam in Q. semipartitâ. Corona campanulata, angulata, ore recto obsolete 6lobulato, lobulis crispatim undatissimis plicato-crenulatis. — Limbus non proprie albus, sed sordide flavescenti-tinctus. *(Herb.)*
β. plena, niveo-aurantia. *Haw.*
Orange-Phoenix *ht.*

2) tortuosa, basi (per oras reflexas) distincta, nivea; corona lutea anguste campanulata plicata crispa undulata.

16. **Q. nivea** *Haw.* l. c.
Hab. . . . . . ♃. (A *Joh. Denson* comm., Apr. florens). ♃.
Corona minus patula; limbus stellaris. Scapus anceps, pedalis, subviridis, uti folia striata, vix glaucescentia ut in praecedente, „in quâ etiam omni parte major.“ *(Haw.)*

Obs. Q. foetidae *W. H.*, quae Q. incomparabilem, aurantiam, semipartitam, concolorem et griseam (albam) amplectitur, diagnosis apud *W. H.* est: „Folia subglaucescentia; tubus $^3/_4$ — 1 poll. longus, limbo brevior, validus, sursum amplior et fortiter 6costatus; limbus patens, subtortuosus, $1^1/_4$ — $1^1/_2$ poll. lg., corona plicata, 6loba, circ. $^1/_2$ poll. longa, $^3/_4$—1'' ampla.“ (Flores in omnibus foetidi, et phylla interiora (petala) exterioribus magis torta.)

Species exclusae:

Queltia capax *Salisb.*	= Ajax capax.
— Jonquilla *Herb.*	= Narcissus Jonquilla.
— juncifolia *Herb.*	= — juncifolius.
— odora *Herb.*	= Philogyne odora.
— orientalis *Herb.*	= Schisanthes orientalis.
— pumila *Herb.*	= Hermione pumila.
— pusilla *Herb.*	= Narcissus pusillus.

62. Schisanthes.

Haw. l. c. 12. Rev. 129.
Narcissus e. Schisanthes *Schult.* l. c. 951. — *Endl.* l. c.
Narcissus subg. Schisanthes *Sp.* l. c. 440. *)

Spatha subbiflora; corona campanulata, trifida, emarginata, phyllis triplo brevior.

Sch. orientalis *Haw.* ll. cc.
Queltia orientalis *W. H.* l. c. 312. 4. t. 38. f. 28. et t. 39. f. 2, 3. (flos dissect.).
Narcissus orientalis *L.* Mt. 62. — *Wlld.* l. c. 38. 8. — *Sprg.* l. c. 43. 11. — *Schult.* l. c. 951. 31. — *Sp.* l. c.

*) Corollae laciniae coronâ ter cisâ (trifidâ) vix duplo longiores. Genitalia recta, gracilia. Filamenta valde inaequalia: 3 humiliora lgt. tubi et cum eo plus dimidio connata, 3 longiora altius connata, tubum quidquam superantia, liberaque solum lgt.

(Schisanthes orientalis) Narcissus incomparabilis β. subbiflorus *Gawl.* in Bot. Mg. t. 948. et nt. ad 1298.
Hermione ambigena *Salisb.* l. c. I. 361.
N. niveus, calyce flavo, odoris fragrantissimi. *Rudb.* Elys. II. 52. f. 2. — *Bauh.* Pin. 50.
N. latifolius simplex medio luteus. *Clus.* hist. I. 154.
In *Oriente.* ♃.
Species latifolia, facie N. Tazzettae. Perigonium album. Nectarium erectum, dimidio v. triplo phyllis brevius, trifidum, flavum, lobis emarginatis. — Tubus 5/8 v. ultra, limbus 7/8 v. 1'' longus, marginibus reflexis v. tortuosis; corona fere semipoll., circ. 3/4 ampla, irregulariter lobata et trifida. *(Herb.)* — Folia erecta, viridia, subtus grosse striata, plana, lateribus arcte erecte incurvata, 1/2'' lata, scapo stricto gracili valde compresso fistuloso laevi v. substriato breviora. Pedunculi lgt. spathae fuscescentis acutae 3—4florae, erecti, acute triangulares, striati. Germen oblongo-sulcatum, triangulare, tubo viridi crasso angulato non multo brevius. Limbus diam. 2''; phylla sublanceolata, sulfurea, stellatim patentia, vix imbricata, basin versus lateribus deflexis. Corona perflava, rectim patula, semitripartita s. inciso-trilobata, laciniis ore rectis inciso-crenate repandulis et quasi truncatis. Antherae 3lineares. *(Haw.)*
β. Rudbeckii, coronâ croceâ.
N. orientalis, calyce rotundo aureo-luteo. *Rudb.* l. c. II. 54. f. 5. — *Bauh.* Pin. 50.
N. orientalis, medio croceus major. *Besl.* l. c.
γ. Clusii, major, foliis latioribus.
N. albus major odoratus *Rudb.* l. c. 50. f. 1. — *Bauh.* l. c. 49.
N. latifolius major alter *Clus.* hist. I. 155.
δ. Herberti, coronâ patentiore profundius fissâ, foliis carinatis semipollicem latis.
Queltia orientalis var. 2. *W. H.* l. c. t. 39. f. 2, 3. (flos dissect. et stamina).

63. Philogyne.

Haw. Suppl. 132. et l. c. 12. *)

Narcissus g. Philogyne *Schult.* l. c. 956. — *Endl.* l. c. — subg. Philogyne *Sp.* l. c. 440.

Queltia odora: foliis intense viridibus, perianthio uniformiter laete flavo, tubo gracili circ. 3/4poll., coronâ circ. semipollicari, 1/2 v. 3/4 amplâ, limbo circ. pollicari, stylo coronâ 1/4poll. breviore. Ovula plerumque triseriata, plena, sed irregularia. *W. H.* l. c. 312. 5.

1. Corona 6lobata, lobis 1) distinctissimis planis; phylla (stellato-patentia) distincta, (Distinctilobae *Haw.*)

(1) flexuosa, coronâ patulâ duplo longiora; scapi numerosi, 2—3flori, folio humiliores.

1. **Ph. Campernelli** *Haw.* l. c. 2.
Var. 1. Campernelliana *W. H.* l. c. 313.
Narcissus Campernelli *Sp.* l. c. 441.
Hab. . . . . . ♃. Fl. Apr., Majo.

---

antherarum. Antherae erectae, lineares. Stylus antheras inferiores aequans, stigmate exiguo minutim trilobulato pallido. Germen suboblongum, angulatum, 3loc., loculis embryonibus farctis. *Haw.* Rev. l. c. Spatha 3—4flora. Corollae sulfureae stellatim patentes. Corona perflava semitripartito-patula, recta, laciniis circ. duplo brevior. Antherae 3lineares. Scapus valde compressus, fistulosus, gracilis, laevis, substriatulus. Folia lorata (lineari-liguliformia *Sp.)*, plana, erecta, viridia, ad latera arcte erecto-incurva. *Haw.* Mon. Narc. l. c.

*) Corollae laciniae stellatim patentes, coronâ repandâ calyciformi duplo longiores, tubum anguloso-cylindricum superne auctum aequantes vel superantes. Genitalia recta, praeinaequalia. Filamenta gracilia, valde inaequalia, tubo adnata: 3 libera, lgt. circ. antherarum. Antherae contiguae, erectae, lineares, altitudine tubi. Stylus subgracilis, antheras longe superans, coronâ brevior. Stigma trilobum, lobis distinctis rotundatis parum inaequalibus pallidis expansis, lente planis, margine erosulo. *Haw.* Suppl. — Spatha 2—4flora. Corolla concolor, lutea. Filamenta gracilia, tubo adnata, 3 libera circ. antherarum lgt., 3 plus. Antherae contiguae, erectae, lineares, altitudine tubi. Stylus subgracilis antheras longe superans, coronâ brevior. Corona varians, saepe heminaeformis laciniis subduplo brevior, rarissime eâdem fere lgt. Ovarium oblongum: ovula oblonga subcapitata basi attenuata, bifariam inserta. *Mon.* l. c.

(Philogyne Campernelli)

Ph. odorae simillima et forte varietas serior subpallidior, flore speciosior, coronae lobis paulo minoribus, magis patulis s. recurvantibus, foliis sub anthesi altioribus. — Scapus saepius 4florus.

(2) torta, corona laevis patula campanulata, scapi 3—4flori, folio altiores.

2. **Philogyne odora** *Haw.* Suppl. 134. et l. c. 1.

Ph. conspicua *Salisb.* l. c. 1. 355.

Queltia odora var. 2. calathina *W. H.* l. c. (p. p.) t. 39. f. 8. (anthera).

Narcissus odorus *L.* Sp. pl. 416. — *Wlld.* l. c. 38. 10. — *Sprg.* l. c. 44. 18. (p. p.) — *Red.* Lil. t. 157. — *Schult.* l. c. 958. 42. — *Sp.* l. c. 440. — *Rchb.* l. c. 88. 605.

N. calathinus *a. Gawl.* in Bot. Mg. t. 934.

N. elatior *Haw.* in Linn. Trs. V. 244.

N. conspicuus *Salisb.* Prodr. 224.

N. polyanthos flore minore stellato toto luteo. *Rudb.* El. II. 60. f. 7.

N. juncifolius major amplo calyce luteus praecox. *Theatr.* Fl. t. 22.

N. juncifolius I. amplo calyce. *Clus.* hist. I. 158. f. 1.

In *Galliâ meridionali, Italiâ superiore, Helvetiâ* (prope *Genevam: Saussure).* Fl. Mart., Apr. ♃.

Folia linearia, canaliculata, erecta, lgt. scapi, obtusa, glauco-viridia, $1^1/_2$pedalia, basi $4^1/_2$, apice $1^1/_2'''$ lata. Scapus $1—1^1/_2$ped., erectus, teres, farctus, apice compressiusculus. Spatha marcescens, monophylla, basi tubulosa, latere fissa, acuta, 3—5flora. Flores 1—5, flavi, duplo (triplo *L.*) majores quam in N. Tazzettâ, odore debili. Pedicelli teretes, spathâ breviores. Tubus teres, apice ampliatus, limbo brevior. Phylla coronâ vix pallidiora, aequaliter in stellam expansa, elliptico-lanceolata, plus minus tortula, 3 exteriora apice acuto. Corona subcampanulata, ore patulo, profunde regulariter concinneque 6lobo s. semisexfido, lobis magnis obtusis rotundatis saepius integris vix plicatulis. Antherae flavae, vix coronae basin attingentes. Germen intense viride, triangulare. Stylus flavus, coronâ paulo brevior. Stigma trilobum, lobis brevibus obtusis.

β. Loiseleuri: foliis virentibus canaliculatis dorso semicylindricis; scapo subcylindrico laevi 4—8floro; coronâ cyathiformi subintegerrimâ phyllis ovato-subrotundis alterne latioribus dimidio breviore.

N. odorus *Lois.* Not. 161.

γ. helvetica *m.*: scapo unifloro; foliis canaliculatis subtortis; coronâ phyllis ultra duplo breviore repandâ nec scariosâ neque crispâ.

Varietas memorabilis, forsan species, in pratis circa habitationes prope *Rüggisberg* in *Helvetiâ.* (*Trachsel* in Flora 1831. II. 739.)

Flores Pseudo-Narcissi, plerumque pleni et monstrosi.

(3) ovata acuminata, coronâ campanulatâ, lobis 6 rotundis obtusis longiora; tubus perigonii incurvus; spatha uniflora.

3. **Ph. lobata.**

Narcissus lobatus *Poir.* Enc. méth. IV. 427.

N. odorus *β.* lobatus *Schult.* l. c. 959.

In horto *„St. Germain"* culta. ♃.

Affinis Ph. odorae; flores flavi. Germen et pars floris spathâ longâ angustâ tubulosâ inclusa. Pedunculi valde incurvi. Scapus glaber, striatus, teres.

Obs. De synonymiâ valde confusâ et vix extricandâ N. odori cf. *Schult.* l. c. — *Sprg.* l. c. sub suo N. odoro „foliis linearibus canaliculatis tortis viridibus, scapo teretiusculo, spathâ sub-uniflorâ elongatâ tubulosâ coloratâ, laciniis ovato-oblongis patentibus coronam campanulatam 6lobam dimidio superantibus," solito more arbitrario conjecit N. Gouani *Roth*, lobatum *Poir.*, laetum *DC.*, majorem *γ. Gawl.*, Sibthorpii *Haw.*, obvallarem *Sal.*, calathinum *L.*, Infundibulum *Poir.*, elatiorem *Haw.*, conspicuum *Sal.*

2) obsoletioribus s. minus definite distinctis crispis undulatis; phylla valde imbricata, perinaequalia. (Subsexlobatae *Haw.*) Corona phyllis

(1) duplo brevior (in n. 4. vix) distincte (in n. 5.

obsoletius) 6lobata, (spatha uniflora,)

a. plicatula cum tubo interne rugulosa, lobis profundis semicircularibus basi crispatim imbricantibus.

4. **Ph. rugulosa** *Haw.* Suppl. 133. l. c. 3.
Queltia odora var. 4. rugulosa *W. H.* l. c. 314. t. 39. f. 11.
Narcissus rugulosus *Schult.* l. c. 956. 38. — *Sp.* l. c. 441.
Hab. . . . . . ♃.

Omnibus elatior; folia sub anthesi pedalia et ultra, basi fere semunciam lata, lorato-subulata, alte concavo-canaliculata, parum striatula, viridia (teretiuscula, dorso haud carinata, fortiter nervosa, magis concava quam in heminali. *Herb.)*. Scapus foliis altior, teres, subulatus, laevis, vix striatulus. (Flores 3 v. pauciores. *Herb.)* Pedunculus spathâ brevior, validus, teres, superne incrassatus. Germen nutanter incurvum, oblongo-pyriforme, obtuse trigonum, sulcis 3 conspicuis. Flos saturate luteus, nutans, in genere forsan maximus. (Tubus $^3/_4$poll., limbus fere pollicaris, corona circ. $^1/_2$poll.) Phylla expansa, maxime imbricata, praeinaequalia, exteriora subovata ($^{11}/_{16}$'' lata), interiora fere duplo angustiora ($^9/_{16}$'' lata) oblongo-ovata. Corona quam in caeteris major, crassa, campanularis, profunde undique rugosula. *(Haw.)*

b. . . . . . folia canaliculata, subtrinervia; scapus striatus; phylla obovata.

5. **Ph. rupicola.**
Narcissus rupicola *Dufour* in lt. — *Schult.* l. c. 958. 41.
In *Castiliâ* pr. *Buitrago* in rupium fissuris. ♃. Apr.
Rarissima, suaveolens. Folia glaucescentia, haud raro lgt. scapi, 2''' lata. Scapus subcylindricus, fere pedalis. Flos mediocris, pallide flavus, tubo elongato.

(2) late ovatis obtusis sesquibrevior; recta, campanularis, ore crispatim lobulato subsaturatiore.

6. **Ph. Curtisii** *Haw.* l. c. 5.
Queltia odora var. 7. triloba subvar. laeta *W. H.* l. c. 314. t. 39. f. 14. (stamina, stylus, corona, phylla).
Narcissus odorus *Curt.* Bot. Mg. t. 78. (non *L.* nec *alior.)*.
N. laetus *Ht. Kew.* ed. 2. II. 216. (non *Sal.)*.
N. Curtisii *Sp.* l. c.
In *Europâ meridionali.* ♃.
Ph. trilobâ paulo minor et minus conspicua.

(3) non duplo brevior, obsolete crispatim duplicato-trilobulata s. irregulariter undulata, laevis, externe obtuse angulata; spatha 2—3flora.

7. **Ph. interjecta** *Haw.* Suppl. 135. et l. c. 4.
Queltia odora var. 5. interjecta *W. H.* l. c. t. 39. f. 10. (ut in praec.).
Narcissus interjectus *Schult.* l. c. 960. 43.
N. cothurnalis *Williams* in lt.
Hab. . . . . . ♃.
Scapus $1^1/_2$pedalis. Differt a Ph. rugulosâ coronâ laevi, lobulis non imbricatis, sed solum ore crispo; a Ph. odorâ phyllis valde imbricatis, coronâ non alte regulariter 6lobâ. — Folia rugulosae, coronae lobi magis crispati; tubus $^3/_4$, corona circ. $^1/_2$, limbus circ. 1poll.; sepala $^5/_8$, petala semipollice latiora. *(W. H.)*

(4) dimidio brevior, subcampanulata,

a. crispatim 6lobulata crenata; spatha subtriflora; folia canaliculata, subsemicylindracea, apice planiuscula, viridia.

8. **Ph. laeta.**
Narcissus laetus *Salisb.* Prodr. 224. — *DC.* Cat. ht. Monsp. 128. Fl. Fr. V. 327. — *DC. & Duby* Bot. gall. I. 456. — *Lois.* Fl. gall. ed. 2. I. 237. — *Red.* Lil. t. 427. — *Rchb.* Fl. germ. 88. 604.
N. trilobus *Schult.* l. c. 957. 40. (excl. pl. synon.) (non *L.*).
N. calathinus *β. Bot. Mg.* t. 934.
N. Jonquilla major *Quer* Fl. Esp. V. 477.
Philogyne triloba *Haw.* Suppl. 135. (vix Monogr. Narc.).
Philogyne calathina *Salisb.* l. c. 356.
N. angustifolius s. juncifolius maximus amplo calyce. *Park.* l. c. 90. t. 89. f. 5.
N. maximo calyce flore luteo. *Pass.* l. c. 24.
N. IX., qui angustifolius I. *Clus.* hist. II. 158.
N. juncifolius minor amplo calyce luteus. *Theatr. Fl.* 22. ic.
In *Galliâ meridionali, Galloprovinciâ* circa *Grasse, Hispaniâ* septentrionali, in *Italiâ superiore.* ♃.
Ph. odorâ et interjectâ minor, ab illâ diversa flore duplo minore minus fragrante; coronâ minus profunde divisâ in lobos 6 crispulos v. quidquam undulatos repandos, nec in lobos 6 integerrimos subrotundos planos. Tota N. odoro paulo minor, N. Jonquillâ major. Folia viridia, canaliculata, carnosula, subtus convexa, apice plano nec semicylindrico ut in N. Jonquillâ. Scapus foliis brevior, teres. Flores 1—3, flavi. Spatha univalvis, membranacea, reflexa. Tubus teres, apice quidquam ampliatus, lgt. laciniarum, quae

(Philogyne laeta) ovatae, planae, horizontales, interiores basi exteriores semitegentes (exter. late ovatae submucronatae, inter. parum tortae ovato-ellipticae). Corona dimidium laciniarum paulo superans, lobis 6 irregularibus plus minus undulatis (plicatim undulato-crenata). Stamina parti tubi ampliatae inserta, aequalia, inferiorem coronae partem attingentia. Stylus staminibus longior, perigonio brevior. Stigma inaequaliter trifidum. *(Red., Haw.)*

b. subtrifida integerrima discolor; spatha submultiflora; scapus anceps; folia linearia canaliculata.

9. † **Philogyne triloba** *Haw.* Monogr. l. c. 7. (quoad diagn. et excl. syn. et descr.).
Narcissus trilobus *L.* Sp. pl. 417. — *Wlld.* l. c. 38. 9. — *Poir.* Enc. IV. 424. — *Sprg.* l. c. 44. 19. — *Schult.* l. c. (p. p.) — *Sp.* l. c. 441.
Queltia odora var. 7. triloba *W. H.* l. c. t. 38. f. 25. et t. 39. f. 13. (corona et phylla).
N. intermedius *β.* medius *Schult.* l. c. 963. — *Moris.* hist. II. s. 4. t. 8. f. 5.
N. angustifolius pallidus calyce flavo *Bauh.* Pin. 51. — *Rudb.* II. 61. f. 3.
In *Europâ australi.* ♃.
Similis N. Jonquillae, sed corona cylindrica, lgt. plus quam dimidiâ phyllorum, non crispum, sed obsolete trilobum. *(L.)* Folia Ph. rugulosae, tubus $^3/_4$, corona $^1/_2$poll. v. ultra, sepala $^9/_{16}$, petala $^5/_{16}$'' lata. (Corona caeterum discolor i. e. intensius flava descripta, in icone cl. *Herb.* phyllis plane concolor.)

Obs. Species maxime dubia; si autem *Linnaeus* coronam sanis oculis vidit et descripsit, stirps ejus non eadem cum N. trilobo auctorum sub specie praecedente citatorum esse potest.

(5) vix brevior
a. 6crenulata, phylla acutiuscula sublanceolata.

10. **Ph. Broteri.**
Narcissus calathinus *Brot.* Fl. Lusit. 551.
In *Lusitaniae* montosis *Herminii* inter *Unhaes* et *Loriga;* in hortis culta. ♃.
Affinis N. Tazzettae et Ph. odorae, sed floribus majoribus et coronâ phyllis subaequali diversa. Flos omnino luteus.

b. leviter 6loba; germen, tubus et corona isometra, singula circ. semipollicaria; spatha biflora.

11. **Ph. isometra.**
Queltia odora var. 8. isometra *W. H.* l. c. 416.
In insulâ *Madeira* prope templum *N. Senhora del Monte* inter Castaneas. ♃.
Limbus $^3/_4$poll., corona stylum $^1/_{16}$'' superans.

(6) aequalis, campanulata, subcrenata; folia plana; spatha multiflora.

12. † **Ph. calathina** *Haw.* l. c. 6.
Queltia odora var. 3. calathina *W. H.* l. c. (p. p.) t. 38. f. 26, 27, 44.
Narcissus calathinus *L.* Sp. pl. 415. — *Wlld.* l. c. 39. 12. — *Schult.* l. c. 956. 39. — *Sp.* l. c. 441.
N. angustifolius flavus magno calyce *Bauh.* Pin. 51. — *Rudb.* l. c. 60. f. 5.
In *Europâ australi* et *Oriente.* ♃.
Simillima Tazzettae, sed phylla paulo majora et acutiora, corona lgt. phyllorum insignis, sed nunc ex hortis deperdita et plane ignota.
Secundum cl. *Herb.* N. calathinus *L.* est N. odorus *L. Hb.*, specimen biflorum ex horto Upsaliensi, coronâ 6lobâ, tubo et limbo singulis circ. pollicaribus et $^5/_8$, limbo coronam $^3/_8$ poll. superante (t. 39. f. 8.), et cum N. calathino (Bot. Mg. 934) exacte conveniens. Diagnosin calathini ex icone *Rudbeckii*, copiâ infelici illius Clusii, derivavit, hujus plantam describere volens, quare ex figurâ Rudbeckii coronam phylla aequantem descripsit, qualis nunquam occurrit.
β. minor *W. H.* t. 39. f. 9.: flore satis minore, proportionibus vero iisdem.

(7) . . . . . crispatim undulato-lobata; spatha biflora; scapus dodrantalis.

13. † **Ph. minor** *Haw.* Suppl. 137. et l. c. 13. 8.
Narcissus mion. *Schult.* l. c. 961. 45.
Hab. . . . . . ♃.
Species auctori ipsi dubia et non amplius descripta, cujus nihilominus varietates 3 ex horto Epsomiensi indicat:
β. fl. pleno minor. Queen Ann's Jonquil.
γ. fl. pleno major.
δ. fl. pleno maxima.
Synonyma citata, N. rupicola, juncifolius et jonquilloides *Schult.* certe non hujus loci, quare haec species maxime dubia et verisimiliter penitus delenda.

2. Corona angustior integrior; phylla substellantia angustiora vix imbricantia, magis aequalia. (Undato-coronae *Haw.*) Spatha 2—3flora. Corona

1) heminaeformis, phyllis subaequalibus subimbricatis tortuosis obsolete mucronatis sesquibrevior.

14. **Ph. heminalis** *Haw.* ll. cc. 136. et 13. 9.
Queltia odora var. 6. heminalis *W. H.* l. c. t. 39. f. 12.
Narcissus heminalis *Salisb.* l. c. 356. — *Schult.* l. c. 960. 44.
N. calathinus *Delarbre* Fl. d'Auv. (?).
N. juncifolius luteus magno calyce *Park.* l. c. 92. t. 93. f. 4. *Theatr. Fl.* t. 22.
N. amplo calyce luteus *Pass.* l. c. 23.
In pratis *Galliae centralis: Mont d'or, Dordogne, Orcival.* ♃.

Folia juncoidea, atroviridia ($^1/_4$'' lata, carinata, dorso fortiter nervosa, plana marginibus antice elevatis („upstanding margins in front"). Scapus dodrantalis pedalisve, subtereti-anceps; pedunculi inaequales, 1 — $1^1/_2$poll., angulati. Germen ovale, obsolete obtuseque triangulare. Perigonium luteum, tubo semunciali et ultra ($^{11}/_{16}$poll.) obsolete angulato deorsum paululum attenuato (basi gracili, superne valde ampliato); phylla patula, subincurvula (fere pollicaria), interiora late lanceolata, exteriora elliptica. Corona perlutea, recta, lgt. dimidiâ et ultra phyllorum, apice obsolete repando (semipollicaris v. ultra, plicata, irregulariter et non profunde 6loba). Antherae tubo longiores, pistillo multo breviores. Stigma trilobum. (Color intensior reliquis; fragrantissima.) *Haw.* (*W. H.*)

β. pluriflora *Haw.*: duplo major; scapi duplo numerosiores 1 — 3flores longe altiores, coronâ saepe nec semper longiore; foliis duplo majoribus pallidioribus.
N. juncifolius maximus amplo calyce *Park.* l. c. t. 89. f. 5 (?).

2) infundibuliformis, phylla ovata obtusa rotundata subaequans.

15. **Ph. Infundibulum.**
Narcissus Infundibulum *Poir.* l. c. IV. 427. — *Lois.* Narc. 631. Not. 164. Fl. gall. ed. 2. I. 237.
In *Galliâ.* ♃.

Affinis Jonquillae. Folia scapum aequantia, obtusa, fere plana, 3—4''' lata, canaliculata, subtus sulcata, glaberrima, (subsemicylindracea, viridia *Lois.*) Scapus cavus, cylindricus, glaber. Spatha tenuis, transparens. Flores lutei. Pedunculi crassi, teretes, inaequales, inclinati. Phylla saepe mucronata *Poir.* Flores fere N. odori. (*Lois.*)

64. Chloraster.

Haw. in Philos. Mg. 1824. Febr. 103. et l. c. 13. *)
Narcissus i. Chloraster *Schult.* l. c. 980. — *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c.
Narcissus subg. Chloraster *Sp.* l. c. 442.

Corona
1. campanulata brevissima,
1) 6partita; phylla linearia, distantia, alterna apice uncinata; spatha uni—pluriflora; folia teretia, fistulosa.

1. **Chl. viridiflorus.**
Chl. fissus *Haw.* ll. cc.
Hermione viridiflora *Haw.* Suppl. Succ. 147. — *W. H.* l. c. 328. 4. t. 41. f. 28. (circumscr. phylli aut quid aliud?).
Narcissus viridiflorus *Schousb.* Marocc. in Dansk. Selsk. Skr. 1800. 157. t. 2. — *Markussen* ibid. 142. t. 2. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1687. — *Sprg.* l. c. 42. 2. — *Schult.* l. c. 80. — *Sp.* l. c.
In maritimis *Barbariae* (circa *Tanger*), in solo neutrali inter *Gibraltar* et *St. Roque.* ♃.

Omnibus partibus gracilis. Bulbus subrotundus, integumentis fuscis membranaceis. Scapus dodrantalis, compressius-

---

*) Spatha uni—pluriflora. Corollae laciniae lineares in gracillimam stellam patentes. Corona minima, integra vel hexapetalo-partita, singulis partibus incurvatim cochleatis, incrassatis. Filamenta omnino tubo adnata; 3 tubo breviora, 3 ejus lgt. Herbae maritimae, africanae, bulbosae, nudiflorae, unifoliae, floribus viridibus autumnalibus, Jonquillarum habitu odoreque, alio modo florendi. (*Phil. Mg.* l. c.)
Scapus 1—3florus. Perianthium virescens, limbo stellatim patente; corona minima, integerrima v. 6partita. Filamenta tubo adnata, 3 inferiora tubo breviora, 3 superiora lgt. tubi. *Sp.* l. c.
Ex omnibus a Narcisso separatis forsan solum genus, hac dignitate insigniendum et recipiendum.

(Chloraster viridiflorus) culus, basi crassitie pennae corvinae, laevigatus, nitidus, caerulescenti-viridis, foliis subisometer, praecocior. Folia unum v. plura, juncea, tereti-attenuata, laevia, pedalia v. ultra, (lineam lata, acuta, viridia). Spatha vix uncialis, erecta, striatula, valde marcescens, lanceolata, ferruginea, convoluta, in speciminibus plurifloris pedicellis brevior (flavescenti-virens, apice acuminato fulva, 1½''' lata). Pedunculus 2unc. erectus, parum angulatus, ubi plures inaequales, tubo pluries longiores v. breviores, glauci. Germen pro ratione magnum, grosse ovale, obtusissime trigonum, tubo pluries brevius. Perigonium geniculato-nutans: tubus vix uncialis (⅝'' circ. *W. H.)*, teres, laevis, sordide prasino-viridulus; limbus fere aequilongus; phylla lorata, acuta, 8''' longa, basi distincta, stellato-semireflexa, colore tubi, divaricata, aequalia, attenuata, plana, (tubo breviora *Gawl.*, apice unco reflexo mucronata, cinereo-viridia, 1½''' lata). Corona primulina, quasi 6petala, laciniis incrassatis, erecto-incurvulis sive concavo-cochleariformibus, rotundato-obovatis, emarginatis, perigonio concoloribus at septies brevioribus. (Corona cupulato-rotata, 6crenato-incisa, segmentis obtusis subemarginatis *Gawl.*). Antherae defloratae erectae, grosse ovales v. ellipticae, sulcatae, luteae, 3 tubo alte inclusae, harum media quidquam altior, 3 e tubo paululum progredientes. Stylus gracilis, teres, viridis, antherarum altitudine; stigmatibus 3, 2 incompletis. Flores odorem Jonquillae spirant.

β. uniflorus *Bot. Mg.* l. c.

2) integra; spatha bi—3flora; folia floribus tardiora.

2. † **Chloraster integer** *Haw.* ll. cc.
Narcissus integer *Sp.* l. c.
Hermione viridiflora var. integra *W. H.* l. c. 329.
N. Chloraster *Schult.* l. c. 981. 81.
N. juncifolius autumnalis flore viridi *Park.* l. c. 94. 11. t. 93. f. 6.
In *Barbariâ.* *(Park.)* ♃.

2. obsoleta; spatha multiflora; folia lineari-lanceolata.

3. **Chl. oblitteratus.**
Hermione oblitterata *Haw.* l. c. 19. 53.
Narcissus oblitteratus *Wlld.* Rel. ex *Schult.* l. c. 82.
? N. Broussoneti (spathâ multiflorâ, scapo fistuloso ancipiti foliis lineari-lanceolatis subaequali, nectario obsoleto). *Lag.* nov. gen. 13.
In *Mogador.* *(Brouss.)* ♃.

Bulbus magnit. fere ovi gallinacei, extus tunicis marcidis fuscis. Scapus pedalis. Folia scapo breviora, ½'' circ. lata, obtusiuscula. Flores circ. 8, subumbellati, erecti, pedicellati. Spatha floribus parum brevior.

65. Hermione.

Haw. Suppl. 137. *) — *W. H.* l. c. 63. et 319. n. 79. et 404—409. **)
Narcissus h. Hermione *Schult.* l. c. 961. (p. p.) — *Endl.* l. c. — *Meisn.* l. c.

Sect. 1. Ganymedes.

Haw. ll. cc. 134. et 10. ***) — *W. H.* l. c. 62. et 307. n. 76. (p. p.) ****)
Narcissus f. Ganymedes *Schult.* l. c. 952. — *Endl.* l. c.
Narcissus subg. Ganymedes *Sp.* l. c. 437.

Stylus

1. alte exsertus; perigonium nutans, limbo subreflexo,

1) totum luteum; limbus coronâ truncatâ

1. **H. concolor.**
Ganymedes concolor *Haw.* Suppl. 131. et l. c. 2. — *Sweet* Brit. Flow. Gard. ser. 2. t. 113. — *W. H.* l. c. 308. 5.

---

*) Spatha 3—multiflora. Corollae laciniae in stellam patentes, coronâ parvâ calyciformi 3—5plo longiores. Tubus gracilis, angulato-cylindricus, corollae laciniis longior, viridis. Filamenta toti tubo adnata, apice solum ½''' libera: 3 tubo longe breviora, 3 ejus lgt. Antherae parvae, trigono-ovatae, erectae: 3 tubo inclusae, 3 eundem semisuperantes. Stylus rectus, inclusus. Stigma plus minus trilobato-trifidum, lobis rotundatis. (Excl. sect. D. Autumnales = Chloraster.)

**) Stylus rectus, gracilis; filamenta conniventia, apice brevi curvato tantum libera, alternatim (inaequaliter ad et prope faucem) inserta: sepalina ad faucem tubi, decur-

integrâ triplo longior; tubus validiusculus, phyllis brevior; spatha 2—4-flora.

Narcissus homochroos *Schult.* l. c. 955. 36.
N. concolor *Sp.* l. c.
N. juncifolius flore luteo reflexo *Park.* l. c. 92.
Hab. . . . . . ♃.

Differt a Gan. nutante praecipue coronâ magis integrâ, vix ullo modo repandulâ et phyllis concoloribus, basi imbricatis. Stylus coronâ fere 1/2'' progrediens. (Perianthium pallide flavum; tubus circ. 3/4, corona haud 3/8, limbus 5/8poll. *W. H.*).

2) phylla pallide lutea, coronâ saturatiore truncatâ, cylindricâ plus duplo longiora; spatha subbiflora.

2. H. nutans.

Ganymedes nutans *Haw.* ll. cc. 131. et 11. 4. — *W. H.* l. c. 309. 7.
Ganymedes effusus *Salisb.* in Htc. Trs. I. 354.
Narcissus nutans *Sm.* in *Rees* Cycl. — *Ait.* Ht. Kew. ed. 2. II. 217. — *Schult.* l. c. 954. 35. — *Sp.* l. c. 438.
N. trilobus *Gawl.* in Bot. Mg. t. 945. (non *L.*).
N. juncifolius calyce luteo, reflexis foliis albidis. *Park.* l. c. 92.
In *Europâ meridionali.* ♃. Fl. Majo.

Medius inter Narc. Jonquillam et (Quelt.) triandrum, ab illo coronâ longiore, ab hoc breviore distinctus. Folia angustiora, canaliculato-semiteretia, vix 2''' lata. Scapus teres, sub apice crassitie pennae gallinaceae. Flores geniculato-nutantes. Phylla stellato-patentia, tubo subaequalia, ovata (subaequalia, 7—8''' longa, 3''' lata, acutiuscula). Corona grandiuscula, subcylindrico-cupulata, obsolete trifida, integrior (campanulata, abrupta, parum crenata *Sm.*). Stylus pallidissimus. Germen oblongo-ovale, trigonum, magnum. Stylus pallidissimus.

2. parum exclusus; phylla lutea tortuosa non imbricata, coronâ sulfureo-albicante striatulâ valde repandâ triplo longiora; spatha subbiflora (3—pluriflora *W. H.*).

3. H. striatula.

Ganymedes striatulus *Haw.* ll. cc. 132. et 10. 3. (excl. var. *β.*). — *W. H.* l. c. 309. 6.
Narcissus striatellus *Sp.* l. c. 438.
N. pulchellus *β.* striatulus *Schult.* l. c. 955. 37.
In *Europâ meridionali;* in horto Chelseano culta. ♃.

H. concolore minor, delicatior, coronâ phyllis omnino pallidiore; phylla tubo gracili breviora.

3. inclusus; corona phyllis subduplo brevior,

1) poculiformis 6fida repandula; phylla lgt. tubi reflexa lanceolata; filamenta superiora tubo paulo altiora; germen ovale; spatha 1—7flora; folia erecta.

4. H. pulchella.

Ganymedes pulchellus *Haw.* ll. cc. 132. et 10. 1. — *Salisb.* l. c. 354. — *Sweet* l. c. t. 99. — *W. H.* l. c. 308. 3. t. 38. f. 56. (semen) et t. 39. f. 16. 17. (flos dissect., stamina, stylus).
Narcissus pulchellus *Salisb.* Prodr. 223. — *Schult.* l. c. 955. 37. (excl. var. *β.*). — *Sp.* l. c. 437.
N. triandrus var. luteus *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1262.
N. juncifolius calyce albo, reflexis foliis luteis. *Park.* l. c. 92.
In *Europâ meridionali.* ♃.

Bulbus magnit. ovi columbini, tunicâ striatâ dilute fuscescente. Folia pauca, 1—4, semicylindraceo-subulata (acutiuscula, viridia, 1/2—3/4pedalia, 2—3''' lata). Scapus teres, foliis altior. Spatha fere lgt. pedicelli, plerumque 3—5flora

---

rentia, vix ab eo partibilia, antheris medio affixa; antherae post inversionem acute ovales, incumbentes, versatiles. (Capsula erecta; tubus gracilis, cylindricus, fauce ampliatus; corona tubo v. limbo brevior. Semina (an in omnibus?) laevia, nitida, compressa, dorso rotundata, contactu angulata, marginibus prominentibus sulco cinctis; raphe sulcatâ, marginibus prominentibus; chalazâ inconspicuâ.)

***) Corollae laciniae Cyclaminum more reflexae, coronâ pendulâ poculiformi duplo v. plus longiores. Genitalia recta, gracilia, valde inaequalia. Filamenta 3 tubo breviora et cum eo connata fere ad antheras erectas, linearia, 3 alia e tubo progredientia usque ad 3''', libera ultra tubum, at coronâ breviora. Stylus coronâ 2—3 lineis et ultra longior, stigmate trilobo exiguo pallido. (Suppl.) Corollae laciniae semireflexae, nutantes, vix cernuae; corona cyathiformis, laciniis 3—4plo brevior; stylus subinde inclusus. Semina ovata, placentis duabus longitudinalibus linearibus affixa, duobus ordinibus in singulâ placentâ. Caetera ut in Illo. (Monogr.)

****) Stylus rectus, gracilis; filamenta tubi parti superiori majore ac in Queltiâ diversitate adnata; sepalina magis elongata; limbus definite reflexus; corona limbo aequalis v. brevior; tubus gracilis, nutans; capsula erecta. Semen oblongum, raphe et chalazâ elevatis. Plantae bulbo foliisque parvis, scapo gracili, structurâ tenerâ, 2—7florae.

(Hermione pulchella) (erecta, dilute fusca). Perigonium cernuum. Germen ovale, trigonum, tubo 4plo brevius. Tubus trigonus, latescens. Limbus tubo parum brevior, laciniis retroflexis ovali-oblongis aequalibus subobliquis minute rugosulis obtusiusculis cum mucrone, sulfureis. Corona grandiuscula, cylindraceo-cupulata, subcrenulato-repanda, verticaliter plicato-striatula, dilute flavescens (alba sec. *Haw.* et *Park.*). Antherae sagittato-oblongae, 3 prominentes stylo breviores. (Tubus 7/8, limbus circ. 7/8poll., flavus; corona circ. semipollicaris, pallidissima. *Herb.*)

β. parvicorona *W. H.* l. c.: humilior, biflora, omni parte tenuior; stigma coronam minorem aequans. *Haw.* l. c. sub Gan. striatulo.
Ex horto Soc. Hortic.

2) integra subcupularis; phylla alba semireflexa.

5. † **Hermione candida.**
Ganymedes albus *Haw.* l. c. 11. 5. (non *Rev.*).
Narcissus albus *Sp.* l. c. 438.
N. totus albus reflexus *Moris.* s. 4. t. 9. f. 13.
? N. juncifolius albus *Park.* l. c. t. 93. f. 1.
β. major *Haw.*
N. juncifolius albus magno calyce *Park.* l. c. t. 92.
Hab. . . . . . ♃.

Species ex hoc subgenere exclusae:

Ganymedes	albus *Haw. Rev.*	= Queltia triandra.
—	capax *W. H.*	= Ajax capax.
—	cernuus *Sal.*	= Queltia cernua.
—	ochroleucus *Haw.*	= — —
—	reflexus *W. H.*	= Ajax reflexus.
—	triandrus *Haw.*	= Queltia triandra.

Sect. 2. Hermione.

Haw. Mon. 13. *)
Narcissus subg. Hermione *Sp.* l. c. 443.

I. Laevigatae pervirides: scapi teretiusculi v. parum compressi; folia plus minus juncoidea, erecta, seu alte concavo-canaliculata, subulato-acuta. Flavo-concolores *Haw.*

1) Flavae. Corona
(1) subintegra cyathiformis,
a. ore dilatato crispo, phyllis 4plo brevior; folia canaliculata viridia basi subsemicylindracea; scapus subcylindricus 1—3florus.

6. **H. intermedia** *Haw.* l. c. 13. 1.
Narcissus intermedius *Red.* Lil. t. 427. — *Schult.* l. c. 963. 48. γ. — *Sp.* l. c. 443.
N. major juncifolius *Besl.* l. c. ord. 3. fol. 4. f. 1.
In *Pyrenaeis*, et *Europâ meridionali.* ♃.

Flores Jonquillae, folia Narc. odori et laeti. Bulbus ovatus, fuscus. Folia 2—3, 11—15poll., erecta, basi crassiuscula, cylindrico-canaliculata, apice obtuso subcalloso. Scapus vix folia superans, viridis, teretiusculus, apice subcompressus. Spatha scariosa, reflexa. Flores 1—4, flavi, odori: pedunculi spathâ breviores, subteretes, erecti, apice curvi et flos igitur horizontalis. Germen intense viride trigonum, angulis prominentibus obtusis, faciebus cavitate notatis. Tubus virescens, teres v. obsolete trigonus, paulo ultra pollicaris, phyllis fere duplo longior; phylla patentia, ovata, 6—7''' longa, apice praesertim exteriora mucronata. Corona paulo intensius colorata, ob plicas longitudinales subcrenulata. Stylus virescens, filiformis, lgt. staminum longiorum. Stigma flavum, trigonum. Narc. intermedio *Lois.* major, praesertim floris partibus, corona tamen minor.

β. pyrenaica: scapo 2—5floro, coronâ margine crenatâ, phyllis subtriplo breviore.

---

*) Spatha 3—20flora. Corollae laciniae in stellam patentes, coronâ parvâ calyciformi seu cyathiformi v. cupulari 2—5plo longiores. Tubus gracilis, angulato-cylindricus, corollae laciniis longior, viridis. Filamenta fere toto tubo adnata, apice solum semilineam libera: 3 tubo longe breviora, 3 ejus lgt. Antherae parvulae, trigono-ovatae, erectae, 3 tubo inclusae, 3 eum semisuperantes. Stylus rectus, inclusus. Stigma plus minus trilobato-trifidum, lobis rotundatis.

(Hermione intermedia)

Narcissus intermedius *Lois.* Fl. gall. 191. t. 6. ed. 2. I. 237. t. 7. — *Lapeyr.* l. c. 177. — *DC.* Fl. Fr. V. 325. — *Schult.* l. c. *α*.
Grosse Jonquille ht.
Folia 2‴ lata, limbus 8‴, corona 2‴. Forma spontanea minor videtur.

b. brevissima, leviter crenulata; tubus perigonii horizontalis, phylla ovata, acuta; folia subcanaliculata acuta, scapo bifloro vix longiora.

7. **H. radiata.**
Narcissus radiatus *Red.* Lil. t. 459. — *Schult.* l. c. 967. 56.
In *Majorcâ.* (*Cambess.*) ♃. Fl. Apr.
Bulbus ovato-rotundus, magnit. nucis Juglandis. Folia linearia, laevia, 9—11poll., parum acuta, margine tenuiora, erecta. Scapus laevis, teretiusculus. Spatha pedicellis brevior, oblique truncata, apice linguiformi attenuata. Flores horizontales, pedicellis breviores. Tubus teres, limbo longior; phylla rotata, 6‴ longa. Corona colore phyllorum, $1^1/_2$lin. Stamina 3 alterna, inferiora brevissima; antherae longae. Germen oblongum, obtuse trigonum. Stylus lgt. tubi. H. intermediâ minor.

c. fimbriata, ampla, patula, limbum subaequans, phylla ovata apice rotundata; folia angusta, obtusa, lgt. scapi uniflori.

8. **H. pallida.**
Narcissus pallidus *Poir.* Enc. méth. IV. 424. Suppl. IV. 59.
In *Galliâ meridionali.* ♃.
Bulbus globosus. Folia laevia, plana, striata, fere 2‴ lata. Scapus tenuis, cylindricus, glaber, 6poll. Spatha transparens, membranacea, acuta. Flos pallide flavus: tubus longus, angustus, orificio ampliatus. Germen ovatum. Stylus lgt. staminum. Ab H. dubiâ, quâcum *DC.* et *Lois.* conjunxere, valde diversa.

(2) subtriloba erecta eroso-crenata, phyllis imbricatis triplo brevior; spatha 2—6flora: pedunculi erecti vel paululum ad germen flexi; folia
a. singulariter lata angustaque (ex eodem bulbo).

9. **H. compressa** *Haw.* Suppl. 139. et l. c. 14. 3.
H. bifrons var. 3. compressa *W. H.* l. c. 320. t. 38. f. 9. (anthera).
Narcissus compressus *Haw.* in Linn. Trs. V. 213. — *Schult.* l. c. 967. 57. — *Sp.* l. c. (excl. synon. *Red.*).
In *Europâ meridionali.* ♃.
Scapus valde compressus, angulis obtusissimis. (Tubus $^7/_8$poll., limbus latus, $^5/_8$ et ultra, corona plana, stylus antheras vix superans. *W. H.*) Differt a Narc. bifronte staturâ omnino grossiore, foliis in eodem bulbo polymorphis, tubo florum crassiore breviore, pedunculis magis erectis, fere duplo crassioribus, minus nutantibus, germine magis angulato.

b. linearia, canaliculata; corona campanulata, tripartita, biloba, phylla apice unguiculata.

10. **H. tripartita.**
Narcissus tripartitus *Horn.* ht. reg. hafn. 316. — *Schult.* l. c. 965. 53.
Hab. . . . . . ♃.
Scapus anceps, pedalis, foliis parum brevior. Phylla concava, coronâ luteâ pallidiora, apice ungue albido. Odor Jonquillae. Affinis Tazzettae, sed diversa phyllis angustioribus, coronâ et foliis.

(3) 6lobata, lobis
a. integris, phyllis imbricatis 3—4plo brevior,
a) calyciformis recta; phylla subreflexa subelliptica; spatha 1—5flora; pedunculi effusi graciles apice nutanter rectanguli, germen gracile oblongo-ovale.

11. **H. bifrons** *Haw.* ll. cc. 138. et 14. 2.
H. stellaris *Salisb.* l. c. I. 359.
H. bifrons var. 1. princeps *W. H.* l. c. 320. et 406. t. 38. f. 10. (anthera) et 48. (germen).
Narcissus bifrons *α.* (coronâ eroso-6lobatâ, margine minus aequabili) *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1186. et ad 1299. — *Schult.* l. c. 966. 54.
N. longiflorus *Sp.* l. c. 443. (p. p.)
N. calathinus *γ. Bot. Mg.* 934.
N. polyanthos flore minore stellato toto luteo *Rudb.* Elys. t. 60. f. 7 (?).
In *Hispaniâ;* prope *Monspelium.* ♃.
Medius inter Narc. Jonquillam et calathinum. Folia pauca, subbina, ligulata, sursum paulo attenuata, obtusula, intus concava, extus convexa, striatula, bipedalia, saepe scapum tantum aequantia. Scapus cavus, tereti-compressus, estriatus, glaber, 4—5florus. Flores Jonquillae, (cum quibus odore, proportione situque partium convenit, nisi quod

(Hermione bifrons) phylla minus obovata nec stylus adeo prominulus, corona longior nec adeo rotato-patens, brevior tamen quam in calathino, et ut in hoc 6loba, lobis tamen minus regularibus minusque distinctis,) majores, minores quam in calathino, cujus folia, minus tamen acuminata minusque carnosa. Pedicelli spatham subaequantes; perigonium refracto-nutans, tubus germine triplo fere longior, triqueter, angustus; phylla tubo quidquam breviora, oblongiuscula cum acumine, stellato-patentia; corona cupularis, 6lobulato-excisa; stylus non citra antheras imas productus; stigma parvulum, trilobum, depresso-patens. — Perigonium coronaque lutea, tubus virens, spatha ovata lgt. pedunculi et ultra, folia alte viridia. Differt a Jonquillâ foliis phyllisque latioribus, coronâ majore magisque rectâ, lobulatâ, a compressâ foliis angustioribus, pedunculis longioribus minus erectis, saepius angulo recto nutantibus, ante anthesin deflexis. (Tubus 7/8 poll., viridis, limbus fere 3/4, corona 3/16, stylus vix exsertus; folia nitide viridia. *W. H.*)

b) patula, saturatior subaurantia, phylla ovata perlutea; scapus obtusissime compressus laevissimus 4—9florus.

12. **Hermione primulina** *Haw.* ll. cc. 140. et 14. 4.
H. bifrons *Salisb.* l. c. 359.
H. bifrons var. 2. primulina *W. H.* l. c. t. 38. f. 11. (anthera).
Narcissus primulinus *Haw.* Syn. Succ. 329. — *Sprg.* l. c. 42. 5. — *Schult.* l. c. 966. 55. — *Sp.* l. c. 444.
N. bifrons *β.* coronâ campanulato-rotatâ 6lobato-incisâ integerrimâ *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1299.
In *Hispaniâ.* ♃.

Folia viridia, basi canaliculata, pedalia, 1/3'' lata, obtusa. Scapus sub floribus crassitie calami scriptorii tenuioris. Spatha lanceolata, cinereo-fuscescens, pedunculis longior, bipoll., erecta. Pedicelli 1½poll., laete virides, erecti; germina ovato-oblonga, concoloria. Flores patentes, inferiores angulo fere recto, diam. 1⅓poll.; tubus virens, circ. ⅔poll.; phylla subrotundo-ovata, exteriora obtuse apiculata. (Tubus fere 6/8, limbus 3/8poll., stylus antheras 1/16poll. superans.)

c) brevissima 6partita; phylla oblonga, tubo duplo breviora; spatha multiflora; folia linearia plana.

13. **H. longiflora.**
Narcissus longiflorus *Wlld.* En. ht. Berol. 351. — *Sprg.* l. c. 43. 6. — *Sp.* l. c. (p. p.)
In *Hispaniâ.* ♃.

Folia Tazzettae, virentia; flores Jonquillae, sed phylla angustiora et tubus longior, 10'''. Scapus teretiusculus.

b. iterum bilobulatis plicato-crispulis, phyllis perluteis latissime ovatis plus duplo brevior; scapus vix compressus laevissimus 6—9florus.

14. **H. biscrenata** *Haw.* l. c. 14.
H. primulina *β.* major: spathâ subinde 9florâ, coronâ integriore (?), foliis latioribus. *Haw.* Rev. 140.
Narcissus primulinus *β. Schult.* l. c. 966.
N. biscrenatus *Sp.* l. c. 444.
H. bifrons var. 4 (?) biscrenata *W. H.* l. c.
In *Hispaniâ.* ♃.

Differt ab H. primulinâ staturâ majore, floribus duplo numerosioribus, lobis normalibus 6 itidem relobulatis s. bifidis, inde coronâ sub-12lobulato-crenatâ.

2) Albae. Subsexflora; phylla ovata acuta imbricantia alba, coronâ concinne crenatâ fere duplo longiora; folia juncoidea obtusula.

15. † **H. alba** *Haw.* l. c. 14. 6.
Narcissus albus *Sp.* l. c. 444.
N. juncifolius polyanthus albus *Besl.* l. c. Ordo 3. fol. 17. f. 1.
Ex icone citatâ tantum constituta, flore toto albo insignis.

Obs. H. bifrons *W. H.*, sub quâ conjunguntur bifrons, primulina, compressa, et biscrenata *Haw.*, definitur: foliis intense nitido-viridibus, perianthio flavo, coronâ plus minus 6lobâ brevi patente, stylo vix exserto.

2. Ochroleucae s. lutescentes, coronâ cupulari. Rotuliflorae *Haw.*
Corona phyllis
1) rotundato-ovatis imbricatis lacticoloribus sesquiduplo brevior, citrina subpatula, subintegra lobulatave, lobulis
(1) integerrimis obsoletis; herba glaucescens, scapus obsolete striatus, teres, obesus.

16. **H. leucojifolia** *Salisb.* l. c. 359.
Narcissus orientalis *α. Gawl.* in Bot. Mg. t. 1298.
N. tereticaulis *β. Schult.* l. c. 967.
In *Oriente* (?). ♃.

(Hermione leucojifolia) Folia glaucescentia, (viridia *Sal.* et quoque in icone citatâ potius viridia,) torta, basi subcanaliculata, spithamaea, basi 1/2'' lata. Scapus sub floribus crassitie calami scriptorii. Spatha 1 1/2 poll., ovato-lanceolata, acuminata, dilute fuscescens. Pedunculi subumbellati, 1—3poll. Flores inferiores patentes, superiores erecti. Germen ovatum, magnit. fructus Pruni spinosae. Tubus pollicaris et ultra, flavicans. Perigonium fere diam. 1 1/2 poll., sordide albidum, quasi pallidissime stramineum, phyllis subapiculatis. Corona sulfurea, patens, diam. 1/2 poll., repanda. Antherae luteae, 3 subexsertae.

(2) distinctis; scapus inferne teretiusculus, striatus, sub-6florus.

17. **H. tereticaulis** *Haw.* Suppl. 140. et l. c. 14. 7. (excl. plerisque synon.).
Narcissus tereticaulis *Haw.* in Linn. Trs. V. 245. — *Schult.* l. c. 967. 58. — *Sp.* l. c. 444. (p. p.)
In *Galliâ meridionali* (?). ♃.
Folia angustiora, saepe 6''' lata, extus magis convexa, supra magis inflexo-concava. Flores elegantissime fastigiatim capitulati.

2) duplo v. subduplo brevior,

(1) pallide lutea cyathiformis subintegerrima; phylla ovato-subrotunda alterne latiora subalbida; scapus subcylindricus, laevis, 4—8florus; folia virentia, canaliculata, dorso semicylindracea.

18. **H. ochroleuca.**
Narcissus ochroleucus *Lois.* Not. 163. Narc. 629. Fl. gall. ed. 2. I. 236. — *Lam.* & *DC.* Fl. Fr. V. 326. — *DC.* & *Duby* Bot. gall. I. 456. — *Schult.* l. c. 963. 49.
In *Galliâ* circa *Telonem.* ♃. Fl. Apr.
Medius inter Narcissos porrifolios et juncifolios; flores Tazzettae, folia Narc. odori; phylla flavescenti-albida; corona pallide flava.

(2) saturate lutea; perigonium rotulare; phylla maxime imbricata,

a. ochroleuca; glaucescens, sub-8flora; folia semunciam lata plana obtusissima.

19. **H. rotularis** *Haw.* l. c. 14. 8.
Narcissus rotularis *Sp.* l. c. 444.
N. III. *Trew.* Fl. imag. t. 105. — *Barr.* ic. 918.
Hab. . . . . . ♃.
Folia forsan omnium obtusissima. Scapus 1 1/2 pedalis, teretiusculus. Flores demum lactei, eleganter capitati, „sed in juventute incipientes, seu ante aperientiam insigniter abbreviati crassi" (!!) et quasi plenos flores simulantes. Phylla amplissime rotundato-ovata, varie flexa, mucronata et quasi plicatulatim rugosula. Corona subcupularis, paululum ore patulo, plicatim quandoque irregulari, integra. H. tereticauli praecocius floret. (*Haw.*)

b. lacticoloria apice rotundata (respectu tubi) horizontalia, tubo triente breviora; corona cupularis integra; spatha sub-7flora.

20. **H. flos lactis** *Haw.* l. c. 9.
Narcissus flos lactis *Sp.* l. c.
Hab. . . . . . ♃.
Folia lorata, plana, viridia, unciam basi lata, altitudine scapi sub anthesi fistulosi subcompressi grossi subancipitis.

(3) saturatius flava subcupularis ore truncato-repandulato; perigonium rotulare; phylla pallide lutea; spatha sub-14flora; folia lorato-ensiformia, planiuscula.

21. **H. multiflora** *Haw.* l. c. 10.
H. multiflora *β.* aurea *Haw.* Rev. 146.
Narcissus multiflorus *Sp.* l. c. 445.
N. cupularis *β.* aureus *Schult.* l. c. 970. 64.
N. aureus (foliis planiusculis viridibus, scapo subcylindrico 6—12floro, coronâ cyathiformi subintegerrimâ petalis ovatis duplo breviore). *Lois.* Hb. Amat. t. 147. Fl. gall. ed. 2. I. 235. — *Rchb.* l. c. 612.
N. orientalis *δ.* flore luteo, laciniis coronâ minus saturate flavescentibus. *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1206. (*γ.* ibid. ad 1298).
? N. byzantinus totus luteus *Park.* l. c. 78.
In *Europâ meridionali, Galloprovinciâ.* ♃.
Phylla aurea, oblonga, obtusa v. emarginata, exteriora apiculata (obovata, 3/4 poll.). Scapus (subinde bipedalis,) sub floribus crassitie pennae anserinae. Folia glaucescentia, 1/2'' lata. Spatha pallide fuscescens.
β. pallida: floribus pallidioribus *Haw.*

3. Phylla longiora s. acutiora quam in sect. 2, plus minus lutea v. flava; corona saepius aurantia. Flaviflorae *Haw.* Corona

1) plus minus cupularis,

(1) subintegra,

a. saturatissime lutea ore patulo, phyllis pallide luteis ovatis fere triplo brevior; perigonium rotulare; scapus sub-9florus.

22. **H. sublutea** *Haw.* l. c. 14. 11.
Hab. . . . . . ♃. Fl. Apr.
Cum H. perluteâ a *D. Penny* communicata.

b. laete aurantia, phyllis ovatis imbricatis flavescentibus duplo brevior; sub-4flora.

23. **Hermione flaveola** *Haw.* l. c. 15. 13.
Narcissus flaveolus *Sp.* l. c. 445.
Inter minores, sub anthesi subdodrantalis. Folia viridia, vix glaucescentia, obtusa, 5—6''' lata, altitudine scapi florentis obtuse compressi laevis. Phylla tubo duplo fere breviora. Stylus et antherae tres humiliores inclusa: pollen aureum. — Patria ignota. A *Sweet* communicata, Mart. florens.

(2) (in n. 24. praeplicatim) subcrenulata, phyllis plus duplo brevior,
a. aurantio-lutea; phylla (respectu tubi) horizontalia perlutea; scapus sub-4florus.

24. **H. perlutea** *Haw.* l. c. 14. 12.
Narcissus perluteus *Sp.* l. c. 445.
Hab. . . . . . ♃. Fl. fine Apr.
Quodammodo H. cupulari similis, sed diversa coronâ longe pallidiore integriore etc.

b. phyllis late ovatis imbricatis luteis in aetate paulo saturatior; scapus declinans, sub-7florus, floribus subconcoloribus secundis; spatha abbreviata acuta.

25. **H. deflexicaulis** *Haw.* l. c. 15. 14.
Narcissus deflexicaulis *Sp.* l. c.
N. byzantinus luteus *Park.* l. c. 78. n. 3.
In *Oriente.* ♃.
Folia lata, lorata, erecta, plana, glaucescentia, obtusa. Scapus ad anthesin subpedalis, teretiusculus s. subcompressus, substriatulus, firmus sed inanis, apicem versus praecipue, foliis altior et concolor. Flores intermediocres, subhorizontales v. nutantes: pedunculi $^1/_2$—3poll., erecti, triangulares, virides, lgt. spathae. Germen trigono-ovale, perviride. Perigonii tubus trigonus, lutescens: phylla exteriora late ovata, acuminata, horizontalia v. demum parum reflexa planiuscula, lgt. tubi v. breviora, interiora minora. Antherae coronae concolores.
β. plena *Haw.*
Narcissus cyprius flore pleno luteo polyanthos. *Park.* l. c. 86. n. 6.

(3) trifida lobis bifidis, subcampanulata, saturatior, phyllis pallide luteis subtriplo brevior; scapus subtriflorus; folia lorata plana obtusa glauca 9''' lata.

26. **H. trifida** *Haw.* l. c. 15.
Hab. . . . . . in horto *D. Allen* et soc. Londini. ♃.
H. (N.) tripartitae similis, sed foliis glaucis latis obtusis minime juncoideis abunde diversa.

2) acetabuliformis, aurantia, patula, plicatim subrepandulata, phyllis semireflexis late ovalibus praeimbricatis perluteis sesquiduplo brevior; scapus sub-6florus.

27. **H. aperticorona** *Haw.* l. c. 16.
Narcissus aperticoronus *Sp.* l. c.
Hab. . . . . . ♃. Fl. medio Apr.
Folia lorata, plana, glaucescentia, obtusa, 10''' lata. Scapus mediocris, compressus, striatus.

4. Phylla flavissima; corona rufo- (s. saturatissime) aurantia, — **Rufo-aurantiae** *Haw.*,
1) cupularis,
(1) truncata,
a. subrepandula phyllis saturate flavis subtriplo brevior; scapus sub-10florus.

28. **H. cupularis** *Salisb.* l. c. 361. — *Haw.* l. c. 15. 17.
H. multiflora *α.* aurantia *Haw.* Suppl. 146.
Narcissus cupularis *Bertol.* — *Schult.* l. c. 970. 64. (excl. *β.*). — *Sp.* l. c. 446.
N. Tazzetta *Gawl.* in Bot. Mg. t. 925. — *Desf.* Fl. Atl. I. 282 (?). — *Red.* Lil. t. 17. A. — *α. Ht. Kew.* ed. 2. II. 217. — *Lam.* & *DC.* Fl. Fr. III. 231. — *β. Brot.* Fl. Lus. 551. (non *L.*) — var. 1. cupularis *W. H.* l. c. 321. — *Rchb.* Fl. germ. exc. 89. 608.
N. italicus *Ten.* Fl. Med. 254. n. 672.
N. africanus aureus major *Park.* l. c. t. 81. f. 1.
In *Lusitaniâ*, *Hispaniâ*, *Italiâ* (in montibus ad prom. *Misenum* et ins. *Capri*), *Graeciâ*, *Melitâ* et *Africâ boreali*, in *Dalmatiâ* circa *Trau.* ♃. Soleil d'or *htl.*
Bulbi saepius magnit. pugni. Scapus et folia interdum bipedalia et ultra. Folia depresso-plana, lorata, obtuse attenuata. Phylla ovato-lanceolata, explanata, tubum trigonum pedicellis erectis breviorem subaequantia.
Huc pertinere videntur varietates H. Tazettae a cl. *Herb.* l. c. 322. enumeratae, tubo limbum aequante:

(Hermione cupularis) β. brevior *m.*: flore paulo breviore. T. 41. f. 15.
γ. citrina *m.*: limbo pallide citrino, coronâ intense flavâ, circ. 1/4poll., tubo et limbo semipollicaribus. T. 41. f. 20.
δ. discolor *m.*: limbo albo, coronâ pallide flavâ, tubo et limbo singulis 9/16poll. T. 41. f. 18.
Ex horto Soc. Hortic.
ε. sulfurea *m.*: pallidissime sulfurea, basi flava, coronâ laete flavâ, 5/16poll., limbo et tubo singulis 5/18poll. T. 41. f. 21.
Stirpi montanae graecae (Fl. Gr. t. 388.) accedens.

b. urceolata integra, phyllis ovatis triplo brevior; spatha multiflora; folia linearia, obtusa, canaliculata, subtus striata.

29. **H. flava.**
Narcissus flavus *Lag.* nov. gen. 13.
In *Hispaniâ.* ♃.
Scapus teres, subcompressus, foliis brevior.

(2) subintegra, phyllis stellaribus subovatis distinctis ad oras reflexis flavissimis sesquiduplo brevior.

30. **H. solaris** *Haw.* l. c. 18.
Narcissus solaris *Sp.* l. c. 446.
Hab. . . . . . ♃. (*Allen* et socii.) Fl. fine Apr.
Differt a H. cupulari simillimâ phyllis pulcherrime radiantibus valde distinctis, non imbricatis.

2) recta integra v. fissa, phyllis oblongo-rotundis valde imbricatis flavis 2—3plo brevior; stylus tubo inclusus; spatha subtriflora.

31. **H. latifolia** *Haw.* Suppl. 146. et l. c. 19.
Narcissus latifolius *Schult.* l. c. 972. 67. — *Sp.* l. c.
Hab. . . . . . ♃.
H. cupulari humilior, foliis latioribus, basi unciam latis ensiformibus loratis obtusis, floribus paucioribus, coronâ variante. Scapus compressus, laeviusculus, angulis obtusissimis. Perigonium minus rotulare. Corona subinde ruptatim 6fissa s. 6partita et tunc plus minus patula.
β. polyantha *m.*: floribus 7, coronâ integrâ.

5. Phylla longiora et speciosiora ac in reliquis, imbricantia, coronâ conspicuâ patulâ acetabuliformi luteâ subsesquiduplo longiora. Spatha 3—8flora. Ovula subcylindrico-clavata. Grandiflorae *Haw.*

1) Tubus limbo brevior v. aequalis, phylla

(1) alba,

a. plana, perigonium amplissimum rotulare; corona plicatim crenulata tota lutea; spatha sub-8flora.

32. **H. Trewiana** *Sweet* l. c. II. t. 118. — *Haw.* l. c. 16. 20.
H. grandiflora *Haw.* Suppl. 141.
H. crenularis *Salisb.* l. c. 263.
H. brevistyla var. 7. Trewiana *W. H.* l. c. 324.
Narcissus Trewianus *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1298. — *Schult.* l. c. 969. 61. — *Sp.* l. c. 446.
N. orientalis *α.* (2—4florus, coronâ croceâ, laciniis albidis). *Gawl.* in Bot. Mg. t. 940.
N. grandiflorus *Haw.* Syn. Succ. 330.
Baselman major *Trew.* Seligm. I. 23. et *hortul.*
N. latifolius byzantinus medio luteus II. *Clus.* hist. I. 154.
N. polyanthos major albus, calyce medio croceo luteo. *Rudb.* Elys. t. 60. f. VI.
In *Oriente.* ♃.

Scapus tereti-anceps, striatus. Folia lineari-lorata, carinata, apice subtorta. Pedicelli spathâ 3—5florâ sublongiores. Tubus perigonii limbum subaequans, germine triplo longior, limbus diam. fere 2poll., phyllis ovatis subapiculatis. Corona campanulato-rotata, phyllis duplo fere brevior, obsolete trilobo-repanda, plicato-rugosa, inaequaliter fissa, subdentato-erosa. Differt a Narc. bifloro coronâ longiore trilobâ, foliorum margine non involuto.
β. minor: floribus numerosioribus.
γ. fissicorona *Haw.*: subtriflora, coronâ majore patente trilobatim fissâ, lobis magnis 1—4 relobulatis truncatis.

b. tubo respecto horizontalia obovata varie deflexa et flexula; corona plicatim subundulata; spatha sub-3flora.

33. **H. flexiflora** *Haw.* l. c. 21.
H. brevistyla var. 8. flexiflora *W. H.* l. c.
Narcissus flexiflorus *Sp.* l. c. 447.
Hab. . . . . . ♃.
Pedalis (florescentiae tempore) foliis loratis glaucescentibus. Phylla, praesertim exteriora, semper plus minus ad oras deflexa, et varie oblique tortula, apice mucronulata, ipsâ basi lutea. Tubus 7/8poll., limbus fere pollicaris, corona 5/16 ampla v. ultra. Stylus brevissimus, fere ad basin tubi.

c. reflexa, 2—3plo longiora coronâ patulâ plicatulatim crenatâ,

a) totâ luteâ; spatha 3—5flora; folia lorata glaucula.

34. **Hermione subcrenata** *Haw.* l. c. 22.
Hab. . . . . . ♃. Bazelman medius *hortul.*

b) croceo-marginatâ; spatha sub-3flora; folia lorata angustiora.

35. **H. crenulata** *Haw.* Suppl. 142. et l. c. 23.
H. brevistyla var. 4. crenulata *W. H.* l. c.
Narcissus crenulatus *Haw.* in Linn. Trs. V. 251. — *Schult.* l. c. 969. 62. — *Sp.* l. c.
N. Mussarti *Park.* l. c. t. 81. f. 5.
Bazelman minor *Trew.* l. c. t. 62. et *hortul.*
Hab. . . . (?) . . . ♃.

Tubus et limbus singuli 7/8 poll., hic albus; corona ampla, lutea, aurantiaco marginata. (*W. H.*)

Obs. Huc forsan pertinent varietates H. brevistylae suae (cui: stylus staminibus brevior, tubi dimidiâ lgt. vel paulo ultra; limbus albus, pallide citrinus v. flavus; corona lutea v. aurantiaca) a cl. *W. H.* l. c. enumeratae, omnes tubo limbum aequante:

- *β.* flavescens *m.* Var. 1. t. 41. f. 9.: limbo pallide flavo, coronâ saturatiore, tubo et limbo singulis circ. 5/8poll. Flores praecoces.
- *γ.* unicolor *m.* Var. 2.: magna, flava, coronâ pallide flavâ, tubo et limbo singulis circ. 3/4poll.
- *δ.* lactea *m.* Var. 3. t. 41. f. 12.: limbo lacteo, coronâ luteâ, tubo et limbo singulis circ. 3/4poll.

(2) sulfurea, varie tortula, ad oras reflexo-stellantia, corona crocea oris pallidis fimbriatis; spatha sub-5flora.

36. † **H. sulfurea** *Haw.* l. c. 24.
Narcissus sulfureus *Sp.* l. c. 447.
N. polyanthemos praecox sulphureus maximus, calyce croceo oris pallidis et fimbriatis. *Barr.* ic. 936.
Hab. . . . . . ♃.

(3) lutea magna longa et acute oblonga flexula stellantia; spatha sub-3flora.

37. † **H. lutea** *Haw.* l. c. 25.
Narcissus luteus polyanthos lusitanicus *Rudb.* l. c. t. 69. f. 2.
Bazleman luteus *hortul.*
In *Lusitaniâ.* ♃.

Phyllis longioribus et magis distinctis stellantibusque a praecedentibus diversa.

2) Tubus limbo longior; stylus staminibus brevior, circ. dimidiâ tubi lgt.

38. **H. brevistyla** *W. H.* l. c. 324. 6. (varr. 9—14.) et 406.
In *Europâ australi, orientali,* praesertim e *Byzantio* forsan orta. ♃.

Tubus viridis, limbus albus v. flavus, corona aurantiaca v. lutea pallida quidem; stylus tubo multo brevior, folia subglauca.

- *α.* notata *m.* Var. 9. t. 41. f. 6. *W. H.*: limbus lacteus ad basin flavo notatus; corona intense lutea, tubus 7/8poll., limbus semipoll., phylla ovata, acuta.
- *β.* laeta *m.* Var. 10. t. 41. f. 10.: eleganter flava, coronâ intensiore; tubus 3/4poll., limbus non 5/8.
- *γ.* aurantiaca Var. 11. t. 41. f. 11.: limbus ochroleucus, circ. semipoll., corona aurantiaca, tubus 7/8poll.
- *δ.* Jonquillodora *m.* Var. 12. t. 41. f. 13.: limbus flavus, circ. 5/8poll., tubus 3/4, corona intensius flava. Odor Jonquillae.
- *ε.* suaveolens *m.* Var. 13. t. 41. f. 14.: flava, coronâ intensiore, multo ampliore quam in var. 12. Odor Jonquillae.
- *ζ.* dichroa *m.* Var. 14. t. 41. f. 5.: limbus albus, 5/8poll.; corona citrina, tubus 7/8poll.

Obs. In t. 41. quoque ff. 7, 8, 9, 12 et 15. ad H. brevistylam suam pertinent, sed non indicatum est, quae singulae ad qualem spectent varietatem.

6. Phylla longiuscula, alba s. lactea acuta, coronâ luteâ s. aurantiacâ 2—3plo longiora; spatha 4—20flora. Sublongiflorae *Haw.*

Phylla (in n. 39. sub-, in n. 40. valde) imbricata,

1) alba, coronâ luteâ

(1) rectâ subintegrâ saepe triplo longiora, oblongo-ovata acuta; spatha sub-5—6flora.

39. **H. Tazzetta** *Haw.* Suppl. 142. et l. c. 16. 26. — *W. H.* l. c. 321. 2. (p. p.) et 408. t. 38. f. 12. 47. t. 41. f. 15—23.
Narcissus Tazzetta *L.* Sp. pl. 416. — *Wlld.* l. c. 39. 13. — *Ait.* Ht. Kew. ed. 2. II. 15. (excl. *α.* et *γ.*). — *Haw.* in Linn. Trs. V. 245. — *Lois.* ll. cc. 626, 160 et I. 235. — *Sibth.* Fl. Gr. t. 308. — *Sprg.* l. c. 42. 4. (excl. synon.). — *Schult.* l. c. 969. 63. — *Sp.* l. c. 447. — *Knorr* del. I. t. N. 3.

(Hermione Tazzetta) Narcissus Tazzetta B. bicolor *Red.* Lil. t. 17.
N. multiflorus *Lam.* Fl. Fr. III. 391.
N. narbonensis medio luteus *Park.* l. c. t. 81. f. 3.
N. medio luteus, copioso flore, odore gravi. *Rudb.* l. c. II. 57. f. 11. — *Lob.* ic. 114. — *Moris.* sect. 4. t. 8. — *Merian.* Fl. t. 12.
In maritimis subhumidis *Europae meridionalis, Orientis* et *Africae borealis.* ♃.

Bulbus nuce juglandis paulo minor, sed magis elongatus. Folia plana, subcanaliculata, linearia, glauca, scapo raro ultra pedali biangulato fistuloso superne subcompresso parum longiora, obtusiuscula. Flores 6—20, subumbellati, pedunculis inaequalibus subtrigonis. Perigonium album, basi virescens, subinde flavescens; tubus viridis $^{1}/_{2}$—$^{7}/_{8}$poll., subtrigonus; phylla ovata, acuta. Stigma inter antheras superiores, trilobum, lobis ciliatis. — Planta admodum variabilis. Varietates sequentes a cl. *W. H.* in sensu Haworthiano forsan huc pertinent:

β. Herbertiana *m.*: limbo albo tubo breviore, coronâ laete flavâ, limbo circ. $^{3}/_{4}$poll. Var. 7. t. 41. f. 17. *W. H.*
γ. Monarchus *m.*: limbo albo, ad basin phyllorum flavo, fere $^{5}/_{8}$, tubo $^{7}/_{8}$, coronâ subcylindricâ $^{3}/_{8}$poll. Var. 8. t. 41. f. 19. *W. H.*
Czar Monarque *hortul.*
δ. chinensis *m.*: tubo circ. $^{3}/_{4}$poll., limbo albo illo breviore, coronâ pallide flavâ. Var. 9. t. 41. f. 16.
E *Chinâ* allata.
ε. Dalhousiae *m.*: 4flora, pedunculis longis, tubo $^{7}/_{8}$, coronâ $^{1}/_{4}$, limbo circ. $^{11}/_{16}$poll. pallidissime flavo (in sicco). Var. 12. p. 408.
In *Syriâ: Lady Dalhousie* (hb. *Hook.*).
ζ. algirica *m.*: umbellâ 8florâ, pedunculis brevibus, tubo $^{9}/_{16}$, limbo $^{7}/_{16}$ dilute flavo, coronâ $^{3}/_{16}$poll. intensiore; foliis circ. $^{1}/_{4}$ latis. Var. 13. ibid.
In humidis *Algeriae.* Jan. (Hb. *Hook.*)
η. sardoa *m.*: umbellâ 5florâ, pedunculis brevibus, tubo $^{5}/_{8}$, limbo $^{1}/_{2}$poll., pallide flavo (aut albo?), coronâ $^{1}/_{4}$poll., foliis circ. $^{3}/_{8}$ latis. Var. 14. ibid.
In pascuis elatis pr. *Cagliari.* (Hb. *Hook.*)
Variat quoque
ϑ. flore pleno.

(2) cupulari truncatâ sesquiduplo longiora, obovato-mucronata semireflexa et varie subflexula; scapus gracilis sub-4florus.

40. **H. Cypri** *Haw.* in Phil. Mg. Mart. 1831. l. c. 27. — *Sweet* l. c. t. 92.
Narcissus Cypri *Sp.* l. c.
In *Cypro(?).* ♃.
β. semiplena *Park.* l. c. 85. f. 22.
γ. plena.
Narc. orientalis var. fl. pleno *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1011.

2) lactea (respectu tubi) horizontalia plana ovata, coronâ rectâ perluteâ cupulari lobulatim crenatâ subplicatâ subrugulosâ sesquiduplo longiora; spatha sub-7flora; folia glauca plana.

41. **H. lacticolor** *Haw.* l. c. 28.
H. Tazzettâ var. 11. lacticolor *W. H.* l. c. 322.
Narcissus lacticolor *Sp.* l. c.
N. Tazzetta *Fl. Gr.* t. 358. (308. *Haw.*).
In *Graeciâ.* ♃.

Limbus sulfureus, tubo circ. $^{7}/_{8}$ poll. brevior, corona aurantiaca. *(Herb.)*

3) laete flava v. (in n. 42.) pallide citrina, lata, tubo

(1) longiora, $^{7}/_{8}$ poll.; corona crenata.

42. **H. longilimba.**
H. Tazzetta var. 6. longilimba *W. H.* l. c. 322. t. 41. f. 22.
Hab. . . . . . ♃.

Pulcherrima; tubus $^{5}/_{8}$, corona fere $^{3}/_{8}$ poll.

(2) breviora, subrotunda; corona patula 6lobata.

43. **H. sexlobata.**
H. Tazzetta var. 10. sexlobata *W. H.* l. c. t. 41. f. 23.
? Narcissus orientalis γ(?) *Gawl.* in Bot. Mg. t. 946.
Hab. . . . . . ♃.

Phylla marcescendo albicantia; tubus $^{7}/_{8}$ poll. Varietas pulcherrima.

Obs. Omnes in t. 41. cl. *W. Herberti* icones delineatae circumscriptiones tantum floris vel partium ejus singularium sistunt, ex quibus descriptiones eo minus suppleri possunt, cum coloratione deficiunt.

7. Phylla saepius aequalia, reliquis latiora et abbreviata, semper alba, coronâ luteâ s. aurantiâ sesqui v. duplo plusve longiora. Scapi multiflori, teretiusculi, saepe plus minus fistulosi. Folia lata plana lorata, plus minus glauca. Curtiflorae *Haw.*

1) Sub-4florae. Corona integra, duplo brevior phyllis

(1) ovatis basi imbricatis, crateriformis praeampla subincrassata truncata luteo-cerina.

44. **Hermione cerina** *Haw.* Rev. 329. et l. c. 17. 29. Suppl. 143.
Narcissus cerinus *Schult.* l. c. 972. 69. — *Sp.* l. c. 448.
In tepidario *D. Vere.* Fl. Majo. ♃.
Folia 4, lorata, obtusa, latissima, glaucescentia, absque carinâ. Scapus teretiusculus, glaucescens, foliis vix brevior. Pedunculi inaequales, triquetri, striatuli. Germen triquetrum. Perigonii tubus plus minus triqueter s. teretiusculus, phyllis ovatis tubo forte dimidio brevioribus s. aliquantulum reflexis. Stamina 3 cum stylo extra tubum porrecta.

(2) aequalibus orbicularibus imbricatissimis, lutea.

45. **H. breviflora** *Haw.* l. c. 32.
Narcissus breviflorus *Sp.* l. c.
Hab. . . . . . ♃.
Phyllis ac in omnibus rotundioribus, foliis loratis 6''' latis insignis.

2) 2—6flora; scapus subcylindricus; folia glaucescentia subcanaliculata patula; corona cyathiformis subintegerrima aurea phyllis niveis alterne latioribus dimidio brevior.

46. **H. patula** *Haw.* l. c. 31.
Narcissus patulus *Lois.* Journ. de Bot. 1809. II. 276. Narc. 625. Not. 52. et 159. Fl. gall. ed. 2. I. 235. — *Sprg.* N. E. II. 12. et S. V. l. c. 43. 7. (sed corona laciniis 4plo brevior, obsolete lobata dicitur!) — *Schult.* l. c. 977. 77. — *Sp.* l. c.
N. orientalis A. *Ten.* Fl. Neap. 1. 143.
? N. latifolius simplex medio luteus tertius *Clus.* hist. 154.
? N. niveus, calyce flavo, odoris fragrantissimi. *Bauh.* Pin. 50. — *Rudb.* l. c. II. 52. f. 2.
N. medio luteus polyanthus *Ger.* Emac. 124. f. 8.
N. medio luteus copioso flore *Rudb.* l. c. 57. f. 11.
In *Galliâ meridionali*, insulis *Stoechadibus (Hyères)* et regno *Neapolitano.* ♃.
Folia circ. 5, obtusa, 5—8poll., 2''' lata, vaginâ tubulosâ truncatâ membranaceâ albidâ pollicari inclusa. Scapus foliis concolor, 4—8poll. Spatha plerumque 2—3-, saepius 4-, rarius 6flora, erecta, membranacea, pallida, lanceolata, obtusa, pollicaris, basi tubulosa. Pedicelli erecti, 7—9lin. Flores minus horizontales quam in affinibus. Perigonii tubus virescens, 4—5''' lg., cylindricus, diam. $1^1/_2$'''; limbus albus, patens, diam. 8'''; laciniae ovatae, acutiusculae. Corona poculiformis, apice subcontracta. Germen ovatum, obtuse trigonum, $1^1/_2$—2''' lg. Omnibus partibus Tazzettâ duplo minor, tardior.

3) Sub-9florae; phylla imbricata, coronâ

(1) rectâ inflatâ subintegrâ luteâ fere duplo longiora, subreflexo-incurva ovata aequalia.

47. **H. fistulosa** *Haw.* Syn. 364. Suppl. 330. et l. c. 17. 30.
Narcissus fistulosus *Schult.* l. c. 972. 68. — *Sp.* l. c.
Hab. . . . . . ♃.
Folia 10''' lata, laevia, subcarinata. Scapus fistulosus, teretiusculus, alte striatus. Pedunculi inaequales, triquetri, semiteretes, altissime striati. Germen obsolete triangulare, oblongum, lucidum. Perigonii tubus semiteretiusculus; laciniae valde imbricatae, plus minus mucronatae tubo breviores. Filamenta 3 tubum superantia. Antherae perluteae. Stigma trifidum, laciniis patulis.

(2) cupulari acetabuliformi subrepandulâ laete aurantiâ plus duplo longiora, nivea ovata varie flexa.

48. **H. auranticorona** *Haw.* l. c. 33.
Narcissus auranticoronus *Sp.* l. c.
Hab. . . . . . ♃. *(Penny.)* Fl. fine Apr.
Cum H. breviflorâ et crispicoronâ forte accedit ad H. fistulosam, sed distincta perigonio majore et coronae colore.

4) Sub-11flora; perigonium rotulare;

49. **H. crispicorona** *Haw.* l. c. 34.
Narcissus crispicoronus *Sp.* l. c.
Hab. . . . . . ♃. *(Penny.)*

phylla rotundo-ovata subrugosulo-flexula imbricatissima, coronâ aurantio-luteâ cupulari-campanulatâ plicatâ (ore praecrispo) fere duplo longiora.

Folia ensiformi-lorata, plana, glaucula, obtusa, scapum florentem aequantia. Phylla respectu tubi horizontalia, varie incurvula. Corona ore indefinite 6lobulata crispa, lobulis Philogynum modo imbricantibus. *(Haw.)*

8. Phylla alba minus quam in sectione praec. abbreviata; corona subcupularis primum citrina, demum albicans v. alba. Citrocoronae *Haw.*

Phylla

1) subrotundo-ovata (ovalia) coronâ citrinâ

(1) amplâ suberectâ integrâ 3—4plo longiora, subreflexo-incurvula; flores magni, sub-16, secundi, pedunculis longissimis.

50. **H. floribunda** *Haw.* Rev. 141. et l. c. 35. — *Salisb.* l. c. 362 (?).
Narcissus floribundus *Schult.* l. c. 968. 60. — *Sp.* l. c. 449.
Grand Monarque *htl.*, Nosegay *angl.*
Hab. . . . . . ♃.
Omnium hujus sectionis sumtuosissima, floribus numerosioribus (10—14 *Sal.*) majoribus. Scapus vastus, grossissime striatus, subteres, carnosus. Folia scapo breviora, erecta, basi unciam lata.

(2) subpatulâ irregulariter saepe fissâ subtriplo longiora; scapus sub-10florus striatus teretiusculus.

51. **H. citrina** *Haw.* ll. cc. 141. et 36. — *Sweet* l. c. t. 128.
H. brevistyla var. 6. citrina major *W. H.* l. c. 324. t. 38. f. 8. 29. 30. t. 41. f. 8.
Narcissus citrinus *Schult.* l. c. 59. — *Sp.* l. c.
N. orientalis γ. (β. ad 1298.) 6—multiflorus, laciniis niveis, coronâ sulfureâ. *Gawl.* Bot. Mg. t. 946.
Grande prime Citronière *Belg.*
Hab. . . . . . ♃.
Scapus crassitie pennae anserinae. Folia torta, profunde viridia, $^1/_2$'' lata. Flores demum refracti, tubo virente, $^3/_4$ poll., crassitie pennae corvinae. Perigonium diam. $1^1/_2$poll., phylla sordide alba, alterna acuminata. Corona crenulata, irregulariter et obsolete 6loba. Antherae subexsertae, croceae. — Limbus latus, circ. pollicaris, tubus crassus $^3/_4$ poll., corona pallide flava. *(Herb.)*
β. pallens *m.*: limbo pallide, coronâ intensius flavis, illo amplo fere $^7/_8$ poll. longo, tubo non $^5/_8$ poll.
H. brevistyla var. 5. t. 41. f. 7. *W. H.*

2) obovata nivea, coronâ pallide citrinâ cupulari ore repandulâ duplo longiora.

52. **H. decora** *Haw.* l. c. 37.
Narcissus decorus *Sp.* l. c.
Hab. . . . . . in horto *D. Colville*, Kings Road, Chelsea. Fine Apr. ♃.
Folia ensiformi-lorata, mediocria, subglaucescentia. Scapus anceps, striis elevatis. Phylla concinna, mucronulata.

3) elliptica mucronato-acuta ad oras recurva subimbricata nivea, coronâ cupulari tenuiter crenulatâ citrinâ triplo longiora; spatha 8—16-flora.

53. **H. sulcicaulis** *Haw.* l. c. 18. 39.
Narcissus sulcicaulis *Sp.* l. c.
Hab. . . . . . ♃. *(Sweet.)*
Folia mediocria, ensiformi-lorata, subglaucescentia. Scapus foliis concolor, compressus, utrâque (facie) longitudinaliter sed profunde sulcatus, angulis obtusissimis.

4) ovata, coronâ pallidissime citrinâ mox albescente subtriplo longiora,

(1) nivea imbricata; folia ensiformi-lorata viridia plana; spatha 3—5flora.

54. **H. Luna** *Haw.* l. c. 40. Suppl. 143.
Narcissus Luna *Sp.* l. c. 450. — *Schult.* l. c. 974. 72.
Hab. . . . . . ♃.
Folia seriora saepe 8''' lata, plana, saepe superne leviter flexuoso-recurva. — Differt ab H. papyraceâ β. floribus paucioribus, pedunculis brevioribus, phyllis latioribus, coronâ majore. Pericarpium breve, sphaeroideo-triquetrum. Semina numerosa. *(Haw.)*

(2) alterna latiora; corona cyathiformis subintegerrima; scapus subcylindricus, anceps, 8—20florus; folia planiuscula virescentia.

55. **Hermione polyantha** *Haw.* l. c. 18. 38.
Narcissus polyanthos *Lois.* Journ. de Bot. II. 277. et ll. cc. 627, 53 et 160, 236. Herb. Amat. t. 146. — *Sprg.* l. c. 43. 8. — *Schult.* l. c. 973. 71. 1722. — *Sp.* l. c. 449. — *Rchb.* l. c. 89. 609.
N. Tazzetta *All.* Pedem. n. 1864.
N. latifolius simplici flore prorsus albo, primus et secundus. *Clus.* hist. I. 155.
N. totus albus prior *Clus.* Hisp. 248. — *Lob.* hist. 60. ic.
N. orientalis major polyanthes *Moris.* l. c. IV. t. 8. f. 2.
N. praecox totus albus *Barr.* ic. 915. — *Merian.* Fl. t. 12.
Narcisse Tout-blanc *ht. gall.*
In petrosis *Galliae meridionalis* (circa *Telonem*) et *Hispaniae*, in hortis *Italiae superioris;* in collibus circa *Nizzam.* ♃.
Omnino distincta a Tazzettâ: foliis latis, viridibus nec glaucis, floribus numerosioribus et colore florum. Phylla in utrâque alba; corona in hac pallidissime flava, fere alba, serius omnino alba, in illâ semper flava et quidem serius saturatior. H. Tazzetta mense praecocior. Folia late lorato-linearia, obtusa, 7—8''' lata. Spatha etiam 6flora: pedunculi graciles, erecti, 1 — $1^3/_4$poll. Perigonii tubus subcylindricus, superne paulo ampliatus, 9''' lg.; phylla ovata v. fere obovata, 5 — 6 lin. longa, 4 — 5''' lata: interiora obtusiuscula paulo angustiora, exteriora acumine minuto intus puberulo. Corona campanulato-infundibuliformis, diam. 5 — $6^1/_2$''', $2^1/_2$''' alta, subintegra v. leviter repanda, striata. Stamina 3 in parte superiore tubi, 3 coronâ duplo breviora: antherae oblongae, pallide flavae, lineam longae. Stylus antheris superioribus paulo brevior, filiformis; stigma parvum.
β. latifolia *m.*: sub 3—8flora, phyllis angustioribus, coronâ citrinâ, foliis latissimis subensiformi-loratis viridibus. *Haw.* l. c.

9. Scapi quam in omnibus praecociores, valde compressi, graciles, acute ancipites. Ancipites *Haw.*

1) Vernales, vere florentes.

(1) Phylla primo sulfurea s. rarius flavescentia, demum plus minus albicantia, lanceolata v. ovato-lanceolata acuminata fere elongata. Sulfureae *Haw.* Spatha

a. uniflora (an semper?) univalvis fenestrata; limbus reflexus, phyllis angustis acutis; corona trifida; folia glauca, semipollicem lata.

56. **H. corcyrensis** *W. H.* l. c. 323. t. 37. f. 1.
In *Corcyrâ* (Corfu). ♃. Fl. ineunte Apr.
(Bulbus ovatus, integumentis fuscis, fibris filiformibus albis, magnit. nucis juglandis majoris.) (Folia plura, 4 — 5, erecta, subtorta, lineari-lorata, obtusa, pallide viridulo-glauca, 7 — 8poll., scapo paulo longiora. Scapus concolor, 6—7poll., erectus, glaber, laevis ut videtur, crassitie pennae corvinae. Spatha cylindrica, $1^1/_2$pollicaris, diam. 2''', lgt. pedunculi clausa, tunc fissa et acuminato-deflexa, fenestrata, pallida. Pedunculus erectus, cylindricus, viridis, pollicaris, crassitie fili emporetici, apice curvatus, ut germen cum flore fere horizontaliter situm. Germen oblongum, laeve, saturate viride, circ. $2^1/_2$''' longum, in tubum cylindricum vix tenuiorem pallide viridem circ. pollicarem crassitie pennae corvinae continuatum.) Limbus $^3/_4$ poll., phyllis pallide sulfureis (anguste lanceolatis, acuminatis, subundulatis forsan tortis a se invicem distinctis, $1^1/_2$ — 2''' latis, totis reflexis). Corona lutea, vix $^1/_4$ poll., profunde trifida (laciniis truncatis subretusis, in altero flore integris, in altero lobulato-incisis, lobulis rotundatis). Stylus staminibus brevior.

b. sub-4flora; phylla (in n. 56. anguste) lanceolata

a) basi subimbricantia, lactea, coronâ cyathiformi stramineâ plicatim eroso-crenulatâ sub-4plo longiora.

57. **H. subalbida** *Haw.* l. c. 45.
H. italica var. 7. subalbida *W. H.* l. c. 407. (tubo fere $^3/_4$, limbo $^7/_8$ poll. albo; coronâ pallidissime flavâ $^1/_4$ poll.; stylo coronam aequante.)
Narcissus subalbidus *Lois.* Narc. 628. Fl. Gall. ed. 2. I. 236. — *Schult.* l. c. 976. 76. — *Sp.* l. c. 451. — *Rchb.* l. c. 611.
N. stellatus *β.* subdiscolor *DC.* Fl. Fr. V. 323.
In *Galliâ meridionali.* ♃.

(Hermione subalbida) Folia 3, vaginâ tubulosâ truncatâ membranaceâ striatâ bipollicari inclusa, erecta, linearia, obtusa, vix glaucescentia, (virescentia, planiuscula *Lois.)* 9—11poll., 4''' lata. Scapus 10poll., inferne 2''' latus, striatus, foliis concolor, (depressus, anceps). Spatha bi(3—6)flora, erecta, ovata, apice calloso obtuso, dorso ut videtur bicarinata, basi ad 4''' tubulosa, $1\frac{1}{2}$poll., pallide fuscescens, striata. Pedunculi erecti, apice incurvi, 7 — 9 lin. longi. Perigonii tubus subhorizontalis, basi angustatâ subtrigonus, apice 2, basi $\frac{3}{4}$''', diam. 9''' longus, in siccis pallide flavicans; limbus patens, diam. $1\frac{1}{2}$'', sordide flavescenti-albidus: phylla elliptico-lanceolata, exteriora obtusa cum mucrone intus puberulo, 8''' longa, 3''' et paulo ultra lata, interiora mucrone obsoleto, paululum angustiora. Corona flava (saturate lutea) $2\frac{1}{2}$''' alta, diam. 4 — $4\frac{1}{2}$''', lobis 6 ovato-rotundatis $\frac{1}{2}$''' longis crenulatis. A Narc. niveo foliis magis viridibus nec glaucis, colore florum et coronâ distincte 6lobatâ diversa. *(Schult., Lois.)* Plus quam pedalis, omni parte gracilis; folia 7''' lata. *(Haw.)*

b) distincta stellata sordide alba, coronâ minutâ luteâ sublacerâ incurvo-erectâ 5plo longiora.

58. **H. tenuiflora** *Haw.* in Philos. Mg. l. c. 133. et l. c. 19. 46.
H. italica *β.* tenuiflora *Haw.* Rev. 114.
Narcissus tenuiflorus *Schult.* l. c. 1733. 66. a. — *Sp.* l. c.
N. italicus *β.* tenuiflorus *Schult.* l. c. 973.
N. sulphureus minor *Park.* l. c. 79.
Hab. . . . . . ♃. Fl. Mart.

Flores in toto genere tenuissimi. Scapus pedalis, valde compressus, laevis. Spatha valde obtusa. Pedunculi inaequales, saepe trianguli. Germen ovato-triangulare, laeve atque lucidum. Tubus obsolete triangulus. Phylla subaequalia, horizontalia respectu tubi, paululum torta, submucronata sordide albida, nitida, tincturâ luteâ, tubum vix aequantia. Corona superne contracta. Antherae 3 tubum superantes, incurvae, perluteae. — Folia $\frac{1}{2}$'' lata.

c. multi(6—10)flora; phylla coronâ sub-4plo (v. paulo ultra) longiora

a) distincta saturatissime sulfurea lanceolata (respectu tubi) flexuose horizontalia; corona cupularis obsolete crenato-repandula aurantia.

59. **H. chrysantha** *Haw.* l. c. 18. 41.
Narcissus chrysanthus *DC.* Fl. Fr. V. 323. — *DC. & Duby* Bot. gall. I. 455. — *Lois.* Fl. gall. ed. 2. I. 236. — *Schult.* l. c. 971. 65. — *Sp.* l. c. 450.
H. italica var. 6. chrysantha *W. H.* l. c. 407.
Barr. ic. 961.
In *Galloprovinciâ, Italiâ, Siciliâ.* ♃.

Folia 4, lorato-linearia, obtusa, quidquam torta, fere plana, crassiuscula, coriacea, rigida, dorso substriata, 5—9-poll., 3—5''' lata, (glaucescentia, scapo paulo breviora,) basi inclusa vaginis aliquot subcylindricis truncatis membranaceis striatis. Scapus erectus, (teretiusculus, cylindricus, striatus,) striis magis prominentibus subanceps, fere crassitie pennae anserinae, 6—10poll. Spatha 6flora (8—15flora *Lois.*, subtriflora *Haw.)*, erecta, pallide fuscescens, striata, $1\frac{1}{4}$—$1\frac{3}{4}$-poll. Pedunculi erecti, angulosi, 1 — $2\frac{1}{2}$poll. Perigonium diam. 10''': tubus virescens, subcylindricus, sat crassus, superne subampliatus, semipollicaris: phylla (lgt. tubi,) pallide flava, reflexa, exteriora acuta, interiora fere obtusiuscula, 5 — 6''' longa, $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$''' lata. Corona aurea, (saturatius flava) subcampanulata, leviter repanda, (truncata, integerrima, laciniis triplo brevior *DC., Lois.)*, diam. $2\frac{1}{2}$ — 4''', 2 — $2\frac{1}{2}$''' alta. Antherae oblongae, flavae, $1\frac{1}{2}$''' longae. Germen oblongo-ovatum, obtuse angulosum, saepius obliquum, 3—4''' lg. Stylus antheras superiores aequans, flavus. Stigma trilobum. *(Schult.)* Differt ab H. praecoci coronâ fere integerrimâ, nec 6partitâ, ab H. multiflorâ phyllis lanceolatis acutis, nec ovatis v. obovatis obtusis cum apiculo. (Tubus circ. $\frac{5}{8}$, limbus vix, corona circ. $\frac{1}{4}$ poll., stylus coronam aequans, uterque aureus. *Herb.)*

b) subdistincta, lanceolata, primo sulfurea,

(a) acuminata tortuoso-undata, corona recta citrina subcampanulata plicata 6partita.

60. **H. praecox** *Haw.* l. c. 43.
H. italica var. 2. praecox *W. H.* l. c. 325.
Narcissus praecox *Ten.* Fl. Neap. 146. t. 127. Fl. medic. I. 256. n. 675. — *Schult.* l. c. 971. 66. — *Sp.* l. c. 450.
N. latifolius flore prorsus flavo *Clus.* hist. I. 156.
N. luteus constantinopolitanus *Bauh.* Pin. 51. n. 3.

(Hermione praecox) *Barr.* ic. 920, 926, 935, 936, 939.
In regno *Neapolitano.* ♃.
Folia viridia, plana, ligulata, scapum 8 — 12florum subaequantia. Phylla acuminata, aequalia, citrina. Corona saturatius lutea.

(b) cum mucronulo, mox stramineo-albicantia, tubo saepe breviora; corona cupularis citrina plicatim eroso-crenata.

61. **Hermione straminea** *Haw.* l. c. 44.
Narcissus stramineus *Sp.* l. c. 451.
Hab. . . . . . ♃. *(Sweet.)*
Praecedenti simillima, sed phyllis latioribus distincta.

c) basi imbricantia, elliptico - lanceolata subflexuosa primo sulfurea; corona citrina, crenato - erosa, patulo-cupularis stylum aequans.

62. **H. italica** *Haw.* Suppl. 144. et l. c. 42. — (Var. l. princeps) *W. H.* l. c. 325. 6. t. 41. f. 24, 25.
H. stylosa *Salisb.* l. c. 360.
Narcissus italicus *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1188. — *Schult.* l. c. 973. 70. — *Sp.* l. c. 450.
N. Tazzetta A. *Ten.* l. c. 143. — *γ. Sm.* in *Rees* Cycl. et *Ht. Kew.* ed. 2. II. 217.
? N. orientalis B. *Ten.* l. c. — *C. Ten.* Fl. med. 255.
? N. orientalis pleno flore *Clus.* hist. I. 160. ic. I., II. — *Besl.* l. c. vern. Ord. 3. fol. 14. f. 1. — *Park.* l. c. 84. t. 85. f. 4.
In *Italiâ.* ♃.
Folia lorata, parum attenuata, ex convoluto plana explicata, obsoletius carinata. Scapus compresso-anceps, nervoso-striatus (9—multiflorus *Haw.*): pedicelli erecti, spatham (prae aliis magnam viridi-membranaceam, fere foliaceam *Haw.*) superantes. Perigonium refracto-nutans: phylla stellato-explanata, tubo angusto rotundate anguloso subaequalia, interiora paulo angustiora. Corona leviter trifida. Differt ab H. papyraceâ: stylo citra antheras et marginem coronae producto, nec antheras haud attingente et infra marginem coronae retracto; foliis laete gramineo-viridibus, nec atroviridibus albido-irroratis, limbo pallide sulfureo et coronâ citrinâ, nec utrâque candidâ. Minus odora. *(Gawl.)*
β. serotina *m.*: limbo albo, coronâ trifidâ luteâ, tubo fere $^3/_4$ poll., odore illi papyraceae accedente. Serotina Var. 3. t. 41. f. 24. *W. H.*
γ. brevis *W. H.* l. c. var. 4. t. 41. f. 25.: limbo albo, coronâ amplâ luteâ irregulariter fissâ, tubo semipollicari.
Narc. neglectus *Ten.* MS.
δ. aurea *W. H.* l. c. 407. var. 5.: tubo fere $^3/_4$, corona $^1/_4$, limbo $^5/_8$ poll.; stylo coronâ paulo breviore; umbella circ. 10flora; folia $^1/_2$ poll. lata.

(2) Flores toti nivei, graciliter elegantissimi suaveolentes. Niveiflorae *Haw.*
a. Sub-5flora; phylla lanceolata distincta, coronâ erosulâ 5plo longiora.

63. **H. jasminea** *Salisb.* l. c. 360. — *Haw.* in Phil. Mg. etc. 133. et l. c. 19. 50.
Narcissus jasmineus *Schult.* l. c. 1734. 73. a. — *Sp.* l. c. 451.
N. papyraceus *β. Schult.* l. c. 975.
N. albus flore minore Jasmini odore *Bauh.* Pin. 50.
Alius (Narc.) praeterea fragrantiâ Jasmini *Clus.* hist. II. 155.
Hab. . . . . . ♃.
Flos elegantissimus, niveus, stellatus.

b. 1 — 2flora; phylla lanceolata acuta, coronâ plicatâ crenatâ triplo longiora; scapus anceps subhexagonus.

64. **H. candidissima.**
Narcissus niveus *Lk.* En. ht. Berol. alt. 311. n. 3017.
Hab. . . . . . ♃.
Folia 5''' (sphalmate 5'') lata. Perigonium album: tubus 8—10''' (non '') longus, superne ampliatus; laciniae 9''' longae. Corona 4''' longa, alba, sicca magis flavescens.

c. 2 — 6flora; phylla ovata, aequalia,
a) dimidio longiora coronâ cyathiformi ore (sub)constrictâ
(a) denticulatâ; scapus laevis, obtuse compressus; folia planiuscula glaucescentia.

65. **H. ambigua.**
Narcissus dubius *DC.* Cat. ht. Monsp. 1823. 127. Fl. Fr. V. 324. — *Red.* Lil. t. 429. — *Lois.* ll. cc. 625, 159, 235. — *Lap.* l. c. 177. — *DC.* & *Dub.* l. c. 456. — *Schult.* l. c. 978. 78. (p. p.) — *Rchb.* l. c. 613. — *Sprg.* l. c. 43. 12. (excl. syn.) (non *Gou.* & *W.*).
? N. angustifolius totus albus *C. Bauh.* Prodr. 27. ic.
? N. totus albus narbonensis *Park.* Theatr. t. 18.

(Hermione ambigua) In *Galliâ meridionali* circa *Monspelium* et *Avenionem*, in *Pyrenaeis*, circa *Nizzam*. ♃.

Bulbus ovatus, nuce juglandis paulo major. Folia fere plana, glauco-viridia, linearia, 2—3''' lata, acuta, apice saepius marcescentia, in cultâ duplo latiora. Scapus foliis paulo longior, laevis, haud nervosus ut in Tazzettâ, compressus, angulis obtusis nec ancipitibus, in spontaneis saepius tortus et foliis paulo brevior. Flores semper nivei, minores et minus fragrantes quam in Tazzettâ, 2—4, in culto 3—6. Pedunculi angulosi inaequales. Tubus teres, basi virescens, apice vix amplior, 6''' longus: phylla ovata, aequalia, horizontaliter patentia, 4''' longa. Corona 1—$1\frac{1}{3}$''' lg., trientem laciniarum paulo superans, magis patens quam in Tazzettâ, semper (etiam in spontaneâ) tenuissime denticulata. Stamina longiora basin coronae attingentia. Germen obovato-oblongum, obtuse trigonum, *(Red. & Schlt.)*

(b) integrâ, tubum fere aequantia; scapus compressus anceps, nervis prominulis; folia ut in praec.

66. **H. anceps.**

Narcissus anceps *DC.* Cat. ht. Monsp. 127.

Pr. *Monspelium*. ♃.

Floribus rarioribus et coronâ majore diversa ab H. papyraceâ.

b) campanulatâ integerrimâ triplo longiora; scapus lineatus subanceps; folia linearia, scapo breviora.

67. **H. dubia** *Haw.* l. c. 19. 48. — *W. H.* l. c. 323. 4.

Narcissus dubius *Gouan* Ill. 22. — *Wlld.* l. c. 40. 14. — *Poir.* Enc. IV. 428. — *Schult.* l. c. (p. p.) — *Sp.* l. c. 451.

N. poëticus *Y. Gouan* Monsp. 304. — *Magnol.* Bot. 182.

N. angustifolius albus minor *Rudb.* l. c. 51. f. 2.

Prope *Monspelium*. ♃.

Tazzettâ duplo humilior. Folia 5—6, palmaria, vix 3''' lata. Flores in loco natali saepius 3, in horto 6—7. Spatha lgt. pedicelli longioris, aut longior. Phylla uniformia, interiora haud minora angustioraque. Corona alba.

Obs. Cl. *W. H.* sub H. dubiâ quacum vero ut fere omnes auctores, praecedentem conjungit, 3 enumerat varietates:

α. biflora *m.*: biflora, 7poll., folia vix ultra $\frac{1}{16}$'' lata Var. 1. t. 43. f. 6. (Bulbus ovatus, fuscus, magnit. nucis Juglandis minoris; folii frustulum laete viridi-glaucum, striatum; spatha cylindrica, pallide fusca, 9—10''' longa, diam. $1\frac{1}{2}$''' erecta, acutiuscula. Pedunculi inaequales, alter spatham aequans, alter 3—4''' longior. Germen subgloboso-oblongum, magnit. pisi minoris. Perigonii tubus erectus, cylindricus, albus, semipoll., lineâ paulo crassior. Limbi laciniae subreflexae, acutiusculae, late ovatae, 4''' longae, 3''' latae; corona illis duplo brevior, diam. 4''', integerrima, subrepanda. Ex ic.)

Prope *Avenionem*. (Hb. *Bth.*)

β. gracilituba *m.* Var. 2. t. 43. f. 7.: triflora, tubo graciliore, folio var. praec.

Pr. *Restinctieres* apud *Monspelium*. Fl. Mart. (Hb. *Bth.*)

(Folium quam in praec. vix latius, ut scapus et pedicelli pallide et sordide viridia (sicca nempe). Spatha patens, oblongo-ovata, obtusa, fuscescens, semipoll., 3''' circ. lata. Pedicelli erecti, inaequales, filiformes, laeves, minor spatham aequans, longior fere duplo superans. Germen oblongum, concolor, $3\frac{1}{2}$''' lg., $1\frac{1}{2}$''' crassum. Tubus perigonii subcernui tereti-cylindricus, superne paululum ampliatus, semipoll., vix lineam crassus, albus. Limbi stellato-patentis laciniae ovatae, acutiusculae, $4\frac{1}{2}$''' longae, 3''' latae. Corona illis duplo brevior, diam. 4''', subrepanda. Ex ic.)

γ. crassituba *m.* Var. 3. t. 43. f. 8.: tubo breviore crassiore; folio 8poll., $\frac{3}{16}$ lato.

Prope *Monspelium*. (Hb. *Bth.*)

(Folium quam in praecedentibus triplo latius, in sicco pallide sordide virens. Germen concolor, subglobosum, magnit. pisi minoris. Tubus $4\frac{1}{2}$—5''' longus, diam. $1\frac{2}{3}$''', albus. Phylla ovalia, acuta, 5''' longa, 3''' et ultra lata. Corona duplo brevior, vix 2''' alta, diam. 4''', levissime repanda, caeterum ut in praecedentibus integerrima. Ex ic.)

d. multi(6—10- et pluri)florae; phylla coronâ omnino albâ

a) triplo longiora, ovato-lanceolata; scapus anceps stria-

68. **H. homochroa.**

Narcissus Tazzetta *Brot.* Fl. Lusit. 551.

In *Lusitaniâ*. ♃.

tus; folia linearia plana obtusa scapo paulo breviora.

Folia 3''' lata. Scapus 8—11poll. Flores 6—10, pedunculis inaequalibus. Flos omnino albus (quare Tazzetta auctor. alior. non esse potest).

β. plena: cultus coronâ luteâ, flore pleno, habitu majore.

b) cupuliformi crenulato-erosâ 3—sub-4plo longiora, ovata (ovato-lanceolata *Haw.*) imbricata, tubo fere aequalia; stylus coronae aequalis v. subprominens; scapus compressus anceps striatus, folia lorato-concava glauca.

69. **Hermione papyracea** *Haw.* Suppl. 143. (papyratia) l. c. 19. 47. — *W. H.* l. c. 323. 3. t. 48. f. 7—10. (floris et fruct. partes).
Narcissus papyraceus (*α.*) *Gawl.* in Bot. Mg. t. 947. et ad 1188. — *Schult.* l. c. 974. 73. (excl. *β.*).
N. papyratius *Sp.* l. c. 451.
N. unicolor *Vent.* Jard. de Malm. t. 26.
N. Tazzetta *β. Ht. Kew.* ed. 2. II. 217.
N. Tazzetta *δ. Sm.* in *Rees* Cycl.
N. Tazzetta albus *Red.* Lil. t. 17.
In *Europâ meridionali* et *Asiâ minore.* ♃.

Folia planiuscula, valde glauca, $^1/_2$'' et ultra lata. Scapus sub floribus crassitie pennae cygneae. Spatha brevis, ovata, fusca. Pedicelli graciles. Tubus gracilis, virens, $^3/_4$poll., phyllis mucronulatis; antherae luteae, subexsertae. Stigma inter filamenta superiora. Bulbus nigricans. Flos speciosus, odoris suavissimi peculiaris.

c) 4plo longiora coronâ

(a) cyathiformi crenatâ, ovato-oblonga; scapus depressus anceps; folia planiuscula subglaucescentia.

70. **H. nivea.**
H. papyracea var. 2. nivea. *W. H.* l. c. 408.
Narcissus niveus *Lois.* Journ. de Bot. II. 278. et ll. cc. 54. et 160, 628, 236. — *Sprg.* N. E. 14. et l. c. 43. 9. (excl. synon.). — *Schult.* l. c. 975. 74.
N. stellatus (*α.* albus) *DC.* Fl. Fr. V. 323. — *Rchb.* l. c. 610.
N. latifolius niveus III. alter. *Clus.* hist. 155. — *Barr.* ic. 916.
In *Galliâ meridionali*, circa *Grasse*, in regno *Neapolitano*, pr. *Tanger.* ♃.

Proxima H. polyanthae, sed differt foliis magis glaucis, floribus omnino candidis, phyllis magis elongatis, coronâ breviore. Odor suavissimus, jasmineus. — Germen $^5/_{16}$, tubus quam in unicolore gracilior $^3/_4$, corona $^3/_{16}$, limbus $^{13}/_{16}$poll., phylla $^3/_{16}$ lata, stylus coronam aequans, folia $^5/_{16}$ lata v. minus, umbella 13flora. *(Herb.)*

(b) campanulatâ leviter crenulatâ, elliptico-ovata; scapus valde compressus acute anceps; folia plana obtusiuscula glaucescentia.

71. **H. neapolitana.**
Narcissus unicolor *Jan* in lt. (ap. *Schult.* l. c. 976. in Obs. descr.).
In regno *Neapolitano.* ♃.

Folia late linearia, apice marcescentia, 12—15poll., 4—6''' lata. Scapus folia aequans v. paulo superans, foliis concolor, erectus, striatus, inferne 4, superne $1^1/_2$''' latus. Spatha 10-flora, ovata, arida, striata, albida v. pallide fuscescens, acumine brevi obtuso fornicato, reflexa, $1^1/_2$poll.: pedunculi erectiusculi, graciles, angulosi, glabri, saepius nodosi, 5—16''' longi. Perigonium totum album: tubus subhorizontalis, subinde erectiusculus, basi angustatâ subtrigonus, apice subampliatus, 6—$7^1/_2$'''; limbus patens, diam. fere poll.: phylla interiora obtusiuscula, exteriora acumine minuto intus puberulo, tenuiter nervoso-striata, 7—8''' longa, $2^1/_2$—4''' lata. Corona diam. 3''', 2''' alta. Stamina 3 in coronâ, 3 in tubi parte ampliatâ abscondita: filamenta brevia, subulata; antherae oblongae, luteae, lineâ paulo longiores, 3 coronâ paulo breviores. Germen oblongum, obtuse trigonum, viride 2—3''' lg. Stylus staminibus longioribus paulo brevior, filiformis, erectus, albus. Stigma depressum, trilobum, flavum. *(Schlt.)*

d) campanulatâ plicatâ lacerâ 6plo longiora, oblonga; scapus teretiusculus, foliis planis ligulatis longior.

72. **H. unicolor** *Haw.* l. c. 49.
H. papyracea var. 1. unicolor. *W. H.* l. c. 407. t. 48. f. 7—10. (circumscriptiones floris partium).
Narcissus unicolor *Ten.* Fl. Neap. I. 144. t. 26. Fl. med. I. 255. n. 674. — *Sprg.* l. c. 43. 10. — *Schult.* l. c. 976. 75. — *Sp.* l. c. 451.
N. latifolius simplex flore prorsus albus I. *Clus.* hist. I. 155.
N. praecox totus albus major. *Barr.* Obs. 769. ic. 937.
Ad *Vesuvium* et in insulâ *Capri.* ♃.

Differt ab H. Tazzettâ coronâ phyllis 6plo breviore et habitu, a niveâ magnit. florum inodororum, proportione coronae 5—6ies brevioris et tempore florendi (Nov., Dec.) *Sprg.* — Tubus ultra $^5/_8$, corona $^3/_{16}$, limbus $^{11}/_{16}$, sepala $^7/_{16}$'' lata, stylus antheris superioribus brevior, folia $^5/_8$'' lata. Differt a Tazzettâ parvitate coronae, non majoris ac illa aequi-

(Hermione unicolor) limbae, nempe $^3/_{16}$'' longae et $^1/_4$ amplae, crenulatae. Phylla paulo magis quam solito lanceolata, coronae lgt. plusquam 4plâ, tubum $^3/_4$poll. superantia. Folia semunc. glauca, canaliculata, carinata, obtusa; scapus anceps; germen $^3/_8$poll., tubus $^3/_4$, albo-virescens; limbus stellatus, laciniis lanceolatis $^{13}/_{16}$'', sepalis $^3/_8$'' latis, petalis $^5/_{16}$ albis, coronâ albâ $^3/_{16}$ crenulatâ, $^1/_4$'' latâ. Stylus tubum exsuperans, antheris sepalinis brevior.

Subvar. culta: papyraceo-alba, germen $^3/_8$, tubus ultra $^3/_4$, limbus $^7/_8$, corona $^3/_{16}$, stylus antheris superioribus brevior, sepala $^3/_8$ lata, folia glauca, canaliculata, carinata, fere $^3/_4$'' lata. (*W. H.*)

β. tingitana *m.* (Spec. ex hb. *Hook.* pr. Tanger coll. *W. H.* l. c. 408.): germen $^5/_{16}$poll., tubus $^3/_4$, quam in unicolore gracilior, corona $^3/_{16}$, limbus $^{13}/_{16}$, phylla exteriora $^3/_{16}$ lata, stylus coronam aequans, folia $^5/_{16}$ lata v. minus, umbella 13flora.

2) Autumnales, autumno florentes.

(1) Folia synanthia. Serotinae *Haw.* — Phylla multoties breviora coronâ

a. minutâ integrâ, lineari-lanceolata acuminata alba; spatha multi-(sub7)flora: pedunculi gracillimi elongati; folia linearia canaliculata.

73. **H. elegans** *Haw.* l. c. 51. — *W. H.* l. c. 325. t. 41. f. 27.
Narcissus serotinus *Desf.* Fl. Atl. I. 283. t. 82. — *Poir.* Enc. méth. IV. 147. Voy. en Barb. II. 145. — *Schousb.* Marocc. — *Viv.* Fl. Lib. 19. (nec *L.* et aliorum).
N. elegans *Sp.* l. c. 452.
N. serotinus *β.* multiflorus *Schult.* l. c. 979.
In *Barbariâ*, *Algeriâ*. ♃.

Bulbus subglobosus v. ovoideus, intus albus, extus tunicâ atrofuscâ. Folia plura, saepe scapo longiora, v. breviora, fere juncea, subfalcata, plana, 6—10poll., lineam lata. Scapus glaber, sulcatus, 8—10poll., subinde $1^1/_2$pedalis. Spatha longa, ensiformis, membranacea, 3—8flora: pedunculi inaequales, filiformes, subangulati. Perigonii albi tubus longus angustus, ore dilatatus in phylla lanceolata, acuta, supra lineis longitudinalibus exarata. Corona brevissima, in lobos 6 obtusos parvos albidos v. flavicantes divisa. (*Poir.*) Tubus $^3/_4$, limbus circ. $^5/_8$poll. v. ultra.

Obs. Scapus sub-(interdum) nodosus in hac et H. serotinâ a pluribus auctoribus descriptus nequaquam normalis est, sed nodi ex ictu insecti cujusdam oriuntur. Cf. *W. H.* l. c. 326. t. 41. f. 30.

b. crenulatâ parum lutescente, lanceolata longissime acutata; spatha uniflora; folia angustissima.

74. **H. autumnalis.**
Narcissus autumnalis *Lk.* in Linn. IX. 569.
N. serotinus *Biv. Bern.* pl. sic. Ct. I. 56. — *Guss.* Prodr. Fl. Sic. I. 393.
N. autumnalis vulgaris stellaris albus, medio croceus, odoratissimus, monojuncifolius. *Cup.* Panph. II. t. 250. — *Bonan.* t. 38.
In *Siciliae* montibus inter *Cataneam* et *Syracusas*. ♃.

Spatha in locis fertilibus et cultae plantae fortasse 2—3flora. Differt a Narc. serotino *L.*, quocum magnitudine solum et coronâ brevissimâ convenit, foliis synanthiis angustissimis, phyllis lanceolatis longissime acutatis, nec oblongis obtusis cum acumine, paracorollâ integrâ crenulatâ parum lutescente, nec 6fidâ laciniis emarginatis luteâ. Narc. serotinum *L.* in Italiâ non vidisse testatur cl. *Link.*

c. obsoletâ luteâ, ovato-oblonga acuta imbricantia alba; scapus biflorus.

75. † **H. obsoleta** *Haw.* l. c. 19. 52. — *W. H.* l. c. 328. 3.
Narcissus obsoletus *Sp.* l. c.
N. autumnalis medio obsoletus *Park.* l. c. 90. t. 89. f. 4. — *Swert.* Floril. t. 30. f. 2.
In *Hispaniâ*. ♃.

Folia 2—3, valde angustata et fere juncina, sed basi paulo latiora et apice magis acuta. Scapus inter folia enatus. Flores declinati, albi, coronâ minimâ luteâ fulvo-marginatâ.

(2) Folia hysteranthia, subulata; scapus gracilis 1—2florus; phylla patenti-stellata oblongo-ovata acuta, coronâ brevissimâ 6dentatâ luteâ 7plo longiora.

76. **H. serotina** *Haw.* l. c. 54. — *W. H.* l. c. 326. 2. t. 41. f. 29. et 31.
Narcissus serotinus *L.* Sp. pl. 417. — *Wlld.* l. c. 41. 16. — *Lois.* Fl. gall. l. c. 237. — *DC. & Dub.* l. c. 456. — *Sprg.* l. c. 42. 1. — *Schult.* l. c. 979. 79. (excl. *β.*). — *Sp.* l. c.
N. autumnalis minor *Clus.* Hisp. 252.
N. serotinus *Clus.* hist. 1. 162. — *Lob.* ic. 122.

(Hermione serotina) Narcissus albus, autumnalis minimus. *C. Bauh.* Pin. 51. — *Rudb.* l. c. 64. f. 8.

N. autumnalis minor albus *Park.* l. c. t. 89. f. 3.

In *Hispaniâ* (pr. *Badajoz*), *Galliâ meridionali, Corsicâ, Sardiniâ, Italiâ, Siciliâ.* ♃.

Bulbus rotundato-ovatus, 6—9lin., tunicis nitidis atrofuscis, superne in vaginas laxiusculas truncatas fuscas 1—1½-poll. productis. Folia gracilia, post flores evoluta (1/16'' lata). Scapus erectus, inferne vaginis inclusus flexuosus, gracilis, sulcatus, teretiusculus, glaber, 3½—7poll. Spatha plerumque uniflora, (in speciminibus sardois biflora, teste *Bertolonio* interdum triflora) scariosa, pallide fuscescens, striata, erectiuscula, infra medium fissa, apice obtuso subfornicato, 9''' longa. Pedunculus gracilis, superne inflexus, sulcatus, glaber, 3''' longus. Perigonium album, subhorizontale, 9—10''' diam., odorum: tubus rectus, gracilis, angulosus, apice dilatatus et subclavatus, virescens, 6—7''' (9/16 *H.*) longus; laciniae patentes, albae, striis longitudinalibus obsoletis, (7/16''): exteriores ovato-oblongae cum mucrone brevi setaceo, 3½—4''' longae, 1½''' latae, interiores lanceolatae, acutae, lineam latae. Corona lutea, vix ½lin. (1/16'' alta, 1/8'' ampla,) erecta, 6loba, lobis rotundatis leviter emarginatis. Germen oblongum, trigonum, sulcatum, glabrum, lin. longum. Antherae subsessiles, oblongae, flavae, vix lineam longae, 3 coronam subaequantes, 3 remotae in medio fere tubi. Stylus coronam subaequans, filiformis. (*Schlt.*)

Folia non semper hysteranthia; in specimine quodam neapolitano *W. H.*, folium scapum aequans, sed vix lineam latum.

(3) Folia praecocia, lorato-ligulata, pallide glauca, carinata, obtusa; scapus 3—7florus; flores horizontales; phylla stellato-patentia rotundato-oblonga subaequalia, coronâ trilobâ subventricosâ luteâ duplo longiora.

77. **Hermione aequilimba** *W. H.* l. c. 404. t. 48. f. 1—5.

Narcissus serotinus *Zerapha* Fl. Melit. Thes.

In insulâ *Melitâ* ad oram maritimam, in solo glareoso rubescenti-luteo cum *Ornithogalo arabico.* — Incolis audit Rangis mewahhar. ♃. Fl. in patriâ exeunte Oct.

Bulbus diam. 2½'' v. minor (maximus circumferentiâ 7½''). Folia 3—4, semiunciam lata, scapum florentem circ. aequantia, basi vaginis tribus cylindricis albis viridi-lineatis inclusa, quarum exteriores diam. circ. 3/8poll., intima super terram circ. pollicaris (erecta, rotundato-obtusa, longitudinaliter striata). Scapus circ. pedalis, subanceps, (pallide) glaucus, striatus, apice subtortuoso (erectus, crassitie calami scriptorii tenuioris). (Spatha ex ic. 1½poll., erecta, stricta, dimidio inferiore cylindracea colore et crassitie scapi, superiore oblonga sordide alba rotundato-obtusa concava marcescens (?) 2—2½''' lata. Pedunculi erecti, inaequales, breviores spathâ inclusi, longiores eam paulo superantes, teretes, cum germine et tubo laete flavescenti-virides, crassitie fili emporetici minoris.) Germen horizontale, ¼poll. (oblongum, pedunculo duplo crassius). Tubus 5/8poll., horizontalis (cylindricus, crassitie pennae corvinae). Limbus stellatus, albidus; phylla lineâ dorsali viridi, 7/16'' longa, ¼ lata, exteriora et interiora fere aequilata, illa acutiora (in ic. omnia rotundato-obtusa mucrone parvo obtuso terminata); expansio limbi 1 1/16poll. Corona 1/8poll., ¼'' ampla, incisuris tribus nervis mediis sepalinis oppositis (lobis rotundato-truncatis, aurea). Stylus tubum paululum exsuperans, antheris sepalinis brevior. (Antherae ellipticae, utrinque acutae, aureae, 1½''' longae.)

Sect. 3. Helena.

Haw. l. c. 19.*)

Narcissus subg. Helena *Sp.* l. c. 452.

I. Flores flavissimi; folia viridia. Flavissimae *Haw.*

1) Scapus gracillimus compressus superne

78. **H. gracilis.**

Helena gracilis *Haw.* l. c. 20. 1.

*) Spatha 1—3flora. Corollae flavae, ochroleucae s. albae, laciniis in stellam expansis tubo multo brevioribus. Tubus grossus, valde compressus, angulis obtusis, fere ut in Narcisso at longior magisque compressus. Filamenta omnia fere omnino tubo adnata. Antherae demum subspiraliter tortae, 3 supernâ parte tubi inclusae, 3 tubum semisuperantes. Stylus tubum aequans, stigmatibus tribus rotularibus. Ovula numerosa, bifariam inserta, obovato-spathulata. Reliqua ut in Narcisso. — Habitus in omnibus gracilior quam in Hermione et Narcisso. Folia linearia, fere plana, sublineam lata, viridia s. glauca.

anceps laevis, spatha pedunculo brevior, inferne integra, 1—3-flora; phylla ovato-acuta valde imbricata horizontalia, coronâ saturatiore patulâ acetabuliformi ore plicatim eroso-crenulatâ 5—6plo longiora.

Narcissus gracilis *Sabine* MS. in Bot. Rg. t. 816. — *Schult.* l. c. 964. 51. — *Sp.* l. c. 453.
N. laetus *Red.* Lil. t. 428. (nec *Salisb.*).
N. gracilis var. 1. princeps. *W. H.* l. c. 316. 1. t. 38. f. 4. (anthera) t. 41. f. 4.
Hab. . . . . . ♃. Fl. Majo.

Herba gracilis, erecta, 12—18poll. Folia erecta, scapo breviora, lineari-subulata, semiteretia, obtusa, supra laevia, subtus crebre striata, luteo-viridia, canaliculata. Scapus teres, subcompressus, fistulosus, sursum attenuatus. Spatha monophylla, 1½poll., membranacea, erecta, ad ⅔ fissa. Pedunculi bipollicares, hinc plani, inde convexi, graciles. Flores subcernui, lutei, odore debili: tubo cylindrico virescente apice compresso limbo duplo longiore (1⅛poll.), limbo fere pollicari: phylla patentia, planiuscula, ovalia, exteriora latiora apiculata, interiora margine subinvoluta. Corona patens, brevis, cyathiformis, laciniis 4plo brevior ($^3/_{16}$''), sublobata et paulo plicata, (crenulata,) paulo intensius colorata. Antherae superiores patentes, subsessiles, inferiores longiores, apicibus fere basin superiorum attingentes. Germen ovale, triquetrum, lateribus sulcatis, loculis inflatis. Stylus filiformis, lgt. tubi, fistulosus, infra antheras superiores. Stigma parvum, trilobum, medio pervium. Differt ab H. tenuiore scapo teretiusculo, nec compresso subancipiti, phyllis pallide flavis inaequaliter patentibus.

2) Scapus anceps uniflorus; phylla apice barbata, coronâ campanulatâ, repando-crispâ luteâ dimidio breviora; folia angusta, canaliculata.

79. **H. tenuis.**
Narcissus tenuis *Agdh.* in It. — *Schult.* l. c. Obs. ad 50.
N. angustifolius *ht.*
Hab. . . . . . ♃.

Folia extus 7nervia. Perigonium minus quam in plurimis, flavum. Stamina 3 inclusa, 3 exserta. Stigma trigonum.

2. Flores ochroleuci; folia angustissima, attamen plana, vel supra subconcava subtus convexiuscula, viridia.

Phylla ochroleuca,

1) coronâ luteâ deplanatâ margine laevi duplo fere longiora; folia angustissima (vix lineam lata).

80. **H. planicorona.**
Helena planicorona *Haw.* l. c. 3.
Narcissus planicorona *Sp.* l. c.
N. gracilis var. 2. planicorona *W. H.* l. c. t. 41. f. 3.
N. minimus juncifolii flore *Park.* l. c. 88. t. 89. f. 2.
Hab. . . . . . ♃. Fl. Apr. (A *D. Ellicomb* comm.)

H. tenuiore plus duplo gracilior, flore simili, at coronâ planâ discoideâ satis diversa. Tubus ⅞, limbus circ. ½, corona $^3/_{16}$'' longa.

2) mox albescentia, coronâ

(1) campanulatâ crenatâ 2—3plo longiora; spatha uniflora; folia lineari-canaliculata.

81. **H. Weinmanni.**
Narcissus triandrus (?) *Weinm.* En. ht. Dorp. 1810. 102.
Hab. . . . . . in horto Dorpatensi culta. ♃.

Bulbus magnit. nucis Juglandis, badius. Folia striata, spithamaea, scapo parum longiora. Scapus anceps. Spatha scariosa, obtusa. Perigonii tubus teres; phylla primum lutea, fere uniformia. Corona flava. Stamina 3 breviora intra tubum. Odor gratus.

(2) patellari luteâ plicatâ 3—4plo longiora; spatha 1—2flora; folia lineari-subulata canaliculata.

82. **H. tenuior** *Haw.* Rev. 145.
H. tegulaeflora *Salisb.* l. c. 363.
Helena tenuior *Haw.* l. c. 2.
Narcissus tenuior *Curt.* Bot. Mg. t. 379. — *Ait.* Ht. Kew. ed. 2. II. 214. — *Haw.* in Linn. Trs. V. 245. — *Schult.* l. c. 964. 50. — *Sp.* l. c.
N. gracilis var. 3. tenuior *W. H.* l. c. t. 38. f. 6, 22. t. 41. f. 2.
N. uniflorus *Ht. Brompt.*
N. juncifolius luteus minor *Park.* l. c. 94.
N. juncifolius minor Clusii *App.* 257.
N. medio croceus gramineo folio *Rudb.* l. c. 51. f. 5.
In *Rovergues (Salisb.)*, in *Germaniâ* et *Hollandiâ* culta. ♃.

Bulbus magnit. nucis moschatae, pallide fuscus. Folia spithamaea, angustissima, basi vix ¼'' lata attenuata, apice obtusa (in acumen obtusum attenuata), extus convexa, intus concava, viridia. Scapus teres, gracilis foliis altior, superne obsolete compressus. Flos (germen et tubus gracilis) horizontalis, suaveolens, spathâ membranaceâ, lgt. pedunculi pollicaris. Tubus virescens, subcylindricus, pedunculo paulo

(Hermione tenuior) longior ($^7/_8$poll.); limbus planus, pallide sulfureus (circ. $^{11}/_{16}$poll.): phylla ovata, mucrone brevi terminata, alterna latiora. Corona flava ut in Narc. biflоro, margine fuscescens (undulata, $^3/_{16}$poll.). Antherae staminum longiorum in tubo conspicuae.

3. Flores albi, coronâ parvâ (Dodrantales *Haw.*)

1) plicatâ rotatâ, brevissimâ planâ flavâ; germen oblongum obtuse triquetrum; spatha biflora; folia lineari-subulata plana.

83. **Hermione angustifolia.**

Narcissus angustifolius *Wlld.* En. 351. — *Lk.* En. alt. 311. — *Poir.* Enc. méth. Suppl. IV. 60.
N. tenuior *β.* angustifolius *Schult.* l. c.
Hab. . . . . . ♃.

Folia lineam lata. Spatha membranacea; pedunculi spathâ paulo longiores. Phylla subrotundo-ovata, mucronulata, patentia, alba. Similis Jonquillae, sed colore, spathâ et germine diversa. Ab H. tenuiore spathâ biflorâ et colore floris differre videtur.

2) luteâ, cinctâ margine

(1) purpureo tenuissimo; perigonium diminutum album.

84. † **H. purpuro-cincta.**

Helena purpuro-cincta *Haw.* l. c. 4.
Narcissus purpuro-cinctus *Sp.* l. c.
N. minimus medio purpureus *Park.* l. c. 87. n. 3.

(2) croceo; flos parvus solitarius albus; folia 4—5 spithamaea.

85. † **H. croceo-cincta.**

Helena croceo-cincta *Haw.* l. c. 5.
Narcissus croceo-cinctus *Sp.* l. c.
N. medio croceus tenuifolius *Park.* l. c. 87. n. 2.
N. medio croceus graminifolius *Rudb.* l. c. t. 61. 5.
Hab. . . . . . ♃.

Dodrantalis. Bulbus parvus, rotundus, suboblongus, tunicis exterioribus nigricantibus.

4. Flores omnino albi; folia valde glauca, linearia; spatha uniflora; phylla ovato-subrotunda, coronâ concolore crasse crenatâ triplo longiora.

86. **H. pumila.**

Helena pumila *Haw.* l. c. 6.
Narcissus pumilus *Red.* Lil. t. 409. — *Schult.* l. c. 965. 52. — *Sp.* l. c.
Queltia (?) pumila *W. H.* l. c. 316. 9. t. 41. f. 26.
In *horto Paris.* culta. ♃.

Bulbus ovatus, magnit. nucis Juglandis, tunicis fuscis laxis. Folia parum numerosa, linearia, obtusa, glabra, valde glauca, dorso convexa, supra plana, erecta, 7—7½poll., 1½''' lata. Scapus 3poll., erectus, glaucus, obtuse anceps. Flos parvus, albus, horizontalis v. fere pendulus. Spatha lanceolata, acuta, lgt. pedunculi glabri erecti apice flexi pollice paulo brevioris. Tubus basi virescens, apice albus, subcylindricus, semipoll.; phylla alba, acuta, exteriora paulo breviora acutiora. Corona urceolata, phyllis triplo brevior, concolor, crenis paucis irregularibus, lobis parvis subrotundis integris. Filamenta brevissima, alba, subulata; antherae flavae, oblongae, medio affixae, 3 in tubo inclusae, 3 exsertae. Stylus filiformis, albidus, vix tubo longior. Stigma parvum. *(Red.)* Teste *Herb.* nil est, quam specimen debile uniflorum H. dubiae var. 1. ideoque delenda. (Cf. p. 416.)

Species e genere exclusae:

Hermione	ambigena *Sal.*	=	Schisanthes orientalis.
—	Jonquilla *Haw.*	=	Narcissus Jonquilla.
—	juncifolia *Sal.*	=	— —
—	similis *Sal.*	=	— similis.

66. Narcissus.

(*L.* gen. 403.)

Haw. Suppl. 148.*) et Narc. Monogr. 20. — *W. H.* l. c. 80. et 316. n. 78.**)

Narcissus h. Hermione 1. Jonquilla (p. p.) et k. Narcissi. *Schult.* l. c. 961. 981. — *Endl.* l. c.

Narcissus subg. Narcissus *Meisn.* l. c.

Sect. 1. Jonquilla.

Haw. l. c. 13.

Narcissus subg. Jonquilla *Sp.* l. c. 441.***)

1. Folia linearia angusta carnosa angulosa obtusiuscula, scapo 2—6floro longiora, atroviridia; phylla coronâ cyathiformi ore dilatatâ integrâ sub-4plo longiora, acuta,

*) Spatha saepissime uniflora. Corollae laciniae substellares, coronâ crassâ patellari

1) anguste obovata, ad tubum horizontalia; interiora parum latiora, vix imbricata; scapus $1^{1}/_{2}$pedalis, 3—6florus.

1. **N. Jonquilla** *L.* Sp. pl. 417. — *Wlld.* l. c. 41. 17. En. 351. — *Curt.* Bot. Mg. t. 15. — *Red.* Lil. t. 159. — *Jaume St. Hil.* III. t. 4. — *Bull.* Hb. t. 334. — *Sprg.* l. c. 42. 3. (excl. varr.). — *Schult.* l. c. 961. 46. — *Rchb.* l. c. 89. 607.
Jonquilla major *Haw.* l. c. 13. 1.
Queltia Jonquilla *W. H.* l. c. 315. 8. t. 38. f. 24. t. 39. f. 15. 18. (flos dissect.).
Hermione juncifolia *Salisb.* l. c. 357.
Hermione Jonquilla *Haw.* Suppl. 37.
Narcissus Jonquilla major *Sp.* l. c. 442.
N. juncifolius *Salisb.* Prodr. 223.
N. juncifolius luteus vulgaris major *Park.* l. c. t. 93. f. 5. t. 94. f. 7.
N. juncifolius major *Moris.* sect. IV. t. 8. f. 6. — *Pass.* ht. vern. 41.
N. juncifolius luteus major calyce brevi. *Thes.* Fl. t. 22.
? N. africanus praecox *Lob.* hist. 62. ic. 120.
In *Galliâ meridionali*, *Hispaniâ*, *Africâ boreali*, *Oriente*. ♃.
Bulbus oblongus, attenuatus, tunicâ fuscâ. Folia junciformia, semiteretia, canaliculata, apice angustata, longa, recta v. suberecta (semicylindracea subulata subcanaliculata *Lois.*, subulata triquetra *W.*). Scapus gracilis, teres et subangulatus, sulcatus v. striatus. Pedunculi inaequales, subumbellati, 1—$1^{1}/_{2}$poll. Flores 2—8, subnutantes, lutei, fere $1^{1}/_{2}$poll.: phylla lanceolata, subinde ovato-rotundata, plerumque obovata subspathulata, mucronata, exteriora angustiora (circ. $^{5}/_{8}$poll.); tubus gracilis, phyllis duplo longior ($1^{1}/_{8}$poll.). Corona fulva, $^{1}/_{8}$poll. v. ultra (campanulata crenata *Sm.*, hemisphaerica crenata *L.*, rotata plicata *W.*, acetabuliformis repando-crenata *Haw.*). Antherae 3 ad orificium coronae, 3 in tubo absconditae. Pistillum in tubo latitans, stamina inferiora vix superans. Germen ovatum, acute triquetrum. Flores fragrantes. Capsula erecta.
β. flore pleno.

2) late obovata subspathulata semireflexa; scapus pedalis, 3—4florus.

2. **N. medius.**
Jonquilla media *Haw.* l. c. 2.
Narcissus Jonquilla media *Sp.* l. c.
N. juncifolius luteus medius *Park.* l. c. 94. n. 8.
Hab. cum praec. ♃.
Flores flavi, corona saturatior.

3) cuneato-obovata, distincta; corona major magisque expansa; spatha biflora; scapus 6—9pollicaris.

3. **N. similis.**
Hermione similis *Salisb.* l. c. 359.
Jonquilla minor *Haw.* l. c. 3.
Narcissus Jonquilla minor *Sp.* l. c.
N. juncifolius luteus minor *Park.* l. c. 94. n. 9.
N. juncifolius minor *Pass.* l. c.
Hab. cum praec. ♃.
Flores praecedentibus pallidiores, alius odoris. Germen sulcato-trigonum. Phylla stellato-subreflexa, non imbricata, coronâ saturatiore superne sensim latiore crenulatâ 3—4plo longiora. Pedunculi subsecundi, nutanter adscendentes, phyllis duplo longiores.

4) stellaria, corona minima; scapus gracilis pedalis biflorus.

4. **N. parvicorona.**
Jonquilla parvicorona *Haw.* l. c. 4.
Narcissus Jonquilla parvicorona *Sp.* l. c.
Hab. . . . . . ♃.
Phylla flava, corona paulo saturatior.

---

multoties longiores. Tubus laciniis brevior. Filamenta 3 caeteris breviora, tubo omnia toti adnata, antheris brevibus crassis subcymbiformibus erectis, solum liberis, ore tubi nidulantibus s. confertis. Stylus rectus, antheras superiores aequans, stigmate exiguo inconspicuo. — Tubus corollae albae crassior, cylindricus et sulcatus, fere ut in Queltiâ. Corona semper lutea et, bifloro excepto, marginata coccinea.

**) Stylus rectus, gracilis; filamenta recta, apice solum libera, inaequaliter tubo ad et prope faucem sepalina fauci tubi, petalina immediate infra adnata; antherae infra medium affixae, breves, suberectae, apice recurvae, marginibus postice non concurrentibus. Tubus gracilis, cylindricus, fauce ampliatus; corona brevis, patens. Capsula declinata? Semina subrotundo-oblonga, nisi contactu angulata, rugosa, raphe gracili et chalazâ prominente.

***) Spatha 2—6flora. Corollae concoloris flavae laciniae in stellam quasi patentes, coronâ parvâ ore eroso-crenato acetabuliformi s. patellari 4—5plo longiora. Scapi laeves, obtuse subcompressi. Folia juncina semiteretia, supra concavo-canaliculata, erecta, saepius atro-viridia. Flores delicatissimi suaveolentes. Semina incipientia (ovula) subreniformia. Caetera ut in Hermione.

5) angustata lineari-obovata; spatha uniflora.

5. **Narcissus Pseudo-Jonquilla** *(Desf.?)*.
Narcissus Jonquilla *β.* Pseudo-Jonquilla. *Lapeyr.* l. c. 178.
In locis siccis a *Can Campa* ad *Bagnole* in *Pyrenaeis.* ♃.

2. Folia semicylindracea (supra plana, subtus convexa) subulata, viridia; corona duplo brevior phyllis

1) obovatis, hypocrateriformis; spatha uniflora; flos horizontalis.

6. **N. Assoanus** *Dufour* in lt.
Narcissus Jonquilla var. uniflora *Asso* Syn. stirp. arrag.
In montibus *Navarrae* et *Arragoniae* primo vere. ♃.
Scapus semipedalis. Folia 2—3, patula. Flos parvus, fragrans, odore Jonquillae. An idem ac praecedens?

2) ovato-oblongis rotundatis, cyathiformis sublobata; scapus 1—3florus.

7. **N. Requienii.**
Narcissus juncifolius *Requien* MS. — *Lois.* nouv. Not. 14. Fl. gall. l. c. 237. — *Schult.* l. c. 962. 47.
Queltia juncifolia *W. H.* l. c. 314. 6. t. 43. f. 1.
In *Occitaniâ* (Languedoc) et *Galloprovinciâ*, ad radices montis *Ventoux.* *(Req., Suffren.)* ♃.

Folia angustissima (subcaniculata, obtusa, in sicco pallidissime viridia ut scapus, lineam vix lata. Scapus gracilis, filiformis, teres. Spatha erecta, apice patens, cylindracea, marcida, pallide fusca, semipollicaris, diametro lineari, acuta. Pedunculus spathae inclusus, 2‴ brevior. Germen elliptico-oblongum, laete viride, $2^1/_2$‴ longum, 2‴ crassum. Tubus erectus, cylindricus, viridis, 8‴ longus, crassitie fili emporetici minoris). Limbus laete flavus, coronâ duplo longior (stellato-patens: phylla ovato-oblonga, rotundata, 5‴ longa, alterna obtuse mucronulata $3^1/_2$‴ lata, et mutica $2^1/_2$‴ lata). Corona margine undulata, obsolete lobata (intensius lutea, 2‴ alta, 4‴ ampla). (Ex ic.)

Tres in hb. *Bth.* exstant varietates, a cl. *W. H.* l. c. 315. indicatae:

α. scapo circ. 7poll., folio vix $^1/_{16}$ lato.
In locis siccis lapidosis apud *Restinctières* prope *Monspelium.*
An Narc. rupicola *Schult.(?).*
β. (humilis *m.)*: scapo tantum 4pollicari.
Pont du Gard.
γ. (elatior *m.)*: altissimus, foliis 13poll. latioribus.
Capouladoux pr. *Monspelium.* ♃.

3. Folia filiformia, scapo (sub)bifloro gracili breviora,

1) rigida acuta convoluta; phylla ovato-lanceolata mucronulata coronâ campanulatâ lobatâ crispâ lgt. subaequalia.

8. **N. juncifolius** *Lag.* nov. gen. et sp. 13. — *Barker-Webb* Ot. hisp. — *Schult.* l. c. 934. Obs. ad n. 3.
Narcissus juncifolius alter *Clus.* Hisp. 250.
In *Baeticâ.* ♃.
Lagasca spatham dicit unifloram, *Barker-Webb* subbifloram. Folia illi semiteretia subulata sunt. Forsan idem cum sequente.

2) spatha pedunculis longior, tubus perigonii subcylindricus; phylla ovata acuta coronâ erosâ v. 6lobatâ triente breviora.

9. **N. pusillus.**
Queltia pusilla *W. H.* l. c. 315. 7. t. 39. f. 22. et t. 43. f. 2.
In *Hispaniâ baeticâ* inter *Ayamonte* et *Huelba.* *(Masson.)* ♃.
Folia subbiuncialia (vix $^1/_2$‴ crassa lataque, acuta, pallide glauca). Scapus gracillimus, $2^1/_2$poll. (erectus, foliis concolor et eorum crassitie, teres?). Spatha uncialis (lineari-oblonga, acutiuscula, superne patens, inferne pedunculos cylindraceo-vaginans, pallide brunnea, $1^1/_2$‴ lata. Pedunculi duo inaequales, erecti, filiformes, virides, longior spatham subaequans, brevior 4‴ lg. Germen oblongum, laeve, viride, erectum v. paulo lateraliter flexum, 2‴ longum). Tubus subcylindricus (superne sensim clavato-ampliatus, horizontalis v. cernuus,) semuncialis (basi semilineam, superne $1^1/_2$—2‴ amplus) luteus, inferne virescens. Limbus $^3/_{16}$poll. (stellato-patens, subreflexus: phylla lanceolato-ovata, acuta, lineam lata et paulo ultra,) luteus (in ic. pallide ochroleucus. Corona concolor, vix lineam alta, diam. 3‴).

3) spatha uniflora; phylla oblonga subaequalia; corona campanulata, obsolete triloba.

10. **N. jonquilloides** *Hb. Wlld.* ex *Schult.* l. c. 986. 94.
In *Lusitaniâ.* (Com. *de Hffsmgg.*) ♃.
Forsan idem ac praecedens.

Sect. 2. Narcissus *s. str.*

Haw. l. c. 20. *).

Narcissus subg. Narcissus *Sp.* l. c. 454.

1. Folia subglauca; scapus 2—4florus; limbus lacteus, corona lutea unicolor. (N. biflorus *W. H.* l. c. 317. 2.)

Phylla

1) ochroleuca mox albida, amplissima perinaequalia late ovata; corona patellaris margine pallido marcescente plicatulatim crenulato.

11. **N. biflorus** *Curt.* Bot. Mg. t. 197. — *E. B.* t. 276. — *Wlld.* l. c. 39. 11. — *Haw.* Suppl. 151. in Linn. Trs. V. 245. et l. c. 21. 8. — *Lois.* ll. cc. 623, 52 et 159, 235. — *Red.* Lil. t. 405. — *Sprg.* l. c. 43. 16. — *Schult.* l. c. 984. 87. — *Sp.* l. c. 454. — *Rchb.* l. c. 88. 601.
Narcissus biflorus var. 1. sterilis *W. H.* l. c.
N. poëticus *Huds.* — *β. Suter* Fl. Helv. I. 188. — *β.* 2—3-florus. *Lapeyr.* l. c. 276.
N. cothurnalis *Salisb.* ll. cc. 225. et 364.
N. orientalis C. *Ten.* Fl. Neap. I. 143. et B. Fl. med. I. 255.
N. medio-luteus *Mill.* Dict. n. 4. — *Dodon.* Pempt. 223. f. 2. — *Ger.* hb. 110. f. 6. — *Park.* Theatr. 74. t. 75. f. 1.
N. pallidus circulo luteo *Bauh.* Pin. 50. — *Rudb.* l. c. 57. f. 9.
N. latifolius classis altera *Clus.* hist. I. 156.
N. medio luteus vulgaris *Park.* Parad. 74. ic. — *Besl.* l. c. vern. 3. ord. f. 2. — *Pass.* l. c. 19.
In pratis *Britanniae*, *Galliae*, *Helvetiae meridionalis*, *Italiae*. ♃.

Bulbus rotundato-ovatus, rubro-fuscus, magnit. nucis Juglandis v. ultra. Folia pauca, linearia, erecta, glaucescentia, dorso striata acuato-carinata, margine inflexa, supra planiuscula subcanaliculata, obtusa, 11—22poll., 3—6''' lata. Scapi 1—2, erecti, foliis breviores, compressi, nervoso-striati, quidquam torti, pedales, (subcylindrici laeviusculi ancipites *Lois.*) ante florescentiam geniculati cernui. Spatha magna, arida, pallide fusca, inferne tubulosa, apice obtusa vel subinde bifida, pedunculis longior, $1^1/_2$—$1^3/_4$poll., fere semper 2-, rarius 3- v. uniflora. Pedunculi 1—$1^1/_2$poll., subaequales, suberecti, apice incurvi. Perigonii tubus cylindricus, viridis, subhorizontalis, crassus, fere pollicaris; limbus diam. $1^1/_2$poll., sordide flavescenti-albidus, vix albidus vel flavus: phylla rotundato-ovata (oblonga, patula *Rchb.*) subemarginata v. ex emarginaturâ mucronulata, basi intensius colorata, 9—10''' longa, 5—8''' lata. Corona phyllis 4plo et ultra brevior, tota flava, margine scarioso-suberoso duplicato-crenata et pallidior (patellaeformis, brevissima, depressa *Sm.* rotata, membranacea, crenulata, prorsus lutea *Lois.*). Stamina 3 longiora antheris semiexsertis: filamenta $^1/_2$ lin.; antherae oblongae, acutae, pallidae. Germen 4—5''', trigono-ovatum, basi angustatum, intense viride. Stylus virescens, striatus. — Differt a N. poëtico floribus minoribus, pallide sulfureis, minus fragrantibus. Semper sterilis, propter antheras albidas polline vacuas vel, ut alii malunt, germen abortiens.

β. hybridus *Lam.* & *DC.* Fl. Fr. VI. 321. — scapo teretiusculo laevi, floribus 2—5.
Hybridus e N. bifloro et Tazzettâ.
Prope *Monspelium.*

2) nivea ovata,

(1) lateribus recurvis flexuosa, basi distincta substellata; corona acetabuliformis aurantia valde plicatim lobata, crispa, lobis valde imbricatis plicato-repandulis; scapus biflorus.

12. **N. dianthos** *Haw.* l. c. 6.
Narcissus biflorus var. 3. dianthus *W. H.* l. c.
In horto Soc. Hortic. Lond., ineunte Apr. florens. ♃.

Differt a N. bifloro scapo $1^1/_2$pedali, phyllis angustioribus niveis, coronâ aurantiâ, foliis subglaucis, carinatis basi, ob margines inflexos cavo-triangularibus, 8''' latis.

(2) imbricata plana, mox semireflexa; corona patellaris perlutea pli-

13. **N. triflorus** *Haw.* l. c. 7. — *Sp.* l. c.
Narcissus biflorus var. 2. triflorus *W. H.* l. c.
Cum praec. cultus et florens; in *Galliâ meridionali (Herb.)* ♃.

---

*) Spatha 1—3flora. Corona parva patellaris, perigonii saepius nivei laciniis multoties brevior, crocea s. flava et croceo fere semper cincta. Filamenta tubo adnata, 3 inferiora cum antheris parum inclusa, 3 etiam inclusa antheris semiexsertis.

catula; scapus 2—3-(rarissime 4)florus.

Folia praecedentis, sed viridia, lorata, carinata, 5—6''' lata, acuta; differt etiam phyllis non flexuose stellatis sed planioribus et imbricatis, coronâ luteâ nec aurantiâ. Ovula perfecta; flores quam in N. bifloro minores.

2. Folia glauca; scapus 1-(raro 2)florus; limbus candidus, subinde ad basin phyllorum maculâ parvâ flavâ; corona flava, rubro v. aurantiaco-marginata. Semina subrotunda. (N. poëticus *W. H.* l. c. 317. 3.)

1) Praecociores, Aprili florentes. — Phylla

(1) valde imbricata, nivea plana, corona margine plicato crispo croceo,

a. subpatellaris mox subdiscoidea, primum tota crocea, ore plicatissimo saturatiore; phylla amplissima cuneato-obovata.

14. **Narcissus poëtarum** *Haw.* l. c. 20. 1. (non poëticus *L. & auct.*)
Narcissus poëticus var. grandiflorus *W. H.* l. c. t. 38. f. 3. (stamen et anthera auct.)
N. maximus medio purpureus *Merian.* Floril. t. 144. f. inf.
In horto Soc. Hortic. Lond., ineunte Apr. ♃.

Folia glauca, inferne carinata, 7''' lata, apice flaccide recurva. Perigonium niveum, trientale. Corona primo tota pulcherrime crocea, mox a basi sursum intense lutea, demum marcescens albida.

b. lutea patula; perigonii

a) minoris phylla obtusa s. spathulata.

15. **N. spathulatus** *Haw.* l. c. 21. 4. — *Sp.* l. c. 454.
Narcissus poëticus var. 4. spathulatus *W. H.* l. c.
In horto Soc. Hortic. Lond. cultus. ♃.
Minor et praecocior N. patellari, caeterum ei similis.

b) mediocris phylla reflexa, exteriora obovata, interiora subovata, coronâ (marcescentis margine albescente) multoties longiora.

16. **N. albus** *Mill.* Dict. ed. 8. n. 5. — *Schult.* l. c. 985. 88. — *Sp.* l. c.
Narcissus poëticus var. 5. albus *W. H.* l. c. 318.
N. albus foliis reflexis, calyce brevi aureo *Ht. reg. Par.*
In hortis cultus. ♃.
Similis N. bifloro, sed flores magis candidi, coronae margo aureus. *(Mill.)*

(2) basi imbricata, (praecipue exteriora) subreflexa; corona evoluta omnino complanatim expansa; folia erecta perglauca angusta.

17. **N. ornatus** *Haw.* l. c. 20. 2.
Narcissus poëticus var. 3. (?) ornatus *W. H.* l. c. 317.
N. poëticus *Salisb.* l. c. 363.
N. tripodalis *Salisb.* MS. — *W. H.* l. c. in ic. t. 40. f. 3.
N. medio purpureo praecox *Park.* l. c. 76. t. 75. f. 3.
In horto Soc. Hortic. Lond. ♃.

Phylla 3 semireflexa quasi tripodem simulantia, unde nomen *Salisburyi*, a b. *Schult.* l. c. 987. in tripedalem errore sane mutatum. (Folia laete glauca, rotundato-obtusa, 5''' lata. Spatha pallide fuscescens, oblongo-ovata, obtusa, cum pedunculo oblique flexa, 1½poll., basi breve tubulosa. Perigonium subhorizontale: phylla ovato-elliptica, acutiuscula, 9—10''' longa, 7''' lata. Corona 2½''' alta, diam. 6''', albo-flavescens, margine distincte crenato--repanda intense crocea. Ex ic.)

(3) distincta horizontalia spathulato-obovata; corona acetabuliformis ore scarioso crenulatissimo intense coccineo; antherae 3 inclusae; folia tortilia, anguste linearia.

18. **N. angustifolius** *Curt.* Bot. Mg. t. 193. (majalis ibi dictus) — *Sm.* in *Rees* Cycl. — *Ht. Kew.* ed. 2. II. 214. — *Lois.* ll. cc. 623, 160, 235. — *Sp.* l. c. — *Haw.* l. c. 3.
Narcissus radiiflorus *Salisb.* ll. cc. 225. et 365. — *Haw.* Suppl. 149. — *Sprg.* l. c. 43. 15. — *Schult.* l. c. 982. 85. — *Rchb.* l. c. 88. 600.
N. poëticus var. 2. angustifolius *W. H.* l. c. t. 38. f. 21. 42. t. 41. f. 1. — *Bot. Mg.* ad 1301.
N. poëticus *DC.* pl. lit. 160. — *B. Red.* Lil. fol. 160. — *Schk.* Hdb. t. 90.
N. uniflorus *Hall.* hist. II. 122.
N. niveus odoratus circulo rubello *Bauh.* Pin. 48.
N. minor serotinus *Lob.* ic. 113.
N. medio purpureus stellatus *Park.* l. c. 75. f. 4. — *Pass.* l. c. 19.
N. medio purpureus minor *Besl.* l. c.
In pratis elatioribus *Europae mediae* et *meridionalis.* ♃.

Bulbus magis elongatus quam in N. poëtico, fuscescens. Folia 2—3, superne torta (gracilia, dorso acute carinata *Lois.*, latitudine scapi *Sm.*), 10—16poll., 1½—2½''' lata.

(Narcissus angustifolius) Scapus folia paulo superans v. iisdem brevior, 8—17poll., anceps, (subcylindricus, laeviusculus *Lois.*) glaucus, striatus, paulo tenuior. Spatha uniflora, membranacea, pallide fuscescens, striata, obtusa, apice subfornicata, medium tubi fere superans, 1—1½poll. Pedunculus tenuior, brevior, 6—8''' longus. Flos subhorizontalis, diam. 1½—2poll., fragrans, tubus 12—14''' longus, virens; phylla alba, obovata, acumine brevi quidquam puberulo, paulo reflexa, 9—12''' longa, 3½—4½''' lata, interiora paulo latiora. Corona brevissima, acetabuliformi-rotata, membranacea, 1—1½''' alta, diam. 4—6''', inferne alba, superne purpurascens, margine flava. Antherae 3 parum exsertae, sat magnae. Flores odore et colore N. poëtici, paulo praecociores, phyllis paulo angustioribus.

β. viridifolius *m.*: foliis angustis viridibus *Haw.*
Epsomae apud Ds. *Young* cultus.

γ. amplior *m.*: foliis glaucis floreque majoribus *Haw.*
A *Joh. Denson* jun. communicatus.

δ. unicolor *m.*: coronâ absque margine rubro.
In *Valesiâ*. *Schleicher*.

ε. radiiflorus *Hgtsch.*: phyllis stramineis, foliis subcontortis glaucis.
In *Helvetiâ* (loco speciali non indicato).
Clo. *Gaudin* Fl. Helv. II. 474. dubius, in *Hegetschw.* Fl. der Schweiz omissus.

2) Seriores, Majo florentes. — Phylla

(1) imbricata, lateribus

a. inflexis, late ovata retusa cum mucrone, corona praeplicata, ore crenulato croceo; spatha uniflora; folia perglauca superne debiliter recurvo-dependentia, scapo humiliora, semunciam lata.

19. **N. recurvus** *Haw.* Rev. 151. l. c. 21. 9. — *Schult.* l. c. 982. 84. — *Sp.* l. c. — *Sweet* l. c. t. 188.
Narcissus poëticus var. 7. recurvus *W. H.* l. c. 318. t. 38. f 55. t. 40. f. 1.
Hab. . . . . . . ♃.

Spatha rarissime biflora. Differt a N. angustifolio foliis duplo latioribus, minus glaucis, obsoletius carinatis. Folia apicibus nutantia. (Folia laete glauca, 2½''' lata, apice rotundato-obtusa. Scapus, germen et pedunculus flavescenti-viridia. Spatha pollicaris et ultra, pallide fuscescens, scariosa, ovato-oblonga, acuminata, obtusiuscula, cum pedunculo germineque erectiuscula. Perigonii horizontalis tubus viridis, pollicaris; limbus undulatus reflexus diam. 2poll. et ultra: phylla ovata, obtusa cum mucrone, 7—8''' lata. Corona diam. 5''', 2''' alta, alba, fundo flavescente, margine leviter repando intense croceo. Ex ic.) Stigma lgt. staminum interiorum.

β. gracilior *Haw.*: foliis scapoque fere duplo angustioribus glaucescentibus minus planis, paucis modo recurvis sed erectis inde scapi saepius altitudine; coronae margine croceo saepe tenuiore.

b. deflexis,

a) basi sibi incumbentia, corona patellaris abbreviata margine croceo-colorata,

(a) concava; phylla demum sursum involuta, tubum perigonii horizontalem adaequantia; spatha uniflora germen excedens; scapus striatus compressus apice subanceps; folia linearia canaliculata glauca.

20. **N. poëticus** *L.* Sp. pl. 414. — *Wlld.* l. c. 34. 1. — *Salisb.* l. c. — *Lois.* ll. cc. 622, 158, 235. — *Sm.* Engl. Fl. 131. Fl. Brit. 353. — *Bull.* Hb. t. 306. — *Red.* Lil. t. 160. (excl. B.) — *Sprg.* l. c. 43. 13. — *Schult.* l. c. 981. 83. — *Haw.* l. c. 10. — *Sp.* l. c. 455. — *Rchb.* l. c. 88. 598.
Narcissus poëticus var. 6. majalis. *W. H.* l. c. 318. t. 38. f. 14. (anthera) et t. 40. f. 2.
N. majalis *Curt.* Bot. Mg. t. 193. in fine (teste *Haw.*)
N. albus, circulo purpureo. *Bauh.* Pin. 48.
N. medio purpureus *Dodon.* Pempt. 223.
N. medio purpureus praecox *Park.* l. c. 76. c. ic.
In pratis et vallibus a *Britanniâ* per *Germaniam* usque ad *mediterraneum* mare, vulgaris. ♃.

Bulbus ovatus, tunicâ fuscâ. Folia plura, basi membranâ albidâ tubulosâ inclusa, suberecta, viridia cum rore glauco, subconcava, striata, linearia, obtusa, 12—18poll., 2—6''' lata, scapo breviora vel eundem aequantia (obtuse carinata, planiuscula, glaucescentia *Loïs.* erecto-subincurvantia, glauca, 4''' lata *Haw.*) Scapus erectus, fistulosus, glaucescens, anceps, lateribus rotundatis striatis, pedalis (subcylindricus). Spatha lanceolata, obtusa, arida, pallide fusca, pedunculo

(Narcissus poëticus) longior, 1—2poll., 1-(rarissime 2)flora: pedunculus 1—$1\frac{1}{2}$poll. Perigonium candidum, subhorizontale, fragrans, diam. fere 2poll.: tubus 12—14''' longus, subcylindricus, sulcatus, viridis. Phylla ovata, obtusa cum mucronulo, nivea, basi sublutea, varie oblique torta: 3 exteriora oblique recurvata, lgt. tubi et ultra, late obovata, mucrone valido unguiculari, 3 interiora vix lgt. tubi, fere horizontalia, angustiora, mucrone minore. Corona limbo sexies et ultra brevior, dura, albida, margine kermesina (flava intus margine albida, extus kermesina, apice fuscescens *Sm.*, lutea, minutissime plicatula margine subscarioso circulo albo gracili, externe coccineo, crenulato *Haw.*). Antherae obesae, sordide luteae. Stylus intra tubum, stigmate parvo,

β. flore pleno.

N. medio purpureus multiplex. *Bauh.* Pin. 54. — *Kniph.* Ct. 7. n. 61. — *Wlld.* l. c.

γ. minor *Gaud.* Fl. Helv. II. 473. (non amplius descriptus.)

δ. exsertus *m.*: antheris omnibus exsertis.

N. poëticus *Red.* l. c.

(b) disciformis; phylla demum deorsum involuta et discreta, tubo perigonii oblique flexo breviora; spatha uniflora germen adaequans; scapus laevis anceps; folia linearia canaliculata glauca flaccida apice reflexa.

21. **Narcissus obliquus** *Tsch.* in Flora XXIV. (1841) I. 237.

Narcissus poëticus *Ht. Prag.*

N. medio luteus poëticus *Tabern.* ic. 609 (?).

Hab. . . . . . in hortis Pragensibus cultus. ♃.

Hic et praecedens in solo vegeto interdum spathâ biflorâ variant et a N. majali (patellari) phyllis sub expansione basi late sibi incumbentibus differunt.

b) imbricatissima, nivea, orbiculato-obovata; corona patellaris lutea superne alba ore denticulato-crispo croceo; folia glauca, carinata, 8''' lata.

22. **N. majalis** *Sprg.* N. E. II. 17. et S. V. l. c. 43. 14. — *Curt.* l. c. (?) — *Sp.* l. c. 455. — *Rchb.* l. c. 599.

Narcissus patellaris *Salisb.* Prodr. 225. — *Schult.* l. c. 983. 86. (excl. var. *β.*) — *Haw.* l. c. 11.

N. poëticus var. patellaris *W. H.* l. c. t. 40. f. 3. (tripodalis v. supra.)

N. poëticus *E. B.* t. 275.

N. biflorus *γ. Steud.* Ncl.

N. longipetalus *Schl.* (teste *Rchb.*)

N. serotinus montanus *Clus.* Pann. 176.

N. latifolius VI., VII. *Clus.* hist. I. 156, 157. — *Lob.* ic. 113. (f. dextr.)

N. medio purpureus maximus *Park.* l. c. 75. f. 2. — *Besl.* l. c. f. 2. f. 1.

N. albus magno odore, floris circulo pallido. *Bauh.* Pin. 48. — *Magn.* Bot. Monsp. 181.

In alpibus *Austriae* (pr. *Seehof* et *Gamingen* teste *Clusio*), in pratis *Laterae* pr. *Monspelium* in *Helvetiâ.* ♃.

Folia canaliculata angusta. Phylla fere spathulata, basi praecipue lateribus reflexa, 3 interiora subinde revoluta. Corona ut in N. poetico. Antherae obtusae, grossae. Stigma viride, trilobum.

β. flore pleno.

N. albus multiplex *Park.* l. c. 83. t. 85. f. 1.

(2) distincta, mucronata, oris undata torta reflexa, coronâ patellari multoties longiora,

a. obovato-cuneata nivea elongata; corona perlutea, margine plicato crenulato croceo mox intus albido; antherae omnes subexsertae.

23. **N. stellaris** *Haw.* l. c. 22. 12. — *Sp.* l. c. 455. — *Sweet* l. c. t. 132.

Narcissus poëticus var. 9. stellaris *W. H.* l. c.

N. patellaris *β.* exsertus *Schult.* l. c.

N. medio purpureus serotinus *Park.* l. c. t. 76. f. 2.

In horto *Chelseano* cultus. *(Anderson).* ♃.

Folia lorata, viridia v. paululum glaucescentia. Scapus gracilis, anceps. Phylla tubo 3''' longiora. Antherae 3 paulo exsertae, 3 semiexsertae.

b. obovato-oblonga basi flavescentia; corona viridulo-flava margine crenato kermesino; antherae 3 subexsertae (diagn. ex ic.)

24. **N. verbanensis.**

Narcissus poëticus var. 10. verbanensis *W. H.* l. c. t. 37. f. 2.

In pascuo milliare a *Baveno*, non procul a lacu *Verbano* (Lago Maggiore) distante. *(Rob. Markham.)* ♃.

Bulbi non soboliferi, sed in loco natali quoque solitarie dispersi. Folia linearia, angustissima (3—4, basi vaginâ brevi albâ inclusa, laete glauco-viridia, erecta, planiuscula, subcanaliculata, obtusiuscula, 4—6poll., $1\frac{1}{2}$''' lata. Scapus con-

(Narcissus verbanensis) color, erectus, tenuis, laevis, apice horizontaliter lateraliter flexus, foliis ut videtur paulo longior, cylindraceus (?) semipedalis, crassitie pennae corvinae. Spatha tubulosa, cum scapi apice geniculato-inflexa, flavescenti-dilute brunnea, tubulosa, cylindracea, pollicaris, uniflora. Pedunculus 3''' longus, inclusus, erectus. Tubus laete viridis, semipollicaris, crassitie calami tenuioris. Limbi laciniae mucronato-acutae, obiter undatae, subtortae, sordide albidae, basi et in ic. secus medium pallidissime et sordide flavescentes, 8—9''' longae, medio 4''' latae. Corona patelliformis 2—$2^1/_2$''' alta, diam. 3''').

Species nomine tantum notae:

Narcissus bericus Turra. ♃.
— infundibularis *Salisb.* ♃.

Species e genere exclusae:

Narcissus abscissus *Sch.*	= Ajax abscissus.
— albicans *Haw.*	= Corbularia albicans.
— albidus *Sch.*	= Queltia alba.
— albus *Haw.*	= Ajax moschatus.
— albus *Sp.*	= Queltia alba, Hermione candida.
— Amancaës *R. P.*	= Ismene Amancaës.
— amplus *Sal.*	= Queltia incomparabilis.
— anceps *DC.*	= Hermione anceps.
— Andersoni	= Ajax nobilis.
— angustifolius *ht.*	= Hermione tenuis.
— — *W.*	= — angustifolia.
— aperticoronus *Sp.*	= — aperticorona.
— auranticoronus *Sp.*	= — auranticorona.
— aurantius *Sch.*	= Queltia aurantia.
— aureus *DC.*	= Corbularia aurea.
— — *Lois.*	= Hermione multiflora.
— autumnalis *Lk.*	= — autumnalis.
— bicolor *Haw.*	= Ajax lorifolius.
— — *Lap.*	= — — *γ.*
— — *L.*	= — bicolor.
— — *Roth.*	= — — *β.*
— — *β. Ait.*	= — major.
— bifrons *α. Sch.*	= Hermione bifrons.
— — *β. Sch.*	= — primulina.
— biscrenatus *Sp.*	= — biscrenata.
— breviflorus *Sp.*	= — breviflora.
— breviflos *Sp.*	= Ajax breviflos.
— Broussoneti *Lag.*	= Chloraster oblitteratus.
— Bulbocodium *Brot.*	= Corbularia obesa.
— — *Curt.*	= — serotina.
— — *L. hb.*	= — tenuifolia.
— — *L. Sp. pl.*	= — Bulbocodium.
— calathinus *Brot.*	= Philogyne Broteri.
— — *DC.*	= Ajax capax.
— — *Delarbre*	= Philogyne heminalis.
— — *α. Gawl.*	= — odora.
— — *β. Gawl.*	= — laeta.
— — *γ. Gawl.*	= Hermione bifrons.
— — *L.*	= Philogyne calathina.
— — *Red.*	= Ajax capax.
— — *B. Red.*	= — reflexus.
— campanulatus *Lk.*	= — —
— Campernelli *Sp.*	= Philogyne Campernelli.
— candidissimus *Red.*	= Ajax moschatus.
— cantabricus *DC.*	= Corbularia cantabrica.
— capax *Sch.*	= Ajax capax.
— cerinus *Sch.*	= Hermione cerina.
— cernuus *Roth.*	= Ajax cernuus.
— — *Sal.*	= Queltia cernua.
— Chloraster *Sch.*	= Chloraster integer.
— chrysanthus *DC.*	= Hermione chrysantha.
— citrinus *Sch.*	= — citrina.
— compressus *Haw.*	= — compressa.
— concolor *Sch.*	= Queltia concolor.
— — *Haw.*	= Hermione —
— conspicuus *Sal.*	= Philogyne odora.
— Coornei *DC.*	= Queltia Coornei.
— coronatus *DC.*	= — coronata.

Narcissus cothurnalis *Will.* = Philogyne interjecta.
— crenulatus *Haw.* = Hermione crenulata.
— crispicoronus *Sp.* = — crispicorona.
— croceocinctus *Sp.* = — croceocincta.
— cuneiflorus *Sal.* = Ajax pumilus.
— cupularis *Bert.* = Hermione cupularis.
— — aureus *Sch.* = — multiflora.
— Curtisii *Sp.* = Philogyne Curtisii.
— cyclamineus *DC.* = Ajax cyclamineus.
— Cypri *Sp.* = Hermione Cypri.
— decorus *Sp.* = — decora.
— deflexicaulis *Sp.* = — deflexicaulis.
— dubius *DC.* = — ambigua.
— — *Gouan.* = — dubia.
— elatior *Haw.* = Philogyne odora.
— elegans *Sp.* = Hermione elegans.
— exiguus *Sal.* = Ajax minor.
— festalis *Sal.* = — Pseudo-Narcissus.
— fistulosus *Sch.* = Hermione fistulosa.
— flaveolus *Sp.* = — flaveola.
— flavus *Lag.* = — flava.
— flexiflorus *Sp.* = — flexiflora.
— floribundus *Sch.* = — floribunda.
— Flos lactis *Sp.* = — Flos lactis.
— galanthifolius *Sch.* = Queltia galanthifolia.
— Gigas *Haw.* = Corbularia Gigas.
— glaucus *Horn.* = Ajax glaucus.
— Gouani *Red.* = Queltia Gouani.
— gracilis planicorona *W. H.* = Hermione planicorona.
— — princeps *W. H.* = — gracilis.
— — tenuior *W. H.* = — tenuior.
— — *Sab.* = — gracilis.
— grandiflorus *Haw.* = — Trewiana.
— — *Sal.* = Ajax major.
— Haworthii *Don.* = Queltia concolor.
— heminalis *Sal.* = Philogyne heminalis.
— hispanicus *Gouan.* = Ajax hispanicus.
— — *β. Poir.* = — Pseudo-Narcissus ε.
— homochroos *Sch.* = Hermione concolor.
— jasmineus *Sch.* = — jasminea.
— incomparabilis *Curt.* = Queltia incomparabilis.
— — *Sch.* = — Gouani.
— — subbiflorus *Gawl.* = Schisanthes orientalis.
— inflatus *Haw.* = Corbularia obesa.
— Infundibulum *Poir.* = Philogyne Infundibulum.
— integer *Sp.* = Chloraster integer.
— interjectus *Sch.* = Philogyne interjecta.
— intermedius *Lois.* = Hermione intermedia β.
— — *Red.* = — —
— — γ. major *Sch.* = — —
— Jonquilla major *Quer.* = Philogyne laeta.
— italicus *Gawl.* = Hermione italica.
— — tenuiflorus *Sch.* = — tenuiflora.
— — *Ten.* = — cupularis.
— lacticolor *Sp.* = — lacticolor.
— laetus *Ht. Kew.* = Philogyne Curtisii.
— — *Red.* = Hermione gracilis, Philogyne laeta.
— — *Sal.* = Philogyne laeta.
— latifolius *Sch.* = Hermione latifolia.
— lobatus *Poir.* = Philogyne lobata.
— lobularis *Sch.* = Ajax lobularis.
— lobulatus *Haw.* = Corbularia lobulata.
— longiflorus *Sp.* = Hermione bifrons.
— — *W.* = — longiflora.
— lorifolius *Sch.* = Ajax lorifolius.
— — anceps *Sch.* = — — β.
— — breviflos *Sch.* = — breviflos.
— Luna *Sch.* = Hermione Luna.
— Macleayi *Lindl.* = Queltia Macleayi.
— major *Curt.* = Ajax major.
— — *β. Gawl.* = — propinquus.
— — *γ. Gawl.* = — obvallaris.
— maximus *Sp.* = — maximus.
— minor *Curt.* = — minimus.
— — *L.* = — minor.
— — bicolor *Sprg.* = — bicolor.

Narcissus mion *Sch.* = Philogyne minor.
— montanus *Ker.* = Queltia poculiformis.
— moschatus *Ht. Kew.* = Ajax tortuosus.
— — *L.* = — moschatus.
— — albens *Sch.* = — albicans.
— — bicolor *DC.* = — bicolor.
— — cernuus *W. H.* = — cernuus.
— multiflorus *Lam.* = Hermione Tazzetta.
— — *Sp.* = — multiflora.
— nanus *Sp.* = Ajax nanus.
— niveus *Lk.* = Hermione candidissima.
— — *Lois.* = — nivea.
— nobilis *Sch.* = Ajax nobilis.
— nutans *Haw.* = Hermione nutans.
— obesus *Sal.* = Corbularia obesa.
— — minor *Sch.* = — serotina.
— oblitteratus *W.* = Chloraster oblitteratus.
— obsoletus *Sp.* = Hermione obsoleta.
— obvallaris *Sal.* = Ajax obvallaris.
— ochroleucus *Lois.* = Hermione ochroleuca.
— odorus *Curt.* = Philogyne Curtisii.
— — *Gouan.* = Queltia incomparabilis.
— — *L.* = Philogyne odora.
— — γ. *L.* = Queltia aurantia.
— — δ. *L.* = — concolor.
— — *Lois.* = Philogyne odora *β.*
— — lobatus *Poir.* = — lobata.
— orientalis *α. Gawl.* = Hermione leucojifolia.
— — *γ. Gawl.* = — citrina.
— — *δ. Gawl.* = — multiflora.
— — *L.* = Schisanthes orientalis.
— pallidus *Poir.* = Hermione pallida.
— papyraceus *Ker.* = — papyracea.
— — *β. Sch.* = — jasminea.
— papyratius *Sp.* = — papyracea.
— Parkinsoni *Sp.* = Queltia Parkinsoni.
— patulus *Lois.* = Hermione patula.
— perluteus *Sp.* = — perlutea.
— planicorona *Sp.* = — planicorona.
— poculiformis *Salisb.* = Queltia poculiformis.
— polyanthus *Lois.* = Hermione polyantha.
— praecox *Ten.* = — praecox.
— primulinus *Haw.* = — primulina.
— — *β. Sch.* = — biscrenata.
— propinquus *Sal.* = Ajax propinquus.
— — *α. Sch.* = — maximus.
— — *β. Sch.* = — propinquus.
— Pseudo-Narcissus *β. Bert.* = Queltia incomparabilis.
— — — *Brot.* = Ajax pumilus.
— — — *L.* = — Pseudo-Narcissus.
— — — *β. L.* = — — — ε.
— — — *γ. L.* = — — — δ.
— — — *Red.* = — nobilis.
— — — *B. Red.* = — bicolor.
— — — *C. Red.* = — major.
— — — *Sibth.* = — obvallaris.
— pulchellus *Sal.* = Hermione pulchella.
— — striatulus *Sch.* = — striatula.
— pumilus *Sal.* = Ajax pumilus.
— — *Red.* = Hermione pumila.
— purpuro-cinctus *Sp.* = — purpurocincta.
— radians *Lab.* = Ajax radians.
— reflexus *Brot.* = — lusitanicus.
— — *Lois.* = — reflexus.
— rotularis *Sp.* = Hermione rotularis.
— rugilobus *Sp.* = Ajax rugilobus.
— rugulosus *Sch.* = Philogyne rugulosa.
— rupicola *Sch.* = — rupicola.
— Sabini *Lindl.* = Queltia Sabini.
— semipartitus *Sch.* = — semipartita.
— serotinus *Desf.* = Hermione elegans.
— — *Guss.* = — autumnalis.
— — *L.* = — serotina.
— — *β.* multiflorus *Sch.* = — elegans.
— — *Zerapha.* = — aequilimba.
— serratus *Haw.* = Ajax serratus.
— Sibthorpii *Haw.* = — obvallaris.

Narcissus solaris *Sp.*	= Hermione solaris.
— spurius *Sch.*	= Ajax spurius.
— stellatus *α.* albus *DC.*	= Hermione nivea.
— — *β.* subdiscolor *DC.*	= — subalbida.
— stramineus *Sp.*	= — straminea.
— striatellus *Haw.*	= — striatula.
— subalbidus *Lois.*	= — subalbida.
— sulcicaulis *Sp.*	= — sulcicaulis.
— sulfureus *Sp.*	= — sulfurea.
— sylvestris *α. Lam.*	= Ajax Pseudo-Narcissus.
— — *β. Lam.*	= — bicolor.
— Tazzetta *All.*	= Hermione polyantha.
— — *Brot.*	= — homochroa.
— — *Fl. gr.*	= — lacticolor.
— — *Gawl.*	= — cupularis.
— — *β. Ht. Kew.*	= — papyracea.
— — *L.*	= — Tazzetta.
— — albus *Red.*	= — papyracea.
— — B. bicolor *Red.*	= — Tazzetta.
— — *δ. Sm.*	= — papyracea.
— — *A. Ten.*	= — italica.
— Telamonius *Sch.*	= Ajax Telamonius.
— tenuiflorus *Haw.*	= Hermione tenuiflora.
— tenuifolius *DC.*	= Corbularia filifolia.
— — *Sal.*	= — tenuifolia.
— tenuior *Curt.*	= Hermione tenuior.
— tenuis *Agdh.*	= — tenuis.
— tereticaulis *Haw.*	= — tereticaulis.
— — *β. Sch.*	= — leucojifolia.
— tortuosus *Haw.*	= Ajax tortuosus.
— Trewianus *Ker.*	= Hermione Trewiana.
— triandrus *Curt.*	= Queltia cernua.
— — *L.*	= — triandra.
— — *Weinm.*	= Hermione Weinmanni.
— — luteus.	= — pulchella.
— trilobus *DC.*	= Philogyne laeta.
— — *Gawl.*	= Hermione nutans.
— — *L.*	= Philogyne triloba.
— — *Sch.*	= — laeta.
— tripartitus *Horn.*	= Hermione tripartita.
— tubiflorus *Sal.*	= Ajax bicolor.
— turgidus *Sal.*	= Corbularia serotina.
— unicolor *Jan.*	= Hermione neapolitana.
— — *Ten.*	= — unicolor.
— uniflorus *ht.*	= — tenuior.
— viridiflorus *Schousb.*	= Chloraster viridiflorus.

Subordo IV. Alstroemerieae.

Meisn. l. c. 393. (295.)

Amaryllideae anomalae *Endl.* ll. cc. 180. 104. — *Spach* l. c. 406.

Hypoxideae §. 3. Alstroemeriaeformes et Agaveae §. 3. Ixiaeformes *W. H.* l. c. 66. et 68.

67. Clivia.

Lindl. in Bot. Rg. — *Schult.* l. c. LII. 1438. — *Endl.* l. c. 180. 1291. — *Meisn.* l. c. 393. (296.) — *W. H.* l. c. 77. et 230. n. 62. t. 36. f. 6. (floris partes dissect.)

Imatophyllum *Hook.* in Bot. Mg. — Himantophyllum *Sprg.* gen pl. n. 1433. *)

Folia disticha, coriacea, ligulata, basi vaginan- **C. nobilis** *Lindl.* l. c. t. 1182. — *Schult.* l. c. 892. — *W. H.* l. c. 230. t. 36. f. 6. (flos dissect.) t. 44. f. 29. (pollen).

---

*) Spatha plurivalvis. (Flores umbellati, spathacei, nutantes *Hook.*) Perianthium superne incurvatum, inferne rectius, tubo cylindrico ampliato, laciniis quater disparibus (subcurvatum, 6partitum, tubulosum, laciniis subaequalibus *H.*) Genitalia recta; filamenta alterne aequalia, tubo pariter decurrentia (basi submonadelpha, perianthio longiora *H.*). Germen pendulum (globosum, hexagonum). Stylus rectus (filiformis, exsertus; stigma trifidum). Pericarpium evalve, exsulcum, coloratum, sarcopleurâ molli pulpaceâ. (Bacca globosa, 3loc., loculis 3spermis.) Semina obovata (rotundo-oblonga, contactu angulata), hyalina, saepe in fructu germinantia. — Folia lorata, rigida, persistentia; bulbus imperfectus, fibris carnosis. *Herb.*

tia, apice retusa, obliqua, margine scabra. Flores umbellati, longe pedunculati, penduli: perigonium clavatum, laciniis obtusis biseriato-imbricatis basin versus connatis, exterioribus paulo brevioribus.

Imatophyllum Aitoni *Hook.* in Bot. Mg. t. 2856.

In interioribus *Africae australis*, ad fines *Caffrariae (Burchell)*. ♃.

Radices carnosae, fasciculatae. Folia atroviridia. Scapus erectus, plano-convexus, marginatus, superne sulcatus. Flores 48—50. Perigonii laciniae basi in tubum brevem clausum connatae, luteo-coccineae, apice virescentes (flavacque). Filamenta glabra: antherae parvae, ovales, viridi-luteae. Germen luteo-viride, sphaericum, ventricosum: ovula plurima, basin axeos versus inserta (loculi 3spermi *W. H.*). Stylus filiformis. Stigma subtrilobum. Fructus ruber, apice perigonio deciduo cicatrisatus, monospermus, loculorum 2 ovulorumque plurimorum abortu. (Pericarpium maturum laeve, exsulcatum, coccineum, pulpâ succosâ inter integumentum externum et internum, mox externe fuscescenti-viride scabrum pulpâ virescente tenaci *W. H.*). Semen 1 adscendens, glaberrimum, hyalinum, ovale, hilo parvo suprabasilari, foramine basilari, rhaphe brevi elevatâ, testâ juniore minutissime areolatâ, albumine copioso. *(Lindl.)*

68. Choeradodia.

W. H. l. c. 66. et 87. n. 14. — *Meisn.* l. c. (295.)

Folia linearia, radicalia majora, caulina alterna minora. Caulis altus, corymbosus (umbellatus *W. H.*) multiflorus.

Ch. chilensis *W. H.* l. c. 87.

Strumaria chilensis *Molina* Sagg. d. Chili ed. 2. 284. — *Schult.* l. c. 1720.

In *Chili*. ♃. Thekel incolarum.

Radix fibrosa. Folia numerosa, bipedalia, erecta, acuta, glabra, laete viridia. Caulis succosus, 5—6pedalis, foliis 3—4 amplexicaulibus instructus. Phylla 3 magna alba, 3 (interiora?) multo minora alba apice rubra. Capsula triangularis. Habitus et flores Albucae.

69. Bravoa.

Llave & Lexarza nov. veg. descr. I. 6. — *Schult.* l. c. LIII. 1440. — *Endl.* l. c. 180. 1292. — *W. H.* l. c. 68. et 124. n. 23. — *Meisn.* l. c. 394. (297.) (inter Amarylleas).

Subg. 1. Bravoa.

Folia radicalia ensiformia. Flores gemini, penduli, breviter pedunculati: perigonium subcylindricum; stylus incrassatus, filamentis longior, stigma triquetrum.

1. **Br. geminiflora** *Ll. & Lex.* l. c. — *Schult.* l. c. 894. — *W. H.* l. c. 124. t. 12. f. 5, 6. (non 8, 9, ut in textu.)

In montibus *Micciacanis* et pr. *Vallisoletum Mexici*. ♃.

Bulbus solidus, pyriformis, tuberculis inferioribus fasciculatis. Scapus longissimus, teres, articulatus, erectus, apice coloratus. Folia radicalia patenti-reflexa, basi punctis coccineis maculata. Flores alterni, squamâ spathaeformi suffulti. Perigonium extus puniceum, intus lutescens, ore ampliato: dentibus limbi 6 obtusis brevissimis, alternis minoribus paululum inflexis. Filamenta filiformia. Germen oblongum, obscure trigonum. Capsula perigonio persistente obtecta.

Subg. 2. Coetocapnia.

Lk. & Otto ic. pl. rar. ht. Berol. I. fasc. 3. 35.*)

Flores racemosi, alterni, gemini: perigonium incurvum, tubulosum, 6fidum: laciniis conniventibus. Stylus peri-

2. **Br. Coetocapnia.**

Coetocapnia (in ic. Zetocapnia) geminiflora *Lk. & Otto* l. c. t. 18. — *Schult.* l. c. in Obs.

In regno *Mexicano* ad *Rincon de Temascaltepec. (Deppe.)* ♃.

Rhizoma bulbosum. Folia radicalia bipedalia, 6''' lata. Caulis foliis radicalibus multo longior, teres, foliis 4, sum-

---

A clis. *W. Herb.* et *Meisner* inter Amaryllideas proprias collocata, a quibus tamen radicibus fasciculatis, nec bulbosis recedit. Radice et fructu Haemantho proxima; a Cyrtantho differt fructu carnoso non dehiscente; seminibus solitariis globosis; ab Eustephiâ filamentis simplicibus, nec tridentatis.

*) Inflorescentia racemosa. Corolla supera, incurva, tubulosa, 6fida laciniis apice glandulosis. Stigma concavum, fimbriatum. Pericarpium 3loculare, seminibus centralibus. Genus Cyrtantho proximum differt: inflorescentia, tum dentibus corollae glandulosis et stigmatis formâ. *(Lk. & Otto.)*

A Bravoâ, quacum ab omnibus auctoribus conjungitur et pro identicâ specie ipsâ habetur, praeter stigmatis formam quoque perigonio incurvo differre videtur, de quo *Llave & Lexarza* silent.

gonio longior: stigma explanatum, concavum, margine tenuissime fimbriatum.

mis parvis, apice minimis. Racemus longus: pedicelli 6—7''' longi, bracteâ lanceolatâ parum breviores. Germen teres, 2''' longum, 3loc., seriebus seminum geminis axi affixis. Perigonium rubrum, pollicare: dentibus apice glandulâ, exterioribus extus, interioribus intus instructis. Stamina versus basin perigonii adnata, hoc parum breviora.

Obs. Si plantae *Llavei* et *Lk. Ott.* ut videtur reverâ distinctae sunt, illa a cl. *W. Herbert* e specimine in herb. *Lindl.* depicta potius ad ulteriorem pertinere v. tertiam speciem sistere videtur. In hac ex icone: Folia radicalia lineari-ensiformia, basi longe attenuata, apice acuminata acuta, laete viridia, flaccida, pedalia et ultra, basi vix 1½''', superne 4—5''' lata; caulina remotissima, erecta, anguste linearia, acuta, 2—3-pollicaria, lineam lata. Scapus teres, glaber, laete viridis, crassitie pennae corvinae, erectus, superne spicâ semipedali v. longiore terminatus. Pedunculorum paria 1—1½'' a se invicem distantia, bracteâ lineari-lanceolatâ acutissimâ concolore erectâ semipollicari v. longiore basi lineam et ultra latâ suffulta; pedunculi erecto-patentes, graciles, 3—4''' longi. Germen subgloboso-clavatum, obliquum (?) viride, trigonum (?) 3''' longum et 2''' latum. Perigonium basi deorsum arcuatum, cylindricum, sensim in limbum erectum ampliatum, 8—9''' longum, basi 1½''', apice 2½—3''' amplum, pallide roseo-rubrum, dentibus 6 brevissimis triangularibus acutiusculis. Stamina perigonio inclusa; stylus 2''' longior, gracilis, capillaris, 3fidus: stigmatibus erecto-patulis vix ½''' longis.

70. Ixiolirion.

Fisch. MS. — *W. H.* App. 18. et l. c. 68. et 125. n. 24. — *Schult.* l. c. VII. 1. XLII. 1423. — *Endl.* l. c. 180. 1293. — *Meisn.* l. c. 393. (295.)

Folia lineari-subulata; antherae
1. rectae; perigonii limbus

1) infundibuliformis, phyllis alternis mucronatis; spatha multiflora, inflorescentia subspicata (axillaris et terminalis).

1. **I. montanum** *W. H.* App. 37. et l. c. 125. t. 20. f. 2. — *Schult.* l. c. 752. 1.
Amaryllis montana *Labill.* pl. Syr. rar. dec. II. 5. t. 1. — *Wlld.* l. c. 56. 21. — *Poir.* Enc. méth. Suppl. I. 319. — *Red.* Lil. t. 241. — *Tratt.* Tabular. t. 389.
Alstroemeria montana *Ker* Rec. Lil. Red. in Journ. of sc. II. 183.
In monte *Libano*, prope *Hebron* in *Syriâ*. ♃.

Caulis subflexuosus, saepe ramosus, foliosus, 11—16poll., gracilis, glaber, vix striatus (laete viridis, crassitie pennae corvinae v. paulo crassior). Folia radicalia 5—6, caule breviora, vaginantia, superiora basi vaginâ communi membranaceâ fuscescente inclusa (laete viridia, acutissima, subcanaliculata, 1—1½''' lata); caulina pauca, multo breviora, basi amplexicaulia (ex ovatâ basi lanceolato-acuminata, acutissime cuspidata, nervoso-striata, erecto-patentia, 1—1½poll., basi 2½—3''' lata; inferiora linearia, acuminata, et acutissima, subflexuoso-erecta, 4—5poll., 2''' lata et ultra). Panicula v. umbella irregularis, terminalis, flores in ramis ultimis solitarii. Spatha terminalis multi-, axillaris uni-(v. bi)flora: foliola plerumque tot quot pedunculi (foliis caulinis similia, sed 2—3plo minora). Bracteae ad basin pedicellorum 2 oppositae, lanceolatae, membranaceae, pedicellis multo breviores; ad basin rami ultimi umbellae bracteae similes, numero radiorum, spatham v. involucrum simulantes. (Pedunculi axillares 1—1½poll., filiformes, subflexuosi, erecto-patentes: pedicelli similes, 6—10''' longi, bracteolis patentibus lineari-subulatis acutissimis, 2—3''' longis suffulti, illi et hi glabri, teretes, crassitie fili lintei.) Flores (paniculati *Lab.*): perigonium regulare, patens, ad germen usque partitum: phylla lineari-lanceolata, aequalia, circ. pollicaria, caerulea (in ic. *Herb.* dorso longitudinaliter purpureo-fusca, elliptico-lanceolata, basin versus valde attenuata, in medio circ. 3''' lata, erecto-conniventia, apice tantum patula) 3 alterna mucronata (mucrone brevi tenuissimo), reliqua obtusa. Filamenta erecta, recta, filiformia, unguibus perigonii, 3 breviora phyllis apiculatis inserta. Germen turbinatum (oblongum, laeve, viride, 3—4''' longum, 2 crassum). Stylus filiformis, erectus. Stigmata 3 recurva. Capsula ovali-oblonga, basi angustata. Semina plura, ovali-oblonga, nigricantia. (Bulbus oblique ovalis, basi truncatus, pallide fuscus, magnit. nucis Juglandis.)

2) subcampanulatus, phyllis alternis angustioribus acutis;

2. **I. tataricum** *W. H.* ll. cc. — *Schult.* l. c. 2.
Amaryllis tatarica *Pall.* it. III. App. 85. t. D. f. 1. — *Wlld.* l. c. 54. 15. — *MB.* Fl. T. C. I. 260. Suppl. 256. — *Sprg.* l. c. 51. 29.

caulis foliosus submultiflorus; inflorescentia umbellata terminalis.

In *Sibiriâ* ad lacum *Inderiensem*, ad mare *Caspium*, in *Tauriâ*. ♃.

Bulbus ovatus, subuncialis (tunicis dilute fuscis). Folia radicalia scapo longiora (subcanaliculata, erecta, gramineo-viridia), 3—5, anguste linearia, subulato-acuminata, basi vaginantia, acuta, 6—8poll. ($1\frac{1}{2}$—2''' lata); caulina 1—2, angustiora, 3poll., glaucescenti-viridia (erecta, basi subamplexicaulia, inferius 4—5poll., basi exceptâ vix lineam latum, angustissime subulato-cuspidatum, superiora sensim breviora latioraque). Caulis 11—12poll., crassitie pennae gallinaceae ad corvinam usque, saepe tortus (erectus, laete viridis, simplex), e medio interdum pedunculum uniflorum axillarem emittens, umbellâ 2—5florâ terminatus: pedunculi stricti, teretiusculi, glabri, simplices, uniflori, 6—24''' longi (laete virides). Spatha 2—4phylla, foliolis margine albo late membranaceis, acumine foliaceo mox brevi mox elongato (basi concavâ ovato-oblongâ pedunculos includentibus, lanceolato-acuminatis, erectis, $1\frac{1}{2}$poll., basi 3—4''' latis). Perigonium pallide caeruleum, diam. 1—$1\frac{1}{2}$poll.; phylla oblonga, 8—9''' longa, medio dorsi 3nervia, exteriora $1\frac{1}{2}$''' lata, mucrone brevi subreflexo, interiora obtusa, 2''' lata (supremum angustissimum, infimum obovatum ex diagn. *Wlld.*, quod etiam in ic. *Herb.*, sed hoc non acuminatum, immo rotundatum, $3\frac{1}{2}$''' latum, illud lineari-lanceolatum acutiusculum $1\frac{1}{2}$''' latum, reliqua elliptico-oblonga, obtusiuscula, $2\frac{1}{2}$''' lata). Filamenta longiora perigonio triente, breviora plus duplo breviora, glabra, subulato-filiformia: antherae flavae, effoetae revolutae, lineam longae. Germen oblongum, basi attenuatum, trigonum, sulcato-striatum, 2—3''' longum. Stylus perigonio parum brevior (albidus, erectus, filamentis crassior): stigmata patenti-reflexa. Capsula elongato-oblonga, nervis 12 prominentibus (fusca, apice dehiscenti-lobata, 8—9''' longa, diam. 5''').

α. altaicum *W. H.* l. c. t. 19.

β. scythicum *W. H.* l. c. t. 20. f. 1.: flore minore, phyllis subaequalibus acutis.

Cyananthes *Pall.* MS.

(Caulis et folia cum pedunculis germineque laete flavescenti-viridia; caulis crassitie fili emporetici; folium caulinum adpresso-erectum, lineari-subulatum, acutum, 2poll., lineam vix latum. Spatha monophylla (?) biflora, lineari-lanceolata, acuminata, erecta, pollicaris, $1\frac{1}{2}$''' lata. Pedicelli filiformes, inaequales, alter spatham aequans, alter duplo brevior. Germen globoso-turbinatum, 2''' longum, $1\frac{1}{2}$ crassum. Perigonium diam. vix pollicare, pallide caeruleum quidem sed tamen paulo intensius quam in *α*; phylla lanceolata, acuta, 6—7''' longa, $1\frac{1}{2}$—2''' lata. Filamenta ut in *α*; antherae semilunares, flavae, paulo crassiores. Stylus filamenta longiora aequans. Ex ic.)

2. circinnato-revolutae; limbus subrotatus.

3. **I. Ledebouri** *Fisch.* & *Mey.* in Mém. de l'Acad. imp. des sc. de St. Petersb. 6me sér. VI. 227.

Amaryllis tatarica *Ledeb.* Fl. Alt. II. 40. (excl. syn.)

In locis arenosis ad flumen *Irtysch.* Fl. Apr., Majo. ♃.

Valde simile I. tatarico, sed perigonio magis aperto et antheris circinnatis optime distinctum. Stylus staminibus longior.

71. Alstroemeria.

L. gen. 432. — *W. H.* l. c. 66. et 88. n. 15. *) — *Mirbel* in *Poir.* Enc. méth. Suppl. I. 677. Alstroemeria (a. caule erecto v. suberecto) *Schult.* l. c. 1422. — Alstr. b. Alstroemeria *Endl.* l. c. 180. 1295. — (*a.*) *Meisn.* l. c. 393. (295.) — *Sp.* l. c. 455. (p. p.)

1. Subacaulis, caule vix e terrâ emergente unifloro; folia lanceolato-linearia, glau-

1. **A. pygmaea** *W. H.* l. c. 100. 28. t. 8. f. 4—13.

In *Peruviâ* prope *Pasco* in summis *Andibus* (*Matthews* in hb. *Hook.*) Dec. ♃.

Radix tuberosa, alba, palmata (tuberibus oblongis obtusis basi attenuatis pollicaribus v. minoribus, divaricatis. Plan-

*) Germen ovulis erectis, 6costatum, superne 12angulare 12costatum, apice trilobo. Perianthium 6partitum, laciniis quater disparibus: exterioribus (petalis) duabus superioribus erectis, imâ porrectâ. Filamenta matura recurvata (sensim sursum curvata), glandulis in disco deciduis inserta, laciniarum basi (dorso) vix adnata, tardius distincta; glandulae petalinae discum vestigio acute ovali, sepalinae vestigio latitudine semicirculum excedente signantes; antherae basi affixae. Stylus demum

ca; perigonii foliola subconformia subaequalia.

tula bipollicaris. Caules vix e terrâ emersi, fertilis $^1/_2$poll., crassitie calami, foliis basi vaginantibus inclusus v. ex hisce formatus (?) sterilis unus v. alter erecto-adscendens, teres, glaucus, apice nudus v. foliis aliquot terminatus). Folia circ. pollicaria (sessilia, in apice caulis rosulata, erecta, striata, acuta, $2-2^1/_2'''$ lata). Perigonium laete flavum (in ic. sulfureum), petalis inferne intense fusco-variegatis (foliola erecta v. apice subreflexa, conniventia, lanceolato-obovata, acuta, pollicaria, $3^1/_2-4'''$ lata): sepala spathulata, petala lanceolato-ovalia. Germen foliis occultum. Genitalia recta (perigonio breviora); stylus filamenta aequans, apice curvatus (?) (in specim. sicco), stigma profunde trifidum. — Planta admodum singularis et vix hujus generis.

2. Caulescentes. Folia (caulis floriferi saltem)

1) inferiora squamaeformia, superiora magis magisque foliacea

(1) confertioraque, linearia, acuta; caulis fertilis recumbens curvatus; umbella 10- v. pluriflora, confertissima: pedunculi 2—3flori; bracteae involucrantes confertae foliaceae pedunculis breviores; perigonium circ. $1^1/_2$poll., acuminatum, laete purpureum, vittis laete flavis purpureo variegatis percursum.

2. **Alstroemeria recumbens** *W. H.* l. c. 97. 24. t. 3. f. 2. (non 1, ut in textu).

In *Peruviâ* v. *Chili (?)*. (*Cumming* in hb. *Lindl.*, *Lamb.*, *Hook.*)

Caulis sterilis deest. (Caulis fertilis arcuato-sursum curvatus, basi attenuatus crassitie pennae corvinae, sursum ad calami scriptorii volumen incrassatus, longitudinaliter tenuiter striatus, teres (?) siccus pallide et sordide flavescens, squamis remotis 2'' a se invicem distantibus adpressis apice extimo patulis obtusis ovato-triangularibus semipollicaribus basi $2^1/_2-3'''$ latis instructus, apice foliis confertis erectis linearibus longe acuminatis acutis pallide fuscis, $1-1^1/_2$poll., $1-1^1/_2'''$ latis et umbellâ terminatus. Pedunculi erecti, stricti, filiformes, simplices vel bi—trifidi, bracteis involucrantibus dimidio v. duplo longiores, inaequales. Germen turbinato-clavatum, glabrum, fuscum, $2-3'''$ longum et crassum. Perigonium erectum, foliolis aequalibus et conformibus, ex attenuatâ basi lanceolatis acuminatis acutis $3-3^1/_2'''$ latis. Stamina filiformia et stylus apice patulo-trifidus albus lgt. perigonii, erecta; antherae ovales pallide fuscae $2'''$ longae $1^1/_2'''$ latae. Ex ic.)

(2) longiora linearia gracilia; pedunculi circ. 10 pollicares biflori bracteati; flores $1^1/_2-1^3/_4$poll., graciles, aurei.

3. **A. quillotensis** *W. H.* l. c. 97. 26. t. 2. f. 9—12. (in textu f. 2. quod falsum.)

Pr. *Quillote* in *Peruviâ*. (*Bridges* in hb. *Hook.* & *Lindl.*) ♃.

Caulis fertilis circ. pedalis (teres, crassitie calami, erectus, simplex) inferne squamosus (squamis remotis, 2—3'' distantibus, adpressis, triangulari-ovatis obtusiusculis pallide glaucis, $4-5'''$ longis basi $3'''$ latis, superne sensim crebrioribus et magis approximatis, magisque patentibus et arcuato-incurvis, in folia oblongo-linearia, obtusa, glabra, sparsa, $4-6'''$ a se invicem distantia, $5-8'''$ longa, $1^1/_2-2'''$ lata abeuntibus. Bracteae involucrantes hisce squamis foliaceis superioribus similes, patentes, angustiores, $1-1^1/_2'''$ latae, concolores, in sicco viridulo-fuscae, scapus pallidissime fuscescenti-flavus, inferne albus. Pedunculi erecti, stricti, teretes, filiformes, pollicares et ultra, supra medium bifidi, ramo laterali plerumque paulo longiore, ad divisuram bracteolâ patente lanceolato-lineari acutiusculâ $1^1/_2-2'''$ longâ instructi. Germen turbinatum, viride $3-4'''$ longum. Perigonium foliolis erectis inferne unguiculatis et tubuloso-conniventibus apice subpatentibus subinfundibuliforme, erectum: sepala obovata acutiuscula paulo breviora, ungue $5'''$ longo $1-1^1/_2$ lato, laminâ fere pollicari $6^1/_2'''$ latâ; petala elliptico-oblonga breve acuminata, ungue $6'''$ longo $1^1/_4$ lato, laminâ pollicari $5-5^1/_2'''$ latâ. Stamina perigonio paulo breviora, filiformi-subulata, erecta, apice incurvata; antherae subrotundo-ellipticae, $1^1/_2'''$ longae et latae.

β. foliolosa *W. H.* l. c. 98.: caule magis folioso.

In *Buenos Ayres*. (*Tweedie*, in hb. *Hook.*)

---

recurvus. Capsula oblongo-rotunda, acute operculata, 6costata, valvis crustaceis septigeris, axi a basi in 3 partes dehiscente dissilientibus, costarum dimidio inferiore inseparabiliter pedunculo adhaerente. Semina subrotunda, testâ tuberculatâ difficulter separabili, hilo laevi, chalazâ circulari, endopleurâ ab albumine corneo inseparabili. — Character reverâ difficulter intelligendus, t. 1. f. 1—17. floris et fructificationis partibus e diversis speciebus sumtis illustratus.

Ad descriptiones Alstroemeriearum abbreviandas perigonii foliola exteriora sepala, interiora petala vocabo, quamvis haec vocabula perigonii characteri vix respondent.

2) subulata; caulis erectus; umbella simplex pauciflora; pedunculi involucrum superantes; perigonii subbilabiati petala acuta, anticum posticis triplo brevius.

4. **A. Curtisiana** *Meyer* in Rel. Hk. II. 122. — *Schult.* l. c. 735. 6.
Alstroemeria Ligtu *L. fil.* Suppl. 207. — *Curt.* Bot. Mg. t. 125. — *Wlld.* l. c. 195. 3. — *Red.* Lil. t. 40. — *Sprg.* l. c. 80. 3. — Allg. Gt. Mg. 1809. 85. t. 9. — *Sp.* l. c. 456. — *Hb. de l'Am.* t. 85.
In *Peruviâ* et *Chili.* ♃.

Radix tuberibus oblongis cylindricis obtusis apice attenuatis fasciculatis. Caules plures simplices, herbacei, 5—9poll., erecti, glabri, angulosi; steriles ubique foliis parvis subulatis erectiusculis (appressis) tecti, rosulâ foliorum patentium oblongorum fere spathulatorum (resupinatorum) terminati; floriferi foliis parvis sparsis subulatis, apice involucro e foliis 5—6linearibus pedunculis multo brevioribus. Pedunculi 2—3, simplices, nudi, angulosi, apice in germen turbinatum hexagonum 6sulcatum incrassati. Phylla inaequalia: 3 superiora (majora, alba, basi punctata, apice rubro maculata *L. fil.*) magna, ungue elongato, limbo elliptico: medio maximo, fere omnino laete roseo, lateralibus angustioribus acutioribusque albis apice roseo; 3 inferiora omnino rosea (rubra, breviora, inprimis infimum, subulata *L. fil.*). Filamenta rubra, filiformia, debilia, phylla superiora versus inclinata (inferioribus longiora, deflexa, scabra); antherae subglobosae (didymae), flavae. Stylus erectus, subtrigonus, ruber: stigmatibus 3 simplicibus filiformibus subdivergentibus. (*Red.*) In icone *Curtisii* phylla sunt miniata, folia sub floribus linearia, in apice ramorum sterilium conferta obovato-lanceolata obtusa, in petiolum attenuata. — Plures hic latere species vel saltem varietates non est dubitandum.
β. foliis variegatis *Lodd.* Bot. Cab. t. 17.

3) lineari-subulata torta; caulis erectus gracilis; pedunculi gemini (subumbellative?) uniflori bi-trifidive bracteati; phylla integerrima calloso-acuminata, lateralia obovato-cuneata, reliqua lanceolato-cuneata, imo breviori.

5. **A. Oreas** *Schauer* Pl. Meyen. in Nov. Act. Acad. C. L. N. C. XIX. Suppl. I. 440.
Chile: Cordillera de S. Fernando, in summo monte *Impossible*, alt. 10,000′. Febr. ♃.
Glabra glaucescens. Folia 6—9‴ longa, basi semilineâ paulo latiora. Phylla 10‴ longa, purpurâ uti videtur tincta, unguium marginibus villosulis. Stamina declinata, apicibus adscendentibus exserta. Capsula nucis Avellanae magnit., 6costata, jugis in pedunculum decurrentibus.

4) linearia,
(1) subtorta (caulis erectus)
a. glauca; umbella sub-6flora; phylla recurvato-campanulata subserrata: sepala obovato-, petala lineari-spathulata.

6. **A. Hookeriana** *Schult.* l. c. 733. 2. — *W. H.* l. c. 95. 21. t. 1. f. 1, 2, 4, 5. (receptaculi et germ. sect.)
Alstroemeria rosea *Hook.* Exot. Fl. t. 181. — *Sprg.* C. p. 135. 39. (bis) non *R. P.*
A. Hookeri *Lodd.* Bot. Cab. t. 1272.
In *Chili.* ♃.

Caulis simplex, glaucus uti tota planta, glaber, gracilis, 5—12poll. Folia parva, remota, sessilia, non resupinata, 3poll. v. breviora, $^5/_{32}$ lata. Panicula dichotoma, floribus subsenis, erectis: pedunculi longi, graciles, erecti, prope basin bracteati et dichotomi, 2—4flori: pedicelli erecti, contigui. Phylla basi in tubum conniventia, apice patentia, subaequalia: sepala latiora, obovata, basin versus attenuata, supra serrulata, intus obsolete lineata, extus vero purpurâ intensius striata (apiculata); petalorum infimum more sepalorum maculatum et striatum, lateralia 2 lineâ supra medium flavâ rubropunctatâ, omnia apiculata apice viridi. (Perigonium $1^1/_2$poll. v. minus; phyllorum superiorum pars infera albida rubrovariegata, liturâ levi flavâ supra maculas, reliqua pallide rosea *W. H.*) Filamenta purpurea: antherae 3 simul pollen emittentes, purpureae, effoetae viridi-fuscescentes. Germen turbinatum, profunde sulcatum. Stylus purpureus, staminibus brevior, demum longior, stigmatibus 3 recurvis. Capsula rotunda, purpureo-costata, apice multo breviore quam in A. pulchrâ.

b. viridia, resupinata, pauca, duo superiora

7. **A. subrosulacea** *W. H.* l. c. 397. t. 5. f. 1, 2.
In *Chili.* (Hb. *Lindl.*) ♃.

opposita, caulis sterilis lanceolato-ovalia; involucri foliola et pedunculi 3, hi triflori.

Caulis florifer paucifolius (crassitie calami tenuioris, teres, laete viridis, folia remota, 2—3poll. a se distantia, erecto-patentia, concolora, glabra, acuminata, 2—$2^1/_2$poll., 1—$1^1/_2$''' lata), sterilis apice foliis (confertis, acuminatis, striatis) $1^3/_8$poll., $^3/_{16}$ latis. (Folia 3 involucri patula, subreflexa, caulinis omnino similia. Pedunculi erecti, involucro paulo longiores, filiformes, crassitie fili emporetici tenuioris, versus apicem 3fidi v. bifidi, ramulo iterum bifido, itaque 3flori: pedicelli inaequales, 2—5''' longi, basi bracteolâ lineari acuminatâ patente semipollicari vix lineam latâ suffulti, cauli et foliis concolores). Perigonium $1^1/_4$poll., colore in siccis evanido. (Phylla subaequalia et subconformia, quantum ex icone concludi potest, lanceolato-oblonga, acuta, 3''' circ. lata, basi attenuata, minus tamen ac in plerisque erecta superne patentia, sepala forsan paulo latiora et obtusiora, magis obovata. Filamenta lgt. perigonii, antherae ovali-oblongae, rotundatae, $1^1/_3$''' longae, lineam latae. Germen turbinato-oblongum, viride, 2—$2^1/_2$''' longum. Color perigonii verisimiliter albus.)

(2) plana, sessilia; caulis erectus, glaber; umbellae pedicelli

a. bini uniflori circa medium bracteati involucro longiores; phylla (oblongo-ovalia) acuminata, basi (longe unguiculata) gracillima.

8. **Alstroemeria tenuifolia** *W. H.* l. c. 94. 17. t. 1. f. 47.
Hab. . . . . . (Hb. *Hook.*) ♃.

Caulis non pedalis (teres, gracilis, crassitie fili emporetici mediocris, in sicco ut folia et pedunculi pallide flavescenti-brunneus). Folia gracillima, $1^1/_2$'' longa (lineam lata, erecto-patentia, apice acutiusculo recurva, alterna, internodiis duplo longiora; duo involucrum formantia opposita, caulinis omnino similia et aequalia). Pedunculi bipollicares, (erecti, apice subcernui, teretes, crassitie fere caulis, apice sensim in germen turbinatum paulo intensius coloratum apice diam. $2^1/_2$''' incrassati, in medio bracteâ lineari arcuato-sursum incurvâ apice fere uncinatâ 9—10''' longâ lineam latâ instructi). Perigonium ultra $1^1/_4$poll. (phylla unguibus linearibus semipollicaribus lineam latis jam a basi divergenter sejunctis, laminis $^3/_4$poll. reflexo-patentibus, obtuse acuminatis, alternis late ovali-oblongis 5''' et ultra latis, et anguste elliptico-oblongis vix 3''' latis) intense rubrum apicibus pallidioribus (in ic. violaceo-purpureum, marginibus et dimidio superiore laminarum lutescentibus. Filamenta perigonium aequantia, apice incurva; antherae subrotundae, luteae. Stylus staminibus brevior, erectus, stigmate simplici subcapitato).

b. 3—6, involucro foliaceo

a) breviores,

(a) subbifidi; phylla 3 superiora obovata denticulata, sepala 2 oblongo-lanceolata, anticum impar lanceolatum denticulatum.

9. **A. albiflora** *Presl.* in Rel. Hk. II. 121. — *Schult.* l. c. 736. 7.
Alstroemeria Preslana *W. H.* l. c. 95. 20. t. 1. f. 48. (in textu 43.)
In *Chile austr.* pratis pulcherrimis *Andium Antucensium*, Dec. ♃. *(Poepp.)*

Caulis pedalis, teres, substriatus, simplicissimus, foliosus. Folia bipoll., vix 2''' ($^3/_{16}$'') lata, rarissime lineari-lanceolata, acuta, glabra. Umbella plerumque 4radiata: radiis bifidis bifloris. Foliola involucri numero pedicellorum, foliis conformia, pedicellos paulo superantia (pedicelli foliola superantes aut aequantes. *Poepp.*). Pedicelli simplices nudi pollicares, aut bifidi bracteati pollice longiores. Bracteae involucro conformes. Flores erecti, magnit. illorum Pelegrinae, patentes: phylla 3 superiora apiculata, dorso lineis colorata, basi longe unguiculata; exteriora duo longe unguiculata, acuminata, medio maculis linearibus purpureis, extimum brevissime unguiculatum, acutiusculum, reliquis 2''' brevius (exteriora obovata denticulata; interiora lanceolata, in sicco quidem alba, viva autem saturate rosea, basi pallidiora, apicibus incrassatis maculâ fuscâ notata, interiora a basi ad medium pallide citrina, lineis purpureis variegata. *Poepp.*). Stamina subaequalia, perigonio breviora; antherae erectae, oblongae, cordatae. Stylus filiformis stigmate trifido. Germen turbinatum, 6costatum. Capsula ovato-subglobosa, hexagona, dissepimentis connatis. Semina sphaeroidea, funiculis incrassatis.

(b) simplices uniflori; phylla subaequalia acutiuscula lineari-spathu-

10. **A. Herbertiana.**
Alstroemeria revoluta *W. H.* l. c. 91. 10. t. 7. f. 9. (vix *Rz. & Pav.*, nec *Poepp.*)
In *Chili.* ♃.

lata reflexa, petala sepalis minora, 2 superiora discoloria.

Glauca, glabra. Caulis erectus, 12—13poll., inferne squamosus (squamis ovatis obtusis appressis concoloribus, $1^1/_2$—4''' longis, sursum magis magisque elongatis patentibus et in folia transeuntibus, crassitie pennae corvinae, simplicissimus). Folia sparsa, erecta, linearia, vix pollicem longa (superiora in icone $1^1/_2$poll., 1—2''' lata, acuta, inferne remotiora brevioraque, 1—2'' a se invicem distantia, superiora internodia duplo superantia; involucrantia erecta subulata fere 8—12''' longa. Pedunculi 5, semipollicares, erecto-patentes, ebracteati; germen $1^1/_2$—2''' longum, turbinatum, glaucum). Perigonium purpureum: phylla unguibus inferne in tubum 2—3''' longum, $1^1/_2$—2''' crassum conniventia, superne distantia, subrevoluta, 8—9''' longa, $1^1/_2$—2''' lata; superiora petalina angustiora ut videtur, apice tantum purpurea, ceterum lutea purpureo-variegata. Ex ic.)

Si *Rz. & Pav.* A. revolutam rite descripserunt, haec certe diversa est, praeter colorem florum omnibus fere notis recedens et potius cum A. revolutâ *Poepp.* (A. reflexâ) conveniens.

b) longiores 2—3flori; folia longa acuta; phylla obovato-spathulata, subconformia et subaequalia.

11. **A. angustifolia** *W. H.* l. c. 96. 23.
In *Chili.* ♃.
Varietates 4 enumerantur a cl. auctore l. c. 97. verisimiliter species distinctae:

α. conferta t. 3. f. 1.: foliis confertis $1^1/_2$—$2^1/_2$'' longis, pedunculis pollicaribus.
(*Cumming* in hb. *Lindl.*)

Ex ic. tota planta exsiccata fuscescenti-sordide lutea. Caulis erectus, teres, crassitie pennae corvinae, praesertim versus apicem dense foliosus; folia erecto-patentia, sparsa alternaque sessilia, acuta, 1—$1^1/_4$''' lata, involucralia pedunculis erecto-patentibus di—trichotomis 1—$1^1/_2$ pollicaribus vix breviora; pedicelli inaequales, 3—6''' longi, basi bracteolâ lanceolatâ acutâ duplo breviore suffulti, in germen obovato-turbinatum intensius coloratum 2—3''' longum abeuntes. Perigonium $1^1/_3$'' longum, phyllis basi attenuatâ conniventibus apice patulis breve acuminatis infra apicem 4—$4^1/_2$''' latis subinfundibuliforme. Filamenta perigonio paulo breviora, apice incurva; antherae ovales, rotundatae, $1^1/_2$''' longae, lineam latae. Flos recens uti videtur purpureus v. roseus.

β. intermedia: foliis 4—5'' longis, $^1/_8$ latis, pedunculis $2^1/_4$poll. (*Cumm.* in hb. *Lamb.*)

γ. Sollyana t. 4. f. 2.: foliis 4'', pedunculis $2^1/_2$ poll. divergentibus.
(*Solly*, in hb. *Lindl.*)

Caulis teres, crassitie calami scriptorii, glaber, in sicco cum pedunculis pallide fuscescenti-luteus. Folia sparsa alternaque, utrinque attenuata, acuminata, tenuiter striata, dilute glauco-viridia, $2^1/_2$—3''' lata, superiora sensim angustiora, $^1/_2$—$^3/_4$'' a se invicem distantia; involucrantia numero pedunculorum, hisce paulo breviora, acuminatissima, caeterum caulinis similia. Pedunculi 5, $2^1/_2$—3pollicares, crassitie pennae corvinae, diffuso-patuli, supra medium ramum lateralem circ. pollicarem erecto-patentem emittentes, qui iterum pedicellum 2—3''' longum agit; ramulus et pedicellus singuli bracteâ lineari acuminatâ ipso fere duplo longiore suffulti. Germen globoso-turbinatum, fuscum, 3''' longum et superne crassum. Phylla jam a basi distincta et superne patula perigonium quasi bilabiatum sistere videntur; angustiora sunt quam in confertâ, oblongo-spathulata, in unguem longum angustum (1—$1^1/_2$''' latum) attenuata, breve acuminata, acumine in alternis ut videtur acutissimo et obtusiusculo, $1^1/_2$'' fere longa, infra apicem 4''' lata, pallidiora, recentia forsan rosea. Stamina fasciculatim adscendentia, apice curvata, phyllis paulo breviora; antherae subquadratae angulis rotundatis, $1^1/_3$''' longae, lineam latae. Stylus lgt. staminum vel paulo brevior, in stigmata 3 subulata erecto-patentia, $1^1/_2$''' longa terminatus. (Ex ic.)

δ. acuminata t. 4. f. 3.: foliis 5—7poll., haud $^1/_8$ latis, pedunculis 2poll. robustis; perigonio acuminato purpureo-roseo, petalis superioribus striatis.
A. versicolor *Bridges* in hb. *Hook.* (non *Mart.*).

Icon pedunculum unicum sistit basi folio lineari lineam lato suffultum, crassitie fili emporetici mediocris, ramulo a basi exeunte fere aequilongo et infra medium iterum pedicellum secundarium duplo breviorem emittente instructum, itaque

triflorum. Germen praecedentis. Phylla basi in tubum 4''' longum 3''' diam. conniventia, tunc infundibuliformi-patula, laminâ ovali longe acuminatâ pollicari 6''' latâ.

2. 6—9, radiis bifidis, pedicellis unifloris, involucra subulata superantibus; phylla reflexa exteriora elliptica obtusissima, interiora lanceolata; folia angustissima glauca, adpressa.

12. **Alstroemeria reflexa.**
Alstroemeria revoluta *Poepp.* Diss. pl. Chil. 7.
Chile australis, in campis lapidosis alpinis ad torrentem *Rucué*. Dec. ♃.
Caules humiles, pedales, plures, saepe 8—10 ex eadem radice. Folia numerosa, magis carnosa quam in reliquis. Flores omnium minimi, colore satis variabili, inter roseum et violaceum ambigente. Phylla reflexa, non revoluta.

5) lanceolato-linearia, sessilia, sparsa,
(1) integerrima; phylla
a. subconformia, interiora angustiora, (caulis erectus,)
a) infimo breviori latiori; umbella bi—3-flora.

13. **A. versicolor** *Rz.* & *Pav.* Fl. Per. III. 59. — *Sprg.* l. c. 80. 9. — *Schult.* l. c. 738. 12. — *W. H.* l. c. 95. 18.
Chili, in collibus aridis pr. *Huilquilemu*, in campis *Laxa*. ♃.
Glabra. Radix fasciculata, tuberoso-pendula; tubera oblonga, alba, hyalina, tenerrima. Caules plures, simplicissimi, semipedales, subteretes. Phylla lutea maculis purpureis, exteriora aequalia. Stigma trifidum.
β. antucensis: caule unifloro, foliis linearibus confertissimis.
Pr. *Antuco* in *Chili* australi. (*Reynolds.*)
Specimen in hb. *Hook.* (*W. H.* l. c. 397. t. 48. f. 6.)
Caulis erectus, teres, crassitie fili emporetici majoris, cum foliis in sicco fuscus. Folia in apice caulis confertissima, erecto-patentia, linearia, acuta, $2 - 2^1/_2$poll., $1 - 1^1/_2$''' lata, superiora sensim breviora angustioraque. Pedunculus terminalis, erectus, nudus, teres, circ. pollicaris. Germen clavato-oblongum, 3''' lg., $1^1/_3$''' latum, saturatius. Perigonium e tubo infundibuliformi sensim explanatum, phyllis erectis apice patentiusculis in sicco sordide luteis: inferiora $1^3/_4$poll., superne 10''' lata, striata, obovato-spathulata, obtusa cum apiculo brevissimo; superiora 2poll., sed ut videtur angustiora, 7—8''' lata, obovato-lanceolata, acuminata, maculis oblongis linearibusque purpureis variegata. Stamina phylla inferiora subaequantia, ut stylus paulo longior apice incurvus fusca; stigmata 3 linearia reflexo-patentia acuta, $2 - 2^1/_2$''' longa. (Ex ic.)

b) omnia cuneiformi-lanceolata, acuminata; pedunculi 6—10 v. plures, 1—2flori; folia spiraliter contorta.

14. **A. Ligtu** *L.* Sp. pl. 462. — *Schult.* l. c. 735. 5. (excl. *β.*). — *W. H.* l. c. 92. 13. (excl. var. 2.).
Alstroemeria Feuillaeana *Mey.* in Rel. Hk. II. 122.
A. Ligta *Rz.* & *Pav.* l. c. 59.
Hemerocallis floribus purpurascentibus striatis, vulgo Ligtu. *Feuill.* Per. II. 710. t. 4.
Chili, in arenosis pr. *Concepcion*, frequens in agris *D. Petri arcis*. ♃.
Glabra, fere glauca. Radix fasciculata, filiformis, ex singulo filo tuber oblongo-cylindricum, palmare, hyalinum, tenerrimum, sapore subdulci. Caules plures, pedales, simplicissimi, inferne sensim attenuati, florentes inferne defoliati. Folia striata, 2—3poll., $^5/_{16}$ lata. Pedunculi terminales, umbellati, teretes, erecti. Involucrum polyphyllum, foliolis lanceolatis. Perigonium perpulchrum, $1^1/_2$poll.: phylla roseo-carnea, petala 2 superiora pluribus punctis variegata. (Pedunculi bracteati, triflori; flores ampli, eleganter purpurascentes, petala 2 superiora longitudinaliter albo-striata, sepala non auriculata. *W. H.* ex *Feuill.*) Capsula hexagona, pallescens, nucis avellanae magnit. Semina globosa, lutea. (*R. P.*)
β. Cummingii: foliis latis, pedunculis unifloris brevibus crassis. Var. 3. *W. H.* l. c. 93.
Pr. *Valparaiso.* (*Cumm.* in hb. *Lindl.*)
γ. Macraei: foliis angustis, pedunculis unifloris brevibus. Pr. *Concepcion.* (*Macrae* in *Lindl.* hb.) *W. H.* l. c. var. 3.

b. difformia: sepala
a) aequalia obtusa cum acumine serrulata, petala spathulata haud aequantia, umbellae 3—

15. **A. tricolor** *Hook.* Exot. Bot. t. 65. — *Sprg.* l. c. 6.
In *Chili boreali*, umbrosis, montibus glareosis ad *Concon*. ♃.
Caulis simplex, glaber, pedalis. Folia pauca, remota, vix 2poll., margine omnino non ciliata. Involucrum triphyl-

6radiatae radii 2—3fidi, involucri foliola duplo superantes: pedicelli uniflori; folia torta glabra. *(Poepp.)*

lum, foliola caulinis similia, sed minora. Phylla 4 exteriora obovato-spathulata, breviora, apice maculâ intense purpureâ sub callo virente albo; interiora 2 paulo longiora, lineari-spathulata, erecta, subcarinata, alba, fasciâ latâ purpureâ lacerâ apicem versus, et sub hac flava, apice purpurea, lineis pluribus flavis punctisque parvis subtus picta. Stamina ut in A. pulchellâ, pollen viride; stylus staminibus brevior. *(Hook.)*

b) latiora subspathulata subacuta, petala anguste spathulata acuminata; perigonium incurvum, tubaeforme; pedunculi simplices; folia remota suberecta rigidula margine cartilagineo.

16. **A. isabellana** *W. H.* l. c. 88. 2. et 396. t. 6. f. 4—6.

In *Rio grande do Sul*, in paludibus montanis et pascuis asperis; frequens pr. *Portalegre.* ♃.

Caulis pedalis (striatus, superne paululum incrassatus, fusco viridis, crassitie pennae corvinae, simplicissimus, glaber, erectus). Folia in caule 4, non resupinata, 2—5″ longa, $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$″ lata, superiora sensim minora (3—4″ a se invicem distantia, striata, acuta, obscure et sordide viridia). Bracteae involucrales parvae (conformes, patentes, obtusiusculae, 6—10‴ longae, $1\frac{1}{2}$—2‴ latae). Umbella pedunculis 11—16, $1\frac{1}{2}$pollicaribus (filiformibus, erecto-patulis, viridi-fuscis, in icone valde inaequalibus 1—$2\frac{1}{2}$poll., unifloris, nudis). Perigonium $1\frac{1}{2}$poll., aurantiacum, apice viridi. (Phylla ad apicem usque in tubum contigua diam. 4—5‴, apice tantum erecto-patentia; sepala basi attenuatâ $1\frac{1}{4}$, superne 4‴ lata, petala basi lineam, sursum $2\frac{1}{2}$‴ lata, illa acutiuscula, haec breve et obtuse acuminata. Ex ic.)

(2) parce denticulata subamplexicaulia; pedunculi uniflori; sepala obovata, lateralia latiora; petala longiora lanceolata; caulis flaccide erectus.

17. **A. pallida** *Grah.* in new Philos. Journ. 1829. Jul.—Oct. 344. — *Bot. Mg.* t. 3040. — *Schult.* l. c. 1717. 8. a. — *W. H.* l. c. 95. 19.

In *Chili.* *(Gillies.)* ♃.

Caulis simplex, gracilis, teres, uti folia glauco-pruinosus, plures ex eâdem radice. Folia supra plana, dorso carinata nervisque pluribus parallelis, uno in quoque latere fortiore, circ. 2pollicaria. Planta culta uniflora tantum, vegetior sane pluriflora. Phylla inaequalia, attenuata, succulenta, basi canaliculata et nectarifera: 4 exteriora concoloria, pallidissime rosea, valde reticulata, lgt. subaequalia, obovata: infimo reliquis angustiore acutioreque, basi multo minus attenuato, 2 lateralibus maximis denticulatis a medio acuminatis; 2 interiora reliqua superantia, lanceolata, basin versus alato-denticulata, apice colore exteriorum, sub eodem venis rubris in fundo supra medium flavo, infra eundem incarnato, in cujus parte inferiore maculae paucae oblongae aurantiacae. Filamenta lgt. et colore sepalorum, applanata, basi triangularia et glanduloso-pubescentia, marcescendo torta; antherae magnae, cordatae, compressae, mucronulatae: polline pallide fusco. Stylus trigonus, sursum attenuatus, inferne decolor, superne cum stigmatibus revolutis carneus. Germen ut in A. Pelegrinâ.

β. multinervia: foliis spathulatis undulatis paulo minus amplexicaulibus, nervis numerosioribus. *Grah.* l. c. Nondum floruit.

6) lineari-lanceolata, sparsa, sessilia,

(1) ut tota planta glabra,

a. glauca v. glaucescentia,

a) contorta; pedunculi

(a) terminales 2—6 simplices uniflori, saepe 4—6 subumbellati; sepala obcordata acuminata; caulis erecto-assurgens.

18. **A. Pelegrina** *L.* Sp. pl. II. 461. Am. acad. VI. 247. t. 247. — *Jcq.* Ht. Vdb. I. 20. t. 50. III. t. 73. 74. — *Ortega* Del. Fl. hisp. descr. 2. ic. 2. — *Wlld.* l. c. 461. 1. — *Jacq.* Coll. IV. 220. t. 2. f. 6. — *Curt.* Bot. Mg. t. 139. — *Red.* Lil. t. 46. — *Kern.* ht. semperv. t. 195. — *Allg. Gt. Mag.* 1805. 89. t. 7. — *Gaertn.* fr. I. 41. t. 13. f. 4. — *Sprg.* l. c. 80. 1. — *Sp.* l. c. 456. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 1295. — *Herb.* gen. de l'Amat. t. 188.

Alstroemeria peregrina *Rz. & Pav.* l. c. 58. t. 288. — *Schult.* l. c. 732. — *W. H.* l. c. 91. 12.

Hemerocallis floribus purpurascentibus maculatis, vulgo Pelegrina. *Feuill.* l. c. II. 711. t. 5.

In *Peruviae* et *Chili (?)* praeruptis, collibus, maritimis, arenosis et glareosis. ♃. Lis des Incas vulgo teste *Spach.*

Radix fasciculata, longissima, tuberoso-pendula, oblongo-cylindrica, inferne fibrillosa, alba, tenera, subhyalina. Caules plures, simplicissimi, bipedales et ultra, teretes, florentes inferne defoliati. Folia resupinata, conferta, reflexa, striata, carnosa, crassiuscula, lucida, acuta, inferiora sensim minora.

(Alstroemeria Pelegrina) Pedunculi teretes, foliis terminalibus longiores, nitidi, erecti. Perigonium bipollicare, formosissimum. Phylla purpureo-rosea: sepala (cuneiformia tridentata *W.*, apice triloba *Sp.*, alte auriculata, auriculis oblique decussato-nervosis *W. H.*) alba, in centro intense rubra apice viridia, petala duplo angustiora, obovata, acuminata, integerrima, punctis et maculis versicoloribus variegata (lanceolato-obovata, basi maculâ flavâ picta *Sp.*). Stamina declinata, perigonio breviora: filamenta subulata: antherae ovales, obscure purpureae. Stylus iisdem brevior; stigmata 3 divergentia. Capsula subglobosa, obtuse acuminata, trigona; obsolete trisulca, pallescens. Semina globosa, lutescentia. *(R. P.)*

β. obtusifolia: foliis obtusis semiamplexicaulibus; sepalis apice tridentatis, dente medio acuto calloso viridi, lateralibus majoribus obtusis roseis.

Planta culta a cel. *Jacq.* l. c. et *Cav.* descr. 455. descripta. Caules $1^1/_2$pedales. Folia $1^1/_2$poll., 2—3''' lata, nervo prominente, 5—6 involucrum sistentia. Petala punctis luteis rubris viridibusque, marginibus in 2 involutis et subvelutinis; sepala medio kermesina, margine incarnata, maculis viridibus, rubris et albis. Filamenta carnea, antheris flavis. Capsula glabra, striis 6 longitudinalibus elevatis in pedunculo persistentibus. Semina in singulis loculis 8—12.

γ. pluriflora: pedunculis 2—3floris. *W. H.* l. c. 92. var. 2.

δ. albescens *W. H.* l. c. var. 3. t. 3. f. 4.: pedunculi uniflori; sepalorum auriculae albae, media viridis; petala purpureo-maculata; caulis robustus, 15—16poll.

In *Valparaiso.* *(Cumm.* in hb. *Hook.)*

(Sepala obcordata lobis rotundatis, cum mucrone acuto in emarginaturâ, secus discum medium maculâ ellipticâ purpurascente notata. Petala ex attenuatâ basi unguiculatâ lineam et paulo ultrâ latâ obovata, breve acuminata, versus apicem obsolete crenulata, pallide flava (?) maculis sparsis minutis purpureis. Folia acuta, striata, $1^1/_3$poll., $4^1/_2$—5''' lata. Ex ic.)

ε. squamata *W. H.* l. c. var. 4.: squamis acutis loco foliorum.

In *Valparaiso*, in rupibus arduis maritimis. (Hb. *Hook.*)

ζ. alba: hortensis, flore albo. *W. H.* l. c. var. 5.

In Angliâ e seminibus enata, viridis et alba, varietate rubrâ tenerior.

Obs. Nomen antiquius Pelegrina, quo planta in patriâ significatur, seriori „peregrina" nimis vago praeferendum.

(b) umbellati; umbella

a. exinvolucrata 5-radiata; sepala oblique ovata, petala minora oblongo-lanceolata acuminata, infimum minus, stamina paulo exserta; folia acuta brevia; caulis erectus.

19. **Alstroemeria longistaminea** *Mart.* Fl. Bras. — *Schult.* l. c. 739. 18. — *W. H.* l. c. 90. 8.

In campis herbidis ad *Villa da Pedra branca* prov. *Bahiae.* ♃.

Caulis teretiusculus, 20poll., superne nudus, inferne squamatus. Folia infima squamaeformia, 4—5''' longa, media remota, erecto-patentia, 6—9''' longa, $1^1/_2$—2''' lata, acuta, resupinata. (Bracteae involucrales obsoletae *W. H.*) Pedunculi 5 glabri, 6''' longi, nudi vel ramulo incompleto instructi. Perigonium horizontale, diam. 8''': sepala latiora, acumine brevi, integerrima, intus infra medium puberula, rosea (?) nervis intensioribus, apice viridi, 10—11''' longa, 4—$4^1/_2$''' lata; petala 2 superiora infra medium unguiculata, 9—10''' longa, 2—3''' lata, sepalis concolora, infimum anguste lanceolatum, 8''' lg. Stamina recta, subaequalia, perigonio 1—2''' longiora. Germen glabrum, lin. lg. Stylus staminibus brevior, perigonium vix superans. Stigma trifidum.

β. involucrata; pedicelli 3—5 bracteati,

a) simplices v. bifidi; phylla spathulata, sepala obovata petalumque infimum oblongum breviora, superiora 2 quadrante longiora lanceolata, omnia calloso-acumi-

20. **A. exserens** *Meyen* Rs. I. 34. — *Schauer* l. c. 439.

Chile: Cordillera de San Fernando, in summo monte *Impossible.* Febr. *(Meyen.)*

Glabra, glauca. Caulis palmaris usque spithamaeus. Folia 6—12''' longa, $1^1/_2$''' lata, margine tenuiter cartilagineo, involucrantia caeteris similia, subinde paulo quidem longiora et angustiora. Flores conspicui. Phylla unguiculata, unguis margine infero villosulo: sepala $1^1/_2$poll., superne 8''' lata, cum petalorum cyclo infimo angustiore brevioríque praeter apicem coloratum alba; petalorum suprema duo, lateralia spatio

nata serrulataque; folia brevia; caulis erectus, superne paucifolius.

3—4''' superantia, longius unguiculata limboque lanceolato picto ornata. Stamina declinata, ultra phyllum exserta; antherae subcordato-ovatae. Stylus stamina aequans v. excedens; stigma trifidum.

A. tricolori *Hook.* quam proxime affinis, foliis plus duplo brevioribus diversa.

β) bi-trifidi; phylla subconformia obovato-spathulata integerrima subcalloso-acuminata, 5 subaequalia, sextum infimum reliquis brevius.

21. **A. Meyeniana** *Schauer* l. c. 440.
Chile: Cordillera de San Fernando (?). ♃.

Glabra, glaucescens. Caulis erectus v. adscendens. Folia resupinata, $^{1}/_{2}$'' longa, lineam circ. lata, marginibus glabris minute calloso-denticulatis, subinde linearia. Flores $1^{1}/_{2}$'' fere longiores: phylla 3 superiora latiora, obovato- v. obcordato-cuneata, superne 5''' lata; lateralia paulo angustiora, omnia inferne in unguem angustum marginibus villosulum cuneato-decurrentia, maculis sanguineis contaminata. Stamina declinata, apicibus adscendentibus, perigonium excedentia; antherae majusculae oblongae. Stylus androceo brevior; stigma trifidum.

γ) 2—$2^{1}/_{2}$'' supra basin dichotomi, cum pedicellis secundariis divergentes, 3—6flori; sepala obovata, petalum infimum acuminatum.

22. **A. Cummingiana** *W. H.* l. c. 96. 22. et 396.
In *Chili. (Cumm.)* ♃.

Caulis 12—15poll. Folia subglauca, non resupinata, 4poll. v. ultra, $^{3}/_{16}$ lata. Perigonium $1^{3}/_{4}$poll.: segmenta acuminata, subtortuosa, petala longitudinaliter rubro variegata, pars inferiorum petalorum 2 superiorum flavescens, reliquum perigonium pallide fuscescens v. flavescenti-rubrum; sepala $^{3}/_{8}$, petala superiora $^{5}/_{16}$'' lata, subtus ad apicem viridi notata, sub viridi tota striis brevibus rubris contaminata; reliqua phylla 4 extus plagâ viridi ab apice secus costam extensâ; pollen pallide sordide purpureum; stylus et stigma pallida. Caules steriles debiles, foliis linearibus glaucis. Color et acutia petalorum variant.

b) plana (?) acuta; pedunculi gemini bifidi bracteati; phylla subaequalia (?) lanceolata; caulis erectus gracilis superne foliatus.

23. **A. nivalis** *Meyen* l. c. 315. — *Schauer* l. c. 440.
Chile: Cordillera de San Fernando, alt. 6—7000'. Febr. ♃.

Glabra, glaucescens. Caulis pedalis. Folia pollicaria e basi sessili lineam latâ sensim attenuata. Perigonium pollicare. Stamina perigonium excedentia, apice torta. Stigma trifidum.

b. subtus glaucescentia, acuta remota; caulis strictus glaber; umbella 6-radiata, pedunculis simplicibus v. basi ramulo instructis, sepala spathulata cum acumine obsolete crenulata, petala lanceolata, acuta, 2 superiora paulo longiora.

24. **A. monticola** *Mart.* l. c. — *Schult.* l. c. 739. 17. — *W. H.* l. c. 89. 3.
In montibus *Serra das Lages* prov. *Bahiae.* ♃.

Caulis erectiusculus, bipedalis, crassitie pennae cygneae, remote foliosus, superne nudus. Folia subdecurrentia, $2^{1}/_{2}$—3poll., 3—4''' lata. Involucrum foliolis 5—6 inaequalibus, $1^{1}/_{2}$—2poll., 2—3''' latis. Pedunculi erecti, glabri, 15—18''' longi, imâ basi plerumque ramulo unifloro breviore, et bracteâ 8''' longâ ad ejus basin. Perigonium horizontale, 20—24''' longum, diam. 10—12''': sepala in unguem longum angustata, miniata (?) 16—18''' longa, superne $4^{1}/_{2}$—5''' lata, summum paulo longius; petala ungue ciliolato, lineolis purpureis, 3''' lata, 2 superiora 19—20''' longa. Stamina perigonio paulo breviora. Germen glabrum, $2^{1}/_{2}$—3''' lg. Stylus staminibus paulo brevior.

c. viridia; pedunculi subumbellati involucrati,

a) numerosi tortuosi, saepius 3—4fidi; sepala obcordata mucronata.

25. **A. pulchra** *Sims* Bot. Mg. t. 2421. — *Schult.* l. c. 734. 3. (excl. A. tricolore). — *W. H.* l. c. 93. 14. (excl. A. tricolore).
Alstroemeria Flos Martini (foliis lineari-lanceolatis, pedunculis subtrifloris flexuosis, laciniis corollae obovatis apiculatis serratis). *Ker* in Bot. Rg. t. 731. — *Lindl.* in Hortic. Trs. VI. 82. — *Sprg.* l. c. 80. 7.
A. tricolor *Bot. Cab.* t. 1147.
In *Chili*, pr. *Valparaiso. (Cumm.)* ♃.

Caulis erectus, teres, glaber, di—trichotomus, ramis elongatis superne subflexuosis substriatis semipedalibus erectis. Folia ad ramos alterna, remotissima, ad dichotomias plura subverticillata, subacuminata, (acuta, resupinata,) striata, pallide viridia, opaca, 3poll., 4—5''' lata, basi paululum attenuata. Rami (pedunculi) apice bifidi, ramo majore uni-, minore iterum bifido bifloro, superne subincrassati, tortuosi, valde flexuosi, 3—4- (saepius 9-)poll. Bracteae ad dichotomias solitariae, lanceolato-ovatae, acutae, glabrae, virides, 5—6''' longae, 3—4 latae. Germen obovato-truncatum, sexangulare, glabrum, pallide viride, magnit. nucis Avellanae minoris. Perigonium subbilabiatum, tubo brevi semipoll. pal-

(Alstroemeria pulchra) lide roseo digiti minimi crassitie. Phylla 4 exteriora obcordata, margine serrulata, pallide rosea, mucrone magno triangulari obtuso viridi terminata et infra mucronem saturate sanguinea, $1^1/_4$poll.; duo interiora unguiculato-spathulata, obtusa, $1^1/_2$poll., apice 8‴, ungue tantum $2^1/_2$‴ lata, obtusa, unguibus pallide roseis dense sanguineo-guttatis, laminis dimidio inferiore vitellino striis interruptis purpureis variegato, superiore purpureo versus marginem pallide roseo angulato-limbato. Filamenta tortuoso-deflexa, perigonio paulo breviora, subulata, pallide rosea; antherae subrotundae, virides. (Genitalia alba; antherae flavae, pollen stramineum. *W. H.*) Stylus erectus, staminibus altior et crassior, pallide roseus, stigmate trifido reflexo. (Ex ic. in Bot. Mg.)

β. bicolor *Lodd.* Bot. Cab. t. 1497.: Var. hortensis, perigonio albo apicibus viridibus, phyllis duobus superioribus quam in praecedente latioribus et brevioribus, plagâ intense luteâ viridi-striatâ pictis. *W. H.* l. c.

b) 4—6 subcernui simplicissimi involucro breviores; phylla a basi patentia recurvata acuta, alterna minora.

26. **Alstroemeria pulchella** *L. fil.* Suppl. 206. — *Wlld.* l. c. 195. 2. — *Sprg.* l. c. 80. 2. — *Schult.* l. c. 374. 4. (non *Sims* nec *W. H.*).

In *Americâ meridionali.* ♃.

Habitu A. Pelegrinae affinis, sed folia angustiora (obtusiuscula striata *Sprg.*) et caulis terminatus involucro irregulari e foliis majoribus petiolatis resupinatis. Pedunculi nudi, uniflori; flores magnit. illorum A. Pelegrinae, irregulares. Phylla albida, apice rubra, basi rubro striata s. punctata. Stamina declinata, lutea, aequalia. Stylus ruber, adscendens; stigma trifidum.

(2) subtus pulverulento-pubescentia, acutiuscula; caulis erectus, glaber, basi scabriusculus; umbella 3—6 radiata, pedunculis 1—2-floris; perigonium infundibuliforme, erectum: sepala spathulata crenulata, petala lanceolata acuta.

27. **A. foliosa** *Mart.* l. c. — *Schult.* l. c. 740. 19. — *W. H.* l. c. 91. 11.

In campis prope *Ytu Brasiliae.* ♃.

Caulis 1—3pedalis, teretiusculus, inferne maculatus, medio dense foliosus, superne viridis ad 1—2″ nudus. Folia ima squamaeformia, in medio caule densa, erecto-patentia, margine subrevoluta, basi semel torta, subtus pube densâ glaucescente, trinervia, 16—40‴ onga, 2—5‴ lata. Pedunculi angulosi, glabri, 12—30‴ longi, simplices, nudi vel medio ramulo iterum unifloro et ibidem bracteâ pollicari. Perigonia subhorizontalia, 15—21‴ longa, diam. pollicari: sepala obtusa v. emarginata cum acumine calloso, basi integerrima, coccinea, apice alba, 15—20‴ longa, apice 6—7‴ lata, summum paulo majus; petala subaequalia, integerrima, 15—18‴ longa, 2—3 lata, miniata, apice miniato-coccinea lineis purpureis. Stamina perigonio paulo breviora, superne coccinea. Germen glabrum, 2—3‴ longum, sexangulum. Stylus stamina subaequans.

β. angustifolia *Sch.*: foliis angustioribus, umbellâ 1—6-florâ.

Caulis 10—14poll. Folia remotiora, 8—21‴ longa, 1—2 lata. Umbella 4—6flora involucro 6—8phyllo, rarius uniflora involucro diphyllo.

γ. humilior *Sch.*: foliis in medio caule valde approximatis.

Cum β. in altis saxosis prov. *Minas geraës.*

Caulis 8—11poll., magis scabridus, densissime foliosus; umbella 2—4flora; sepala magis emarginata.

(3) margine ciliata,

a. revoluta semitorta; caulis erectus; umbella sub-6radiata, pedunculis 2—3floris; sepala serrulata, oblonga, petala lanceolata acuminata, supremum omnium brevissimum.

28. **A. haemantha** *Rz. & Pav.* l. c. III. 60. — *Sprg.* l. c. 10. — *Schult.* l. c. 738. 13. — *W. H.* l. c. 99. 27. — *Sweet* l. c. t. 159. — *Sp.* l. c. 457.

In collibus et ruderatis prov. *Rere Chilensis* (*R. P.*), in campis et pratis ad *Antuco (Poepp.).* ♃.

Radix filiformis, longissima, tuberoso-pendula; tubera oblonga, hyalina, tenera, alba, digitum crassa. Caules plures, simplicissimi, erecti, stricti, 1—3pedales, glauci, crassitie calami anserini. Folia glauca, acuta, margine denticulato-cartilaginea, oblique horizontalia, circ. 3poll., 4—10‴ lata, inferiora lanceolata, superiora linearia v. lineari-lanceolata. Flores magni, numerosi, subcernui, in cymam laxam dispositi. Phylla sanguinea (*R. P.*, aurantiaco-rubra, basi conniventia, superne patula, a basi ad medium usque marginibus imbricata *D. Don,* 5 basi tubulosa, infimum interius planum *R. P.*): sepala ovato-lanceolata, denticulata, paulo recurvata, immaculata, mucrone brevi obtuso incrassato viridi terminata; petala integerrima, angustiora, suberecta, flavescenti-suffusa, fasciis latis atropurpureis variegata, infimum

(Alstroemeria haemantha) majus declinatum intense purpureo-fasciatum (lgt. sepalorum lateralium). Stamina inaequalia, sepalis breviora. Stylus vix staminibus longior.

β. variegata: folia lanceolata, sepala acuminata albido-purpurea, maculà obscure purpureà notata; petala obsolete serrata, obtusa, albo, luteo et purpureo variegata. *(Rz. & Pav.)*

γ. albida *W. H.* l. c. var. 2.: perigonium album, petala superiora rubro-lineata.

„Colore maxime variabilis; conspiciuntur enim individua sibi invicem vicina et gregaria, floribus onusta cinnabarinis, lateritiis, aurantiis, flavis, citrinis albidisque, maculis tamen phyllorum supr. semper atropurpureis. *(Poeppig.)*

b. plana acuta multinervia; caulis erectus paucifolius; pedunculi 5—8 umbellati bi—trifidi bracteati; phylla lanceolato-spathulata, petalorum imum latius breviusque, superiora duo reliquis (triente fere) longiora angustioraque conniventia.

29. **A. aurea** *Meyen* l. c. 311. — *Schauer* l. c. 438. (non *Grah.*).
Chile: Cordillera de San Fernando, alt. 8000′. *(Meyen.)* ♃.
Caulis $1^1/_2$pedalis, erectus, striatus, inferne meris squamis, superius foliis aliquot remotis, sub umbellà foliis involucrantibus tot quot pedunculi praeditus; haec reliquis conformia, 3—4poll., 4—5‴ lata, glabra (ut tota planta), umbellam adaequantia. Phylla in unguem longum versus basin secundum margines subtiliter villosum attenuata: sepala lanceolata, petalorum infimum 16‴ longum, laminâ oblongâ margine superiore serrulato; superiora 2 longius unguiculata, lanceolata, 22‴ longa, subcarinata, subcalloso-acuminata; omnia (in sicco) unicoloria aurea, longiora saturatiora. Stamina perigonio breviora, stylo longiora. Stigma trifidum. Affinis A. haemanthae.

7) lanceolata,
(1) sessilia,
a. sparsa,
a) integerrima; pedunculi
(a) uniflori,
α. involucro polyphyllo paulo longiores; umbella 5—9radiata; phylla subconformia integra infundibuliformi-erecta: sepala obovato-spathulata obtusa, petala obovato-oblonga apiculata; folia angusta glabra, caulis sterilis ovato-lanceolata rosulata.

30. **A. plantaginea** *Mart.* l. c. — *Schult.* l. c. 737. 10. — *W. H.* l. c. 89. 4.
Brasilia: in alpestribus prov. *Minas geraës.* (*Mart.*) ♃.
Caulis pedalis et ultra, teretiusculus, remote foliosus, superne nudus, strictus, glaber. Folia in caulibus floriferis erecta, basi torta, acutiuscula, nervoso-striata, 20—30‴ longa, 2—5‴ lata, in caulium sterilium apicibus numerosa, patentia, obtusiuscula, basi attenuata, glaberrima, firmiora, nervosa, 2—4poll., 6—12‴ lata, omnia resupinata. Involucri foliola 8—12, lanceolata, suberecta, longiora semper pedunculos erectos 12—18‴ longos simplices subnudos rarius bracteolatos (et tunc verisimiliter bifidos bifloros) superantia, 8—21‴ longa, 1—3 lata. Perigonium inclinatum, vix ringens, 13—17‴ longum: phylla ut videtur concolora; sepala ungue longo basi ciliolato, 12—16‴ longa, $3^1/_2$‴ lata, summum paulo majus; petala paulo angustiora, infimum paulo minus et acutius. Stamina perigonio paulo breviora, inaequalia. Stylus staminibus longior et brevior.

β. phylla lanceolata acuta integerrima striata.

31. **A. brasiliensis** *Sprg.* l. c. 81. 16. — *Schult.* l. c. 739. 16.
In *Brasiliâ.* (*Sello.*) ♃.
Caulis strictus; folia acuta, nervosa, glaberrima.

(b) simplices rarius bifidi, involucro longiores; phylla subaequalia, recurvo-patentia acuminata, 2 erecta maculata angustiora.

32. **A. Simsii** *Sprg.* l. c. 80. 5. — *Sweet* l. c. t. 267.
Alstroemeria pulchella *Sims* in Bot. Mg. t. 2353. — *Hook.* exot. Fl. t. 64. — *Bot. Rg.* t. 1008. — *Lodd.* Bot. Cab. t. 1054.
A. Ligtu β. (?) pulchella *Schult.* l. c. 735.
A. haemantha var. 1. Simsiana *W. H.* l. c. 99. t. 1. f. 15, 16, 17. (floris et fruct. partes).
In *Chili.* ♃.
Caulis erectus, gracilis, debilis, 2—3pedalis (non ultra 13poll. *W. H.*), simplex, teres, glabriusculus, subglaucus. Folia distantia, caulium sterilium et inferiora fertilium late obovato-spathulata, submembranacea, petiolum versus torta, striata, glaucescentia, margine ciliata, superiora fertilium lanceolata, plus minus convoluta tortaque. Umbella sub-6radiata, radiis (omnibus?) bifloris; flores magni, elegantes. Pedicelli circ. pollicares, glabri, subglauci, bracteâ latâ foliaceâ tortâ. Phylla 4 exteriora obovato-spathulata, basi erecta, apice patentia ibique margine serrata, apiculo calloso, laete coccinea; 2 interiora duplo fere longiora, erecta, linearia, splendide flavo-coccinea apice ibique integerrima, punctis

(Alstroemeria Simsii) coccineis intensioribus punctato-striata. Filamenta primum erecta, pallide purpurea, demum declinata, apicibus incurvis; antherae oblongae, purpurascentes polline flavicante. Germen subtrigonum. Stylus subulatus, filiformis, staminibus longior, basi triangulari albus, superne purpurascens, stigmatibus 3 linearibus. (*Hooker.*)

Cl. *Herbert* describit pedunculos 8—9pollicares, $5^1/_2$—$6^1/_2$'' a basi dichotomos, 4—5floros, pedicellos breves, flores splendide rubros, sepalum superius et petalum inferius valde abbreviata, petala superiora angustissima valde elongata acuta (apice excepto) flava rubro-striata, sepala ampliora. Diversam plantam prae se habuisse ac Hookerianam supra descriptam videtur.

Tubera longa, alba, carnosa; folia 3poll., poll. lata, valde torta, glauca; flores patentes et quidquam reflexi, aurantiaci, saturate purpureo striolati. (*Sweet.*)

(c) biflori; caulis erectus, folia nitida; umbella

α. 4 — 7radiata; phylla obovato-cuneiformia acuminata serrata lineata.

33. **Alstroemeria lineatiflora** *Rz. & Pav.* l. c. 60. t. 289. — *Sprg.* l. c. 80. 11. — *Schult.* l. c. 739. 14.
Alstroemeria Ligtu var. 2. lineatiflora *W. H.* l. c. 92.
In collibus *Peruviae* ad *Pongo* prov. *Camana.* ♃.

Glabra. Radix filiformis, fasciculata, tuberoso-pendula: tubera oblongo-cylindrica, tenera, hyalina. Caules plures, simplices, nitidi, subpurpurascentes, teretes, cavi, 2—3pedales. Folia latiuscula, 7nervia, striata, basi contorta, superiora approximata. Involucri foliola 4 — 7. Pedunculi divergentes, furcati, foliolo ad basin pedicelli brevioris lanceolato. Phylla purpurea, acumine viridi, 2 interiora superiora angustiora, luteo et purpureo variegata, basi tubulosa, reliqua plana. Stamina declinata; antherae assurgentes, virides. Stylus declinatus, ruber. Stigmata 3 reflexa. Capsula ovalis, truncata, acuminata, hexagona, purpurascens.

β. latifolia: pedunculis 2—3floris, foliis ovatis acutis $1^3/_4$'' latis, floribus intense purpureis.

Specimen *Ruizii* in hb. *Lamb.* (*W. H.* l. c.)

Varietatem unifloram foliis paulo latioribus ac in A. Pelegrinâ et varietates pedunculis bifloris foliis latis atque angustis (caeterum non ulterius descriptas) in Hb. *Lindl.* exstare refert *W. H.*

β. multiradiata; phylla reflexa (in descr. revoluta) interiora minora.

34. **A. revoluta** *Rz. & Pav.* l. c. 59. — *Sprg.* l. c. 80. 8. — *Schult.* l. c. 738. 11.
Chili: in collibus pr. *Huilquilemu.* ♃.

Radix longissima, filiformis, fasciculata, tuberoso-pendula: tubera solitaria, oblonga, tenera, alba. Caules plures, simplicissimi. Involucrum polyphyllum, foliolis lanceolatis numero pedunculorum. Phylla purpurea, revoluta: petala 2 superiora a medio ad basin lutea, punctis purpureis variegata. Stylus triqueter, staminibus brevior.

b) obsolete denticulata obtusa glabra; umbella sub-5radiata, pedunculis 2 — 3floris foliaceo-bracteatis; phylla integerrima: interiora lanceolata longe acuminata erecta, apice cartilaginea, superiora lateralia conniventia (sanguineo-variegata, bipollicaria et ultra).

35. **A. aurantiaca** *Sweet* l. c.
Alstroemeria aurea *Graham* in Edinb. Phil. Journ. 1833. Bot. Mg. t. 3350. — *W. H.* l. c. 98. 26. t. 1. f. 3. et 6—14. (floris et fruct. partes) — (non *Meyen*).
In ins. *Chiloe* et ad ripas flum. Chilensis *Valdivia.* ♃.

A. pulchellae (Simsii *Sprg.*) affinis, sed multo minor. Glabra, $1^1/_2$pedalis (2—4ped. *Herb.*). Caulis erectus strictus. Folia resupinata, obtuse acuminata, basi torta, viridia, 7nervia, $4^1/_2$'' longa, $^3/_4$ lata, suprema sub pedunculis terna. Pedunculi circ. 4poll. Flores intense aurei v. aurantiaci. Capsula oblonga obtuse apiculata. Semina rotunda pallide castanea.

b. secunda acutissima basi rotundata utrinque glabra concoloria; caulis simplicissimus recurvus; pedunculi umbellati 4 — 6flori; flores nutantes.

36. **A. declinata** *Poepp. & Endl.* nov. gen. t. 160.
In *Peruviâ.* ♃.
$1^1/_2$pedalis. Flores coccinei.

(2) petiolata, petiolis crassiusculis cauleque adscendente hirtellis, margine revoluta, glabra; pedunculi umbellati, simplices et biflori; sepala oblonga acutiuscula externe pubescentia.

37. **A. linifolia** *HBK.* l. c. I. 282. — *Kth.* l. c. I. 288. — *Sprg.* l. c. 81. 15. — *Schult.* l. c. 741. 21. — *W. H.* l. c. 91. 9.
In frigidis *Parami de Almaguer* inter fluv. *Marmato* et metam *Punta-urcu*, alt. 1580 hex. Nov. ♃.

Caulis subpedalis, simplex, teres, violaceus, dense foliosus, inferne nudus, squamis nonnullis, apice 3 — 5florus.

(Alstroemeria linifolia) Folia obtusiuscula, subcoriacea, 5nervia, 8—9''' longa. Pedicelli pollicares, teretes, pubescentes, supra medium bracteâ foliaceâ instructi. Phylla nervosa: sepala rubra, subaequalia, semipoll.; petala tenuiora, vix tamen longiora, unguiculata, ovata, acutiuscula, flava, rubro-maculata, glabra, inferius reliquis patentius. Stamina perigonio duplo breviora, subulata, glabra, apice curvata; antherae ovatae, polline violaceo. Germen subrotundum et stylus stamina superans pubescentia. Stigma tripartitum, laciniis reflexis.

8) oblongo-lanceolata, nervosa, cum caule erecto glaberrima; pedunculi umbellati, uniflori; sepala lanceolata, petala oblonga superne maculata.

38. **A. psittacina** *Lhm.* Cat. ht. Hamb. 1826. — *Schult.* l. c. 739. 15. — *Bot. Mg.* t. 3033. — *Bot. Rg.* t. 1540. — *Sweet* l. c. t. 15. — *W. H.* l. c. 88. 1. — *Sp.* l. c. 457.

In *Mexico*. ♃.

Caules foliosi, purpureo-punctati, steriles breves foliorum rosulâ terminati, fertiles circ. 2pedales, 9—15flori. Folia sessilia, venosa, supra intense viridia, acuta, caulium sterilium spathulato-oblonga obtusa; floralia inaequalia, alia lanceolato-oblonga, alia linearia v. lanceolato-linearia. Flores fere bipollicares, nutantes: pedicelli erecti, angulati, circ. pollicares. Phylla lanceolato-spathulata, inferne intense purpurea, superne viridia maculis numerosis atropurpureis conspersa, infimum subdeclinatum brevius, reliqua 5 erecta unguibus ciliolatis. Stamina phylla subaequantia. Stylus staminibus brevior. *(Spach.)* Pericarpium apice tantum 6angulatum, angulis inferne obsoletis. Semina multo minus tuberculata quam in reliquis. *Herb.*

β. Erembouldti *Bot. Mg.* t. 3944.

Hybrida ex hac et A. pulchrâ v. Hookerianâ.

9) ovali-lanceolata v. lanceolato-ovalia, (inferiora saltem) petiolata; umbellae pedunculi

(1) uniflori simplices; phylla

a. subaequalia subconformia, unguibus distantibus gracilibus, erecta ovali-lanceolata acuminata; folia torta acuminata, in medio caule conferta, inferne ad squamas reducta.

39. **A. Cunea** *Fl. Flum.* III. t. 121.

In *Brasiliâ* pr. *Rio Janeiro*. ♃.

Radix fibrosa, fibris cylindraceo-filiformibus. Caules plures, (3,) erecti, $1\frac{1}{2}$—bipedales, simplices, articulati, inferne squamis remotissimis 2—3'' distantibus ovato-acuminatis appressis 3—4''' longis, 2—3''' latis instructi, crassitie pennae corvinae, supra medium foliosi, superne longt. circ. 4'' penitus nudi. Folia sparsa, petiolo semipollicari torto, approximata, patentia, resupinata, striata, glabra, basi attenuata, circ. 2poll., 8—9''' in medio lata. Involucri foliola numerosa, patentia, inaequalia, petiolata, formâ foliorum caulinorum, majora 1—$1\frac{1}{2}$'' longa, 3—4''' lata, pedunculos superantia. Pedunculi 5, simplices, nudi, teretes, pollicares circ. v. paulo longiores, erecto-patuli. Germen turbinatum, costato-hexagonum, $2\frac{1}{2}$''' longum. Perianthium $1\frac{1}{2}$poll., subcampanulatum, phyllis erectis, apice tantum patulis; basi in ungues 4''' longos angustos fenestrato-sejunctos attenuatis; laminae striatae, externe (ut videtur et sane exteriores modo) pubescentes. pollicares v. ultra, 4—$4\frac{1}{2}$''' latae. Difformitas ex icone haud cognosci potest. Stamina fasciculatim adscendentia, apice incurvata, perigonio paulo longiora; antherae oblongae, obtusae, $2\frac{1}{2}$''' longae, lineam latae. Stylus stamina aequans; stigmata 3 patentia linearia acuta $2\frac{1}{2}$''' longa. Capsula magnit. nucis avellanae, globoso-turbinata, 6costata, costis gibberoso-prominulis rotundatis. (Ex ic.)

b. difformia: sepala

a) lateralia latiora; petala superiora longiora angusta, infimum abbreviatum.

40. **A. Macraeana** *W. H.* l. c. 90. 6.

In *Chili* prope *Valparaiso*. *(Macrae*, in Hb. *Lindl.)* ♃.

Folia ad basin conferta, suberecta, 3'' longa, praeter petiolum $1\frac{1}{4}$pollicarem, superiora minora. Bracteae involucrales 3, angustae, $1\frac{1}{2}$poll. Pedunculi erecti, ultra pollicares. Flores suberecti.

b) lanceolato-ovata, petala superiora spathulata obtusa; folia acuta, utrinque aequaliter attenuata.

41. **A. Banksiana.**

Alstroemeria pulchella *W. H.* l. c. 101. 29. t. 4. f. 1. (folium et flos).

In *Brasiliâ*. (*J. Banks* in Hb. Bks.) ♃.

Caulis pars inferior nuda v. modo squamata; folia glabra, petiolo $\frac{3}{4}$, laminâ $1\frac{1}{4}$, in toto igitur circ. 2poll., medio $\frac{7}{24}$'' lata, acuta (in ic. pallide viridia, striata). Pedunculi 1—2-poll., perigonium circ. $1\frac{1}{8}$poll.; sepala videntur rubra cum

flavedine, petala superne viridia, rubro suffusa. Specimen in hb. Bks. mutilatum.

(2) apice dichotomi, involucri foliola vix excedentes, 9—12; sepala spathulata serrata, petalis ovalibus breviora; folia setoso-ciliata, inferiora in petiolum longum attenuata, superiora angustiora; caulis erectus.

42. **Alstroemeria ciliata** *Poepp.* l. c. 6. Diar. I. 285.

In *Chile* borealis montosis ad *Concon.* Oct. ♃.

Caulis 2—3pedalis, fistulosus, teres. Folia a basi inde sparsa, plana, fere 4'' longa, dimidium lata; petiolus $1^{1}/_{2}$-poll., compressus, folio decurrente alatus. Radii umbellae 3pollicares. Flores minores quam in A. tricolore, toti cinnabarini. Planta speciosa, sed rarissima. *(Poepp.)*

β. (?) pilosa *Bot. Rg.* t. 1410.

Alstroemeria haemantha var. 3. pilosa *W. H.* l. c. 100.

Folia distinctius ciliata quam in haemanthâ, sepala serrata, petala longiora $1^{3}/_{4}$poll.

10) ovalia, petiolata; pedunculi

(1) uniflori simplices nudi; phylla

a. omnia ex ungue gracili spathulato-obovata acuminata, superiora longiora, infimum brevissimum; folia acuta, caulium sterilium apice rosulato-conferta.

43. **A. fluminensis.**

Alstroemeria Pelegrina *Fl. Flum.* III. t. 119.

In *Brasiliâ* pr. *Rio Janeiro.* ♃.

Radix tuberosa, tuberibus oblongis obtusis fibripendulis et fibras ramosas emittentibus 1—$1^{1}/_{2}$pollicaribus, crassitie digiti minimi. Caules e radice numerosi, $^{1}/_{2}$—1pedales, erecti, teretes, simplicissimi, inferne nudi, squamis (2—$2^{1}/_{2}$'' a se invicem) distantibus ovatis obtusis adpressis 3—5''' longis 1—$1^{1}/_{2}$''' latis; folia in caulibus fertilibus sparsa, remota, minora, subsessilia, in sterilium apice confertim rosulata; omnia petiolis, ubi adsunt, elongatis tortis 1—2pollicaribus, patentibus, exacte ovalia, acuta, longitudinaliter nervoso-striata, valde inaequalia magnitudine, majora bipoll., pollicem lata. Involucrum foliolis numerosis, stellato-patentibus, brevius petiolatis, ovali-oblongis acuminatis, computato petiolo 2pollicaribus, 4—6''' latis. Pedunculi 4, erecto-patentes, teretes, crassiusculi, $2^{1}/_{2}$poll., in germen hexagono-costatum breve turbinatum semipollicare sensim incrassati. Perigonium erectum, phyllis omnibus (infimo excepto) in ungues a se invicem distantes lineares semipollicares lineam latos attenuata, reticulato-nervosa; lamina supremi bipollicaris et ultra, $^{1}/_{2}$'' lata, lateralium 4 $1^{1}/_{4}$ poll. lg., 4—5''' lata; infimum oblongum, reflexum, 9—10''' longum, 3''' latum. Stamina erecta, subulata, lgt. phyllorum lateralium; antherae ellipticae, obtusae, 2''' longae, lineam latae. Stylus staminibus brevior, apice trifidus, stigmatibus erectis acutis lineam longis. (Ex ic.)

b. sepala obtusiora; petala superiora anguste spathulata acuta maculata, infimum abbreviatum.

44. **A. inodora** *W. H.* l. c. 90. 7. t. 2. f. 1.

In rupium fissuris pr. *Solta* in *Brasiliâ meridionali.* *(Tweedie* in Hb. *Hook.)* ♃.

Caulis gracilis (erectus, teres, crassitie pennae corvinae, siccus pallide fuscescenti-luteus). Folia semipollicem (inferiora pollicem et ultra) a se invicem remota, absque petiolo $^{3}/_{4}$pollicari torto erecto-patente) $1^{1}/_{2}$'' longa (8—9''' lata, margine ex siccatione (?) subundulata, obtusiuscula, plana, glabra, in sicco fusco-viridia). Bracteae involucrantes foliaceae breve petiolatae (4—5, acuminatae, foliis conformes et concolores, inaequales, majores pollicares, 5''' latae). Pedunculi (2) $^{5}/_{8}$-poll. (erecti, filiformes, cauli concolores; germen turbinatum, viridi-fuscum, 4''' lg., superne $2^{1}/_{2}$''' latum). Phylla (erecta, longe unguiculata, distincta) colore ut videtur rubro et luteo viridive (in ic. aurantiaco-rubra, marginem versus flavescentia, omnia spathulata, acuta, ungue dimidiam longitudinem occupante); petala $1^{1}/_{8}$poll. (superne 3—$3^{1}/_{2}$''' lata,) infimum circ. $^{3}/_{4}$poll. (lateralia pollicaria, aequilata. Stamina phyllis paulo breviora; antherae rotundato-subquadratae, sordide luteae, $1^{1}/_{2}$''' longae, lineam latae). Tubera minus palmata ac in A. caryophylleâ; flores inodori.

(2) 2—3flori; caulis subpubescens, folia et germen glabra; sepala margine superne crenato rotundato cum acumine brevi, inferne undulato dense ciliato; petala angusta acuta.

45. **A. nemorosa** *Hook.* in Bot. Mg. t. 3958.

In *Serra dos Orgaos*, (alt. 3000') *Brasiliae.* *(Gardner.)* ♃.

Folia sub-5uncialia, $1^{1}/_{2}$—$2^{1}/_{2}$ unc. lata. Involucri foliola et pedunculorum bracteae folia simulantes. Pedunculi 4—5unc. Perigonium circ. $1^{1}/_{8}$unc., aureum, marginem versus subminiatum; sepala subsemiunciam lata; petala rubro obscure notata, imum minus pallidius. Semina vix rotunda, rugosa, vix tuberculata, obscure badia, chalazâ prominente, hilo breviter apiculato.

11) spathulata (et quidem in nr. 47. orbiculato - spathulata), sessilia,

(1) apice rotundata, cartilagineo-marginata, plana, (pedunculi umbellati uniflori involucro paulo breviores)

a. mucronulata, basin versus longe attenuata; umbella 2 — 3flora; phylla subconformia apiculata.

46. **A. spathulata** *Presl* in Rel. Hk. II. 122. t. 22. f. 2. — *Schult.* l. c. 737. 9. — *W. H.* l. c. 94. 15. t. 1. f. 49. (circumscriptio floris et umbellae partis).
In *Andibus Chilensibus* et *Mendozae*; (*Gillies* in Hb. *Hook.*) in *Cordillera de San Fernando*, summo monte *Impossible* (*Meyen*). ♃.
Caulis semipedalis, basi nudus, apice crebre foliosus, uti tota planta glaberrimus. Folia 16''' longa, 6''' lata, ($1^{3}/_{8}$'' longa, $^{1}/_{2}$'' lata, non resupinata, acumine parvo *Herb.*, carnosa, glauca, 9 — 10''' longa, 5 — 6 in maximâ parte lata, *Meyen*). Involucri foliola 5 foliis conformia. Pedicelli erecti ($^{3}/_{4}$poll.). Perigonium (glabrum) erecto-patens, pollicare ($1^{1}/_{8}$-poll.): phylla oblongo-lanceolata, integerrima, exteriora paulo latiora (pallida v. rubra (?) immaculata, sepala non auriculata. *Herb.*). Filamenta perigonio breviora, stylo longiora, antheris subrotundis. Stigma trifidum.
β. Bridgesiana *W. H.* l. c. var. 2. t. 1. f. 50. (folium). *Los Ojos de Agua.* (*Bridges* in Hb. *Hook.*). ♃.
Caules tantum steriles. Folia ultra 2'' longa, $^{3}/_{4}$—$^{7}/_{8}$ lata, priore paulo minus obtusa.
γ. Curbrana *W. H.* l. c. var. 3. t. 1. f. 51. (folium). Specimen ex *Curbran.* (Hb. *Hook.*)
Caulis brevis, magis rosulaceus. Folia $1^{1}/_{8}$'' longa, $^{7}/_{8}$ lata, obtusissima (fere retusa obcordataque).

b. 9nervia glauca, involucrantia reliquis conformia; umbella 3 — 5flora; phylla subaequilonga spathulata, paginâ internâ versus apicem callosum velutina, exteriora lata obcordata serrulata, interiora lanceolata integerrima; caulis erectus superne foliosus.

47. **A. sericantha** *Schauer* l. c. 441.
Chile, ad *Rio Maypu*, alt. 8 — 9000'. Febr. (*Meyen.*) ♃.
Habitu A. spathulatae accedens, sed jam sepalis latitudine inaequalibus conspicue diversa. Caulis vix 3'' e terrâ emersus, erectus, glaber, inferne squamis nonnullis distantibus instructus, superne foliis dense comatus. Folia circ. poll. longa, laminâ suborbiculatâ diam. semipoll., nervis 9 in utrâque paginâ conspicuis insignita. Pedunculi 6 — 8''' longi, cum germine folia fulcrantia fere adaequantes. Perigonii erecto-patentis sepala figurâ foliis consimilia, sed latiora, 9''' explentia, emarginata cum acumine disci in sinu, disco lanceolato nervis 7 subparallelis percurso, nervis lateralibus ramosis in marginem serrulatum evagantibus; petala lanceolato - spathulata, superne 5''' lata, disco 5nervia, nervis duobus interjacentibus tenuioribus; omnia, praesertim vero angustiora, paginâ internâ versus apicem pube brevi holosericeâ adspersa, reliqua parte glabra, alba, immaculata. Stamina perigonio haud multo breviora; antherae subrotundae. Stigma trifidum.

(2) immarginata, sessilia,

a. obtusa, glauco-pruinosa, apice lateribusque reflexa; pedunculi umbellati biflori; sepala obovata emarginata aequalia crenata, petala paulo longiora spathulata subintegerrima.

48. **A. Neillii** *Gillies* MS. in Bot. Mg. t. 3105.
Alstroemeria Neilliana *W. H.* l. c. 94. 16.
In *Chili.* ♃.
Caulis erectus, flaccidus. Folia non resupinata. Flores pallide rosei, petala intensius (rubro-) variegata, 2 superiora plagâ flavescente.

b. utrinque acuta, appressa (in descr. patula!) trinervia, in caulium sterilium apice alia longe lanceolata petiolata sparsa; perigonium bilabiatum.

49. **A. caryophyllea** *Jacq.* Ht. Schbr. IV. 33. t. 465. — *Sprg.* l. c. 80. 4. — *Schult.* l. c. 737. 8. — *W. H.* l. c. 89. 5. (cui eadem est ac A. Curtisiana *Sch.* et A. Ligtu Bot. Mg.).
In *Brasiliâ.* ♃.
Tota glabra. Radix e tuberibus fasciculatis teretibus crassitie fere digiti minimi, obtusis, uncialibus, carnosis, sordide pallentibus, apice fibris ramosis. Caules plures, erectiusculi, teretes, virentes et purpurascentes, foliolis appressis sparsis spathulaeformibus vestiti; alii steriles, graciles, 3 — 9poll., apice foliis alternis plurimis et frondosis; alii pauci floriferi, crassitie pennae columbinae, aphylli, longiores. Folia 1 — 3-poll. Involucri foliola plura lanceolato-linearia, patentissima et erecta, pedunculis (saepius duplo) longiora. Pedunculi

(Alstroemeria caryophyllea) circ. 5, erecti, teretes, superne 6sulcati, unciales. Phylla acuta, patula, inaequalia, ex ungue canaliculato lanceolata, 3 deorsum flexa tota rubra, breviora, intermedio minimo; 3 assurgentia alba cum summâ parte rubra, intermedio longissimo. Filamenta subulata, glabra, declinata, inaequalia. Antherae oblongae, rubrae. Germen obovatum, viride, 6sulcatum. Stylus staminibus brevior, rubellus; stigma patentissime trifidum. Odor Caryophylli.

β. catharinensis *W. H.* l. c. **90**. t. **2**. f. **6—8**.: bracteis involucralibus gracillimis, petalis superne maculatis.

In *Brasiliâ: Rio* (*Grah.*) et *Sta. Catharina* (*Tweedie*).

(Bracteae involucrantes anguste lineares, acutissimae, patentes, glaucae, $1\frac{1}{2}$—2poll., 1—$1\frac{1}{2}$''' latae. Pedunculi 3, erecti, filiformes, 2—$2\frac{1}{2}$poll., in germen oblongo-turbinatum 3''' longum incrassati. Perigonium bipollicare, phylla erecta, superne subpatula: sepala ex ungue semipollicari vix lineam lato elliptico-obovata, acuminata, in sicco sordide lutea, purpureo-maculata, pollicaria, 4—5''' lata; petala lateralia ungue 9—10''' longo lineâ paulo latiore, laminâ ovali-obovatâ rotundato-obtusâ, pollicari, 10''' latâ, concolore immaculatâ. Ex ic.)

Species nomine tantum notae:

Alstroemeria Barcklayana *Ht. Loud.* ♃.
— Berteroiana *Penny.* ♃. Chili.
— chilensis *J. Cree.* ♃. Chili.
— scandens *Miers.* (Bomarea?) Chili. ♃.

Species e genere exclusae:

Alstroemeria	acutifolia *Lk. & Otto*	=	Bomarea	acutifolia.
—	anceps *R. P.*	=	—	anceps.
—	bracteata *R. P.*	=	—	bracteata.
—	Bredemeyeriana *Sch.*	=	—	Bredemeyerana.
—	Caldasii *HBK.*	=	—	Caldasii.
—	coccinea *R. P.*	=	Sphaerine	coccinea.
—	cordifolia *R. P.*	=	Bomarea	cordifolia.
—	crocea *R. P.*	=	—	crocea.
—	denticulata *R. P.*	=	—	denticulata.
—	distichifolia *R. P.*	=	Sphaerine	distichophylla.
—	distichophylla *Sprg.*	=	—	—
—	dulcis *Hook.*	=	Wichuraea	dulcis.
—	edulis *Tuss.*	=	Bomarea	edulis.
—	fimbriata *R. P.*	=	—	fimbriata.
—	floribunda *HBK.*	=	—	floribunda.
—	formosa *P.*	=	—	formosissima.
—	formosissima *R. P.*	=	—	—
—	glaucescens *HBK.*	=	Wichuraea	glaucescens.
—	gloriosa *Ch. Schl.*	=	Bomarea	gloriosa.
—	grandiflora *Kth.*	=	—	grandifolia.
—	grandifolia *HBK.*	=	—	—
—	hirsuta *HBK.*	=	—	hirsuta.
—	hirtella *HBK.*	=	—	hirtella.
—	— *Sweet*	=	—	villosa.
—	latifolia *R. P.*	=	—	latifolia.
—	macrocarpa *R. P.*	=	—	macrocarpa.
—	montana *Ker*	=	Ixiolirion	montanum.
—	multiflora *L.*	=	Bomarea	multiflora.
—	oculata *Lodd.*	=	—	oculata.
—	ovata *Cav.*	=	—	ovata.
—	— *Hook.*	=	—	villosa.
—	pauciflora *HBK.*	=	—	pauciflora.
—	purpurea *R. P.*	=	—	purpurea.
—	rosea *R. P.*	=	—	rosea.
—	Salsilla *L.*	=	—	Salsilla.
—	— *Fl. Flum.*	=	—	janeirensis.
—	— *Gawl.*	=	—	edulis.
—	— *HBK.*	=	—	granatensis.
—	salsilloides *Mart.*	=	—	salsilloides.
—	secundifolia *R. P.*	=	Sphaerine	secundifolia.
—	setacea *R. P.*	=	Bomarea	setacea.
—	tomentosa *R. P.*	=	—	tomentosa.
—	torta *HBK.*	=	—	torta.

72. Bomarea.

Mirb. l. c. 677. — *W. H.* l. c. 67. et 109. n. 18. *)
Alstroemeria b. caule scandente v. volubili *Schult.* l. c. 742. — (a) *Endl.* l. c. — (β) *Meisn.* l. c.

1. Pedunculi bi—pluriflori. Perigonium
1) subaequale.

Folia

(1) utrinque glabra; flores a. circ. semunciales, conferti, pedunculis involucro longioribus bracteatis; umbella ramosa; folia petiolata petiolis tortis,

a) ovato-oblonga obtusa; bracteae obovatae crispatae.

1. B. oculata.
Alstroemeria oculata *Lodd.* Bot. Cab. t. 1851. — *Bot. Mg.* t. 3344.
Bomarea Salsilla var. 1. obtusa *W. H.* l. c. 110. (excl. syn. *Feuill.*).
In *Chili(?)*. ♃.
Caulis teres, glaber, volubilis. Flores umbellati, rosei, petala 2 superiora inferne maculâ ocellari obscuriore, infimum pallidiore.

b) lanceolata acuminata; bracteae lanceolato-lineares tortae reflexae.

2. B. Salsilla *Mirb.* — *W. H.* l. c. 110. 1. (p. p.).
Alstroemeria Salsilla *L.* Sp. pl. 462. — *Wlld.* l. c. 196. 4. — *Sprg.* l. c. 81. 24. — *Rz. & Pav.* l. c. 61. — *Fortg. Gt. Mg.* III. t. 27. — *Bks.* ic. t. 2. — *Schult.* l. c. 742. 24. (non *HBK.*, neque *Bot. Mg. & Fl. Flum.*).
Hemerocallis scandens, floribus purpureis, vulgo Salsilla. *Feuill.* Per. II. 713. t. 6.
In *Peruviâ* (*Lima*) et *Chili*. ♃.
Radix longissima, filiformis, fibrillosa, tuberoso-pendula: tubera subrotunda, ciceris magnit., tenera, hyalina. Caulis simplicissimus, striatus, volubilis. Folia striata, nervosa, resupinata, basi spiraliter contorta. Umbella radiis 5—10 v. pluribus. Involucrum foliolis totidem lanceolatis (subulatis *L. fil.*): pedunculi (elongati, subbiflori,) ad basin pedicellorum bracteâ lanceolatâ. Phylla erecto-patentia, obtusiuscula,) obovato-cuneiformia, purpurea, 3 interiora parum angustiora, ad basin maculâ intense violaceâ. *Rz. & Pav.* (exteriora rubicunda, interiora virentia. *L. fil.*).
β. praecipua *W. H.* l. c. t. 16. f. 4.: foliis majoribus.
Pr. *Valparaiso*. (*Cumming* in hb. *Hook.*)
Folia petiolo brevi tenui torto vix semipollicari, basi subinaequalia, elliptico-lanceolata, nervoso-striata, acuta, laete viridia, 4—4½poll., 1¾″ lata. Umbella pedunculis 5 erectis filiformibus supra medium dichotomis, 2—3floris, 1½—2poll., crassitie fili lintei, viridibus, pedicellis circ. pollicaribus. Involucri foliola lineari-lanceolata, acuta, viridia, inaequalia, 5—6‴ longa, 1½‴ lata. Ad dichotomias pedunculorum bractea solitaria linearis erecto-patens acutiuscula viridis 2½‴ longa, vix ½‴ lata; in medio pedicellorum bracteola alia brevissima vix lineam longa, in aliis nulla. Germen cyathoideo-turbinatum, glabrum, viride, 3‴ longum et diam. Perigonium erectum, campanulatum, roseum, circ. pollicare: phylla

---

*) Caulis volubilis. Germen trigone turbinatum. Perianthium 6partitum, sepalis petalisque disparibus, inter se subaequalibus. Filamenta glandulis in disco deciduis inserta, laciniarum basi vix aut nequaquam adnata; antherae basi affixae. Capsula evalvis, coriacea, trigone turbinata, 6sulcata, operculo obtuso, serius corrugata, dissepimentis integris, operculo late dehiscente. Semina obovato-subrotunda, pericarpio maturo diu adhaerentia, exopleurâ molli (semperne rubrâ, aurantiacâ v. aureâ?), sarcopleurâ pulpaceâ, endopleurâ subfuscâ albumini corneo adhaerente; umbilico subacuto, raphe inconspicuâ, chalazâ internâ annulari in endopleurâ conspicuâ, extus vix discernendâ, foramini oppositâ; funiculo umbilicali raphen fere ad dimidium usque inter eas intrante. Radix, plus minus tuberosa(?) Stylus (an semper?) tripartibilis. — Plantae occidentales. (Cf. t. 1. f. 18—28., floris et fructificationis partes, e Bom. hirtellâ et acutifoliâ sumtae.)
Dispositionem specierum secundum cl. *W. Herbert*, quamvis notis valde vacillantibus, perigonii magnitudine, florumque collectione laxâ v. confertâ, innixam, accepi. Flores minores in illâ illi dicuntur, qui circ. pollicem dimidium lgt. metiuntur mediocres unciales, et qui pollicis longitudinem excedunt, magni.

(Bomarea Salsilla) lineari-oblonga, obtusa v. alterna brevissime apiculata (?) 3''' lata. (Ex ic.)

γ. subfalcata *W. H.* l. c. t. 16. f. 5.: foliis angustioribus subfalcatis.

In *Chili.* (*Cruikshank, Cumm.*, in hb. *Hook.* & *Lindl.*)

Folia anguste lanceolata, acuminata acumine subfalcato-inflexo, tenuissime nervoso-striata, laete viridia, 3'' circ. longa, basi $\frac{1}{2}$'' lata, petiolo 3''' longo. Umbella pedunculis 4 erecto-patentibus filiformibus circa medium dichotomis bifloris glaucescentibus bipollicaribus. Involucri foliola concolora, linearia, subreflexa, obtusa, 3—4''' longa, lineam lata; bractea ad dichotomias linearis obtusiuscula, 4''' lg., $\frac{3}{4}$''' lata. Pedicelli nudi. Germen praecedentis, pedunculis concolor, 5''' longum, superne 4''' latum. Perigonium erectum, roseum: phylla basi attenuata subdistincta, elliptico-oblonga, rotundato-obtusa, 9''' longa, $3\frac{1}{2}$ lata. (Ex ic.)

b. mediocres, laxi; umbella

a) pauciradiata pedunculis elongatis subbifloris; folia lanceolata longe (angustato-) acuminata; phylla lgt. aequalia,

(a) lanceolata acuminata, interiora maculata; pedunculi prope apicem ramificati bracteâ minutâ.

3. **Bomarea caraccensis** *W. H.* l. c. 111. 3. t. 16. f. 2.

In *Caraccas.* (*Fanning*, in hb. *Lamb.*) ♃.

Folia (petiolo brevissimo torto 3—4''' longo lineam lato) 6poll. (2'' lata, acumine bipollicari acuto e basi semipollicari sensim ad latitudinem $1\frac{1}{2}$—1''' attenuato, superiora sensim minora et minus subito acuminata, viridia. Umbella in ic. radiis 4). Pedunculi circ. 6poll. (erecti, teretes, crassitie fili emporetici minoris, lgt. circ. 4'' dichotomi: pedicelli flexuosi, nudi, concolores, paulo tenuiores, bipollicares, ad dichotomiam bracteâ lineari acutiusculâ erecto-patente, 8—10''' longâ, lineam latâ suffulti). Involucri bracteae lanceolatae, $2\frac{1}{2}$poll. (8—9''' latae, acuminatae, foliis concolores, in petiolum attenuatae). Perigonium circ. pollicare, (phylla erecta, apice divergentia, basi attenuatâ conniventia, 4—5''' lata,) verisimiliter rubrum; petala viridi-maculata (in ic. virescentia purpureo-maculata).

(b) exteriora oblonga basi cuneata obusa, interiora obovato-cuneata unguiculata subemarginata; pedunculi bracteati.

4. **B. granatensis.**

Alstroemeria Salsilla *HBK.* l. c. I. 284. — *Kth.* l. c. I. 289.

In opacatis, alsis regni *Novogranatensis*, prope *Guaduas* et *Villeta*, et ineunte planitie *Bogotensi*, alt. 600—1390 hex. Aug. ♃.

Caulis volubilis, foliosus. Folia sparsa, nervosa, plana, membranacea, fere 5poll., 9''' lata; petioli membranacei, spiraliter torti, glabri. Pedunculi floresque glabri, vix pollicares. Sepala infra apicem tuberculata, nervosa, rubicunda (?) superne rubro-maculata; petala flava, rubro-maculata. Stamina perigonium aequantia; filamenta subulata, glabra, demum declinata; antherae subglobosae. Germen glabrum. Stylus trifidus, stamina subaequans, laciniis reflexis interne puberulis. — Certe non est A. Salsilla *L.*, de quo cl. *Kunth* ipse haerebat. Forsan autem eadem cum praecedente.

b) multiradiata, radiis dichotomo-bi- s. paniculato 3—plurifloris; sepala ovato- (in n. 6. obovato-) oblonga cum acumine brevi, petala paulo longiora variegata

(a) cuneata emarginata; filamenta inferne glanduloso-pubescentia; umbella 6—25radiata; folia lanceolata acuminata.

5. **B. salsilloides.**

Bomarea edulis var. 2. grandis *W. H.* l. c. 111.

Alstroemeria salsilloides *Mart.* l. c. — *Schult.* l. c. 748. 41.

In sepibus pr. *Rio Janeiro.* ♃.

Caulis scandens, tenax, angulosus, glaberrimus, viridis. Folia patentia, saepius obliqua, nervosa, tenuia, laete viridia, subtus glaucescentia, 4—$6\frac{1}{2}$poll., 7—12''' lata. Petioli supra plani, torti, glabri, 2—4''' longi. Involucri foliola numerosa, inaequalia, exteriora lanceolata, subpetiolata, 2—$3\frac{1}{2}$poll., 6—9''' lata, intima linearia, sessilia, 5—6''' longa, $\frac{1}{2}$—1''' lata. Umbella ampla. Pedunculi undique patentes, teretiusculi, glabri, 2—5poll., superne dichotomi et saepius subnutantes (3—4flori), bracteâ ovato-lanceolatâ 5—7''' longâ: ra-

(Bomarea salsilloides) mulus pedunculo brevior, iterum biflorus, bracteâ $2\frac{1}{2}$ — 4''' longâ. Perigonium subnutans, subcampanulatum, 9 — 12''' longum, diam. 7 — 9''': sepala aequalia, miniata (?) immaculata, 9—11''' longa, 4—$5\frac{1}{2}$''' lata; petala truncata cum acuminulo in emarginaturâ, 10—12''' longa, 3''' lata, virescenti-flavida, maculis (punctis) numerosis purpureis. Stamina erecta: filamenta 3 longiora. Stylus staminibus brevior.

(b) spathulata, laminâ orbiculatâ, ungue canaliculato pruinoso; umbella radiis 3—15, pedicellis supra flexis; folia anguste ovato- (v. elliptico-) lanceolata dorso pruinosa.

6. **B. edulis** *W. H.* l. c. 111. 2. (excl. var. 2.).
Alstroemeria edulis *Tussac* Fl. des Ant. I. 109. t. 14. — *Andr.* Bot. Rp. t. 649. — *Kern.* ht. semperv. t. 370.
A. Salsilla *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1613.
Vandesia edulis *Salisb.* Hortic. Trs. I. 332.
Coyolxochitl s. Martagon volubilis americanus *Hern.* hist. pl. 267.
In ins. *San Domingo* aliisque *Antillis*, montibus umbrosis; et (teste *Poepp.*) in *Chile* austr. fruticetis a mari ad elevationem 7000' usque. ♃.
Radices „Topinambours blancs“ edules.

Rhizoma flabelliformi-productum, fibris globoso-tuberiparis, crassitie calami, tuberibus ad extremitates fibrarum magnit. pisi cerasive, planiusculis v. exacte globosis, albis. Caules 3 – 4pedales, crassitie culmi triticei. Folia numerosa, distantia, patentissima, angustius ovato-lanceolata, a supinato dorso pruinulosa, petiolo torto pluries longiora, 3poll., ultra $\frac{1}{2}$'' lata. Umbella erecta. Germen turbinato-triquetrum: pedunculi longi, inclinati. Perigonium nutans, pollicare, subcyathoideo-campanulatum: sepala obtusa, pallide rosea; petala obtusissima, viridia, saturate puniceo punctata. Filamenta perigonio breviora, laxius fasciculata, villo vix notabili tecta. Stylus triqueter, subulatus. Capsula subglobosa, 6costata, umbone (stylo reliquo) mucronata, ex areolâ deglubitâ praepilata. (*Gawl.*, utinam sensum hujus diagnoseos declaret!)

β. maranensis *W. H.* l. c. var. 3. t. 17. f. 5.: folia $3\frac{3}{4}$poll., non $\frac{1}{8}$ lata, acuta; pedunculi ultra bipollicares, simplices, bracteâ diminutâ a basi semipollicem remotâ.
Maranhao (*Hesketh* in hb. *Lindl.*). Incolarum Taja de bibro.

Certe species propria, sed ob descriptionem nimis brevem haud definienda. (In icone folium acutissimum, lineari-lanceolatum, 4''' latum, petiolo brevissimo torto, pedunculus crassitie fili emporetici; perigonium pollicare, phyllis erectis, apice patulis, oblongo-obovatis, obtusis cum apiculo brevissimo obsoleto, superne 4''' latis. Omnes partes delineatae pallide fuscae.)

c. magni; umbella

a) conferta semiglobosa, multiflora, pedunculis unifloris; caulis scandens; folia longa lanceolata; petala punctata.

7. **B. formosissima** *W. H.* l. c. 111. 4. t. 14. f. 4.
Alstroemeria formosissima *Rz. & Pav.* l. c. 64. t. 296. — *Schult.* l. c. 750. 46.
A. formosa *Pers.* Syn. I. 381. 23. — *Kern.* ht. semp. t. 265. — *Sprg.* l. c. 81. 23.
In silvis *Andium Peruviae* ad *Munna*. ♃.

Caules simplicissimi, 2orgyales et ultra, sulcati, nitidi, glabri. Folia sparsa, approximata remotioraque, acutissima, (in icone speciminis *Ruizii* in hb. *Lamb.* apud *W. H.* depicto obtusa, superiora saltem umbellae proxima,) striata, nervosa, 3palmaria, poll. lata. Petioli semipoll., plani, spiraliter contorti, furfuracei. Umbella maxima, simplex, radiis 36 — 80. Involucrum foliolis totidem lanceolatis, intimis sensim minoribus. Pedunculi 2poll., angulati, obsolete lanati. Perigonium $1\frac{1}{2}$poll., pulcherrimum. Sepala oblongo-obovata, punicea, striata (obtusa, erecto-patentia, 4''' lata, basi attenuata); petala spathulata, acuminata, puniceo-lutea, punctata, basi semitubulosa (in ic. *Herb.* apice rotundata subretusa cum acumine brevissimo obtuso, lutea, striâ longitudinali mediâ maculisque parvis sparsis puniceis, superne fere pollicem lata). Filamenta lutea, planiuscula, subulata. Antherae caeruleae. Germen turbinatum (viride, 5''' longum, superne 4''' amplum). Capsula turbinata, trigona, trisulca.

b) laxa pauciflora, pedicellis 2—3floris elongatis glabris; sepala longiora; caulis volubilis; folia ovato-oblonga aut ovato-lanceolata rigidiuscula.

8. **B. pauciflora** *W. H.* l. c. 112. 5.
Alstroemeria pauciflora *HBK.* l. c. I. 285. — *Kth.* l. c. 290. 8. — *Sprg.* l. c. 82. 35. — *Schult.* l. c. 745. 32.
In *Novâ Granatâ* juxta *Sta. Fe de Bogota*, in devexis montis *Stae. Guadalupae*, alt. 1600 hexap. Fl. Aug. ♃.

Caulis foliosus. Folia sparsa, acuminata, striato-nervosa, viridia, subtus pallidiora, 2poll. et ultra, pollicem lata, saepius

(Bomarea pauciflora) angustiora, patentia; petioli membranacei, glabri, spiraliter torti, 3''' longi. Umbella 4radiata, radiis 4—5poll. Flores bracteati, pedicellati: bractea lanceolata subpollicaris. Perigonium glabrum, sepala oblonga, acutiuscula, nervosa, 10'' longa, purpurea (?) exsiccata obscure fusca; petala spathulata, unguiculata, obtusiuscula, aurantiaca (?). Stamina perigonio paulo longiora. Genitalia glabra: filamenta subulata, stylus iis brevior.

(2) pubescentia; flores circiter unciales; umbella

a. conferta, multi- (usque ad 100?)flora; pedunculis bracteatis bi- (aut pluri?)floris; involucri foliola brevia ($^{1}/_{2}$poll.) linearia, interiora filiformia; phylla erecto-campanulata, obovato-oblonga, obtusa.

9. **Bomarea Hookeriana** *W. H.* l. c. 398. 6. t. 46. f. 3.
In prov. *Chacapozas* (Chacapoyos?) *Peruviae. (Matthews* in hb. *Hook.)* ♃.

Folia circ. $6^{1}/_{2}$'' longa, $1^{3}/_{4}$ lata, subtus (dense striato-) nervosa (ex frusto depicto lanceolata, petiolo semipollicari torto, inferne attenuato, exsiccata viridi-fusca). Pedunculi 2—$2^{3}/_{4}$poll., superne minute bracteati (unicus delineatus medio dichotomus, pedicellis unifloris, filiformis, ad divisuram et in medio pedicellorum bracteolâ lineari patente acutâ 2—3''' longâ instructus). Perigonium $^{7}/_{8}$poll.: phylla $^{1}/_{4}$'' lata, basi et quidem petala (saturate aurantiaca?) magis attenuata; sepala rubra? (exsiccata obscure fusca. Antherae lineari-oblongae, obtusae, $2^{1}/_{2}$''' longae. Plura nec e descriptione nec ex icone aeque imperfectis erui possunt).

b. laxa. Caulis

a) volubilis,

(a) ut folia oblonga rigidiuscula subtus hirsutus; umbella multiflora, pedicellis unifloris hirsutis; sepala breviora oblonga obtusa nervosa, petala obovata apice emarginata mucronata.

10. **B. hirsuta** *W. H.* l. c. 114. 15.
Alstroemeria hirsuta *HBK.* l. c. 285. — *Kth.* l. c. 290. 10. — *Sprg.* l. c. 82. 33. — *Schult.* l. c. 750. 45.
In montosis silvaticis regni *Novogranatensis* inter *Fusagasuga* et *Icononzo*, alt. 870 hex. Fl. Oct. ♃.

Affinis A. (B.) tomentosae et latifoliae *R. P.* Caulis compressus, rubescens, foliosus. Folia sparsa, acuminata, striato-nervosa, supra viridia glabra, subtus pallidiora, 4poll. et ultra, $1^{1}/_{2}$'' lata, patentia. Petioli plani, margine crenulati, hirsuti, spiraliter torti, semipoll. Pedicelli $1^{1}/_{2}$poll. Perigonium glabrum, incarnatum: sepala 7''', petala unguiculata fere poll. longa. Filamenta lgt. perigonii, uti germen et stylus triangularis stamina aequans pubescentia. Stigma laciniis 3 revolutis. Capsula baccata, ovata, truncata, trigona, sulcata.

(b) superne ut folia lanceolato-linearia nervosa subtus pubescens; umbella 5-radiata, pedunculis 2—3floris; petala spathulata.

11. **B. bracteata** *W. H.* l. c. 112. 6. t. 3. f. 3. (specim. in hb. *Lamb.)*.
Alstroemeria bracteata *Rz. & Pav.* l. c. 61. t. 291. f. b. — *Sprg.* l. c. 82. 30. — *Schult.* l. c. 745. 30.
In nemoribus ad *Huassahuassi Peruviae.* ♃. Incolarum Pinipini.

Caulis teres, simplicissimus (crassitie calami, in sicco helvolus). Folia sparsa, remota, striata, nervosa, basi apiceque (spirali) contorta, subtus lineata. Involucri foliola 5 lanceolata (sessilia, patentia, acuminata, $2^{1}/_{2}$poll., ultra poll. lata, in sicco fusca). Pedunculi longi, erecti, teretes, divergentes (4—5'' longi, crassitie pennae corvinae, fusci, supra medium dichotomi, pedicellis inaequalibus, laterali fere duplo breviore): bractea oblongo-lanceolata (obtusa, pallide fusca, erecto-patens, 3—4''' longa, $1^{1}/_{2}$—2''' lata) ad basin (et alia in medio) pedicellorum. Sepala purpurea, oblongo-lanceolata, apice (obtusiusculo) viridia (pollicaria, infra apicem $^{1}/_{2}$ poll. lata, basi attenuata ideoque in ic. *Herb.* potius obovata), petala (aequalia et conformia) viridia, basi lutea, margine prope apicem violaceo-punctata.

(c) glaber; folia subtus

α. pubescentia,

a) lanceolata acuminata; pedunculi elongati

(α) 4flori; phylla lgt. subaequalia obtusa, cum mucronulo, sepala obovato-oblonga, petala spathulata.

12. **B. obovata** *W. H.* l. c. 112. 8. t. 14. f. 2.
In montium tractu *Angus Peruviae*, alt. 4000'. *(Hall* in Hb. *Hook.)* ♃.

Folia desunt; involucralia autem (quibus folia caulina in omnibus similia esse solent) lanceolata, acuminata (acumine tenuissimo subtorto) $3^{1}/_{2}$poll., fere pollicem lata, minora $2^{1}/_{4}$-poll. (petiolo 4''' longo torto, laete dilute viridia, nervoso-striata, erecto-patentia). Pedunculi 8poll. (crassitie fili empo-

(Bomarea obovata) retici minoris, subangulati, dilute virides: pedicelli 4, horizontales, 3—1½'' a se invicem distantes, secundi, 1½—2poll., pedunculo paulo tenuiores, basi bracteâ sessili patente concolore lanceolatâ acutâ, 4—8''' longâ 1½''' circ. latâ suffulti. Germen obovato-turbinatum, concolor, laeve(?) subobliquum semipollicare). Perigonium 1¼poll., kermesinum, (basi breve tubulosum, subcampanulatum): sepala immaculata (basi 3½''', superne 7—8''' lata), petala maculata (quod in icone non discernitur) viridi-apiculata (basi 1½''', superne 5½''' lata).

(β) 2 — 3flori; phylla lgt. subaequalia acuta: sepala ovato-lanceolata, petala spathulata, basi marginibus involutis semitubulosa, intus plicato - pubescentia.

13. **B. janeirensis.**

Alstroemeria Salsilla *Fl. Flum.* III. t. 120. (umbella tantum et pars caulis cum folio dimidio).

Pr. *Rio Janeiro.* ♃.

Caulis teres, crassitie calami. Folia (quantum e basi delineatâ et ex formâ involucralium concludere licet) sparsa, petiolo brevi plano 3—4''' longo torto pubescente suffulta, anguste lanceolata, nervoso-striata, subtus dense pubescentia, 4—5-poll., 1⅓''' lata. Umbella amplissima, diam. circ. pedalis, multiradiata. Involucri foliola numerosa, valde inaequalia, subtus pubescentia, sessilia, exteriora reflexa, lanceolata, longe acuminata, acumine tenui incurvo v. subtorto, torta, 3½—4'' longa, 1—1⅓'' lata, interiora sensim minora, intima erecta, linearia et filiformia, flexuosa, obtusiuscula, pollicaria, lineam v. paulo ultra lata. Pedunculi erecti, teretes, 6 — 7'' longi, crassitie pennae corvinae, lgt. ¾ in duos ramos divisi, ad dichotomiam bracteâ deflexâ lanceolatâ longe acuminatâ sessili, 9—10''' longâ, basi 2½''' latâ suffulti: ramus alter nudus uniflorus 1 — 1⅓poll., alter duplo longior, apice iterum in pedicellos duos circ. semipollicares divisus, ad divisuram bracteâ simili sed breviore et angustiore instructus. Subinde pedicelli iterum dividi videntur, ita ut pedunculi 4flori reddantur. Germen parvum, turbinatum, 6sulcato-sexangulare, angulis rotundatis, 2—2½''' longum. Perigonium phyllis erectis conniventibus clavato-campanulatum, 1⅓pollicare, diam. superne pollicari. Sepala in medio 6 — 7''' lata, plana; petala ungue subtubuloso 3''', laminâ 5½''' lata, intus lineis v. plicis pubescentibus regulariter pinnatim e nervo medio excurrentibus. Filamenta erecta, subulata, laminis petalorum dimidio breviora; antherae ellipticae, obtusae, 4''' longae, 2''' latae. Stylus staminibus brevior, cylindraceo-columnaris, forsan trigonus, apice simplex, stigmate obtuso(?). (Ex ic.)

β) oblongo-ovata, acuminata, nervosa; umbella multiradiata, pedunculis 1—3floris; sepala cuneiformia obtusa, petala spathulata acuminata.

14. **B. latifolia** *W. H.* l. c. 113. 10.

Alstroemeria latifolia *Rz. & Pav.* l. c. 64. t. 295. — *Kern.* l. c. t. 248. — *Sprg.* l. c. 32. — *Schult.* l. c. 749. 44.

In collibus *Lomas* prope *Atiquipa Peruviae.* ♃.

Caules simplicissimi, teretes, nitidi, semipurpurei. Folia remota, alterna, petiolata, nervosa, striata, 1½palmaria, palmam lata, supra glabra: petioli spiraliter contorti, 3''' longi, plani. Umbella radiis 7—14. Involucri foliola totidem lanceolata, magna. Pedunculi divergentes, palmares, rubri: pedicelli filiformes, bracteâ lanceolatâ rubrâ. Perigonium pollicare et ultra, rubro-viride: sepala lineata, concava, subtus obscure rubra, supra dilutiora, apice virescentia; petala viridia, punctis et lineis violaceis variegata, basi semitubulosa. Filamenta subulata, compressiuscula, lgt. fere petalorum, parum declinata; antherae glauco-caeruleae, ovales. Capsula subrotunda, hexagona.

γ) ovata membranacea; umbella pauciflora: pedicelli uniflori pubescentes; phylla aequalia.

15. **B. grandifolia** *W. H.* l. c. 113. 12.

Alstroemeria grandifolia *HBK.* l. c. 285. — *Sprg.* l. c. 34. — *Schult.* l. c. 749. 42.

A. grandiflora (sphalmate?) *Kth.* l. c. 290. 9.

In calidis prov. *Jaen de Bracamoros*, inter ripam fluminis *Amazonum* et *San Felipe*, alt. 340 hex. Fl. Aug. ♃.

Affinis cordifoliae. Caulis foliosus. Folia sparsa, petiolata, acuminata, plana, striato-nervosa, supra viridia glabra, subtus pallidiora, 4poll., 2'' lata et ultra: petioli semipoll., torti, pubescentes. Flores 5 — 6, pedicelli 1½poll. et paulo ultra. Perigonium glabrum: sepala oblongo-lanceolata, obtusa, nervosa, rubra, exsiccata fusca, 10''' longa, petala aequilonga, tenuiora, oblongo-spathulata, obtusa, unguiculata, nervosa, aurantiaca(?) rubro maculata. Stamina perigonium subaequantia. Filamenta subulata, glabra. Germen et stylus erectus stamina aequans pubescentia. Stigma trifidum.

β. in nervis et venis
α) hirta, oblonga membranacea; umbella multiflora, pedicellis subunifloris glabris; sepala paulo breviora.

16. **Bomarea hirtella** *W. H.* l. c. 112. 9. (p. p.)
Alstroemeria hirtella *HBK.* l. c. 284. — *Kth.* l. c. 289. 7. — *Sprg.* l. c. 36. — *Schult.* l. c. 747. 36.
Inter urbem *Mexico* et *Tiangillo,* in viâ *Toluccensi*, alt. 1480 hex. Fl. Dec. ♃.
Caulis compressus. Folia sparsa, acuminata, striato-nervosa, plana, supra glabra, subtus pallidiora, 2—2½poll., poll. lata, patentia, petioli spiraliter torti, 4‴ longi. Umbella 8—12flora: pedicelli saepissime 1-, rarius 2—3flori, glabri, bipoll., medio bracteati: bractea oblonga, acuta, membranacea, concava, nervosa, glabriuscula, 4‴ longa. Perigonium glabrum: sepala obovato-lanceolata, acuta, nervosa, pollicaria, rubra; petala spathulata, unguiculata, apice rotundata, virescentia, rubro maculata. Stamina perigonio breviora et germen pubescentia. Stylus staminibus duplo brevior; stigma trifidum.

β) pubescentia, pube
(α) longiuscula, petiolata, lanceolata, longe acutata; umbella simplex, pedunculis tenuiter pubescentibus; phylla aequalia.

17. **B. acutifolia** *W. H.* l. c. 112. 7.
Alstroemeria acutifolia *Lk.* & *Otto* Abb. I. t. 29. — *Schult.* l. c. 1719. 36. a. — *Bot. Mg.* t. 3050.
In *Mexico* prope urbem *(Deppe)*, in silvis opacis *Jalapensibus.* ♃.
Caulis 5—6pedalis, teretiusculus. Folia petiolo brevissimo, basi flexa, 2—5poll., 8‴ lata, supra glabra. Bracteae foliaceae, pollicares, 2—6‴ latae. Pedicelli 5—7, 1—2poll., 1—2flori. Perigonium cum germine connatum, in marginem obsoletum abiens. Germen turbinatum, 1—3‴ longum. Phylla conniventia, 8—10‴ longa, sepala concava obtusa extus flava intus rubra, petala flava, superne parum dilatata, acutiuscula. Stamina perigonio aequalia; antherae caeruleae. Stylus triangularis, brevior. Stigma trifidum. Capsula depressa. Semina testâ ruberrimâ. — Differt a B. hirtellâ phyllis inter se aequalibus immaculatis coccineis, pedunculis subglanduloso-pubescentibus. *(Schlcht. & Cham.)*
β. punctata *Hook.* in Bot. Mg. t. 3871.: petalis punctatis. Mihi nomine tantum nota.

(β) scabrâ, subsessilia ovato-lanceolata acuminata setaceo-cuspidata; pedunculi 5 elongati 3—4flori; phylla subaequalia, sepala cornuta, petala setâ terminata.

18. **B. cornuta** *W. H.* l. c. 114. 16 t. 17. f. 4.
In monte *peruviano Parahuanca.* (*Matthews* in hb. *Hook.)* ♃. Fl. Jul.
(Caulis teres, pallide viridis, crassitie calami.) Folia superiora subsessilia, 5½poll., 1¼″ lata, acumine gracili setaceo (basi rotundata, nervoso-striata, plana, dilute sed laete viridia). Bracteae involucrales conformes, breviores. Pedunculi 9—10poll. (teretes, laete virides, crassitie fili emporetici mediocris), ad dichotomiam 6—7″ a basi bracteati (bracteâ lineari-lanceolatâ tenuiter acuminatâ sessili erectâ, fere pollicari, 2—3‴ latâ: pedicelli inaequales, alter nudus uniflorus bipoll., alter duplo fere longior, in medio iterum in ramos duos aequales ad divisuram bracteâ simili, sed breviore et angustiore suffultos divisus. Perigonium pollicare, obscure rubrum ut videtur (in icone intense kermesinum, a germine oblongo-turbinato viridi 4‴ longo sensim infundibuliformi-patulum; sepala oblonga, apice rotundato-biloba, in sinu cornu 3‴ longo obtuso apice uncinato-incurvo terminata, circ. 4‴ lata; petala spathulato-obovata, apice rotundata, in medio setâ tenuissimâ 1½—2‴ longâ instructa. Ex ic.)

γ. glabra, supra
α) villosa, acuminata; perigonium cylindraceo-(v. tubuloso-) campanulatum; pedunculi biflori, involucro longiores; phylla
(α) exteriora oblongo-spathulata, interiora spathulata paulo longiora; folia oblonga v. elliptica, petiolata.

19. **B. villosa.**
Alstroemeria ovata *Hook.* in Bot. Mg. t. 2848. — *Schult.* l. c. 1718.
Alstr. hirtella *Sweet* Brit. Fl. Gard. t. 228.
Bom. hirtella *W. H.* l. c. 112. 9. (p. p.)
In *Chili. (Cruikshank.)* ♃.
Caulis 7—8pedalis, herbaceus, simplex, teres, purpurascens. Folia alterna, remota, 4—5poll., basi contracta in petiolum planum rubrum ½—¾pollicarem tortum, subtus nervis numerosis parallelis praesertim villosis. Involucrum foliolis circ. 5 patentibus v. recurvis, inaequalibus, foliis caulinis similibus. Umbella pedunculis 3 longis pendulis flexuosis rubris,

(Bomarea villosa) bracteis 2 ovatis reflexis stipatis. Flores penduli, $1^1/_2$poll., alter breviter, alter longe pedunculatus. Phylla recta: sepala pallide ochraceo-flava, nervosa, apicibus viridia; petala marginibus basin versus inflexis subsaccata et mellifera, flavescentia, limbo emarginato in sinu mucronulato viridi maculis numerosis purpurascentibus linearibus obliquis. Filamenta albida, leviter pubescentia; antherae primum saturate virides, oblongae, compressae, ad margines dehiscentes, effoetae ovatae fuscescenti-purpureae: pollen purpurascens. Germen turbinatum, subtrigonum, sulcatum. Stylus primum brevis, gracilis, columnaris, subpubescens, demum longior, stigmatibus 3.

(β) omnia ovato-oblonga, in tubum approximata; folia elliptica, subtus lucida, sessilia; margine (paginam villosam versus) revoluta.

20. **B. ovata** *Mirb.* l. c. — *W. H.* 113. 13.

Alstroemeria ovata *Cav.* ic. pl. I. 54. t. 76. — *Wlld.* l. c. 196. 5. — *Sprg.* l. c. 81. 26. — *Schult.* l. c. 746. 35.

In *Peruviâ*. ♃.

a. Cavanillesiana *W. H.* t. 13. f. 2. (folii circumscriptio).

Caulis gracilis, duriusculus, 3pedalis. Folia alterna, acutissima, basi in petiolum contracta et ita torta, ut inferior pagina sursum spectet, nervo medio vix prominente, lineis pluribus parallelis. Involucri foliola inaequalia, revoluta, numero radiorum; radii plerumque 5, ad bracteolam bifidi, pedicellis $1^1/_2$poll. Sepala coccinea, apice viridia; petala viridia, versus extremitatem planiuscula nigro-punctata, limbo inferne utrinque in canalem involuto. Stamina alba, subulata; antherae ovatae, fuscae. Germen viride, sulcis 6 et apice totidem crenulis. Stylus crassiusculus, subulatus. Stigmata 3 acuta. Capsula globosa, diam. pollicaris, 6sulcata, margine 6crenato, superne circumscissa, valvulis concavis. (*Cav.*)

β. Tatiana *W. H.* l. c. t. 15. f. 3.: folia $3^1/_2$'' longa, $1^1/_4$ lata, ovata, acute acuminata, petiolo $^3/_8$poll.; involucri bracteae 4, conformes, minores; pedunculi 5, 3poll., ad dichotomiam et sub flore secundario bracteati, ideoque verisimiliter 3flori; perigonium $1^1/_4$poll., ut videtur flavescenti-rubrum et viride; petala vix $^1/_4$'' lata.

In *Mexico.* (*Cervantes.* Hb. *Hook.* & *Lamb.*) ♃.

(In icone folia elliptico-ovata, acutissima, tenuiter striata, laete viridia, involucralia breviora et latiora ideoque magis ovata. Pedunculi teretes, erecto-patuli, virides, $2^1/_2$'' a basi in pedicellos duos tenuiores $1^1/_2$poll. divisus, ad dichotomiam bracteâ oblongo-lanceolatâ acutâ erectâ 5''' longâ $1^1/_2$''' latâ instructus. Germen breve, turbinatum, viride, 3''' longum. Perigonium viride basin versus et striis fusco-purpureis. Phylla erecta, apicibus patulo-divergentia, obovato-oblonga, obtusa, superne $3-3^1/_2$''' lata, inferne sensim attenuata. Filamenta perigonio quadrante breviora; antherae oblongae, utrinque rotundatae, viridulae, $1^1/_2$''' longae, paulo angustiores).

γ. nobilis *W. H.* l. c. 114. t. 15. f. 2.: folia $4^1/_4$'' longa, $2^1/_4$'' lata, ovata, acuminata; bracteae 4 conformes minores; pedunculi $5^1/_4$poll., biflori, ad dichotomiam et in pedunculo secundario bracteati; perigonium $1^1/_4$poll., phylla ultra $^3/_8$ lata, flavescenti-viridia, sepala forsan rubescenti-flava.

(In ic. folia petiolo torto semipollicaria, acuta, saltem multo minus acuminata quam in *β.*, laete viridia, tenuissime striata; involucrantia 2'' longa, $1^1/_4$'' lata. Pedunculi pallidissime virides, crassiores quam in *β.*, paulo supra medium dichotomi, bracteâ ovatâ acutâ patente pallidissimâ 5''' longâ $2^1/_2$''' latâ instructi. Germen in sicco obscure fuscum, globoso-turbinatum, lgt. et diam. 5'''. Perigonium praecedentis, sed paulo majus; sepala anguste oblonga obtusa, $1^1/_3$'' longa, 5''' lata, sordide lutea, basin versus in medio et apice obscure fusca; petala paulo longiora, obovata, apice rotundata cum mucrone brevissimo obtuso, dilute viridia, 6''' lata.)

β) tenuiter molliter pubescentia, elliptico-lanceolata acuminata acutissima membranacea; umbella multi-(7—12)flora, radiis glabris bifloris; phylla lgt. aequalia: sepala elliptica obtusa glabra, petala unguiculata spathulata obtusa irre-

21. **B. gloriosa.**

Alstroemeria gloriosa *Schlchtd.* & *Cham.* in Linn. VI. 51.

In silvis *Jalapensibus* Mexicanorum Aug. ♃.

B. acutifoliâ major. Folia 4—5poll., petiolo 4—5lineari. Radii umbellae 4—6poll., superius instructi bracteâ circ. 3''' longâ, foliis simili, e cujus axillâ flos alter erumpit pedunculatus, pedunculo bracteolato, bracteolâ interdum tertium suffulciente florem; radii ergo vulgo biflori, abortu alterius floris uniflori et ulteriore evolutione 3flori. Phylla pollice longiora, rosea, intus maculata. Germen glabrum.

gulariter crenulata, intus versus basin puberula.

b) scandens, glaber, simplicissimus, teres; folia subtus pubescentia; petala spathulata, basi semitubulosa; sepala

(a) oblongo-cuneiformia; umbella multiradiata, pedunculis bifloris longissimis; folia oblongo-lanceolata acuta.

22. **Bomarea macrocarpa** *W. H.* l. c. 114. 14.
Alstroemeria macrocarpa *Rz. et Pav.* l. c. 63. t. 294. f. 2. — *Sprg.* l. c. 81. 21. — *Schult.* l. c. 748. 40.
In nemoribus *Andium Peruviae* ad *Pillao*, et pr. *Huamantanga. (Matthews).* ♃.
Caules 3ulnares et ultra. Folia sparsa, petiolata, nervoso-striata, palmaria, poll. lata (circ. 3poll., $^7/_8$ lata, lanceolata *Herb.)*: petioli contorti, 3lin. Umbella 6—18radiata (4radiata, radiis 2—3floris). Involucrum polyphyllum, foliolis parvis lanceolato-subulatis. Pedunculi 2—4poll., rarius 3flori, ad basin pedicellorum bracteis lanceolato-subulatis. Perigonium rubro-lutescens, pollicare ($^3/_4$poll.). Capsula globoso-turbinata, nucis juglandis magnit., lutea, trigona, trisulca; semina subrotunda, in pulpâ lutescente nidulantia.

(b) oblonga; umbella 6radiata, pedunculis 2—3floris puberulis; folia cordata (oblique) acuminata.

23. **B. cordifolia** *W. H.* l. c. 113. 11.
Alstroemeria cordifolia *Rz. & Pav.* l. c. 64. t. 290. f. b. — *Kern.* l. c. t. 460. — *Sprg.* l. c. 81. 22. — *Schult.* l. c. 749. 43.
In nemoribus *Andium Peruviae* ad *Pozuzo.* ♃.
Caules 2—3ulnares, nitidi. Folia alterna, remota, nervosa, striata, supra nitida, 4poll., fere 3'' lata: petioli spiraliter contorti, 3''' longi. Involucrum foliolis plerumque 6 ovato-lanceolatis acuminatis, interioribus sensim minoribus. Pedunculi $1^1/_2$palmares, divergentes, pedicelli bracteis totidem lanceolatis. Perigonium pollicare, rubicundo-lutescens. Germen turbinatum, leviter lanuginosum.

2) **Petala sepalis longiora;** folia glabra; flores

(1) circiter unciales; sepala ovalia obtusa, petala triente longiora spathulata; pedunculi 5, 2—3flori; folia lanceolato-ovata acuminata fortiter nervosa.

24. **B. dispar** *W. H.* l. c. 115. 17. t. 17. f. 1.
In *Peruviâ (?) (Matth.* in Hb. *Hook.)* ♃.
(Caulis teres, glaber, in sicco pallide fuscescens, crassitie pennae corvinae.) Folia petiolo $^1/_4$poll. (torto, erecto-patentia, alterna, remota,) 8poll., 2'' lata (acumine $1^1/_2$'' longo acutissimo). Pedunculi fere 5poll. (crassitie fili emporetici minoris, erecti, supra medium ramum lateralem $2^1/_2$poll. supra medium iterum in pedicellos duos aequales divisum emittentes: pedicelli flexuosi, forsan volubiles). Bracteae involucrales fere obsoletae (ovatae, acuminatae, sessiles, glaucae, 2—4''' longae, 2''' latae). Bracteae (ad pedunculi dichotomias solitariae) graciles, $^1/_4$poll. (lanceolatae v. lineares, acutissimae, $^1/_2$—1''' latae). Perigonium pollicare (subcampanulatum, diam. $^2/_3$''). Sepala forsan aurantiaca, viridi-apiculata (8''' longa, 6 lata); petala minus laete colorata (in ic. dilute viridia, apice rotundata fere retusa apiculo prominulo obtuso, 6''' lata).

(2) magni conferti; sepala angusta lineari-obovata, petala anguste spathulata dimidio longiora, punctata; folia ovata, acuminata.

25. **B. lyncina** *W. H.* l. c. 398. 19. t. 46. f. 1.
In *Peruviâ* pr. *Zambrabamba (Matth.* in hb. *Hook.).* ♃.
Folia 2—3poll., 1—$1^1/_4$'' lata (petiolo semipollicari plano (?) $1^1/_2$''' lato, basi rotundata, apice subito in acumen acutissimum 3''' longum attenuata, nervis 7 validissimis pluribusque tenuioribus striata), involucrantia (sessilia, conformia) exteriora pollicaria, $^3/_8$'' lata, interiora parvula (4—5''' longa, 3''' lata). Pedunculi pollicares, (3—4flori, pedicellis semipoll. v. brevioribus, bracteolâ oblongâ obtusiusculâ erecto-patente semipollicari v. breviore suffultis). Sepala $1^1/_4$poll. (obtusa erecta, basi 2''', superne 4—$4^1/_2$''' lata). Petala $1^5/_8$'' longa (basi in unguem $^3/_4$poll. concolorem 2—$3^1/_2$''' latum angustata, sensim in laminam maculatam apice rotundatam subretusam apiculo brevissimo obtuso prominulo ampliata, superne $^1/_2$'' lata) aurantiaca (?) saturate (purpureo?)-punctata. (In icone folia, pedunculi, bracteae, germen turbinatum 3''' longum et latum atque sepala ex sicco sordide viridulo-fusca, petala pallide et sordide fuscescenti-lutea, fere isabellina, maculis saturate fuscis. Filamenta petalis breviora (?) aut

iis aequalia (?), antherae oblongae, obtusae, isabellinae, 2''' longae, lineam latae).

Obs. Bomarea formosissima, hirsuta et grandifolia ab auctoribus describuntur pedunculis unifloris, nihilominus a cl. *W. Herb.* in sectione pedunculis plurifloris nescio qua ratione collocatae, forsan transitum ad unifloras efficiunt.

2. Pedunculi uniflori. Perigonium

1) subaequale; folia

(1) utrinque glabra; flores

a. circ. semunciales conferti; caulis volubilis pedicellique glabri; folia

a) lineari-lanceolata sessilia margine revoluta rigida; sepala petalis paulo longiora.

26. **B. torta** *W. H.* l. c. 115. 19.
Alstroemeria torta *HBK.* l. c. 283. — *Kth.* l. c. 288. 3. — *Sprg.* l. c. 82. 38. — *Schult.* l. c. 743. 25.
In frigidis *Peruviae*, pr. *Caxamarca* et *Paramo de Yanaguanga*, alt. 1480 hex. Fl. Aug. ♃.
Caulis teres, foliosus. Folia sparsa, acuminata, striata, $1^1/_2$poll., patentia. Umbella multiflora: pedicelli semipoll. Perigonium glabrum: sepala oblongo-lanceolata, obtusa, nervosa, rubra, semipoll., petala vix breviora, lanceolata, unguiculata, viridia, nigro-maculata, basin versus flava. Genitalia erecta cum germine glabra, perigonium aequantia. Stigma 3fidum.

b) lanceolata brevissime petiolata plana acutissima; petala spathulata; sepala

(a) oblongo-lanceolata acuta; involucri foliola exteriora parva lanceolata, interiora setacea.

27. **B. glomerata** *W. H.* l. c. 18. t. 15. f. 1.
In *Peruviâ* (*Matth.* in hb. *Hook.*) ♃.
Folia circ. $2^1/_2$poll., $^3/_8$ lata, dense nervosa, petiolo $^1/_8$ — $^5/_8$poll. (torto, resupinata, laete viridia, sparsa, approximata, patentissima, acumine elongato acutissimo. Caulis laete viridis, teres, crassitie fili emporetici minoris. Bracteae involucrales pallide flavescentes, in sicco scil., numerosae, 2—3''' longae, $1—1^1/_2$''' latae). Pedunculi circ. semipollicares (10 v. plures, erecti, teretes, cum germine breve turbinato, $2—2^1/_2$''' longo griseo-glauci). Perigonium semipollicare, ut videtur rubrum, petalis aurantiaco marginatis (subcampanulatum; sepala erecto-patula, intensiora, 2''' lata; petala apice rotundata cum apiculo obtuso, 4''' lata. Filamenta inclusa).
β. longifolia: foliis $4^1/_4$poll., $^5/_8$ latis, acumine longo gracili. (*Matth.* in hb. *Lindl.*)

(b) obovat(o-oblong)a obtusa; involucri foliola foliis conformia, breviora; pedicelli graciles.

28. **B. cumbrensis** *W. H.* l. c. 20. t. 18. f. 2.
In *Peruviâ*, inter *Cumbre* et *Juna*, alt. 9000'. (*Jamieson* in hb. *Hook.*) ♃.
(Caulis teres, pallide fuscus in sicco, crassitie pennae corvinae.) Folia numerosa, (sparsa, approximata, patentissima, resupinata, petiolis tortis 2—3''' longis, striata, glauca) 2poll. et minora, $^1/_4$ lata; involucralia breviora (magis ovato-lanceolata, acuta, plura, circ. pollicaria, $3^1/_2—4$''' lata, petiolata). Pedunculi circ. 10 pollicares (filiformes, in sicco obscure fusci). Perigonium $^3/_4$poll. (subcampanulatum, phyllis erectis, superne divergenti-patulis). Sepala ut videtur rubra apice viridi, (in sicco ex ic. glauco-viridia disco fusco-purpureo, $3^1/_2—4$''' lata), petala latiora, (apice rotundata emarginata (?) $4^1/_2$''' lata) exceptâ basi (?) viridia. In herbario flores ab inventore *Matthews* dilute purpurei, viridi-apiculati vocantur.

b. circ. unciales; umbella

a) conferta multiflora; folia

(a) lanceolata, breviter petiolata; caulis volubilis glaber

α. anceps; folia acuta, basi apiceque spiraliter contorta.

29. **B. anceps** *W. H.* l. c. 116. 24.
Alstroemeria anceps *Rz. & Pav.* l. c. 61. — *Sprg.* l. c. 81. 27. — *Schult.* l. c. 744. 27.
In *Andium Peruviae* nemoribus ad *Huassahuassi.* ♃.
Glabra. Caulis simplicissimus, gracilis. Folia alterna,

lineata. Involucri polyphylli foliola lanceolata. Umbella 17flora. Phylla aequalia, intense purpurea, intus obscure lutea, punctis atropurpureis maculata.

β. compressus; folia submembranacea acuminata; pedicelli pubescentes; sepala oblongo-lanceolata, externe pubescentia, petalis glabris paulo breviora.

30. **Bomarea floribunda** *W. H.* l. c. 23.
Alstroemeria floribunda *HBK.* l. c. 283. — *Kth.* l. c. 289. 4. — *Schult.* l. c. 751. 48.
In temperatis *Andium Quinduensium* Novo-Granatae, pr. *la Palmilla,* alt. 860 hex. Fl. Oct. ♃.
Tetona pecosa incolarum.
Caulis foliosus. Folia sparsa, striata, plana, $2^{1}/_{2}$poll. 5‴ lata, patentia aut reflexa: petioli glabri, spiraliter torti. Flores in umbellâ numerosissimi: pedicelli pollicares, basi bracteati. Sepala sub apice tuberculata, nervosa, pollicaria, rubra (?) petala tenuiora, obovato-cuneata, apice emarginata, basi cuneata, nervosa, flava (?) rubro-punctata. Stamina perigonium subaequantia: filamenta subulata, pubescentia, demum declinata; antherae oblongo-ellipticae. Germen et stylus erectus pubescentia. Stigma 3fidum.

(b) lanceolato-oblonga acuminata sessilia; caulis teres (?) glaber; bracteae involucrantes numerosissimae reflexae lanceolatae.

31. **B. Fanningiana** *W. H.* l. c. 21. t. 16. f. 3. (folium et flos solitarius.)
In *Caracas (Fanning,* in Hb. *Lamb.)* ♃.
Folia circ. 3poll., $^{11}/_{16}$ lata, sursum minora (sec. ic. patentia, nervoso-striata, basi attenuata, in sicco pallide et sordide viridia, acumine brevi acuto), involucralia $1^{1}/_{2}$poll. Pedunculi confertissimi. Perigonium $1^{1}/_{4}$poll. (Phylla unguibus distincta, superne patula, divaricata forsan ex pressione: sepala oblongo-linearia, obtusa, in sicco lutescenti-fusca, $1^{1}/_{2}$—2‴ lata; petala ex ungue $^{3}/_{4}$pollicari lineam lato in laminam lanceolato-obovatam obtusam dilatata, pallide et sordide lutea, immaculata. Stamina perigonio duplo breviora. Antherae oblongae, $1^{1}/_{8}$‴ longae, cinereae.)

b) laxa, pauciflora; (folia brevissime petiolata, acuminata acutissimaque), sepala

(a) ovalia obtusiuscula mutica; petala spathulata.

32. **B. Halliana** *W. H.* l. c. 117. 26. t. 10. f. 3.
In *Peruviâ* pr. *Patacocha (Hall* in Hb. *Hook.)* ♃.
Folia circ. $4^{1}/_{2}$poll., ultra $^{1}/_{2}$″ lata, spiraliter acuminata, (erecto-patentia, subsessilia, lanceolata, acumine tenui $^{1}/_{3}$pollicari, striata, laete viridia). Bracteae angustae, fere pollicares (reflexae, sessiles, lanceolatae, longe acuminatae, basi 3‴ latae). Pedunculi circ. 6, $1^{1}/_{4}$poll., (erecti, tenues, pallide virides) et germen (inclinatum (?) horizontale (?) turbinatum, concolor, 3‴ longum) pubescentia. Perigonium pollicare, ut videtur flavescenti-rubrum (in sicco ex ic. sepala castanea, petala sordide lutea, ungue et striâ disci castaneis). Sepala ovalia (in ic. elliptico-obovata, basi valde angustata, patentia, basi $1^{1}/_{2}$—2‴, superne $3^{1}/_{2}$‴ lata) $^{7}/_{8}$poll.; petala (ex ungue semipollicari $1^{1}/_{2}$‴ lato lineari) late spathulata, pollicaria (cum ungue, laminâ $^{1}/_{2}$″ latâ, rotundatâ, cum apiculo obsoleto obtuso). Caulis pubescens.

(b) elliptico-oblonga cornuta; folia lanceolato-ovata, acuta; involucralia parva acuta, unico ampliore.

33. **B. cornigera** *W. H.* l. c. 116. 25. t. 17. f. 2.
In *Peruviâ (Matth.* in hb. *Hook.)* ♃.
Caulis tenuis (crassitie fili emporetici, teres, glaber (?) in sicco cum foliis pallide et sordide viridi-glaucescens). Folia circ. $2^{1}/_{4}$poll., $^{1}/_{4}$—$^{5}/_{8}$ lata, petiolis circ. $^{1}/_{8}$″ (tortis, poll. circ. a se invicem distantia, alterna, patentissima v. erecto-patentia, basi rotundata, apice sensim acuminata acutissima, obsolete et tenuissime striata, involucrantia sessilia, unicum foliis caulinis simillimum, sed vix $^{3}/_{4}$poll., 3‴ latum; reliqua 3—4linearia, acuta, 2—3‴ longa, lineam lata). Pedunculi 1—4, nudi, circ. $1^{1}/_{2}$poll. (erecti, teretes, pallide virides, glabri, in germen breve turbinatum vix $2^{1}/_{2}$‴ longum abeuntes). Perigonium vix pollicare, an flavescens (?) (in ic. ex sicco spec. pallide brunneum, campanulatum, phyllis erectis conniventibus; sepala tenuissime striata, $4^{1}/_{2}$‴ lata, apice obtusa emarginata, ex sinu in cornu subarcuatum obtusum 2‴ longum terminata; petala apice rotundata cum apiculo brevi obtuso).
β. Matthewsiana *W. H.* l. c. 117. t. 10. f. 4.: foliis majoribus, involucralibus 4 amplis, pedunculis 4.
Matth. in Hb. *Lindl.*
Species videtur distincta. (Folium depictum petiolo torto 3lineari, lanceolatum, acuminatum, $3^{1}/_{2}$poll., poll. latum, acuminatum et acutissimum, nervoso-striatum, laete viride. Pe-

(Bomarea cornigera) dunculus 2½poll., teres, supra basin bracteâ lanceolato-lineari patente acutâ 3‴ longâ basi lineam latâ instructus. Germen breve turbinatum, 3‴ longum et latum. Perigonium pollicare in sicco aurantiacum fusco-suffusum; sepala erecta, lineari-oblonga, obtusa, mutica, 3½‴ lata; sepala apice rotundata cum mucronulo brevissimo obtuso.)

c. magni, conferti; pedunculi circ. 12; phylla obtusissima: sepala lineari-oblonga, petala (obovato-) spathulata; folia lanceolata, acuminata, dense nervoso-striata.

34. **B. superba** *W. H.* 117. 27. t. 10. f. 1—3.
In *Peruviâ* (*Matth.* in hb. *Hook.*) ♃.
Caulis glaber (teres, crassitie calami tenuioris, in sicco pallide fuscoluteus). Folia (in superiore caulis parte saltem approximata, subsessilia v. brevissime petiolata, patentissima, pallide et sordide fuscescenti-viridia, ex apice folii recentis adjecto iconi laete glauca, acumine acutissimo) 2poll. v. ultra, ¼″ lata. Bracteae (involucri) minores (distincte petiolatae, aequales, patentissimae, 1½—2poll., foliis caulinis caeterum simillimae). Pedunculi 1½poll. (erecti, subflexuosi, filiformes, glabri, sordide fuscescentes. Germen turbinatum, pedunculis concolor, 4‴ longum latumque). Perigonium 1¾poll., ut videtur rubro-aurantiacum absque apicibus maculisve viridibus (siccum ex ic. luteum, dorso medio et basin versus purpureo-fuscum. Sepala a basi ad apicem usque fere aequilata et vix paululum dilatata, longitudinaliter striata, 4—5‴ lata, erecto-patula; petala basi in unguem linearem, 1½—2‴ latum semipollicarem attenuata, lamina rhombeo-spathulata pinnatim striata, ultra pollicaris, medio 6—7‴ lata).

(2) subtus pubescentia (in B. tomentosâ et Bredemeyerianâ tomentosa); umbella
a. multiflora conferta; flores
a) circ. semunciales. Caulis glaber, nitidus, simplicissimus,
(a) scandens, teres, folia breviter petiolata, striata, supra glabra,
α. integerrima, lanceolata; pedunculi pubescentes; bracteolae setaceae; phylla erecto-conniventia.

35. **B. setacea** *W. H.* l. c. 117. 28.
Alstroemeria setacea *Rz. & Pav.* l. c. 62. t. 292. f. b. — *Sprg.* l. c. 81. 18. — *Schult.* l. c. 745. 33.
In nemoribus *Andium Peruviae* ad *Pillao.* ♃.
Caules 3—4ulnares. Folia sparsa, 1½poll., ½″ lata, petiolis contortis. Umbella radiis 18—35 v. paucioribus. Involucrum polyphyllum, foliolis parvis lanceolatis acutis. Pedunculi divergentes, teretes, 1—2poll., bracteolâ infra medium setaceâ. Flores vix semipoll.: phylla glabra, acumine minimo, exteriora oblonga punicea, interiora spathulata lutea. Stamina perigonio breviora. Capsula subrotunda, trigona, magnit. cerasi, truncata. Semina subrotunda, rubra.

β. repando-denticulata, lanceolato-ovata acutissima; flores umbellato-corymbosi; bracteae subulatae.

36. **B. denticulata** *W. H.* l. c. 118. 30.
Alstroemeria denticulata *Rz. & Pav.* l. c. 62. t. 293. f. b. — *Sprg.* l. c. 19. — *Schult.* l. c. 747. 37.
In montibus altissimis frigidis *Andium Peruviae* ad *Patasaria.* ♃.
Radix filiformis, tuberoso-pendula: tubera oblonga, hyalina. Caules fulvescentes. Folia alterna, remota, multinervia, marginibus retroflexis, subtus per nervos dense pubescentia, 1—3poll., plerumque poll. lata: petioli 2‴ longi, repando-dentati, contorti. Flores numerosi, parvi: pedunculi alternantes, totidem bracteis subulatis, squamulis furfuraceis. Perigonium rubro-lutescens: phylla lgt. aequalia, sepala oblongo-obovata acumine minimo, petala cuneiformia, basi semitubulosa, acuminata. Stamina inclusa. Germen turbinatum. Stigmata 3 reflexa.

(b) subvolubilis; folia lanceolata, marginibus reflexa; umbellae radii biflori; sepala oblonga, petala spathulata basi semitubulosa.

37. **B. tomentosa** *W. H.* l. c. 117. 29.
Alstroemeria tomentosa *Rz. & Pav.* l. c. t. 292. f. a. — *Kern.* l. c. t. 207. — *Sprg.* l. c. 17. — *Schult.* l. c. 746. 34.
In *Andium Peruviae* nemoribus ad *Munna* et *Pillao*.. ♃.
Affinis B. ovatae. Radix filiformis, longa, tuberoso-pendula; tubera oblonga, alba, tenera, hyalina. Caulis fere 4pedalis, angulatus, leviter striatus. Folia sparsa, breviter petiolata, supra enervia, subtus striato-nervosa tomentosa, incana, basi apiceque spiraliter contorta, 1—3poll., pollicem lata. Involucrum foliolis numerosis lanceolatis. Pedunculi

(Bomarea tomentosa) bracteolâ ad basin floris. Flores parvi. Sepala coccinea, petala lutescentia. Capsula subrotunda, trigona, obscure coccinea. Semina in pulpâ dulci nidulantia.

β. ebracteata *W. H.* l. c. 118.: pedunculis ebracteatis, foliis 3/4'' latis.

Matth. in hb. *Hook.* *Peru.*

γ. pangoensis *W. H.* l. c.: foliis angustioribus, umbellâ pauciflorâ.

Peru, in silvis ad *Pangoa* (*Matth.* ibid.)

Folia circ. 2½poll., vix 3/8 lata, magis attenuata et acuta; pedunculi ebracteati, circ. 6, 1¼poll.; perigonium 3/4poll.

b) circ. unciales; folia breviter petiolata, petiolis contortis, nervosa, striata, supra glabra.

(a) lanceolata, angusta; flores

α. umbellati;

α) petala fimbriata denticulata; caulis volubilis glaber teres.

38. **Bomarea fimbriata** *W. H.* l. c. 116. 22.

Alstroemeria fimbriata *Rz. & Pav.* l. c. 63. t. 293. f. a. — *Sprg.* l. c. 82. 31. — *Schult.* l. c. 747. 38.

In nemoribus *Andium Peruviae* ad *Pozuzo.* ♃.

Caules simplicissimi, nitidi. Folia alterna, acutissima, fere 3poll., vix poll. lata, petiolis 3''' longis. Flores in umbellâ 25—50 et ultra; involucri foliola totidem lanceolata, retroflexa, intima sensim minora; pedunculi pollicares, contorti, rubicundi. Perigonium fere pollicare, luteum, croceo variegatum: petala apice viridia, spathulata, basi semitubulosa; sepala cuneiformia. Capsula magnit. Avellanae minoris, subovata, truncata, trigono-alata, trisulca, intus et extus transversim rugosa, apice per angulos ultra medium dehiscens, patentissima et tunc subtus tricornis aut tricalcarata, valvulis ovatis obtusis, acumine minimo. Semina globosa, rubicunda, vix grani piperis magnit.

β. paltarumensis *W. H.* l. c.

In *Peru* pr. *Paltarumi* (*Matth.* in hb. *Hook.*). Fl. Dec. ♃.

Caulis scandens, 18—20pedalis. Folia dense nervosa, 2½—3¼poll., 3/8 lata; bracteae lanceolatae reflexae et pedunculi paulo ultra pollicares; perigonium poll. et paulo ultra, rubrum (?) petala intensius maculata.

β) sepala lineari-cuneiformia, petala obovato-spathulata; pedunculi superne minute bracteati; folia cuspidato-acuminata.

39. **B. amoena.**

B. purpurea var. amoena *W. H.* l. c. 399. t. 46. f. 5.

In *Peruviae* prov. *Chacapozos* (*Matthews* in hb. *Hook.*) ♃.

Folia 3¼poll., acuta (in ic. acumine gracillimo subulato subincurvo semipollicari), ½'' lata (petiolo fere semipollicari lineam lato, basi attenuata, striis densis). Pedunculi 2poll. (filiformes, cum germine breve turbinato glabri (?) in sicco grisei), supra medium bracteolâ minutâ (reflexâ, lineari, concolore, 2''' longâ). Perigonium 7/8poll. (erecto-patulum, unguibus phyllorum distinctis); sepala 3/8'' lata, lilacina (striata, obtusa), petala vix ¼'' lata (acutiuscula, in sicco ex ic. turbide glauca, basi flavescentia. Stamina lgt. perigonii; antherae ovales, glaucae, lineam longae).

β. corymbosi et subumbellati; caulis scandens superne sulcatus pubescens; pedunculi bracteati, lanuginosi.

40. **B. purpurea** *W. H.* l. c. 118. 33.

Alstroemeria purpurea *Rz. & Pav.* l. c. 63. t. 294. f. a. — *Sprg.* l. c. 81. 20. — *Schult.* l. c. 748. 39.

In nemoribus *Andium Peruviae* versus *Pillao.* ♃.

Caules simplicissimi, 3orgyales, inferne glabri, teretes, nitidi. Folia sparsa, remota approximataque, acuta, plana, palmam longa, pollicem fere lata, petiolis 2''' longis. Flores 20—60: pedunculi 1½poll., purpurei, bracteis lanceolato-linearibus, nonnulli bracteolâ ad medium simili. Perigonium purpureum, pollicare: sepala cuneiformia, obtuse acuminata, petala spathulata, basi semitubulosa. Stamina lgt. fere perigonii: antherae luteae, ovales. Capsula truncata, subturbinata, trigono-alata, triquetra, trisulca, Avellanae nucis magnit. Semina subrotundo-triquetra aut polyedra, rubra.

β. guancana *W. H.* l. c. 399.: foliis majoribus floribusque intensius coloratis, pedunculis brevioribus.

Peru ad *Guancas* (*Hb. Hook.*).

(b) ovato-lanceolata (in n. 42. ovato-oblonga); caulis volubilis teres

α. glaber nitidus; umbella 18radiata; bracteolae subulatae.

41. **B. rosea** *W. H.* l. c. 118. 32.
Alstroemeria rosea *Rz. & Pav.* l. c. 91. — *Sprg.* l. c. 81. 28. — *Schult.* l. c. 744. 28.
In nemoribus *Andium Peruviae* ad *Huassahuassi.* ♃.
Caulis 5pedalis. Folia alterna, acuta, involucri polyphylli linearia inaequalia brevia. Pedunculi erecti, teretes, aequales, apice reflexi, ad medium bracteâ persistente. Phylla rosea apicibus viridibus, petala basi tubulosa, apice lineis nigris variegata et viridiora.

β. dense pubescens; flores corymbosi aggregati, pedunculi bracteis longiores, pubescentes.

42. **B. Bredemeyeriana** *W. H.* l. c. 31.
Alstroemeria Bredemeyerana *Schlchtd. fil.* ex Rel. Wlld. in *Schult.* l. c. 751. 49.
Circa *Caracas.* ♃.
Folia acuminata, subtus glaucescentia. Flores numerosi, umbellati: pedunculi pollicares, basi bracteis reflexis eorum lgt. Flores pollicares: sepala petalis parum breviora.

Obs. In diagn. flores corymbosi, folia ovato-oblonga, in descr. illi umbellati, haec lanceolata dicuntur. Quid est ritum?!

(c) ovata acuminata; pedunculi numerosissimi ebracteati; sepala angusta cuneiformia, petala spathulata.

43. **B. densiflora** *W. H.* l. c. 399. t. 46. f. 4.
In prov. *Chacapozos Peruviae.* (*Matth.* in hb. *Hook.*) ♃.
Caulis glaber. Folia $3^1/_2$poll., $1^3/_4$ lata (dense parallele striata, acumine subito 4‴ longo obtusiusculo, in sicco fusco-viridia). Pedunculi circ. $1^1/_4$poll. (cum germine breve turbinato in sicco cinereo-lilacini, (teretes, flexuosi). Involucri bracteae exteriores ultra poll., $^1/_2$″ et ultra latae (foliis similes), interiores filiformes. Perigonium $^7/_8$poll., saturate rubrum? (Phylla erecto-patentia, sepala anguste obovata obtusa apiculata, $3^1/_2$‴ lata, in sicco ex ic. violaceo-fusca, versus margines fusco-viridula).

c) magni; folia supra glabra, nervosa, striata, subtus

(a) pubescentia, lineari-lanceolata sessilia; umbella multiflora, pedunculis pubescentibus.

44. **B. crocea** *W. H.* l. c. 119. 36.
Alstroemeria crocea *Rz. & Pav.* l. c. 61. — *Sprg.* l. c. 82. 29. — *Schult.* l. c. 744. 29.
In nemoribus ad *Churupallana* prov. *Tarmae* Andium Peruviae. ♃.
Triorgyalis. Caulis glaber. Folia sparsa, acutissima, supra albida, erecto-patentia, basi contorta, $1^1/_2$palmaria, 4‴ lata; involucri polyphylli foliola oblongo-lanceolata, acuta, foliis caulinis latiora triploque breviora. Pedunculi arcuati, purpurei. Phylla crocea, aequalia, interiora basi tubulosa. Capsula albida, pubescens.

(b) dense tomentosa pallida enervia, lanceolato-ovata, tenuiter acuminata; sepala anguste obovata, petala spathulata.

45. **B. aurantiaca** *W. H.* l. c. 399. t. 46. f. 1.
In *Peruviae* montibus altis humidis pr. *Panahuanca* (*Matth.* in hb. *Hook.*) ♃.
Caulis dense pubescens, superne diam. $^1/_4$″. Petioli crassi (2—3‴ longi). Folia circ. 5poll., $1^1/_4$—$1^1/_2$ lata, (acumine gracili semipollicari recurvo acuto basi vix $1^1/_2$‴ lato, supra striis remotiusculis parallelis, inferne nullis, in sicco ex ic. supra pallide fusca, subtus isabellina). Bracteae involucrantes externae circ. unciales, vix semunciam latae, interne tenues (lanceolato-oblongae, obtusiusculae). Pedunculi numerosi, $2^1/_2$poll. v. breviores (teretes, filiformes, tenues, pallide fusci). Germen parvum (oblongo-turbinatum, 2‴ longum, 1‴ crassum). Perigonium $1^1/_4$poll. (sepala et petala erecto-patentia, ungue lineari $^3/_4$pollicari, $1^1/_2$‴ lato, laminâ illorum obovatâ obtusâ semipoll. $3^1/_2$‴ latâ, horum rhombeo-ovatâ obtusâ $^1/_2$″ longâ et in medio latâ), aurantiacum. (In sicco ex ic. sepala fusca, petala aurantiaca, potius lutea.)
β. huanacabrensis: floribus et foliis saturatioribus. Pr. *Huanacabra.*

b. pauciflora laxa; flores

a) circ. unciales; folia brevissime petiolata, petiolo torto, ovata, acuminata, nervoso-striata.

46. **B. simplex** *W. H.* l. c. 119. 34. t. 15. f. 5. — *Hook.* in Bot. Mg. t. 3863.
Alstroemeria tomentosa *Matth.* in *Hook.* Hb. 786.
In *Peruviâ* pr. *Purruchuco.* ♃.
Folia (petiolo 3‴ longo, exacte) ovata, $2^1/_2$poll., ultra poll. lata (acumine 3‴ longo acutissimo, pallide viridia), involucralia minuta (sessilia, ovato-lanceolata, acuta, patentia, 3—6‴ longa, 2—3‴ lata). Pedunculi 5 (erecti, teretes, $1^1/_2$-poll., crassitie fili emporetici minoris, cum germine turbinato 3lineari pallide virides), circa medium bracteolâ (minutâ erecto-patente lanceolatâ acutâ $1^1/_2$‴ longâ) instructi. Perigonium

(Bomarea simplex) pollicare (erectum, infundibuliformi-campanulatum; phylla erecto-patula, in sicco ex icone viridia, secus medium et basin versus purpurascentia, $3\frac{1}{2}'''$ lata, basi in ungues $1\frac{1}{2}'''$ latos attenuata, apice obtuso cum mucronulo brevi acuto setacea, exteriora lineari-cuneiformia, interiora anguste spathulata). Iconem in Bot. Mg. non vidi.

b) magni longe pedunculati; bracteae involucrales capillares v. setaceae; caulis pubescens; folia lanceolata acuta, ad nervos scabra.

47. **Bomarea crinita** *W. H.* l. c. 35. t. 15. f. 4.
In *Peruviâ*. (*Matth.* in hb. *Hook.*) ♃.
Folia petiolo circ. $\frac{1}{4}$poll. (torto) 4poll., $\frac{3}{4}$ lata, (longe acuminata, acutissima, plana, tenuissime dense striata, patentia, in sicco ex ic. pallide sordideque fusco-viridia). Involucri foliola pollicaria (numerosa, alia setacea tenuiter acuminata lineam fere lata, alia breviora capillaria). Pedunculi 10, 6poll. (crassitie pennae corvinae, erecti, nudi, in sicco pallide fusco-lutei, germen turbinatum striatum $3'''$ lg. et crassum, saturatius). Perigonium bipollicare, ut videtur rubrum et aurantiacum (in sicco ex ic. purpureo-fuscum, marginibus apicibusque late dilute viridibus, campanulatum, superne patulum: phylla striata, obtusa, exteriora oblongo-lanceolata, $4\frac{1}{2}$ — $5'''$ lata, interiora obovato-spathulata, 8 — $10'''$ lata, utrinque attenuata).

2) **valde inaequale;** flores magni, umbella

(1) conferta multiflora; folia

a. cum caule volubili utrinque glabra,

a) ovato-lanceolata rigidiuscula; pedicelli pubescentes; sepala oblongo-lanceolata, petalis obovato-cuneatis multo breviora.

48. **B. Caldasiana** *W. H.* l. c. 119. 37.
Alstroemeria Caldasii *HBK.* l. c. 283. — *Kth.* l. c. 289. 5. — *Sprg.* l. c. 82. 37. (excl. synon.) — *Schult.* l. c. 750. 47.
?Alstroemeria purpurea: caule volubili, foliis petiolatis oblongis lanceolatis glabris; umbellâ simplici multiflorâ, pedunculis involucrum subaequantibus, petalis exterioribus lanceolatis, interioribus obovatis. *Wlld.* Rel. MS. ex *Sch.* l. c.
Prope *Alangasi, Pifo* et *Chillo Quitensium*, in temperatis alt. 1300—1380 hex. Fl. Majo. ♃.
Caulis glaber, foliosus. Folia sparsa, acuminata, striato-nervosa, plana, subtus pallidiora, 2—3poll. et ultra, 9—$10'''$ lata; petioli membranacei, spiraliter torti, glabri. Pedicelli $1\frac{1}{2}$poll. Sepala obtusiuscula, sub apice tuberculata, nervosa, glabriuscula, incarnata, $9'''$ longa; petala pollicaria, unguiculata, emarginata, glabra, aurantiaca, rubro maculata. Stamina perigonium subaequantia: filamenta pubescentia, demum declinata. Pollen flavum. Germen et stylus triqueter pubescentia. Differt a B. floribundâ maxime affini foliorum formâ, floribus paulo minoribus et sepalis multo brevioribus.

b) lanceolata, acuminata; pedunculi bracteis et flore breviores; petala truncata s. emarginata cum acumine.

49. **B. multiflora** *Mirb.* l. c.
Alstroemeria multiflora *L. fil.* Suppl. 207. — *Wlld.* l. c. 196. 6. — *Bks.* ic. t. 1. — *Sprg.* l. c. 81. 25. — *Schult.* l. c. 744. 26.
In *Americâ meridionali (Novâ Granatâ. Mutis)*. ♃.
Habitus et structura herbae A. Salsillae, at petioli margine rugosi, nec umbella pedunculata, ut in Salsillâ. Involucri foliola latiora. Pedunculi simplicissimi, nudi. Flores magnitudine B. Salsillae. Sepala breviora, angustiora, integra.

b. subtus pubescentia, (superiora an omnia?) sessilia; sepala lanceolato-oblonga angusta obtusa petalis spathulatis longe unguiculatis $\frac{1}{3}$ breviora; pedunculi nudi; bracteae involucrantes

a) duae exteriores foliaceae, interiores filiformes; folia lanceolato-ovalia, spiraliter acuminata.

50. **B. pardina** *W. H.* l. c. 120. 38. t. 14. f. 1.
Ad *Andium Peruvianarum* declivia occidentalia pr. *Patacocha*, alt. 6000′. (*Hall* in hb. *Hook.*) ♃.
Species superba. (Caulis glaber (?) teres, crassitie pennae corvinae, sordide viridis.) Folia superiora (inferiora desiderantur) subtus dense pubescentia, $2\frac{1}{2}$poll. v. ultra, pollicem lata v. latiora (basi attenuata, apice breviter acu-

(Bomarea pardina) minata, obsolete et remote nervoso-striata, in sicco ex ic. sordide obscure viridia. Involucri foliola 2 foliis caulinis similia formâ et magnit., patentia subreflexa, interiora multo breviora, filiformi-linearia, acutissima, 3—4''' longa). Pedunculi circ. 20, $^3/_4$poll., erectiusculi, teretes, foliis concolores; germen turbinato-cupuliforme, $3^1/_2$''' longum, superne $2^1/_2$''' latum. Phylla erecta, perigonium tubulosum $2^1/_2$—3poll. formantia). Sepala $1^5/_8$poll. (4—5''' lata, acutiuscula, e basi attenuatâ lanceolato-oblonga, in sicco ex ic. fusca). Petala largiter (purpureo- v. sanguineo-) maculata (lutea, supra sepala in laminas spathulatas rotundatas cum apiculo brevissimo obtuso et sub apice 6—7''' latas dilatata) $2^1/_2$poll. (Filamenta petalis paulo longiora; antherae in ic. 3 exsertae, elliptico-ovatae, obtusae, pallide rubello-cinereae).

b) foliis latiores paucae; folia (lineari-) lanceolata obtusa.

51. **B. patacocensis** *W. H.* l. c. 39. t. 14. f. 3.

Hab. cum praecedente in eâdem altitudine (*Hall* in hb. *Hook.*) ♃.

Caulis subpubescens (volubilis, crassitie calami, in sicco ex ic. cum foliis, involucro, pedunculis et germinibus pallide et sordide fusco-viridis). Folia in summitate caulis frequentia, $1^1/_2$poll., $^1/_4$ lata (striato-nervosa, reflexa, apice rotundato-obtusa, basin versus vix latiora ideoque potius lato-linearia quam lanceolata; involucrantia simillima, sed fere $^1/_2$'' lata, patentissima v. reflexa). Pedunculi graciles, 30 v. plures, 2poll. v. longiores, (filiformes, teretes). Germen parvum, pubescens (turbinatum, 2—$2^1/_2$''' longum et latum). Perigonium (clavato-infundibuliforme, inclinatum, subhorizontale, in sicco ex ic. totum citrino-luteum,) in recenti statu forsan rubicundo-flavum, sepalis magis rubris, petalis maculâ apicis viridi. Sepala $1^3/_{16}$poll., $^3/_{16}$ lata, angusta, obtusa (lineari-ligulata, basi paululum attenuata). Petala $1^9/_{16}$poll., superne semipoll. lata (ungue $^3/_4$poll., $2^1/_4$—4''' lato, laminâ rotundatâ cum apiculo brevissimo acuto). Filamenta longiora petalis subaequalia.

(2) laxa pauciflora; caulis cum pedicellis, germinibus involucrisque pubescens; folia lanceolata; sepala lineari-ligulata obtusa petalis spathulatis rotundatis triente breviora.

52. **B. lutea** *W. H.* l. c. 40. t. 5. f. 3—5.

In declivitate occidentali *Andium Peruviae* ad viam versus *Mindo*, alt. 9000'. (Col. *Hall* in hb. *Hook.*)

(Caulis volubilis, teres, crassitie calami, laete flavescenti-viridis.) Folia (remota, alterna, petiolo torto 2—3''' longo, nervoso-striata, supra glauca, subtus flavescenti-viridia, longe et tenuiter attamen sensim acuminata,) parum pubescentia, $2^1/_4$'' longa, vix $^1/_2$'' lata (in ic. reflexa et cauli fere adpressa). Bracteae involucrantes fere pollicares, angustae (lineari-lanceolatae, erecto-patentes, inaequales, $1^1/_2$—2''' latae. Pedunculi 5, 3poll., erecto-patuli, apice inclinati, crassitie fili emporetici mediocris, sordide virides, supra medium) bracteâ semipollicari pubescente (erectâ, lineari obtusâ concolore vix lineam latâ instructi. Germen turbinatum, 5''' longum et altum, cum pedunculi apice inclinatum ideoque) perigonium (cernuum, phyllis erectis a basi distinctis superne patulis) totum laete flavum, phyllis striâ saturatiore (mediâ longitudinali) percursis. Sepala angustiora, circ. $1^1/_4$poll. (4''' lata, nervoso-striata, apice reflexa). Petala fere bipollicaria, superne semipoll. lata (ungue lineari 3''' lato $1^1/_4$'' longo, sensim in laminam subrotundam ampliato. Filamenta petalis paulo breviora, erecta; antherae elliptico-oblongae, utrinque rotundatae, ochroleucae, 3''' longae, $1^1/_2$''' latae).

23. Wichuraea *m.*

In honorem Dr. Vratislaviensis *Wichura* botanici excellentissimi.

Collania *W. H.* l. c. 67. et 103. n. 16.*) non *Schult.* (quae antiquior.)

Caulis erectus, apice nutans, simplex, teres, dense foliosus; folia sparsa, sessilia, rigida, nervoso-striata, acuminata, acuta, plus minus glauca, involucrantia semper latiora,

---

*) Caulis rigidus, erectus, apice curvatus. Folia rigida. Umbella pendula. Germen turbinatum, operculo ad basin styli tardius maxime amplificato et fructus partem maximam formante. Perigonium subtubiforme, minime patens, 6partitum, sepalis petalisque disparibus, inter se aequalibus. Filamenta et stylus recta(?) Antherae basi affixae. Pericarpium parte majore operculosum (molle? pulpaceum? in unâ specie saltem dulce et edule). Alstroemeriae auctorum.

I. utrinque cum caule glabra,

1) ensiformia falcataque, utrinque attenuata, conferta, subtus pallidiora, fortiter nervosa, involucrantia multo latiora saturatiora densius nervosa numerosa; pedunculi brevissimi, 1—plures, conferti.

1. Wichuraea involucrosa.

Collania involucrosa *W. H.* l. c. **103. 1.** t. **9.** f. **1—9.**

In *Peruviâ* pr. *Culluay* et *San Mateo*, ad latera rupium declivia et inter frutices. Fl. Nov. (Hb. *Lindl.*, *Matth.*) ♃.

Radix crassa, fibrosa. Caules 3—4pedales, numerosi (crassitie calami, striati, flavescenti-virides). Folia 4poll. circ. $^3/_8$ lata, caerulescenti-viridia, subtus pallidiora (erecto-patentia, basi attenuatâ subtorta, 4—5''' a se remota, basi imâ subdilatatâ sessilia). Bracteae involucrantes interdum 16 (ovato-lanceolatae, patentes v. erecto-patentes, intense glauco-virides, acutae v. brevissime acuminatae, 3—3$^1/_2$poll., pollicem et ultra latae. Pedunculi lineas aliquot longi, teretes, cum germine ampliato urceolato diam. 5''' pallide glauci). Perigonium pallide flavum viridi suffusum (immaculatum, 2$^1/_2$poll., cylindraceo-tubulosum, diam. baseos semipollicari, apicis $^3/_4$poll. Phylla lgt. aequalia, apice extimo discolore intensius viridi (?) sepala oblongo-elliptica acutiuscula, tenuissime striata, medio $^1/_2$poll. lata; petala ex ungue lineari pollicari 2''' lato in laminam rhombeo-ovalem obtusissimam 1$^1/_2$poll. in medio 10''' latam dilatata). Filamenta perigonio (paulo) longiora (erecta, subulata, concoloria; antherae subrotundo-ovales, obtusissimae, flavae, 2''' longae, 1$^1/_2$''' latae). Stylus filamentis (vix) longior (et crassior). Stigma trifidum (laciniis erectis acutis lineam et ultra longis).

β. Lambertiana: bracteis involucrantibus multo angustioribus. — In Hb. *Lamb.* teste *W. H.*

2) lineari-lanceolata marginibus reflexa suberecta nitida, involucrantia vix latiora; pedunculi 1—2, 1—2flori.

2. W. dulcis.

Collania dulcis *W. H.* l. c. **104. 2.** t. **7.** f. **1—8.**

Alstroemeria dulcis *Hook.* in Bot. Misc. II. **237.** t. **45.** — *Dietr.* Ztschr. I. **44.** t. **45.** f. **133.**

Alstroemeria uniflora *Matth.* MS.

In *Peruviâ* prope *Huayllay*, non procul a *Pasco*, alt. 12—14,000', inter rupes. ♃. Campanillas coloradas incolarum.

Rhizoma repens, tuberibus parvis pyriformibus (albis, magn. nucis Avellanae) appensis. Caulis 5—14poll. (crassitie pennae corvinae, ut folia, germen et pedunculi pallide glaucus). Folia $^1/_2$—1$^1/_2$poll., lineam lata (acuta, lineas aliquot a se invicem distantia, involucrantia numero pedunculorum, conformia, sed paulo breviora. Pedunculi 4—6''' longi, teretes, crassitie fili emporetici tenuioris. Germen e basi hemisphaericâ urceolato-ampliatum, 3—4''' longum et superne latum). Perigonium fere $^7/_8$poll. (cylindraceo-campanulatum, diam. 5—6'''). Sepala dilute rubra, coloris inter kermesinum et coccineum medii, viridi-apiculata (elliptico-oblonga, acutiuscula, 3—4$^1/_2$''' lata); petala magis flavescentia, virore magis suffusa, margine flavo-variegata. (Genitalia inclusa.) Fructus dulcis, gratus, edulis. Semina pulpâ rubicundâ gelatinosâ involuta.

β. uniflora: flore solitario subpatulo campanulato, foliis brevioribus latioribus.
In Hb. *Lindl.* *W. H.* l. c. f. 3. et 7. (?)
(Folia lanceolato-elliptica, vix pollicaria, 2$^1/_2$''' lata. Pedunculus pollicaris. Perigonium diam. 8''', magis patulum ideoque campanulatum.)

γ. Cruikshanksii: floribus solitariis v. geminis cylindraceo-tubulosis, foliis longioribus angustioribus.
Cruikshanks in hb. *Lindl.* — *W. H.* f. 5. 6.
(Folia bipoll. et ultra, 1—1$^1/_2$''' lata.)

δ. brevifolia: flore solitario, foliis abbreviatis. *W. H.* f. 4. et 8.
(Folia $^1/_3$—$^3/_4$'' longa, 1''' lata. Pedunculus semipollicaris; perigonium ut in *δ.*)

ε. 4flora: pedunculis 2 bifloris, ad dichotomiam bracteâ duplo longiore lanceolatâ suffultis.
Ex hb. *Lindl.* — *W. H.* l. c. f. 2.
(Folia pollicaria 1—1$^1/_2$''' lata. Pedunculi breves, 3—4''' longi, circa medium bifidi bracteati. Perigonium ut in *δ*, paulo minus.)

ζ. Matthewsii: floribus geminis, foliis lanceolato-ellipticis acutis; stylo exserto.
W. H. l. c. f. 7.
(Folia 9—10''' longa, 2—2$^1/_2$''' lata; pedunculi pollicares; perigonium ultra pollicare. Stylus perigonio lineâ longior.)

3) subulato-linearia abbreviata erecta confertissima, involucrantia lineari-lanceolata; flores gemini subsessiles.

3. W. parvifolia.
Collania dulcis var. parvifolia *W. H.* l. c. 400. t. 46. f. 6.
In *Peruviae* montibus altis humidis pr. *Portachuela (Matth.* in hb. *Hook.)* ♃.
(Caulis crassitie fili emporetici minoris, in sicco pallide fuscus. Folia 4—5''' longa, vix $\frac{3}{4}$''' lata, superiora sensim longiora, usque pollicaria; involucrantia plura, inaequalia, majora pollicaria 2''' lata, acutissima, erecta. Flores videntur sessiles, pollicares; sepala erecta, lineari-oblonga, in sicco fusca, $2\frac{1}{2}$—3''' lata, petala spathulata, apice rotundata cum apiculo brevissimo, flavescentia, versus apicem glaucescentia. Ex ic., quae, si correcta, evidenter speciem propriam indicat.)

2. subtus (in no. 5. dense albo-) pubescentia, marginibus reflexa,

1) lanceolata, convoluta, acuminata; flores umbellati, sepala oblonga obtusa glabra.

4. W. glaucescens.
Collania glaucescens *W. H.* l. c. 104. 3.
Alstroemeria glaucescens *HBK.* l. c. 282. — *Kth.* l. c. 288. 2. — *Sprg.* l. c. 80. 14. — *Schult.* l. c. 740. 20.
In devexis montis ignivomi *Pichinchae*, orienti soli oppositis, inter planitiem *Palmascuchu* et fontem *Cantunae,* alt. 1840 hex. Fl. Mart. ♃.
Caulis 1—3pedalis, pauciflorus. Folia supra glabra nitida, $1\frac{1}{2}$—2poll., cauli arcte adpressa, summa latiora planiuscula patentia. Flores 4—6, pedicellis semipoll., glabris, basi bracteatis: bractea lanceolata, membranacea, nervosa, pedicello brevior. Perigonium campanulatum, glabrum: sepala nervosa, incarnata, interne pallidiora, subaequalia; petala tenuiora, vix tamen longiora, oblonga, unguiculata, flava, ferrugineo-maculata. Stamina perigonio breviora: filamenta subulata, glabra, demum declinata; antherae oblongae, polline caeruleo. Germen trigonum, 6sulcatum, glabrum. Stylus staminibus brevior. Stigma trifidum.

β. Jamiesoniana: folia erecta, linearia, involucrantia lanceolato-elliptica acuminata; sepala coccinea, petala incarnata (?)
Collania glaucescens *Jamieson* MS. in hb. *Hook.* — *W. H.* l. c. t. 10. f. 1—2.
Ad montem *Chimborazo*, in tractu *Assuay*, *Paramo de Cayambe.*
(Caulis crassitie calami tenuioris, ut tota planta glaucus. Folia caulina 2—4''' a se invicem distantia, erecta, sed non adpressa, acuta, $1\frac{1}{2}$—2poll., basi $1\frac{1}{2}$''' lata, superiora versus umbellam sensim latiora, 3—4''' lata; involucrantia plura, dense nervoso-striata, semipoll. et ultra lata. Flores 2—3, brevissime pedicellati, inter involucra semilatentes. Germen campanulato-turbinatum, 4''' lg., 3 latum. Perigonium patulum, semipoll., diam. 9—10'''; sepala oblonga, rotundata, $3\frac{1}{2}$''' lata; petala subrotundo-spathulata cum apiculo brevissimo obtuso, rosea. Ex ic.)

2) lanceolato-ensiformia utrinque attenuata acutissima; pedunculi 3, 1—2flori.

5. W. andimarcana.
Collania andimarcana *W. H.* l. c. 105. 4. t. 8. f. 1—3.
In montibus altis *Andimarcae* Peruvianorum, *(Matth.* in hb. *Hook.)* ♃.
Caulis glaber (crassitie calami, cum foliis, pedunculis germineque pallide glaucus). Folia numerosa, 4poll., vix $\frac{3}{8}$ lata, (erecto-patentia, 4—5''' a se invicem distantia,) involucralia duo latiora (lanceolata, semipoll. et ultra lata). Pedunculi communes robusti, (crassitie pennae corvinae) bracteam lanceolatam $1\frac{1}{2}$pollicarem gerentes, secundarii graciles (spiraliter contorti (?) 1—$1\frac{1}{2}$poll., crassitie fili emporetici tenuioris). Perigonium $1\frac{7}{8}$poll. (cylindraceo-tubulosum, diam. 7—8'''), sepala oblonga (acutiuscula), ut videtur rubra viridi-apiculata, $\frac{3}{8}$'' lata (totâ lgt. fere aequilata); sepala spathulata (ex ungue pollicari $2\frac{1}{2}$—3''' lato in laminam subrotundam cum acumine brevissimo obtuso poll. latam dilatata), flava, apice (et margine superiore) viridia. Antherae limbum vix excedentia (ovatae, acutiusculae, flavae, $1\frac{1}{2}$''' longae lataeque). Stylus paulo (2''' circ.) longior (flavus). Stigma obiter trifidum (laciniis patentibus acutis lineam longis). Species magnitudine florum insignis.

3. utrinque cum caule pubescentia, margine reflexa, acutissima,

1) lineari-ensiformia, suberecta; pedunculi 5, 2—3flori, bracteati.

6. W. puberula.
Collania puberula *W. H.* l. c. 105. 5. t. 11. f. 1.
In montibus altis prope *Andamarca (Matth.* in hb. *Hook.)* ♃.
(Caulis crassitie calami, cum foliis glauco-viridis.) Fo-

(Wichuraea puberula) lia numerosa, subtus pallidiora, 3—4poll. et ultra, circ. $^3/_{16}$ lata (4—5‴ a se invicem remota), involucrantia latiora (5—6‴, longissime acuminata). Pedunculi graciles, bracteâ lanceolatâ (longe acuminatâ, basi fere in petiolum attenuatâ bipollicari 3—4‴ latâ) ad divisuras (communes pollicares, partiales secundarii 8—10‴, ultimi 3—4‴ longi, omnes filiformes, in sicco cum germine turbinato 3‴ longo et lato fusci). Perigonium pollicare (cylindraceo-campanulatum, diam. superne semipoll.); sepala oblonga (obtusa, superne paululum latiora), rubra (miniata in ic.) apice viridi, intus flava, $^1/_4$″ lata; petala magis flava, apice magis et latius viridia, (spathulato-oblonga, obtusa cum apiculo minutissimo, sepalis superne paulo latiora). Stylus et filamenta perigonio breviora.

2) subulato-linearia, patentissima; pedunculi gemini, biflori.

7. **W. acicularis.**
Collania puberula var. acicularis *W. H.* l. c. t. 11. f. 2.
Hab. cum praec. ♃.
(Viridis. Caulis crassitie pennae corvinae.) Folia $2^1/_2$—3poll., vix lineam lata (in ic. in unum latus versa, fere horizontaliter patentia, 3—5‴ a se invicem remota; involucrantia 4—5, erecta, nervoso-striata, longe et tenuissime acuminata, lanceolata, $1^1/_2$—2poll., basi 3‴ lata. Pedunculi praecedentis, fusci in sicco, ad dichotomiam bracteâ anguste lanceolatâ longe subulato-acuminatâ pedunculo longiore $1^1/_2$poll., $2^1/_2$‴ latâ instructi, pollicares. Germen turbinatum, $2^1/_2$‴ longum et latum fuscum. Perigonium quoad formam et colorem praecedentis, sed paulo minus, superne magis patulum diam. $^3/_4$poll. Ex ic.)

74. Sphaerine.

W. H. l. c. 67. et 106. n. 17.

Folia alterna, suprema duo et involucrantia duo (in omnibus?) opposita. Umbella

1. multiflora; caulis erectus glaber; folia ovato-lanceolata, acute attenuata, multinervia.

1. **Sph. nervosa** *W. H.* l. c. 108. 4. t. 13. f. 1.
In *Peruviâ (Matth.* in hb. *Hook.)* ♃.
(Caulis teres, in sicco pallide lutescenti-fuscus, crassitie pennae corvinae.) Folia (inferiora 4—5‴, superiora pollicem et ultra a se invicem distantia, petiolo brevi 3—4‴ longo torto, horizontaliter patentia, basi rotundata, apicem versus sensim longissime acutissimeque acuminata,) 4—$4^1/_2$poll., $^3/_4$ lata, nervis 29 primariis aequalibus totidemque minoribus alternis percursa (laete intense viridia, plana), 2 suprema opposita (sessilia, involucro diphyllo approximata), involucrantia bracteaeformia multo minora (caeterum conformia; bracteae interiores filiformes). Pedunculi 19—20, $1^1/_4$poll., pubescentes, (erecti, filiformes, crassitie fili emporetici tenuioris, cum germine urceolato-turbinato 3‴ longo superne 2‴ lato in sicco pallide fusci). Perigonium semipollicare (erectum, subcampanulatum, phyllis obovato-spathulatis cum acumine 2—3 lin. longo acutiusculo, in sicco aurantiaco-fuscum, in statu recenti) ut videtur rubrum, luteum et viride. (Genitalia inclusa.)

2. pauciflora; caulis

1) inferne squamatus, superne subspiralis; praeter folia 2 summa opposita bracteae

(1) nullae; folia ovata, acuta, cum caule assurgente subtus villosa; pedunculi 2—4, villosi; phylla oblongo-cuneiformia.

2. **Sph. coccinea** *W. H.* l. c. 3. t. 16. f. 1.
Alstroemeria coccinea *Rz. & Pav.* l. c. 62. t. 291. f. a. — *Schult.* l. c. 745. 31.
In *Peruviae* nemoribus ad *Huassahuassi.* ♃.
Radix filiformis, fibrillosa, tuberoso-pendula: tubera oblonga, alba, tenera, hyalina. Caulis fere 3pedalis, simplicissimus, teres, inferne attenuatus, a medio ad basin foliorum squamis ovatis minimis. Folia breviter petiolata, supra striata, glabra, subtus nervosa, inferiora minora (laete viridia, sensim et breve acuminata, basi rotundata, suprema 2—$2^1/_2$″ longa, $1^1/_4$—$1^1/_2$″ lata). Petioli spiraliter contorti (2—3‴ longi). Pedunculi teretes, 2poll., uniflori. Flores parvi, $^1/_2$poll. Sepala oblonga, coccinea, apice viridia, petala cuneiformia, luteo-virescentia, punctis purpureis maculata (phylla

omnia acutiuscula, erecto-patentia, 3½—4‴ lata). Stamina perigonio breviora, alterna longiora. Capsula pubescens, ovalis. Semina plura, in pulpâ nidulantia.

(2) duae foliaceae oppositae internaeque parvae; folia lanceolato-ovalia, basi attenuata, subtus fortiter nervosa; pedunculi 3 cum germine subpubescentes; sepala (prope apicem lateraliter) cornuta.

3. **Sph. brevis** *W. H.* l. c. 108. 5. t. 18. f. 1.
In *Peruviâ (Matth.* in hb. *Hook.)*. ♃.
Caulis 14poll., dimidio inferiore squamatus. Folia inferiora minora, superiora 3poll. v. ultra, ½″ lata, (breviter petiolata, petiolis tortis, 4—5‴ longis, ⅓—½″ a se invicem distantia, patentia, apice acuta, pallide viridia in sicco,) involucrantia duo opposita bracteaeformia praeter 2 suprema opposita, et bracteae propriae interiores parvae (in ic. non conspicuae ut ped.). Pedunculi ¼poll. Perigonium semipollicare, ut videtur aurantiacum et viride (subcampanulato-patulum. Sepala oblonga, obtusa, in sicco ex ic. fusca, 3‴ lata, corniculo subincurvo acutiusculo 2‴ longo. Petala apice rotundata, in sicco ex ic. pallide flava. Filamenta petalis paulo breviora, flavescentia; antherae concolores, oblongo-ovales, 1½‴ longae, lineam latae).

2) solitarius filiformis glaber (bipedalis) simplicissimus,

(1) adscendens; folia alternatim disticha, oblongo-lanceolata; umbella 3—8flora; phylla aequalia, interiora plana.

4. **Sph. distichophylla** *W. H.* l. c. 107. 1. t. 12. f. 3, 4.
Alstroemeria distichifolia *Rz. & Pav.* l. c. 60. t. 287. f. a.
Alstr. distichophylla *Sprg.* l. c. 80. 12. — *Schult.* l. c. 741. 22.
In nemoribus *Andium Peruviae*, in montibus altis frigidis pr. *Munna*. ♃.
Glabra. Folia apice contorto, subtus striata, nervosa, nervis 5 duris et 6 paribus mollioribus intermediis, lanceolato-ovalia *(W. H.)*, 2½—ultra 3poll., circ. ¾″ lata, inferiora minora, duo in apice utplurimum opposita (acutissima, erecto-patentia, plana, in sicco ex ic. sordide viridi-fusca), petioli breves, ⅛poll., contorti. Involucrum bracteis subulatis inaequalibus parvis. Pedunculi 3—6, teretes, uniflori, divergentes, ½—1¼poll. (erecti, stricti, filiformes, nigrescentes in sicco. Germen concolor, ovale, 4‴ longum, 3‴ crassum). Perigonium semipoll., puniceum (purpurascenti-rubrum *W. H.*, in sicco ex ic. aurantiacum, disco phyllorum fuscopurpurascente, erectum, subpatulum, campanulatum). Phylla cuneiformia, acumine minimo (2—2½‴ lata), exteriora basi canaliculata, interiora latiuscula. (Genitalia inclusa.) Antherae violaceae. Capsula ovata, obtuse trigona, punicea, obscure trisulca, non dehiscens (magnit. pisi majoris). Semina subrotunda, fulvescentia, pulpâ paucâ.

(2) dependens, teres, glaber; folia secunda, lanceolata, acutissima, subtus (obsolete tomentosa) alba; pedunculi 4—6; flores hirsuti.

5. **Sph. secundifolia** *W. H.* l. c. 2. t. 12. f. 1, 2.
Alstroemeria secundifolia *Rz. & Pav.* l. c. 60. t. 290. f. a. — *Sprg.* l. c. 13. — *Schult.* l. c. 23.
Hab. cum praec. ♃.
(Caulis crassitie fili emporetici, in sicco pallide fuscoflavescens.) Folia 1½palmaria (4—4½poll.) pollicem lata, (in specimine *Ruizii* in hb. *Lamb.* asservato duo suprema opposita circ. 3½poll., ⅝ lata, multo minus ovata), utrinque longitudinaliter (dense) lineata, nervosa, margine retroflexa, supra glabra, inferiora minora (petiolo brevissimo 2‴ torto, basi cuneato-attenuata, apice longe acuminata acutissima). Involucri foliola parva, subulata, erecto-patentia (semipollicaria v. ultra, lineam lata, acutissima). Pedunculi 1½poll., teretes, filiformes, uniflori. Perigonium ¾poll. (campanulato-patulum): sepala oblongo-obovata, petalis parum latiora, punicea, extus lanuginosa (3—3½‴ lata, acutiuscula); petala basi canaliculata, lutea, punctis nigris maculata, apice viridia, cuneiformia. Germen lanuginosum (urceolatum, fere semipollicare). Stigmata lanuginosa. Capsula oblonga, hexagona, angulis alternis productioribus, obtusa, lutea, rugosa, scabra, magnit. nucis juglandis minoris. Semina in pulpâ nidulantia, subrotundo-obovata, rubra.

75. Campynema.

Labill. Nov. Holl. I. 93. — *RBr.* Prodr. 290. — *Endl.* l. c. 180. 1294. — *Meisn.* l. c. 393. (295.) — *W. H.* l. c. 66. et 87. n. 13.
Campylonema *Poir.* Ill. gen. III. 598. t. 940. — *Schult.* l. c. XCVI. n. 1531. *)

Radix fasciculata, fusiformis; folia linearia,

C. **lineare** *Labill.* l. c. t. 121. — *RBr.* l. c. 290. — (linearis) *W. H.* l. c. 87. — *Sprg.* l. c. II. 142.

*) Genus dubiae familiae, et teste *RBr.* l. c. propter habitum haud dissimilem, stylum

graminea, glabra, caulina semiamplexicaulia; flores terminales, 1—4; stigmata longa simplicia; semina rufa, lucida.

Campylonema lineare *Schult.* l. c. 1507.
In promontorio *van Diemen.* ♃.
Radix fibris gracilibus simplicibus fusiformibus. Caulis suberectus, gracilis, simplex, pedalis et ultra, teres, substriatus, foliosus. Folia obtusa, radicalia numerosa caespitosa, caulina alterna remota. Flores raro 3—4 in pedunculo terminali gracili elongato, medio foliolis 2, subinde flore longioribus. Perigonium parvum, phyllis ovali-(elliptico-)lanceolatis obtusis acuminatis basi attenuatis. Stamina perigonio breviora. Germen subclavatum. Antherae basi semibifidae. Styli (stigmata sec. *W. H.*) subulati, recurvi. Capsula oblonga, trigona, trisulca, perigonio persistente coronata. Semina numerosa, horizontalia, compressa, fere semilunata, tunicâ spongiosâ rufescente.

Subordo V. Agaveae.

Endl. l. c. 181. Ench. bot. 105. — *Meisn.* l. c. 395. (298.)
Amaryllidaceae caulescentes. Subordo 3. Agaveae §. 3. Agaviformes *W. H.* l. c. 69.
Bromeliaceis affines *Sp.* l. c. XII. 399. *)

76. Doryanthes.

Correa in Linn. Trs. VI. 211. — *R. Br.* Prodr. 298. ed. germ. *N. ab Esenb.* 154. — *Schult.* *S. V.* VII. 1. XLII. n. 1421. — *Endl.* l. c. 180. 1296. — *Meisn.* l. c. 393. (295.) — *W. H.* l. c. 70. et 128. n. 27.

Radix fasciculata. Caulis excelsus, teres, foliosus. Folia radicalia late ensiformia, caulina multoties minora. Capitulum compositum e spicis suboppositis confertis paucifloris. Flores alterni, punicei, breviter pedunculati, bracteis semivaginantibus pedunculisque coloratis. (*R.Br.*)

D. excelsa *Correa* l. c. 213. t. 23, 24. — *Ferd. Bauer* Ill. t. 13—15. — *Sims* Bot. Mg. t. 1685. — *Sprg.* l. c. 80. — *Schult.* l. c. 732. — *W. H.* l. c. 128.
In *Novâ Hollandiâ.* ♃.

Folia radicalia circ. 100, 4pedalia, 2″ lata, ensiformia, glabra, integerrima, margine cartilagineo angustissimo, erecta, inferiora recurva, acuminata, dilute viridia. Caulis centralis, strictus, 10—12-(teste *Correa* 20-)pedalis (vix pollicem crassus), teres, pallide viridis, foliis lineari-lanceolatis acutis basi vaginantibus apice patentibus, 2—3″ longis, basi 4—5‴ latis vestitus. Flores obscure kermesini v. punicei, in capitulum terminale subrotundum, bracteis magnis ovato-acuminatis viridibus cinctum collecti: intra has bracteas aliae lanceolatae, puniceae, flores in fasciculos 2—3—4floros separantes; bracteae 2 angustiores lgt. germinis et pedunculi singulos flores concomitant. Perigonium infundibuliforme: tubus 2—3-pollicaris, 1 ½″ crassus; laciniae 6 linguaeformes (oblongo-lanceolatae, concavae, dorso carinatae *Corr.*), obtusae cuspide inflexâ, revolutae, 4poll., ¾″ latae (interiores 3 basi latiores). Filamenta subulata, perigonio breviora (lgt. fere petalorum, antherarum bases profunde penetrantes *Corr.*) punicea, crassiuscula; antherae lgt. ⅔ filamenti, quadrangulae, (subcylindraceae, post foecundationem) basi excavatae exstinctoriiformes, flavae, polline saturate viridi. Germen rectum, obsolete triquetrum. Stylus ex tribus connatus, trisulcatus, lgt. staminum (in ic. Bot. Mg. longior), puniceus. Stigma 3lobum. Capsula turbinato-ovata, subtrigona, trisulcata, vestigiis petalorum stylique coronata, intus lignosa, extus corticosa, striata, fibrosa. Chordulae pistillares 6, per paria dispositae, axi dissepimentorum affixae. Semina chordulis pistillaribus alternatim affixa, ut singula tantum series in unoquoque loculo appareat. Semen planum, reniforme rugosum: nucleus

---

lum partitum et capsulam tripartibilem, atque perianthii aestivationem, forsan melius Melanthaceis associandum, sed germine infero ab hisce recedens.

*) Agaveae, inter Amaryllideas et Bromeliaceas intermediae, hisce habitu, illis characteribus artificialibus propiores, transitum ad ulteriores formant. Genus Doryanthes, et permulta alia ex illâ regione aenigmatibus et mysteriis uberrimâ, Novâ Hollandiâ, quoad locum in systemate naturali adhuc dubium. A clis. *Endlicher*, *Meisner* et *Spach* Alstroemerieis sive Amaryllideis anomalis subjungitur; cl. *Herbert* propriis Agaveis sensu strictiore consociavit; forsan typum proprii ordinis v. subordinis efficit, detegendis stirpibus affinibus, in illo continente pro maximâ parte adhuc ignotâ circumscribendi. Interea ad primordium Agavearum collocavi, transitum ideo ab Alstroemerieis ad Agaveas sistens.

(Doryanthes excelsa) lateralis, subtriqueter, dimidium ejus partem obtinet. Integumentum duplex: exterius spongiosum, nuclei cartilagineum. Perispermium amygdalinum, nucleo conforme. Embryo minutus: cotyledon foliacco-compressa, plana, cuneiformis.

Obs. Fourcroya australis *Haw.* Syn. Succ. 74. (*Schult.* l. c. 732. 7. — Agave australis *Steud.* Ncl. ed. 1. 18.) foliis integerrimis longe lanceolatis patentibus viridibus — aut haec planta est aut secunda species, certe non Fourcroyae neque Agaves, quae omnes Americam incolunt.

77. Agave.

L. gen. 431. — *Schult.* l. c. XLI. n. 1419. — *Zuccar.* in Nov. Act. Acad. C. L. N. C. XVI. 661. et sq. — *Endl.* l. c 181. 1297. — *Meisn.* l. c. 395. (298.) — *W. H.* l. c. 69. et 127. n. 26. — *Sp.* l. c. 400.

Subg. 1. Chloropsis.

W. H. ll. cc. t. 33. f. 16—19. (floris et fructif. partes.)

Subcaulescentes; folia spinoso-dentata glaucescentia utrinque plana; scapus paniculatus, ramulis ultimis subcymoso-fasciculatis. Folia

I. basi parum dilatata, laxa, dentibus brevibus rectis corneis, margine inter eos herbaceo glabro, spina terminalis valida; perigonium

1) horizontale, limbo turbinato patulo, laciniis ovato-lanceolatis; germen cylindricum, perigonii tubum aequans, ad basin constrictius; stigma capitato-trilobum, antheras superans; folia oblonga, marginibus nigricantibus.

1. **A. Verae Crucis** *Haw.* Succ. 72.
Agave lurida *Ait.* Ht. Kew. I. 472. ed. 2. II. 302. — *Wlld.* Sp. pl. II. 193. 5. (excl. syn. *Jacq.* & var. *β.*) — *Sprg.* l. c. II. 79. 9. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1522. — *Schult.* l. c. 726. 9. (excl. var. *β.*)
Ag. Vera Cruz *Mill.* ed. 8. n. 7.
Aloë americana ex Vera Cruce foliis latioribus glaucis *Ht. Beaumont.* 4.
? Aloë americana sobolifera *Herm.* Ht. Lugd. 16. t. 17.
In *Mexico*, pr. *Vera Cruz.* ♃.

Scapus florens biorgyalis. Pedunculi horizontales, in pedicellos 3 corymbose divisi, pollicares, crassitie pennae anatinae. Bracteae ovato-lanceolatae, acuminatae, viridi-flavescentes ad pedunculum pedicellosque, iis breviores. Perigonium et genitalia pallide viridia. Tubus fere bipoll., diam. circ. 5‴. Limbus $1^3/_4$poll., infundibuliformis, laciniae alternae parum latiores, obtusiusculae. Genitalia perigonio dimidio et ultra longiora; antherae virides.

2) suberectum, laciniis erectis lineari-oblongis obtusis inflexo-cuspidatis; germen trigono-subcylindricum, utrinque subattenuatum, perigonium subaequans; folia late-lineari-oblonga.

2. **A. lurida** *Zucc.* in Nov. Act. Acad. C. L. N. C. XVI. 2. 670. t. 49—51. — *W. H.* l. c. t. 33. f. 16—19. (partes fructif.)
Agave lurida *β.* foliis angustioribus *Ait.* l. c. — *Wlld.* l. c. — *Gawl.* l. c. (excl. synon. *Mill.*) — *Schult.* l. c.
A. lepida *Dietr.* Syn. II. 1192. 10.
In *Mexico.* ♃.

Caulis brevis, vix pedalis, 6″ circ. crassus, sursum sensim incrassatus, rudimentis foliorum emarcidorum densissime vestitus. Folia numerosa, circ. 3′ longa, 6″ lata, basi pollicem, superne vix 3‴ crassa, utrinque glabra, dentibus nigricantibus, inter dentes rectilinea; spina terminalis subulato-conica, atrofusca, 8—10‴ longa; folia summa multo minora, circ. bipedalia, 3″ lata. Stipes (scapus) circ. 16pedalis, basi 4″ crassus, foliis alternis remotiusculis lanceolatis acuminatis remote serrulatis glabris coriaceis, sub anthesi jam emarcidis, basi plerumque oblique affixis obsitus, teres v. superne subangulosus, glaber, glaucescens et rubro suffusus. Flores in paniculam circ. 6pedalem pyramidatam obtusam dispositi: paniculae rami infimi abortientes, superiores floriferi circ. 20, exceptis summis abbreviatis inter se subaequales, alterni, subhorizontaliter patentes, compressiusculi, circ. $1^1/_2$pedales, apice plerumque trifidi, divisionibus iterum pluries divisis, ultimis tandem pedunculos gerentibus 10—20 in cymam dispositos, 1—3—5floros, compressiusculos, basi suffultos bracteâ lanceolatâ acutâ membranaceâ glabrâ pallide viridi, demum

(Agave lurida) (jam sub anthesi) aridâ: pedicelli 3—4''' longi, teretes, glabri, pallide ac lucide virides, erecti, subclavati, bracteis 2—3 supra descriptis plane similibus alternis muniti. Perigonium ad ovarium usque 15—18''' longum, viride, coriaceo-subcarnosum, persistens: tubus cylindricus, imâ basi constrictus, nectarifluus; laciniae integerrimae, glabrae, crassae, tenuissime nervoso-striatae, inter se aequales, 4''' circ. latae, post foecundationem aridae persistentes: exteriores 3 margine inflexo concavae, interiores in medio dorso obtuse carinatae, utrinque ad carinam lineâ concavâ, cui in alabastro margo laciniarum exteriorum incumbit, exaratae, intus medio concavae et marginem versus lineâ prominulâ percursae. Stamina in alabastro inflexa, sub foecundatione exserta floremque (excepto ovario) duplo superantia, erecta, persistentia: filamenta imâ basi compressiuscula, sursum subulata, pallide viridia, ad lentem tenuissime glanduloso-punctata, 3poll.; antherae elongatae, circ. pollicares, lineares, acutiusculae, basi truncato-subemarginatae, connectivo vix conspicuo, pallide flavae. Ovarium glaberrimum, pallide virens, ovulis suborbicularibus compresso-planis basi emarginatis glabris; dissepimenta perianthii laciniis interioribus opposita, loculorum lumina obcordata. Stylus erectus, obsolete subtrigonus, crassus, strictus, glaber, in alabastro perianthium aequans, demum sub foecundatione elongatus, 4poll. staminaque superans, sordide albido-flavescens, persistens. Stigma capitato-trilobum, laciniis carnosis late ovatis vel semiorbicularibus obtusis erecto-conniventibus, extus glabris, margine et intus dense ac tenuiter papillosis, viscidis, stylo concoloribus. Capsula perianthio sicco coronata, bipollicaris, obtuse trigona angulis rotundatis lateribus concavis, basi in stipitem brevem subattenuata, tenuiter nervose striata, praesertim in angulis saepe verruculosa, caeterum glabra, extus cortice tenui brunneo vestita, intus laevigata castaneo-fuscescens et tenuiter transversim striolata, coriaceo-indurata. Semina subtriangulari-inaequilatera, latere basilari (in quo hilum parvum oblique prominulum) rectilineo, reliquis duobus convexis, compresso-complanatum: testa tenuis, chartacea, glabra, nitidula, nigra, a tunicâ interiore tenuissimâ vix separanda, obsolete reticulatim venosa vel rugulosa. Albumen cartilagineum, homogeneum, albidum. Embryo magnus, rectus, cylindricus, utrinque obtusus, albus, parum heterotropus radiculâ non omnino versus hilum spectante, homogeneus cotyledone et plumulâ inconspicuis. — Flores inodori. *(Zucc.)*

2. lanceolata conferta; perigonium suberectum, laciniis lineari-ligulatis vel anguste oblongis obtusis tubulose conniventibus apice incurvulis germine duplo longioribus; stylus staminibus divergentibus multo brevior (*Gawl.*).

3. **Agave Jacquiniana** *Schult.* l. c. 727. Obs. 2.
Agave lurida *Jacq.* Coll. IV. 94. t. 1. — *Targ.-Tozz.* Obs. bot.
In *Mexico*. ♃.

Truncus pedalis, a foliorum reliquiis inaequalis. Scapus e centro foliorum, erectus, 12pedalis, teres, crassitie brachii, glaber, e glauco virens, spathis vagis emarcidis ovato-acutis distantibus, superne paniculatus: ramis inferioribus bipedalibus, superioribus sensim brevioribus, omnino numerosis, patentissimis, subancipiti-depressis. (Inflorescentia densa, adscendens, flores ac in A. luridâ duplo minores *Gawl.*) Flores numerosi, fasciculati, omnes erecti, nauseose foetidissimi (Brassicae corruptae odore, inaperti floris nullo *Targ.-Tozz.*). Perigonium virens, ad $^2/_3$ 6fidum, coriaceum, tubo 6sulcato, laciniis canaliculatis apice fornicatis. Filamenta subulata, erecta, perigonio duplo longiora, patula, flavescenti-viridia; antherae lineares, longae. Germen oblongum, obsolete trigonum, perigonio brevius. Stylus filiformis, crassus, erectus, subtrigonus, perigonio paulo longior. Stigma subcapitatum, obtusum, subtrigonum. Capsula obovata, obtusa, 3sulcata, tubo perigonii persistente staminibusque coronata, nigra, glabra. Semina numerosa, plana, atra. *(Jacq.)*

Subg. 2. Littaea.

W. H. ll. cc.

Littaea *Tagliabue* in Bibl. ital. I. 100.*) — Bonapartea *Wlld.* En. Suppl. 18. (non *Rz. & Pav.*) Agave b. Littaea *Endl.* l. c. — Agave *Meisn.* l. c. (p. p.)

Flores spicati.

1. Acaules. Folia

*) Calyx simplex, superus, 6angularis, monophyllus, limbo 6fido revoluto. Filamenta

1) integerrima,
(1) imbricata, ensiformi-canaliculata, glabra; spica terminalis brevis densa; perigonii tubus limbo
a. brevior subcurvatus; flores sessiles subimbricati; folia arcuatim reflexa.

4. **A. brachystachys** *Cav.* Descr. 453. — *Schult.* l. c. 724. 5.
Agave spicata *DC.* Cat. ht. Monsp. 1813. 76. Ht. Monsp. t. 98. (vix *Red.*)
In *Mexico.* ♃.
Folia bipedalia, basi 2″ lata, caulina (i. e. scapi) alterna, sensim minora et in squamas marcescentes abeuntia. Scapus 6pedalis, teres, glaber, basi crassitie digiti. Spica semipedalis. (Racemus spiciformis, brevis. *DC.*) Flores erecti. Perigonium $1^{1}/_{2}$poll., tubus brevis, fauce compressâ: laciniae extus glaucescenti-virides, intus (et apice sordide) flavae, mox arcuatim reflexae, post foecundationem iterum erectae. Filamenta subulata, perigonio duplo longiora, purpurascentia; antherae lineares, atropurpureae, sulcis 4. Stylus subulatus, 3sulcus, staminibus brevior, sub foecundatione incurvus, dein erectus elongatus staminaque superans. Stigma capitatum, triangulare. Germen oblongum, fere teres. Capsula ovata, basi angustata, perigonio coronata, pollicaris. Semina nigra, compressa.

b. parum longior cylindricus 6sulcus; flores pedicellati, folia erecta.

5. **A. humilis.**
Agave spicata *DC.* in *Red.* Lil. t. 485.
In *Mexico.* ♃.
Radices fasciculatae, durae, teretes. Folia tenuia, rigida, acuta, pedalia et ultra, 8—9‴ lata, intense glaucescenti-viridia. Scapus centralis, erectus, solitarius, simplicissimus, 3pedalis, basi foliolis aliquot semiamplexicaulibus. Spica 15—20flora, rhachi ad pedicellos tuberculosâ; bracteae acutae, membranaceae. Perigonii tubus 8—9‴ longus, laciniae lineares, obtusae, revolutae. Filamenta 12—15‴ longa. Antherae 7—8‴ longae, intense purpureo-fuscae, polline flavo. Germen ovato-oblongum. Stylus lgt. staminum. Stigma obsolete trilobum. Differt ab A. yuccaefoliâ foliis integerrimis nec serrato-dentatis, scapo breviore, bracteis sterilibus paucis, spicâ densiore magis ovatâ, antheris purpureo-fuscis nec flavis.

(2) laxiuscula, acuminata,
a. lanceolata tenuia; perigonii laciniae recurvae; stamina longe exserta; rhizoma crassum, carnosum.

6. **A. saponaria** *Lindl.* in Bot. Reg. new. ser. (Oct. 1839.) t. 55.
Agave polyanthoides *Ht. Monac.* & *Berol.* (?)
In *Peruviâ*, ubi saponis loco usurpatur. (*Skinner.*) ♃.
Inermis, glauca. Racemus longus; flores viridulo-albi. Scapus superne tenuissime rufo-punctatus, cum foliis, bracteis floribusque glauco-pruinosus; folia acuminata, semiamplexicaulia. Tubus perigonii viridis, limbus flavescens, filamenta et stylus violacea, antherae aureae.

b. lanceolato-linearia, planiuscula, revoluta, apice teretia, marginibus anguste albido-cartilagineis infra apicem in paginâ superiore conjunctis, supra canaliculata, subtus costâ inermi magis prominente notata; scapus procerus bracteatus: flores densi sessiles.

7. **A. revoluta** *Klotzsch* in Allg. Gart. Zt. VIII. 274.
In *Mexico.* ♃.
Rhizoma breve, crassum, squamis vaginatis siccis membranaceis albidis vestitum. Folia glaucescenti-viridia, deorsum valde reflexa, supra in medio tantum longitudinaliter canaliculata, subtus opace viridia, 6—8poll., $^{3}/_{4}$″ lata. Scapus glaucescens, unicolor, circ. 4pedalis. Perigonii tubus profunde 6sulcatus.

2) dentata, lanceolata, acuminata, dentibus
(1) tenuibus membranosis, canaliculata; spica longissima.

8. **A. spicata** *Cav.* descr. 454. Ann. d. Cienc. nat. III. n. 15. 256. — *Sprg.* l. c. 79. 11. — *Schult.* l. c. 724. 6.
In *Cuba.* ♃.
Folia divergentia, acuta, $2^{1}/_{2}$pedalia, basi fere 3″ lata, 4‴ crassa, marginibus membranaceis (linearia, integerrima, rigida! *Sprg.*). Scapus 15pedalis, diam. $1^{1}/_{2}$″, foliis alternis

---

exserta, perianthii laciniarum basi affixa. Stylus simplex. Capsula matura trigona, 3loc. *Tagl.*

(Agave spicata) adpressis quam radicalia brevioribus sensim minoribus, superioribus in squamas acutas transeuntibus caducis, uti tota planta pallide viridis, rore cinerascente, teres, glaber. Bracteae lanceolato-subulatae, basi tuberculo instructae. Spica 6pedalis: pedicelli perpendiculares, fere pollicares, subcylindrici v. subcompressi, scapo appressi, 2—3flori. Flores basi bracteis 2 ovatis acutis 2''' longis marcescentibus. Perigonium pedicello paulo longius, extus virescens, intus virescenti-flavum: tubus brevis, ad germen subangustatus, nectare claro repletus; laciniae lineares, obtusae, apice fasciculo pilorum alborum, post expansionem revolutae, spiraliter contortae, marcescentes, dein iterum erectae, filamenta amplectentes. Filamenta laciniis duplo longiora, subulata, recto-divergentia, purpureo-punctata; antherae lineares, flavescenti-virides. Stylus triqueter, incurvus, staminibus brevior, foecundatione peractâ erectus elongatus. Stigma triquetrum. Germen viride, oblongum, subcurvatum, obtuse angulosum, lgt. pedicelli.

(2) minutissimis albidis, membranacea, rigidiuscula, patentia, fere conduplicata, undulata, apice teretia convoluta.

9. **Agave undulata** *Kl.* l. c.
In *Mexico*. ♃.
Rhizoma brevissimum, subterraneum. Folia 6—8'' longa, basi $^1/_4$'' lata, sensim in cuspidem teretem excurrentia, margine undulato-flexuoso, supra laete viridia, subtus glaucescentia. Foliorum paginae diametro transversali triangulum formant. Nondum floruit.

2. Caulescentes. Folia margine integerrima,

1) (in n. 11. subrhombeo-)ancipitia, rigida, basi incrassata, spinâ brevi osseâ (corneâ) terminata, margine

(1) per aetatem filamentosa, substriata, diffusa, flaccida; flores in spicâ per paria approximati.

10. **A. geminiflora** *Brande* Journ. of sc. n. 3. t. 1. — *Sprg.* l. c. 12. — *Schult.* l. c. 729. 14. — *Bot. Rg.* t. 1145.
Littaea geminiflora *Tagl.* l. c.
Bonapartea juncea *Wlld.* l. c.
B. flagelliformis *C. Henck. a Donnersm.* in Flora 1820.
Dracaena filamentosa *Scanagatta.*
Dracaena Boscii *Ht. Cels.*
Yucca Boscii *Desf.* Cat. ht. Par.
In *Peruviâ*. ♃.
Radix radiculis paucis flexuosis obscuris. Caudex erectus, teres, laevis, cicatricibus squamosus. Folia obscure viridia, in apice caudicis in orbem congesta, glabra. Scapus centralis, simplex, erectus, teres, laevis, substriatus, inferne squamosus, squamis lanceolato-dentatis, superne multiflorus. Flores in spicam densam interruptam dispositi, sessiles, geminati, ochroleuco-viridi-violacei, basi bracteâ lineari-lanceolatâ subciliatâ florem subaequante; ad basin singulorum florum bracteolae 2 aliae ovato-acutae, ciliatae, scariosae. Perigonium tubuloso-campanulatum, sexangulare, limbo revoluto, laciniis lanceolatis. Filamenta purpurascentia, erecta, limbo duplo longiora. Antherae lutescentes, magnae, oblongae, sulcatae. Germen ovatum, hexagonum. Stylus erectus, teres, superne crassior, perigonio paulo longior. Stigma inconspicuum. Capsula trigona. Semina semiorbicularia, plana, nigra, nitida.

(2) nuda, sursum utrinque lineolis (circ. 12) tenuibus albidis parallelis striata et scabriuscula, linearia.

11. **A. striata** *Zucc.* l. c. 678.
In *Mexico*. ♃.
A. geminiflorae valde affinis (et, cum flores nondum observati, provisorie modo hic collocata), sed folia rigidiora, basi sensim nec repente rhombeo-dilatata glaucoque irrorata, transversim dissecta rhombeo-ancipitia, sursum sub lente tenuissime calloso-crenulata, apice in spinam 4—5''' longam subulatam rigidam castaneam excurrentia, 2—3''' lata. Fila in margine foliorum nulla.

2) laevia nuda glaberrima, membranacea, sublinearia, longe acuminata, multinervia; spica laxa, bracteata.

12. **A. polianthoides.** *)
Agave polyanthoides *Schlcht. & Cham* in Linn. VI. 55. et *D. F. L. de Schlchtd.* ibid. XVIII. 413.
Mexico: in graminosis et locis silvaticis regionis temperatae pr. *Hacienda de la Laguna* in confinio *Jalapae.* (*Schiede.*) ♃.
Caulis foliosus, orgyalis v. 8pedalis: corpus intermedium (rhizoma) crassum, bulbiforme, subterraneum, foliorum basi

*) **Polianthes** recte scribendum est, nec **Polyanthes**.

(Agave polianthoïdes) nempe tunicatum. Corpus centrale infra bulbum tamen elongatum. Scapus 6—8pedalis, inferne $1/2''$ crassus, teres, simplicissimus, foliis aliquot remotioribus sensim minoribus et in bracteas abeuntibus obsitus. Folia $2\frac{1}{2}$ — $2\frac{3}{4}$pedalia, $1/4$ — $1/2''$ lata, supra basin vaginantem angustata, tunc dilatata sublinearia, absque nervo medio proprio, sed ejus loco nervis dense confertis minoribus. Spica 1 — $1\frac{1}{2}$pedalis; bracteae e basi latâ angustae acutae, in sicco patentes v. arcuato-deflexae, ultimae fere tantum $2'''$ longae, hinc bracteolam aliam similem sed multo breviorem et minus acutatam foventes. Perigonium virescens, basi tubulosum, limbo aequali revoluto, laciniis oblongis obtusiusculis lgt. tubi. Filamenta aequalia, crassiuscula, apice attenuata, erecta, laciniis longiora; antherae lineares, 6 — $7'''$ longae, obtusiusculae, basi emarginatae, dorso canaliculatae. Germen obtuse trigonum. Stylus linearis, trigonus. Stigma capitato-triangulare. Stylus primum curvatus, filamentis brevior, demum rectiusculus, filamenta subaequans vel superans. Capsula obtuse trigona. Semina plana, nigra.

Hujus subgeneris esse videtur:

A. lophantha *Schiede* in Linn. IV. 582.: caule simplici 20-pedali, floribus flavescentibus dense cooperto — in Malpays de Naulingo Mexicanorum detecta, caeterum indescripta, aliaque pr. la Joya observata scapo simplici, racemo denso, fructibus viridibus, l. c. 222. indicata, sed neque nominata, nec descripta.

Subg. 3. Agave.

W. H. ll. cc.

Agave a. Agave *Endl.* l. c.

1. Scapus ramosus, paniculatus. Acaules. Folia spinoso-dentata; perigonii tubus

1) medio angustatus; stamina

(1) perigonio duplo longiora, stylo

a. breviora; folia lanceolata, canaliculata, glauca, spinis marginalibus incurvis terminalique rectâ subulatâ castaneis.

13. **A. americana** *L.* Sp. pl. 461. Amoen. acad. III. 22. — *Wlld.* l. c. 192. 1. — *HBK.* l. c. I. 238. — *Kth.* Syn. I. 299. — *Andr.* Bot. Rp. t. 438. — *Tratt.* Tabular. t. 243. — *Sprg.* l. c. 78. 1. — *Schult.* l. c. 722. 1. — *Sp.* l. c. 401. et omn. auct.

Agave ramosa *Mch.* Meth. 642.

In *Americâ meridionali* a planitie ad alt. 1600 hex., et inde introducta in insulam *Mauritii* et *Europam meridionalem*, ubi in *Lusitaniâ*, *Hispaniâ*, *Galliâ* meridionali, *Helvetiâ*, *Italiâ*, usque in *Tyrolem* hinc inde occurrit efferata; in *Africâ boreali.* ♃.

Metl Mexicanorum, Maguay, Maguay de Cocuyza, Cumanensium; Aloë et Aloë americana script. veter. (p. p.)

Radix caudice crassissimo foliorum basibus squamato, fibrosissima: fibris fasciculatis flexuosis longissimis crassitie calami scriptorii, epidermide exteriore fuscâ, interiore subviolaceâ, parenchymate albo, sapore viscido haud ingrato. Scapus erectus, teres, 4 — 6org., crassus, squamis alternis sublanceolatis semiamplexicaulibus, inferioribus longioribus approximatis, superioribus remotioribus sensim minoribus scapo appressis. Folia radicalia, sibi invicem incumbentia, laevia, extus colore viridi-glauco variegato suffusa, mucronata, rigida, crassa, 6pedalia et ultra, succosa, exteriora reflexa, interiora patentia, intima in conum acutissimum rectum obvoluta; spina terminalis pollicaris et ultra, marginales $3'''$ longae. Panicula maxima, nutans, composita; pedunculi recurvato-inflexi, decompositi, multiflori: flores pedicellati, bracteis sublanceolatis. Perigonium luteo-viride, tubuloso-infundibuliforme, tubo obsolete hexagono; laciniae oblongae, obtusae, concavae, erectae, repandae. Filamenta subulata, leviter compressa, apice curvata, basi incrassata, perigonio multo longiora; antherae lineares, utrinque sulcatae, pollicares, lineam latae, luteae. Germen turbinatum, hexagonum, angulis alternis magis prominulis, parum curvatum. Stylus filiformis, obtuse angulatus, primum lgt. perigonii, postea

(Agave americana) stamina superans. Stigma capitatum, trigonum, per angulos trifidum, incisuris pubescentibus. Capsula turbinata, obtuse trigona, trisulca. Semina suborbiculata, plana, fusca. (*Rz. & Pav.* Fl. Per. III. 66. ad plantam spontaneam.)

Planta inter maximas monocarpicas, a *Cortuso*, ut aiunt, primum culta, in omnibus hortis culta, rarissime et, ut fertur, saeculo fere elapso, semel florens et anthesi peractâ periens. In peninsulâ pyrenaicâ ad sepes construendas impenetrabiles adhibetur, Mexicanis ad potum inebriantem „Pulque" parandum inservit; e foliorum fibris funes atque lintea rudia texuntur.

β. variegata *htl.*: foliis albo v. luteo marginatis vel fasciatis variegatisque.

Agave americana muricata, fol. margine luteo v. albo. *Risl.* Ht. Carlsr. 3.

In hortis frequenter culta.

b. longiora; folia lato-lanceolata, intus plana v. concava, extus subcanaliculata, pallide viridia, spinis marginalibus brevibus distantibus triangularibus apice retrorsum uncinatis fuscis, terminali robustâ.

14. **Agave Theometel** *Zuccagni* in *Roem.* Coll. 138.

Agave americana foliis parum dentatis Theometel s. Manguel divinum. *Moris.* hist. 418.

A. americana minor *Munt.* Phytogr. cur. 20. f. 93. — *Raj.* hist. 1198. t. 2.

In *Mexico*. ♃.

Caudex vix 3poll., teres, erectus, simplex. Folia radicalia, sub anthesi in apice caudicis in orbem disposita, crassissima, margine inflexa et undique spinosa, mucrone valido, $1^1/_2$pedalia, 4'' lata, interiora suberecta, integerrima, margine cartilagineo nonnihil spinoso, apice rubicundo. Scapus basi teres, sub ramis angulosus, erectus, laete viridis, nitidus, spathis squamaeformibus, 5pedalis et ultra, basi circumferentiâ 7'', supra medium in paniculam contractam divisus; squamae alternae, ensiformes, amplectentes, apice aculeato, mox emarcidae; ex earum sinu primum prodeunt bulbillorum acervi sessiles, floribus abortivis sensim pedunculatis quandoque mixti; rami alterni, breves, rigidi, ancipites, obliqui, ramulosi, scapo concolores; ramuli brevissimi, 2 brachiati, 3 ex apice ramuli. Flores 3—5, ex quovis ramuli apice, brevissime pedunculati, sublutei, inodori, 3poll., 13''' lati: pedunculi teretes, erecti, vix 3''' longi. Bracteae triangulares, carinatae, ferrugineae, sub pedunculis singulis solitariae. Phylla oblonga, apice calloso-pubescentia, aequalia, 3 interiora basi angustiora dorso carinata, exteriora fere plana, basi utrinque gibbosa. Filamenta compressa, subulata, adscendentia; antherae oblongae, tetragonae. Germen oblongum, obsolete triquetrum, glabrum, pallide virescens, perigonio longius. Stylus obtuse trigonus, erectus. Stigma obsolete trigonum, plerumque cochleariforme, pubescens, albidum. Capsula oblonga, glabra, obsolete triquetra. Semina fere triangularia, compressa, atra, lucida. *(Zucc.)*

(2) perigonium aequantia; folia lanceolata, viridia, supra concaviuscula, apice saepius recurva, molliuscula, spinis brevibus.

15. **A. vivipara** *L.* l. c. 461. Mt. 368. — *Wlld.* l. c. 193. 2. (excl. synon. *Rumph.*). — *Sprg.* l. c. 79. 6. — *Schult.* l. c. 727. 12. (excl. syn. *Zucc.*).

Aloë americana sobolifera *Herm.* Lugd. 16. t. 57. 17 (?).

Aloë americana polygona *Commel.* prael. 65. t. 15.

In *Mexico*. ♃.

Folia 3—4pedalia. Scapus 10—12pedalis, superne ramosus, in paniculam elongatam effusus. Flores parvi, virentes (lutei), antheris vix exsertis, gemmis viviparis intermixti; bulbis hisce deciduis planta propagatur. — Species ulterius inquirenda.

2) . . . . . ; laciniae angustae, lanceolato-lineares; stamina perigonio longiora, stylum aequantia.

16. **A. obscura** *Schiede* MS. ex *D. F. L. de Schlchtd.* in Linn. XVIII. 413.

In *Mexico: Malpays de la Joya.* Jun. ♃.

Flores tantum descripti, ideoque locus speciei incertus. Bractea $1^3/_4$poll., inferne late subrotunda, subito anguste acuminata tenuiter cuspidata. Perigonium cum germine $1^3/_4$poll.: laciniae $^3/_4$poll., rubrae, apice subcucullato intus pube brevissimâ densâ albâ in lineâ mediâ subdecurrente vestitae. Filamenta $1^3/_4$poll., antherae 7—8''' longae, medio affixae, mobiles, flavae, utrinque obtusiusculae. Stylus superne clavato-incrassatus, obtuse trilobulatus.

3) abbreviatus; perigonium

(1) ad basin fere usque partitum, laciniis ova-

17. † **A. mexicana** *Lam.* Enc. méth. I. 52. — *Schult.* l. c. 723. 2. (p. p.)

libus planis stellatis; panicula laxa, effusa; folia lanceolata, spinis parvis debilioribus, glauca.

Agave Manguai *Desf.* tabl. de l'éc. ed. 2. 33 (?).
A. bulbifera *Bonpl.* (?).
In *Mexico.* ♃.

Folia magna, ut in A. americanâ disposita iisque similia, sed minus crassa, 3—4pedalia, 5'' lata; spinae minores et minus validae. Scapus 15pedalis; flores numerosi, flavescentes v. albido-virides, odore nauseoso. Panicula prolifera.

(2) campanulatum, laciniis connatis (?) erectis; folia lanceolata, utrinque angustata, supra plana, dorso convexa, margine fuscescentia, quandoque medio spinis parcis instructa, caeterum inermia.

18. **A. subinermis.**
Agave vivipara. *Arruda de Camara* Diss. pl. Bras. 23. — *Schult.* l. c. 1717. obs. ad A. viviparam.
In *Brasiliâ.* ♃.

Folia radicalia, numerosa, 4—7pedalia, basi trigona, medium versus latiora, carnosa, non succulenta. Scapus 25—30pedalis. Panicula diffusa. Flores albi. Filamenta erecta, lgt. perigonii (monopetali?). Stylus filiformis. Semina nulla profert, sed ad bases pedunculorum prodeunt gemmae e foliis parvis imbricatis compositae, bipollicares et tunc deciduae.

4) Flores . . . . Folia late oblonga, plana, glauca; dentes saepe inaequales, parte inferiore carnosi recti, superiore cornei acuminati retrorsum vel antrorsum uncinati, aeque ac spina terminalis longa subulata pallide fusci.

19. **A. potatorum** *Zuccar.* l. c. 674.
In *Mexico.* (*De Karwinsky.*) ♃.

E minoribus congenerum. Folia carnosa, in plantâ adultâ pedalia v. $1\frac{1}{2}$pedalia, 3—5'' lata: dentes alterni saepe 2—triplove minores, omnes basi carnosi (folii paginae incisi), recti, deltoidei, vario modo uncinati v. flexuosi; spina terminalis pollicaris, recta, acuminata, nitidula. Scapus fide cl. *de Karwinski* 3—4to anno proveniens, 5—6pedalis, erectus ramosus.

Stirpes vetustae ab incolis colliguntur et foliis exterioribus remotis ad parandum spiritum vivum (non Pulque) adhibentur.

2. Scapus simplicissimus.

Acaules; flores

1) in apice scapi congesti; folia dentato-spinosa, rigida, glauca; stylus stamina aequans.

20. **A. Milleri** *Haw.* Syn. Succ. 71. — *Sprg.* l. c. 79. 2. — *Schult.* l. c. 723. 3.
Agave virginica *Mill.* Dict. ed. 8. n. 2. (nec *L.*).
In *Carolinâ boreali.* ♃.

A. americanae valde affinis, sed folia apice angustiora, pallidiora. Scapus brevior. Flores formâ coloreque eorum A. americanae. Proles pauciores.

2) racemosi (v. spicati potius) sessiles (in n. 22. brevissime pedicellati); folia rigida, margine tenuissime cartilagineo-serrata,

(1) linearia, lorato-attenuata, erecto-recurvata, glauca, supra canaliculato-concava; perigonium tubulosum, apice subinfundibuliforme: laciniis ovato-oblongis apice reflexis.

21. **A. yuccaefolia** *Red.* Lil. t. 328, 329. — *Haw.* Suppl. Succ. 41. — *Wlld.* En. Suppl. 19. — *Sprg.* l. c. 79. 4. — *Schult.* l. c. 725. 7.
In *Mexico.* ♃.

Rhizoma fuscum, brevissimum, sub terrâ divisum in fibras longas teretes ramosas crassitie digiti minimi. Folia numerosa, angusta, basi carnosula, margine cartilaginea, tenuiter et irregulariter denticulata, 22—30'' longa, basi $1—1\frac{1}{2}$'' lata, apicem versus sensim in acumen angustata. Scapus e foliorum centro erectus, gracilis, altissimus, $11\frac{1}{2}$pedalis, viridis, glaber, basi foliolis aliquot radicalibus simplicibus, sed multo minoribus, membranaceis, lineari-lanceolatis, sparsis, basi vix 9''' in diam. Racemus densus, $7\frac{1}{2}$—11poll., circ. 50florus, rhachi profunde sulcatâ; flores primum glauci, dein flavescenti-virides, solitarii geminique, basi bracteis minimis lanceolatis acutis membranaceis albidis medio fuscis. Perigonium ad medium usque divisum: laciniae dorso sulcis 3 longitudinalibus, apice acutiusculis. Filamenta rubro-fusca, erecta, filiformia, aequalia, 20''' longa; antherae magnae lineares, flavescenti-virides. Germen ovato-oblongum, laeve, glaucum, semipollicare. Stylus filiformis, erectus, primum staminibus brevior, serius longior. Stigma trigono-capitatum. — Differt

(Agave yuccaefolia) ab A. spicatâ affini foliis angustioribus, floribus sessilibus, laciniis ovato-oblongis.

(2) lanceolata divergentia pallide viridia; perigonium cyathiformi-tubulosum, laciniis oblongis erectis divergentibus.

22. **Agave virginica** *L.* Sp. pl. 461. — *Wlld.* l. c. 193. 3. — *Jacq.* Coll. II. 261. ic. rar. II. t. 378. — *Lam.* Ill. t. 235. f. 2. — *Gawl.* in Bot. Mg. t. 1157. — *Sprg.* l. c. 79. 7. — *Schult.* l. c. 725. 8.

Aloë foliis lanceolatis spinâ cartilagineâ terminatis, floribus alternis sessilibus. *Gron.* Virg. ed. 1. 152. ed. 2. 53.

In *Virginiae* et *Carolinae* locis saxosis ad ripas fluviorum. ♃.

Rhizoma crassum, fusiformi-cylindraceum, diam. pollicare, descendens, praemorsum, carnosum, extus fuscescens, intus album fibris numerosis fusiformibus crassiusculis crassitie calami, superne non in caudicem elongatum. Folia radicalia plurima, ambientia, deorsum convoluto-compacta, sursum divergenter recumbentia, coriaceo-incrassata, avenia, 4—8poll., 1—2″ lata, margine angustissimo cartilagineo tenuissime denticulato-ciliato albo, cartilagineo-mucronata, subinde maculis rotundatis atrosanguineis. Scapus centralis, 4—6pedalis, teres, erectus, strictus, viridis rore glauco, foliolis aliquot parvis distantibus spathaceis acuminatis, inferioribus amplexantibus concavis, superioribus sessilibus. Racemus spicatus, multi(sub-40)florus, $1\frac{1}{2}$pedalis, subflexuosus: flores sparsi, erecti, parum incurvi, 6pollicares, suaveolentes, virides (flavi *Elliot*), pedicellis fere obsoletis; bracteae scariosae, sphacelatae, germen aequantes, convoluto-acuminatae, purpurascentes. Perigonium ex adpresso-erecto divergens, tubo tereti 6sulcato obtuse hexagono, angulis alternis latioribus; limbus erectus, vix divergens, tubo paulo brevior: laciniae oblongo-attenuatae (longe lanceolatae *Jacq.*), obtusiusculae, convoluto-concavae, subsphacelatae, alternae profundiores. Filamenta perigonio plus quam $\frac{1}{3}$ longiora, crasse filiformia, (subulata,) subcompressa, aequalia, erecta, sursum paululum divergentia, fasciculata, viridia, punctis purpureis (ferrugineis) variegata; antherae magnae, lineari-oblongae, fuscescentes, effoetae albidae. Germen ovali-oblongum, obsolete trigonum. Stylus erectus, gradatim elongatus, staminibus brevior et crassior, obsolete trisulcatus et obtuse triqueter, viridis, ferrugineo-punctatus, in lobos stigmatosos 3 emarginatos divaricato-patentes albidos terminatus.

β. planifolia: foliis planis maculatis. (*Gawl.* l. c.)

Obs. Species duas innominatas paniculatas indicat *Schiede* in Linn. IV. 581., alteram foliis angustis cinereo-virentibus, in regione calidâ circa *Papantla*, *Actopan*, *Puente* et *Plan del Rio*, alteram A. americanae proximam et ab incolis Maguey de cimarron dictam, in regione frigidâ Mexicanorum crescentem.

3. Flores nondum observati.

1) Acaules. Folia

(1) glauca, margine

a. spinoso-dentata,

a) lanceolata spinis marginalibus minutis,

(a) subdistantibus pallidis superne atropurpurascentibus, erecto-patula.

23. **A. Haworthiana.**

Agave mexicana *Haw.* Suppl. Succ. 41. — *Schult.* l. c. 723. 2. (excl. syn. *Lam.*). — *Sprg.* l. c. 79. 5.

In *Mexico.* ♃.

(b) anguste lanceolata, flaccido-recurva.

24. **A. flaccida** *Haw.* Syn. Succ. 72. — *Schult.* l. c. 4. — *Sprg.* l. c. 3.

In *Mexico (?).* ♃.

b) margine inter dentes nudo herbaceo integerrimo, spinâ terminali validâ subulatâ, rigidâ,

(a) nigricanti-fuscâ, dentibus remotiusculis totis corneis cuspidatis rectis vel uncinatis nigricanti-fuscis, — lineari-lanceolata, subtrigono-incrassata superne plana vel convexa, valde carnosa.

25. **A. macroacantha** *Zucc.* l. c. 676.

In *Mexico.* (*de Karw.*) ♃.

Folia in plantâ quadrienni 10—13″ longa, subtus convexa, supra a basi ad medium usque convexula, inde apicem versus plerumque plana; dentes complanati, subdeltoidei, margo inter eos glaber. Spina terminalis pollicaris, valde robusta, glabra, basi in marginem parum decurrens.

(b) aeque ac dentes remoti parvi cornei vel imâ basi subcarnosi purpureo-fuscâ, — linearia, apice longe attenuata, pugioniformia, rigida, carnosa, subtus convexa, supra parum concava.

26. **A. pugioniformis** *Zucc.* l. c. 676.
In *Mexico.* (*de Karw.*) ♃.
Folia in plantâ quadrienni $1^1/_2$—2pedalia, erecto-patentia, recta v. parum retrorsum curvata, stricta, glabra: dentes sursum complanati, deltoidei, acuti, recti v. antrorsum uncinati; spina terminalis 6—8‴ longa, subinde nigricans, basi parum in marginem decurrens.

b. scabra et ad lentem minutissime serrulata, e basi dilatatâ sensim anguste linearia integerrima, in spinam terminalem subulatam excurrentia, supra plana, subtus convexa et apicem versus trigona, utrinque dense nervoso-lineata, rigida, adultiora stricte recurva.

27. **A. recurva** *Zucc.* in Abh. der math. phys. Kl. d. k. bayr. Akad. Wiss. IV. 22.
Ex horto *Hafniensi* e seminibus enata. ♄.
Proxima A. geminiflorae et striatae; differt ab illâ foliis latioribus supra planis rigidis recurvis nec flaccide pendulis, glaucescentibus et nervoso-striatis; ab hac foliis duplo latioribus et crassioribus recurvis nec recte patentibus, subtus minus acute carinatis, supra planis vel apice tantum lineâ prominente notatis et nervis numerosioribus lineatis, distincte glaucis. Semina orbiculari-angulata, utrinque compressa, nigra.

(2) viridia,

a. spinoso-dentata, margine corneo inter dentes continuo cincta

a) castaneo deinde albido, dentibus valde approximatis compressis deltoideis acuminatis magnitudine ac directione variis rectis v. uncinatis, spinâ terminali validâ rectâ subulatâ, — late lanceolata, plana (vel subtus parum convexa).

28. **A. heteracantha** *Zucc.* l. c. 675.
Mexcalmetl. *Hernand.* Mex. L. VIII. 272 (?).
In *Mexico.* (*de Karw.*) ♃.
Folia in plantâ 4enni fere pedalia, 2—$2^1/_2$″ lata, numerosa, rigide erecto-patentia, glabra, dentes pro mole foliorum permagni, numerosi, planiusculi, recti, subfalcati vel antrorsum retrorsumve uncati, majores basi in latere antico plerumque iterum dente minuto aucti; spina terminalis semipollicaris, castanea. — Primo intuitu foliis eleganter dilute fere flavescenti-viridibus numerosissimis confertis rigidis insignitur.

b) albido, vittâ longitudinali pallidiore percursa.

29. **A. univittata** *Haw.*
In *Mexico* (verisimiliter). ♃.

b. minime serrata, margine fuscenti-rubro, spinâ terminali nigrâ, — erecta.

30. **A. Keratto** *Mill.* Dict. ed. 8. n. 6. — *Haw.* Syn. 73. — *Sprg.* l. c. 8. — *Schult.* l. c. 727. 11.
In insulâ *St. Christoph.* ♃.
Folia $2^1/_2$—3pedalia, 3″ lata, laete et intense viridia, erectiora quam in reliquis.

c. spinis marginalibus brevibus subtriangularibus numerosissimis sursum subincurvantibus atropurpurascentibus, — lorato-lanceolata, acuminata, concavo-convexiuscula.

31. **A. polyacantha** *Haw.* Rev. 35. — *Schult.* l. c. 729. 13.
Hab. . . . . . (?) ♃.
Staturâ et habitu A. viviparae, at folia $1^1/_2$pedalia, longe saturatiora; spinae validae, subalternatim saepe dimidiatae.

2) Caulescentes; folia

(1) glauca, anguste lanceolata dentato-serrata.

32. **A. angustifolia** *Haw.* Syn. 72. Rev. 35. — *Sprg.* l. c. 10. — *Schult.* l. c. 727. 10.
In insulâ *St. Helenâ* (indigena?). ♃.

(2) laete viridia, e basi orbiculariter dilatatâ late lorato-linearia, rigida, superne concava, remote spinoso-dentata, dentibus rectis v. uncinatis cuspidatis totis corneis nigricantibus, margine inter dentes herbaceo, nudo glabro, spinâ terminali, validâ rectâ nigricante utrinque in marginem corneum plus minus decurrente.

33. **A. Karwinskii** *Zucc.* l. c. 677.
In *Mexico.* (*de Karw.*) ♃.
Caulis (in plantâ 4enni) circ. 3″ altus, diam. 2″. Folia erecto-patentia, basi amplectentia, sursum late lorato-linearia, a basi ad medium usque supra plana, inde apicem versus concava, subtus convexa, $1^1/_2$pedalia, 1—$1^1/_2$″ lata, glabra; dentes remoti, apicem versus saepius subnulli, complanati, subdeltoidei; spina terminalis crassa, rigida, 8—10‴ longa, cornea, glabra, utrinque (pollicis circ. lgt.) in marginem corneum nigricantem integerrimum decurrens.

Species indescriptae v. mihi nomine tantum notae:
(Ex *Steud.* Ncl. ed. 2. 36. 37.)

Agave atrovirens *Karw.* Mexico.
— attenuata *Ht. Berol.* Mexico.
— bromeliaefolia *Salm Dyck.* Mexico.
— bulbifera *Salm Dyck.* Mexico.
— Commelyni *Salm Dyck.* Mexico.
Aloë americana tuberosa minor. *Comm.* ht. II. t. 19.
— elegans *Ht. Loud.*
— filifera *Salm Dyck.* Mexico.
— flavescens *Ht. Monac.* America austral.
— glabra *Karw.* Mexico.
— glaucescens *Otto.* Mexico.
— hexapetala *Jcq.* Amer. austr.
— latifolia *Karw.* Mexico.
— laxa *Ht. Mon.* Amer. austr.
— pulcherrima *Otto.* Mexico.
— pulchra *Ht. Mon.* Amer. austr.
— punctata *Ht. Berol.* Mexico.
— rubescens *Salm Dyck.* Mexico. (flaccida *Ht. Mon.*).
— Scolymus *Karw.* Mexico.
— serrulata *Karw.* Mexico.
— sobolifera *Karw.* Mexico.
— sobolifera *Salm Dyck.* India occ.
— teoxomuliana *Karw.* Mexico.
— Yxtli *Karw.* Mexico.

Species e genere exclusae:

Agave angustifolia *Ht. Par.*	= Fourcroya	tuberosa.
— aspera *Jacq.*	= —	aspera.
— australis *Steud.*	= ? Doryanthes.	
— Cantala *Wall.*	= Fourcroya	Cantala.
— cubensis *Jcq.*	= —	cubensis.
— foetida *L.*	= —	gigantea.
— madagascariensis *Sprg.*	= —	madagascariensis
— odorata *P.*	= —	cubensis.
— rigida *Mill.*	= —	rigida.
— tuberosa *W.*	= —	tuberosa.

78. Fourcroya.

Vent. in *Usteri* Ann. XIX. 54. — *DC.* pl. grass. t. 126. — *Schult.* l. c. XLII. n. 1420. — *Endl.* l. c. 181. 1298. — *Meisn.* l. c. 395. (298.) — *W. H.* l. c. 69. et 126. — *Sp.* l. c. 401.

1. Caulescentes.

1) Arborea; folia integerrima, e basi parum attenuatâ lineari-oblonga, acuminata, inermia, margine tenuissime calloso-ciliata, subtus scabra subglaucescentia.

1. **F. longaeva** *Zucc.* l. c. 666. t. 48. — *W. H.* l. c. 126. t. 33. f. 20—25. (partes fructif.).
In summo monte *Tanga* prov. mexicanae *Oaxaca*, 10,000′ alt. in declivibus Quercubus et Arbutis consitis. Fl. Majo capsulae maturant hyeme subsequente.

Maxima omnium plantarum monocarpicarum hucusque notarum. Truncus ad comam foliorum usque 40—50pedalis et 12—18″ crassus; panicula supra folia amplissima, 30 pedes alta, numerum florum immensum (plura centena millia) ferens. Stirps, ut incolae narrant, aetatem attingit 400 annorum, antequam floret, et tunc emoritur.

Truncus simplicissimus, erectus, nigricanti-fuscus, inferne laevis, sursum foliorum delapsorum rudimentis cicatrisatus. Folia in apice caulis plurima, in comam suborbicularem congesta, primum erecto-patentia, dein (marcescentia) pendula, utrinque punctis creberrimis sub lente tantum distinguendis albis adspersa, nervis plurimis tenuibus parallelis percursa et in his subtus a medio apicem versus scabra, basin versus laevia, pruinâ tenuissimâ albidâ facile detergibili glaucescentia, coriacea, basi incrassata et subtus convexa, sursum plana et subtus obtuse tantum carinata, 5—6pedalia (3—4″ lata). Pedunculus universalis sive stipes e comâ foliorum proveniens erectus, teres, jam a basi ramosus, bracteis s. foliis marcescentibus munitus: rami alterni, horizontaliter brachiato-patentes, numerosi, in paniculam pyramidatam dispositi, iterum pluries ramulosi, teretes, pubescentes, infimi 12—15 pedes longi, superiores sensim breviores; ramuli ultimi teretes vel sursum subangulati, dense ac brevissime albido-villosi, flores plurimos, fasciculatim in racemum simplicem dispositos fe-

(Fourcroya longaeva) rentes; flores singuli pedicellati, nutantes: pedicelli cylindrici, 2—3''' longi, tenuiter villosi, basi suffulti bracteâ minutâ ovato-deltoideâ acutâ integerrimâ tenuiter ac pellucide membranaceâ 3—5nervi, pedicello multoties breviore. Perigonium usque ad ovarium divisum in lacinias 6 patentes integerrimas, albidas, 8—10''' longas, aeque ac genitalia post foecundationem persistentes: phylla (petala) 3 exteriora oblonga, utrinque attenuata, obtusa, plana, crassiuscula, extus tenuiter villosa, intus glabra, tenuissime multinervia, interiora latiora atque tenuiora, ovato-elliptica, obtusa, basi attenuata, medio dorso extus obtuse carinata et molliter villosa, caeterum utrinque glabra, plana, excepto margine plerumque involuto. Stamina petalis breviora, patentia, persistentia: filamenta a basi ad medium usque quam maxime cuneato-incrassata, extus convexa intus plana, medio tandem truncata et inde apicem versus subulata, recta, glabra, albida; antherae lineari-oblongae, obtusae, basi emarginatae, connectivo obsoleto. Ovarium cylindrico-subtrigonum, tenuiter villosum, 6—8''' longum, ovulis suborbicularibus basi emarginatis complanatis; dissepimenta phyllis interioribus opposita; loculorum lumen obovatum. Stylus simplex, erectus, stamina parum superans, persistens, a basi ad medium usque cuneato-incrassatus, triqueter (lateribus concavis, dorso sulco longitudinali exaratis, angulis obtusiusculis), a medio ad apicem versus subulato-trigonus, rectus, glaber, intus cavus. Stigma parum incrassatum, trigonum, vix divisum, perforatum, tenuiter papillosum. Capsula oblonga, obtuse trigona, utrinque parum attenuata, coriaceo-sicca vel sublignosa, extus subcorticata, nigricans, intus sordide flavido-fuscescens, glabra, tenuissime transversim striolata. Semina plurima, in quovis loculo biseriata. *(Zucc.)*

2) Caudex humilis, folia

(1) integerrima, mucronata, subensiformia, erecta, rigida, subcanaliculata, nitida, laete viridia.

2. **F. gigantea** *Vent.* l. c. 19. 54. — *DC.* l. c. t. 126. — *Ait.* Ht. Kew. ed. 2. II. 302. — *Sims* Bot. Mg. t. 2250. — *Tratt.* Tabul. t. 639. — *Schult.* l. c. 730. 1. — *Sp.* l. c. 402. — *Tussac* Fl. des Ant. II. t. 25, 26.

Fourcroya foetida *Haw.* Syn. 73.

Agave foetida *L.* Sp. pl. 461. Am. acad. III. 22. — *Wlld.* l. c. 194. 7. — *Lam.* Enc. I. 53. — *Jacq.* Coll. II. 305. Ic. rar. II. t. 379. — *Sprg.* l. c. II. 79. 16.

Aloë americana, viridi rigidissimo et foetido folio, Piet dicta indigenis. *Comm.* ht. II. 35. t. 18.

Aloë americana, radice tuberosâ, minor. *Pluk.* Alm. 19. t. 258. f. 2.

In insulis *Antillis*, praesertim *St. Domingo*, ubi vocatur Pitte.

Radix crassitie brachii et ultra, fibris crassis cinereo-albidis. Caudex erectus, teres, 1½pedalis. Folia plurima, in orbem disposita, crassa, saepius punctata, intus fibrosa alba, longiora 6—7pedalia, semipedem lata, trita foetentia. Scapus 20—30pedalis, crassitie brachii, erectus, teres, nitidus, basi punctatus, spathis lanceolatis mucronatis pungentibus integerrimis sessilibus, infimis pedalibus basi erosis, superioribus successive brevioribus, supra medium in paniculam amplam effusus: rami alterni, circ. 40, patentissimi, medii longiores, 5pedales, digitum crassi, ramuli numerosi, alterni, simplices, crassitie calami, 4—12unc.; bracteae ad pedunculos lineares, parvae, ferrugineae; pedunculi uniflori, sparsi, brevissimi, solitarii vel bini ternive. Flores penduli, ac in F. cubensi paulo majores, ultra 1000 (in paniculâ sc.) foetidi. Phylla oblongo-lanceolata, aequalia, subcarnosa, virentia, limbo alba, interiora latiora. Germen trigonum striatum, pollicare, subcurvatum. Filamenta utrinque angustata, medio dilatata, phyllis dimidio breviora; antherae oblongae, polline flavo. Stylus trigonus, perigonio brevior, stamina aequans v. superans, cavus; stigma capitatum pubescens (fimbriatum *Vent.*). Nectaria 3 oblonga, patentia, styli basi inserta. Floribus cum germinibus delapsis succedunt bulbilli ovati, acuminati, sessiles.

E foliorum fibris chordae, retia aliaque utensilia texuntur.

β. Willemetiana: foliis basi v. toto margine spinoso-dentatis, spinis rufescentibus. *Willemet* Hb. Maurit. in *Ust.*

(2) subintegerrima rigida anguste lanceolata acuminata.

3. **F. aspera.**

Agave aspera *Jacq.* En. 307. — *Schult.* l. c. 731. obs.

Hab. . . . . . ♃.

(Fourcroya aspera)

Habitus F. (foetidae) giganteae, sed multo minor; folia primo anno flaccidiuscula, tunc rigida, subinde denticulo uno v. altero, utrinque nitida, dorso attactu asperiuscula. Scapus ramosus; flores numerosi, structurâ, magnit. et colore eorum A. hexapetalae (ubinam descriptae?) hexaphylli. Floribus in scapi ramis bulbilli succedunt.

(3) superne integerrima, basi ipsâ serrato-spinosa, lineari-lanceolata, rigidissima, spinâ terminali nigrâ solidâ.

4. **Fourcroya rigida** *Haw.* Succ. 74. — *Schult.* l. c. 731. 4.
Agave rigida *Mill.* Dict. ed. 8. — *C. de Spin* Cat. Jard. St. Seb. 1812. 23. c. ic. — *Sprg.* l. c. 79. 15.
In *Mexico: Vera Cruz.* ♃.

Subcaulescens. Folia circ. 15poll., raro ultra 2pedalia, 1″—18‴ lata, grisea. Scapus centralis, 9pedalis, apice ramosus, floribus numerosis viridi-flavis. Stylus staminibus longior. Capsulae subtrigonae, polyspermae. Floribus succedunt gemmae parvae, deciduae, radicantes et in novas stirpes excrescentes.

(4) dentato-spinosa,

a. longa, flexilia, angusta, parum crassa, lanceolata; radix tuberoso-incrassata.

5. **F. tuberosa** *Ait.* l. c. 303. — *Haw.* Syn. 73. — *Schult.* l. c. 730. 2.
Fourcroya spinosa *Targ.-Tozz.* Obs. bot. n. 16.
Agave tuberosa *Wlld.* l. c. 194. 6. (excl. *β.*). — *Sprg.* l. c. 14.
A. angustifolia *Ht. Par.*
A. quae bulbos pro floribus protulit. *Rodati* Ind. ht. Bon. et Obs. de Agaves spec. 27. t. 1.
Aloë americana tuberosa minor spinosa. *Comm.* l. c. II. 37. f. 19.
In *Americâ calidiore.* ♃.

Folia formâ coloreque illorum F. giganteae. Flores duplo fere majores quam in cubensi.

b. lineari-lanceolata, spinâ longâ terminatâ, dentibus sursum uncinatis, interna subintegerrima.

6. **F. agavephylla** *Brot.* in Linn. Trs. March. 1823.
In *Brasiliâ: Maranham*, *Pernambuco.* ♃.

Folia crassa. Scapus squamiger, ad medium pyramidate paniculatus; flores saepe bini ad bracteas, axillares, penduli, abortivi, caduci. Bractearum axillae demum bulbiferae.

Obs. Si haec eadem est ac Agave vivipara Arruda, ut suspicatur *Schultes* l. c. 1717, Agave subinermis *m.* supra n. 18. esset delenda.

2. Acaules; folia

1) ciliato-spinosa, erecta, crassa, ensiformia, acuminata.

7. **F. cubensis** *Haw.* Syn. 73. — *Schult.* l. c. 731. 3.
Fourcroya tuberosa *β. Ait.* l. c. 303.
Agave cubensis *Jacq.* Amer. 100. t. 175. f. 28. pict. t. 260. f. 25. — *Wlld.* l. c. 193. 4. — *Sprg.* l. c. 13.
A. tuberosa *β.* spinis duplicibus *Wlld.* l. c. (?).
A. mexicana *β. Lam.* Enc. I. 52. — *Poir.* Suppl. I. 241.
A. odorata *Pers.* Syn. 1. 380.
Nequametl (Nemaguetl?) *Marcgr.* Bras. II. 16.
In *Cubâ*, et *Brasiliâ (?)*.

Folia pallide virentia, 3—4pedalia. Scapus erectus, 15-pedalis, paniculatus. Flores numerosissimi, penduli, extus sordide albentes, intus sordide virentes, odore Tagetis sed gratiore. Phylla ovalia, obtusa, planiuscula, patula, 3 exteriora paulo angustiora. Filamenta patula, phyllis duplo breviora, inferiore mediâ parte obovatâ compressa crassissima, superne subulato-acuminata; antherae oblongae, maximae. Germen oblongum, obsolete triquetrum, leviter incurvum, lgt. fere perigonii. Stylus triqueter, trisulcatus, erectus, baseos omnium crassissimae angulis applanatis marginatisque, superne subulatus, lgt. staminum; stigma obtusum, obsolete trifidum. Capsula oblonga, trisulca. Semina angulata. Vivipara, soboles novae mentiuntur bulbos ex squamis subrotundis integerrimis sibi mutuo incumbentibus et plantulas producunt ubique paniculae ramis inhaerentes. *(Jcq.)*

2) spinis marginalibus minutis albis, patulo-expansa, parum nitentia, lorato-lanceolata,

(1) subinvoluto-canaliculata, virescentia,

8. **F. madagascariensis** *Haw.* Suppl. Succ. 42. — *Schult.* l. c. 732. 5.
Agave madagascariensis *Sprg.* l. c. 17.
In *Madagascariâ.* ♃.

Ut sequens planta exigua primi anni, quoad patriam maxime dubia et vix hujus generis.

(2) planiuscula glaucescentia, spinis confertis.

9. **F. Cantala** *Haw.* l. c. 42. — *Schult.* l. c. 6.
Agave Cantala *Wall.* in Ht. Bgh. 1814. 25. — *Sprg.* l. c. 18.
Prope *Canton* Chinae. ♃.
Folia magis glauca, molliora quam praecedentis.

3) subtilissime spinuloso-denticulata, caespitosa, rigida, anguste linearia, carinato-canaliculata, arcuato-recurvata, striato-nervosa, supra glabra, subtus scabriuscula, satiate viridia; scapus erectus, longissimus, simplex: flores per paucos fasciculato-congesti, fasciculis remotis secundis, bracteis suffulti, longe pedunculati, nutantes; perigonia tubuloso-conniventia.

10. **F. tubiflora** *Kth.* & *Bouché* Ind. sem. ht. bot. Berol. 1845. in Linn. XIX. 381.
In *Mexico.* ♃.
Folia 16—18poll., vix ½''' lata. Flores 20''' longi. Perigonium externe subtilissime puberulum: laciniae virides, inferne rubentes, angustae, apice patulae: exteriores late lineari-spathulatae, acutiusculae, interiores vix breviores, paulo latiores, obtusae, zonâ latâ dorsali prominente instructae. Stamina perigonio paulo breviora, erecta, sub anthesi recta; antherae lineari-lanceolatae, emarginatae, basi sagittato-bilobae, virides. Ovarium subclavato-trigonum, obsolete 6sulcatum, rubescens, obsolete puberulum, vertice libero conico profunde 3sulcato, in stylum erectum trisulcato-triangularem stamina subaequantem continuo. Stigma simplex, obtusum, papillosum.

Species exclusa:

Fourcroya australis *Haw.* = Doryanthis species (?).

Addenda.

Ad genera.

Pag. 9. post Haylockiam inseratur:

(3) basi phyllorum inserta: **filamenta** filiformia, alterna breviora; **antherae** ovales, obtusae. **Ovarium** oblongum. **Stigma** clavatum, obtusum. **Capsula** . . . . . **Semina** . . . . . **Phylla** spathulato-lanceolata, mucronulata, unguiculata.
Differt a Chlidantho antheris et stigmate, ab Eustephiâ et Chrysiphialâ defectu staminum sterilium . . . . **13. a. Rhodophiala** *Presl.*

Pag. 14. post Eustephiam:

(3) infra tubi faucem pariter inserta: **filamenta** complanata, inferne gradatim latiora, conspicue decurrentia, recta, superiora 3 breviora, inferiora producta; **antherae** breves, infra medium affixae. **Stylus** rectus, **stigmate** simplici clavato. **Ovarium** deflexum, trigone oblongum, apice constricto. **Perigonii tubus** crassus, decurvus, latere inferiore breviore 6costato-compactus, profunde 6sulcatus, ore angustato; **limbus** pendulus, laciniis spathulatis convolutis, sepalis inferne margine fistulaeformiter convoluto superne laminâ latiore.
Genus inter Stenomesson et Pentlandiam medium. **42. a. Phaedranassa** *Herb.*

Ad species.

Pag. 47. post Haylockiam inseratur:

13a. Rhodophiala.

Presl Bot. Bemk. 115.

Bulbus foliaque (serotina?) ignota. Scapus teres; umbella terminalis, pauci (3—5)flora; spatha scariosa, poly(8-)phylla: foliola 2 exteriora opposita ovato-oblonga obtusa multinervia, interiora lineari-filiformia inaequalia; flores penduli, phylla acumine tomentoso-barbato.

Rh. amarylloides *Presl* l. c.
In *Chili* (Cuming). ♃.
